Visio autem erat quedam intelligibilis natura, quæ ei astabat in somnis, & iubebat, vt veniret cum filia ad sanctam aquam, quæ apparuerat, pollicens fore, vt non reuerteretur dolore affectus: sed si vellet, exerceret pulchram negotiationem, & soluta solūm fide, quæ est in eis potestate, emeret filiæ curationem. Ille itaq; è somno excitatus, plenus horrore & metu, statim cum filia accedit ad fontem aquæ, sicut iubebat visio. Et cū eos quidem, qui illi erant congregati, eam frequentes inuenissent haurientes, & eam in sua corpora infundentes: deinceps autem etiam censequentem operationem, & vnicuiq; præbentem à morbo liberariem, rogauit eos qui aderant, quænam esset eis in aqua inuocatio: & quidam hoc sit, quod sensim a quam cantantes, tam celerem & copiolam allequerentur curationem. Illi autem responderunt: Nomen patris, filij, & spiritus sancti, & militiae principis Michaëlis. Ille autem nihil differens, nec accipiens tempus ad deliberandum, sed oculos simul, & manus ad cœlum attollens vehemēter vsus est inuocatione, & aduersus affectionem Deum vocauit, qui tribus personis cognoscitur: & eis ministrum Michaëlem mouit ad intercessionem. Neq; vero fruſtratus fuit petitione, sed afatim collegit curationem. Non solum enim filia desit esse muta: sed ipse quoq; & filia, liberati sunt à vinculis infidelitatis, quod quidem erat impedimentum linguae longe grauius. Nam simulatq; pater dedit aquam filiæ, & facile mouebatur lingua ad gratiarum actionem, & Deum habebat in ore, & famulum eius Michaëlem inuocabat admirabiliter, & præter opinionem. Quid deinde sequitur? Baptisma iphus Laodiceni, & filia: & totius familiæ ad Christum adductio: & templi militiae principi extructio: magnificijs, & sumptuosi testi sanctificatio: & re vera ^{1. Etiam in bonis} templi militiae principi extructio: magnificijs, & sumptuosi testi sanctificatio: & re vera ^{2. rē Angelorū olim reddidisset gratias, domum reuersus est cum filia, saluus factus (vt diuinus ait Apostolus) tripla edificatio: tur.} domus, vt scriptum est, decor. Et ille quidem cū sic credidisset, & pro beneficio tales ^{3. Ecce sperrimū} reddidisset gratias, domum reuersus est cum filia, saluus factus (vt diuinus ait Apostolus) ^{4. et viliissimum dumentum.}

Nonaginta autem annis postea, puer Hieropolitanus, nomine Archippus, cū pī semiinis & vere boni radicis esset bonum germe, tanquam quoddam lillum in medio spinarū, in medio herefum spirans pietatis suavitatem, decimo anno ætatis venit ad hoc tēplum, vt qui duceretur à quadam prouidentia: & fit eius Editius, qui quidem diuina gratia dignus fuit habitus. Carnis enim voluptatē tam pulchre superauit, & tā pulchra fuerunt ejus vīte procœnia, vt neq; pane ^{2. Vide virti marci} 2. vesceretur, neq; aliquo alio ex ijs quibus homines vescuntur man abſtinentiam cum ciborū dele- sui corporis villam curam gereret, sed semper spirituali viuendi rationi vacaret: idq; cū esset puer, & nondū perfectiorem attigisset æratē. Qued quidem penè esset incredibile, nisi magnitudo virtutis, & spectaculojū, quibus dignus fuit habitus, hęc redderet credibili, & contra quæ nihil dici potest. Nam herbas quidē coquens comedebat, easq; agrestes, & quæ ne tantillo quidem salis aspersæ erant: quod quidem omnibus necessariis est cibi condimentum. Id autē sumebat fēmel in hebdomada: & aquam bibebat dimensam. ^{3. Indumentum autem erant duo facci, vnum quidem pro tegumento} 3. Indumentum autem erant duo facci, vnum quidem pro tegumento corporis, alter vero pro stragulo, longo tempore vterq; eorum vsum implens. At, nō enim totū alter ex facci tegebatur nuditatem, alter stratum operiente. Deinde vsum permutes ad alter quidem vestimentum, alter vero rursus fiebat stragulum. Atq; ea quidē, quæ erant sub facco, erant acuti lapides: parte aut quæ erat ad caput, iaccus sub se sentes habebat. Sic vero quicelcebat vir ille egregius, si quando eum corpus defecsum cogebat, vt se modicē remitteret. Quænam autem fuerunt eius verba ad Deum, per quæ suscepit hanc vitam labioram, & aperiam? Ne bona huius vitæ videat meus oculus, neq; mihi mens vñquam pēdet ad præsenti vanitatem. Implore Domine, oculos meos lachrymis spiritualibus. Contere cor meum, & dirige gressus meos. Quid enim mihi prodest hoc corpus è luto factū, quod nunc quidē est, paulò post autem non erit: quod quidem sicut herba mane efflorecit, vespere autem flaccescit? Liceat mihi vni bono animæ adhærere, quod mihi omnino concilabit eam quæ illic est, beatitudinem. Hęc quidem semper apud hē verbabat in animo, & Deum alloquebatur. Turba autem infidelium, hęc nequaque poterat ferre, æquo animo: sed partim quidem magna illa abundantia miraculorū aquæ sanctificata: partim aut Archippi quoq; zelus ad virtutem, & quæ sunt ex Deo certamina, & tanta propter illum tolerantia, illos mouebant, & incitabant, & ad apertam deducebant insaniam. Certè cū simul coiſſent, & dentem instar apri in vtrumq; acuiffent, alij quidem crinibus Archippum apprehendunt, & virgis (ð manus sceleratas) eum caedunt crudeliter: alij autem confluunt aduersus sanctam illam aquam, hanc quoq; malè conantes afficere. Sed illis quidem manus obtorquunt his autem flamma illinc ex aduerso occurrē, fecit vt redirent inanis. Vnde etiam ad aliam conuertuntur machinationem, volētes Archippum tollere de medio, & superrare ipsam aquæ operationem. Quænam est ergo ea machinatio? Templi aram ad finitam præterfluebat fluuius, nomine Chrysus. Eius statuerunt deriuare fluenti, & in aquam

A ij sanctam

4. Estiam Angelis
scilicet crucis signo
reverentur ad mirabilia peragenda.

sanciam immittere, ut in hac congresione cum aqua fluuij aqua illa diuina admixta, non amplius haberet eandem operationem, sed perderet virtutem curationum. Atque hæc quidem illi, & ab eis deinde cōvertitur aqua fluuij, ut immittatur in aquam sanctificatam. Illa autem (O Dei virtutem, & inanem impiorum laborem) non vt cōtendebant, fluxit ad sinistram: sed cōuersa est in contraria partem: quomodo etiam in hodiernum usq; diem cernitur fluere. Postquam autem res eis aliter celsit, & iniquitas, ut cū diuino dicā Dauide, seipsum fecerit, eis secundum quid suggesterat maius priore seminatore zizaniorum, & hostis humani generis. Ego autem id narrabo ex aetate repentes. Duo quidam alii fluuij origine habentes in Oriente, quorum alter quidem Lyccocaper, alter verò Cuphus vocabatur, ostijs quidem à se inuicem distantes, sacrum illum locum transmittit, cōfuentes autem ad mortis radices, & ambo vnu effecti fluebant per Lycam. Suggesterat ergo malignus ihs qui ambabat aduersus pietatem, & persuadet, ut immittant fluuios aduersus sanctum locum, ut non solū diuinam illam aquam, sed ipsum etiam locum cū templo fluuij attraherent. Erat enim locus vñq; adeo declivus, & concavus, ut non solū facilè, sed etiam celerimē videretur futurus deorsum aquæ lapsus. Magna ergo manu cōgregata Laodiceæ (est autem hæc insignis vrbs Lyceia) cōueniunt: deinde accedunt ad rupem, que est prope templum. Erat autem rupes adeo alta, & tanta magnitudine, ut eam perfecte pertingere ne posset quidem oculus. Illi verò primum illinc incipientes, maximam fonsam fodiebant inter fluuios & petram. Postquam autem satis iam eis effossa esset fossa, cauauit losū usq; ad profundū terram finū, in quæ conabantur deriuare fluuios, & eum sepi circundant, quod erat laboriosissimum, ut repente quidem aqua illic cogeretur: deinde, sepi repente rupta, celerior esset aquæ desensus. Interim autem, dum isti multiplices ac varias cōstruebant machinas aduersus locum sanctum, Dei familius Archippus, in nudo solo iaceens, cum acriter rogabat, & pro viribus supplicabat, ut facer ille locus appareret poteñtior: infidus inimicorū. & in Deo dicebat, cōfido, qui me saluum facit à pusillanimitate, & temestate, quod non sine sancta domum suam videre intericū. Cum decesserit itaq; dies intercessissent, illi quidem sepem aquæ dirruunt circa initium noctis ut in Archippum nequaquam prouisorū & cauturum aqua irruens, ipsum quoque simul cum aqua obrueret. Et stantes ad finistram expectabant sancti loci, quæ mox videbatur futura, submersio. Dei autem seruus Archippus, postquam sensit fluuios iam descendentes, cœpit flere vehementer, & precari intentius. Extulerit fluuij Domine, dicens extulerunt fluuij voces suas. Excellent fluuij fluctus suos à vicibus aquatum multarū. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus, Domum tuam decet sanctitudo Domine, in longitudinem dierum. Cum sic ergo affectus esset Archippus, & sic præclarè vacaret orationi, diuina uirio defuper aduolans modo quodam arcano, eum vocauit nominatim. Et ille quidem è templo egreditus, cōtinuo cecidit pronus, ut cuius oculi non ferrent se ad tale applicare spectaculum. Ea autem illi dixit: Surge, & veni huc ad me, & Dei uirtutem videbis in expugnabilem in his aquis, quæ vehementer cōfluent. Cum itaq; beatus coniecerit Archippus, hunc esse magnum illum coelestis militiae principem, stetit quidem, ut ei iussit, ad eius finistram: statim autem vidit columnam ignis, quæ à terra pertingebat vñq; ad ipsum costum, & vocē illinc audiuit, quæ eum iubebat esse bono animo, & non timere. Deinde ad ipsos quidem aqua processit. Cum ille autem manu sustulisset, & crucis signum formasset, & loco stare iussisset fluuios (Quanta est ò Christe, nihi sit, & crucis signum formasset, & loco stare iussisset fluuios) Viderunt eum aquæ, ut psalmicè dicam, & timuerunt: & tanquam murus repente concreuerunt, ac consticerunt. Cum ille autem rursus sustulisset dexteram, & in rupe quæ erat propter templum, figuraeret signum crucis, repente erupit tonitrus, & terra valde contremuit: & terræ motu quidem hispissima petra: ille verò cum valida rursus in eam arma torsisset, nempe terrible signum crucis: Conteratur quidem hic, dixit, omnis virtus aduersari: sciat autem ab omnibus malis liberatio ihs qui accedit fideliter. Cumq; sic dixisset, iubet Archippum transire ad dexteram. Cum is autem ad dexteram stetisset, & iussi statim paruisse, militiae princeps maxima & clarissima voce iussit fluuij, dicens: In hoc infundibulum de cætero infundimini. Re autem sic admirabiliter, & cōtra opinionem facta, ut iussisset diuinus Archangelorum quidem princeps Michael, cōtinuus ab Archippo aulans, reuersus est vnde descendenter, & ad primū lucem accedit, qui ipse quoq; est lux perfecta, & illo admirabili, & qui naturam superat, splendore fruatur. Dei autem seruus Archippus, ab illo tempore in templo permanet, intentius & ardenter ei preces fundens.

Sed ille quidem cum annos vixisset septuaginta, hac vita relicta, ad suum redit Dominum tanquam bonus quidam agricola, pulchrorum horum virtutis seminum mercedem accepturus. Miracula autem in hodiernum usq; diem fidelibus scatent vberius, intercessionibus ipsius Michaelis principis incorporeori: Gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi. Cū quo patria gloria simul cum sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

PANTO

T P A N T O L E O N I S D I A C O N I E T

Chartophylacis magnæ Ecclesiae Encomium in maximum, &
gloriosissimum Michælem militiae principem.

Apud Simeonem Metaphrasten.



A T E R I Æ expertum spirituum Dominus, & qui in omnem carnem obtinet potestatem & administrationem: qui etiam nostrâ formauit essentiam: quinetiam viuierum mundum qui cadit sub aspectum, constituit, eumque continet & cōseruat propter hominem: invero qui propter solam bonitatem, ex ijs quæ non sunt, ad hoc vt essent, producit viuierua: is est solus qui natura proprie, & primò dux est omnium, eorumq; curam gerit, & eis prouidet, & qui cuiuslibet quod dicitur & intelligitur bonum, est efficiens, impertiens, suppeditans, & prima causa. Secundò autem nobis constituit diuinos Angelos, & Archangelos, qui curam gererent, & praesentem generi hominum propter bonitatem naturalem: vt luppeditarent hominibus diuinos nuncios & dona, & compонerent, & dirigerent eorum vitam ad ea quæ sunt meliora. Et ex diuinis quidem & infinitis Angelis alios quidem vñuernaque vniuersique præesse fidelium, & eum regere iussit Dominus, ut dicit in diuinis Euangelijs: Videte ne despiciatis vñuern ex his paruis, quoniam Angeli eorum perpetuò aspiciunt faciem patris mei qui est in celis. Similiter autem hanc quoq; confirmat sententiam diuinus propheta Dauid, dicens: Ne des in commotionem pedem tuum, & non dormitabit qui te custodit Angelus. Alios autem, vt alienas & ignotas Gentes regerent, vt qui omnia administrerent, constituit pro numero gentium, vt vñus Angelus totam Centem gubernaret: quomodo etiam scriptum est in eanticō Mosaico: Quando diuidebat altissimus gentes, ut dispersit filios Adami: Statuit terminos gentium secundum numerum Angelorum Dei. Summè autem benedictum, & vndiq; exaudiendum, ex omni ex parte venerandum militiae principem Michælem, meliorū et diuinitus inspiratorum, et fidelissimorum hominum esse præfitem, & eorum salutis curam gerere voluit: quomodo ipse vñuerosum Deus dicit Mosi sacerorum interpreti: Vade ad Pharaonem regem Ægypti, & educes populu meum filios Israël ex Ægypto: & mittā Angelum meum ante faciem tuam, & parabit viam tuam, ut deducat populum in terram tibi promissam, quam iurauit patribus vestris. Quinetiam propheta Daniel in visione Angelii audiuit eum dicentem: Princeps seu præfes Angelus regni Persarum restitit mihi ne reuocaretur populus Israël ex captiuitate Babyloni: nec est vñus qui eos in eum cœtatur, nisi Michæl princeps vester. Hoc ipsum autem sic quoq; Dauid aperte significat: Castramentabit Angelus Domini in circuitu timentium eum, & liberabit eos. Quis enim tam strenuus fidelium propugnatori insigniter apparuit, veteris & noui intercessor illuminationis: semper castra locans in circuitu fidelium, & eos redimens à telis Belial, & omnium iniamicorum nostrorum qui sub aspectu cadunt & non cadunt, ut Michæl dulcis re vera & veneranda res & nomen, Michæl, qui planè est plenus pietatis Archangelico: qui propter eam quæ conuenit in Dominum reverentiam, pietatem, & grati animi virtutem ineffabilem, & quæ mutari non potest stabilitatem, prope thronum assitit Dominicum horrendum & terribilem, cum Cherubin qui multos habent oculos, & cum Seraphin qui habet sex alas, & primum locum obtinet inter mille milia, & decies mille myriades Angelicorum ordinum, & proximè, & citra vñum stuporem canit ter sanctū & admirabilem hymnum, inueniens in rebellem & scelestissimum Satanam, qui tanquam fulgor ē celo in terram fuit deiectus cū imundis & malis eius spiritibus. Michæl qui est maxima & clarissima stella Angelici decoris & pulchritudinis, & qui claras reddit ac manifestas omnes diaboli infidias. Qui Adam ē paradiso electū fraude dæmonis inimici bonorum texit, traduxit, & direxit, & eum terram ligone docuit fodere, seminare, & mettere, & ad reliqua quæ vtilitatem adferabant, instituit: & vt cum benedictione, & conuenienti gratiarum actione, cum sudore semper pane vesceretur effectis, vt qui ex iniuria ei contigerat lapsus, per labores & Deo grata vivendi rationem rursus corrigeretur. Michæl qui est verus & sacerdos Dei affessor, & ducit ordines virtutum celestium: & est sapiens gubernator eorum qui in Deum crediderunt. Qui pīj Patriarchę Abrahæ, et si non videretur, prohibuit gladium, ne tangeret Deo gratum eius filium Isaac, postquam apparisset omni ex parte absolutum & Deo gratum Patriarchæ proposuit: & in eo benedixit omnes gentes, vt pote quod ex eo secundum carnem efficeretur germinatus Christus verus Deus & Salvator noster. Michæl secundum carnem efficit germinatus Christus verus Deus & Salvator noster. Michæl fax clarissima, immaterialis, & inaccessa lucis, et diuinus ductor Angelicorum ordinum, fax clarissima, immaterialis, & inaccessa lucis, et diuinus ductor Angelicorum ordinum, Qui legislatori Moysi oves palcenti in monte Chorin apparet totus igneus im medio rubi,

A iii euñ

eum vrebbat sine villa laesione, & non comburebat omnino, signa sanctissimæ Domine nostra Dei parentis significas. Michaël, qui diuino nutu primas partes obtinet inter ignis ministros, & terrâ obit, implens voluntatem Dei omnipotentem. Qui à ratione alieno variis Balalaam prohibuit impetu terribili sua aduentu. Quem etiam cum vidisset aliam, & timuerat, rationis participi voce senè amente correxit. Michaël Angelorum duxor longè maximus & excelsissimus minister diuinæ legis, quæ data fuit in mōte Sina. Qui cum famuli Dei Mosis anima accepisset, obscurū & exitiofum diabolū de eius corpore cū ipso ausum verba cōfere, cessare fecit, & citò euancescere. Michaël, qui si id interpreteris, dicitur Dei dux exercitus, & fortissimus pugnator & propugnator eorū qui spem collocant in Domino : & flammea rhomphaea quæ scindit machinationes aduersariū, tam eoru qui sub intelligentia, quam eoru qui cadunt sub sensu. Qui Iesu Nauem dirigenti cōtra aduersarios vius fuit stricto gladio: & eū terruit hoc alieno & terribili spēctaculo, & hortatus est ut manus cōfereret, & cōcideret inimicos Dei hostes. Michaël, omnium suprema, ignemq; ferens lāpas diuinitatis, quæ est principiū lucis, vnicaq; & trina, & subtilis naturæ constitutio, qui terræ fines obit celeriter, & piē ijs quibus vult Deus mutata figura apparet. Qui ad Gedionē solariis instar radij venit, & ab ipso tanq; diuinus & celestis Angelus fuit adoratus: & ignea virga tanquā holocaustū cōsumpsit cibum quæ obliterat: & eum cū trecentis solis imponentibus corroboravit aduersus maximè impia & infinitam Madianitarū multitudinem. Michaël maximè perspicuum purissimumq;, & ab omni macula alieno speculū ineffabilis & immensa puchritudinis diuini & fontani radij & splendoris, & acutū telum potentis & magni Regis Dei. Qui prophetæ Nathan apparuit resplendentē tenens lanceā, & ei animū addidit ad arguendum Dei parentē Daud propter lapsū qui acciderat: & citò ut honorū amicus recelit, quando, Peccati Domino ex profundo cordis à Daud rege audit. Michaël purū & capax receptaculum beatissimæ lucis effusionis, & diuinæ illuminationis, & acutissimus ac perniciofissimus gladius in eos qui blasphemāt Dominū. Qui cēturn & quinquaginta quinque millia excrandi & impij Sennacherib regis Asyriorum in uno momēto noctū more affecit: & ab eius tyrannide liberauit piū regem Ezechiam cū ciuitate Hierusalē. Michaël qui est lucidus & cädens spiritus, multoq; habens oculos, & potētissimus. & ab omni materiali apparitione remotus, & nullam omnino admittens corruptionem. Qui vnā cum Azaria & reliquis symbolicē ascendit in fornacem: & velut spiritū roris medianū effecit fornacē: & tres maximè pios pueros illæsos cōseruauit: & diuina specie conspectus à rege Nubuchodonosor, eum magna affecit admiratione. Michaël qui versatur in celis: & aetherē obit tanq; per nix fulgur: & vniuersam quæ est sub celo terra vno momēto peruidit, piolq; qui affligit, adit, recreat, & cōsolatur. Qui prophetæ Daniellū in lacum per iniuriam cōiectum celestīm cōseruauit, & securū leonum ora refrenauit: & Abbacum rapuit, & ad eum cum cibo parato à Palestina adduxit Babylonē: & eum rursus repente in suum locū restituit. Michaël qui est magnus princeps Angelorum exercitū, & ordinum Archangelorum, beatissimæq; & immensa legionis incorporeorum: & qui fuit veteris Israēl rector illo tempore, recens aut electi à Christo cognominati Israēlis dux validissimus & custos tutissimus, & doctor Dei præceptor. Qui Persarum præfitem Angelum resistenter, ne à Babylone liberarentur captiuū Israēlite, repulit tanq; aduersariū, & captiuos, qui septuaginta annos miserè habiti fuerant, in regionem patriam restituit, propter assiduam cum vehementi ieunio & multis lachrymis diuini Daniellis prophetæ pro eis ad Deum precationem. Michael qui est à Deo cōstitutus auctor mystice Trinitatis, mystaq; illuminator & initiator supernæ Hierarchiæ, & veteris quod præterit testamēti, & nouæ nostræ electæ Christi hæreditatis. Qui probatica pīcīnae in vnoquoq; tempore aquas sanctificabat in figurā diuini Baptismatis: & primū qui in eam descendebat, statim præbebat curationem, quoq; morbo teneretur. Michaël, qui est speciolum & maximè decorum, & quod nō occidit luminare totius orbis terræ qui est sub celo. Ignea & non manu construta columna sancte & Apostolicæ Ecclesiæ, aurī speciem præ se ferentes, & ad celum vsq; magnitudine pertingentes scalæ, per quas descendit omnis datus bona, & omne donum perfectum quod mittitur à benefica & honorū largitricē natura, ad viros bonos, & honesti amatores in terra. Qui in columna ignis appāruit Archippo, & fideliſſimo ministro huius Archangelicæ & venerandæ domus, quando sceleratus populus conabatur ipsum sanctū cum templo obruere aquis fluuiatibus, & diuina, & Archangelicā virtute, aquas que insolentem mouebantur, per virgam citò in petra effudit & transmisit. Michaël qui perpetuò aspicit faciem patris nostri qui est in celis & latet, imò verò collatetur cum Domino vniuersorum propter inuenientem eorum qui perierant: & propter vnum peccatores qui ducitur penitentia, diem festum agit cum omnibus celestibus p̄oestatibus. Qui tuba illa

illa terribili & ingenti voce canenti est cantaturus, & fundamenta terræ, & quæ sunt sub terra est moturus, quando veniet finis consummationis: & surgere faciet & congregabit mortuos omnes qui sunt à seculo, in iētu oculi, ad iudicium generale, & ad accipiedam vitæ remunerationem, vt ferat vñlquisque ea quæ fecit per corpus, siue bonum, siue malum. Cum hunc ergo suspiciendum & maximum patronum, potētemq; defensorē, & libere, & confidenter loquentem intercessorem apud omnium Regem Deum, diuinū militiæ principem habeamus Michaëlem o chari patres, fratres, & a Deo collecti cōtus, piē ipsum semper omnes vt re vera purissimum, in mundis cōdibus semper magnificè extollamus, verbiq; latitiae & spiritualis exultationis, vt decet Archangelum, honorifici verbis & laudibus hodie profequamur: amoreq; & desiderio ei offeramus & veneremur, qui ardēter cōcurrimus ad sacrum eius festum ¹ in venerandum eius templum, quod est pij nominis, vt ¹ Nota sacrū festū Archangeli Michaëlis.

affatim colligamus perennes eius & salutares gratias & defensiones intercessionis. Eft eī sum Archangeli Michaëlis. lo suo Gabriele, benedicens, corroborans, gratia implens, latificans, & orans, ac decorans corda fidelium: vt qui sit sanctis omnibus potentior. Vniuersam enim quæ est sub sole creatam naturam ad lucem deducit. Omnes autem eius laudatores eximiè à variis eripit necossitatibus: & eos qui in omni loco piē eum inuocauerunt, à periculis tam quæ vindicentur, quam quæ cadunt sub intelligentiam, liberat. Fidelium & Orthodoxorum populorum Ecclesiæ exhilarat. Romanorum custodit rempublicam Christi amantem. Imperatorem armat aduersus Barbaros: Christianos reddit viatores: hostes inimicos persequitur: ab hominum calumniis suis seruos conseruat: ab eorum qui persequuntur molestius pios liberat: ab ingentibus marii fluctibus eos qui ipsum inuocant, eripit: fertilitates fructuum terræ suppeditat: eos qui in tenebris versantur, ducit: eos defendit, quibus fit iniuria: confortat eos, qui sunt pusilliūni: & agrotos visitat: fidicubet pro peccatoribus. Demoniū impetus propulsat: viitorum flammatum reflinguit: vt sanctitatem facimus nos inducit: & omnes qui sanctum & venerandum eius festum ² fide & desiderio alacriter celebant, ex omni difficultate & noxio occursu liberat, & dat salutarem gratiam princeps Dei militiæ: ad petitionem semper vtilem deducit, & ad viam penitentia: & eis peccatorum procurat remissionem: & in iustorum stationem connumerat in regno celorum, gratia omni difficultate & noxio occursu liberat.

T E I V S D E M P A N T O L E O N I S D I A C O N I & Chartophylacis magnæ Ecclesiæ, narratio mira. cōlorum maximi Archangeli Michaëlis.

Apud Simeonem Metaphrasten.

MAGNÆ & multæ, & variae sunt tuæ incorporeæ & magnifice Archangelicæ virtutis & dignitatis notiones, donaq; & gratia ò gloriosissimè Michaël princeps militiæ, ampliūq; & re vera sublimis, & multiplex decoræ tuæ materiæ expertis formæ & vitæ statu: est autem parua & nihilis facienda humanae linguae carnea potestas, angustusq; & humili, & artificio carens, qui per instrumenta corporeæ a nostro corde sermo proficilicitur. Quomodo ergo te ò omnipotentis Dei princeps militiæ, pro dignitate, licet conemur, laudibus affectim? Quam vocem incorpoream incorporeo tuo & intelligenti ordini respondentem, per materiæ & corporeæ labra offeremus? Quibus vtemur sonis quæ significant infabiliem & inexplicabilem tuam gloriam? Dubitat re vera vniuersa natura terrigenarum te laudare & celebrare, qui es princeps ordinis supercolestis. Enarrari enim & verbis explicari nō potest locus diuinæ tuæ pulchritudinis & splendoris. Quomodo enim mirabilis facta est scientia Dei ex nobis: invaliduit, non potuerimus nos homines ad eam: ita etiā Archangelicæ essentielis tuæ bonitatis & potestatis infinita multitudine, à qua arcana & diuina emanant fidelibus, apprehendi & inuestigari non potest humanis cogitationibus. Sed quoniā alicubi dicit diuinum eloquium: Quod dicidimus, predicamus: & quod scimus, annunciamus: ea de causa mitentes infinita magnalia tuorū miraculorū, pauca quædam ap̄positæ & conuenienter collecta ex diuinis spiritus eloquiis, conamur exprimere nostrorū verborū coloribus, & graphicè narrare magnificentia gloriae sanctitatis tuæ: & terribilium tuorum miraculorum eruſare potentiam, & prodigia tua annunciare iis qui hodie fide sunt congregati in diuino tuo festo, vt salutis iam propositū argumentum, omnibus qui ardenter ad id accurrit: O maxime, & in primis admirabilis Michaël princeps Dei militiæ.

A iiiij Hodie

Hodie enim tanquam magnificissimus quidem conuiuator, cōuocabo vos omnes spiritales conuiuas ad epulum tui feliti, quod exortum est sole luminosius, quod positum est ad principia orbis terrae, qui est a finibus vñq; ad fines, in quo miraculorum & animarum vtilitatis delitii se expletant omnia corda fidelium. Sed nunc quoq; vt semper miserere nostrae humilitatis, qui es excelsus aefflor regni celorum, & exortere nobis splendoribus benignae tuae prouidentie, qui à benigno Deo accepisti benignitatē benignē Michaēl princeps militiae. Qui es laeta, & luminosa, significatq; & splendida stella solis gloria. Qui es fortissimus pugnator, & propugnator, ac defensor corū qui Dominū diligunt. Qui prouides & propicias, eosq; firmo tuo patrocinio adiuvas & defendas, qui te inuocant, & magno desiderio ad te accedunt in diuinā tuā edē, & maximē venerandā. Tu illumina nostros intelligētes cordis oculos, vt intelligamus, menteq; apprehēdamus & enunciemus, quoad eius fieri poterit, miracula tuae Maicstatis. Nam per te vniuersa copiosa omniū bonorū suppeditatio datur ab omnipotēti Dei prouidentia, iis qui in te sperant circa villā dubitationē, & se conferunt ad omne tui laudationē. Quid autē cogitantes, aut quibus verbis videntes in primis poterimus sufficiēt ostendere diuinā prouidentię & benignitatis infinitū pelagus? Ad primum enim bonū, & quod praecepit p̄mō operatur, quoad eius fieri potest, oportet aperte omnes extollī. Principaliter ergo & aperte, & ex debito debemus mente cogitare qui figurā ferimus, & imaginē eius quae ex se habet potestatę, & dñm diuinā essentię, quod vñs est & solus Deus, qui propter infinitā bonitatē est omnia fabricatus sunt in celis, & in terra, vt dicit diuinus Apostolus. Siue visibilia, siue inuisibilia, siue throni, siue dominationē, siue potestates, siue virtutes, siue principatus, siue Archageli, siue Angelii, siue Seraphin, siue Cherubin, & ipse est ante oīa, & omnia in ipso cōstant. Qui hāc etiā variā cōdidit creatā naturā, in vñā vniuersi mūdi harmoniā & cōplementū. Qui solus est ingenitus & aeternus. Qui solus est expers principij, & in quē nō cadit interitus & fīns. Qui solus est eiū modi, vt cōprehendi & inuestigari & videri nequeat. Qui omni circumscriptione & cōprehensione essentiam habet superiorē. Qui nullā potest suscipere mutationē & alterationē: estq; omnipotens, & ab exitio & interitu aliena natura, sōns perennis, & qui nunquā exanimabitur, miserationū & bonitatis: omniū diuinorū donorū & gratiarū, qui exhauriri minimē potest abyssus misericordiā, quod nō potest exprimi pelagus, beatissima & summa pulchritudo, & sola re vera digna quae ametur. Vniuersi quod dicitur & intelligitur boni efficiens & impertiens & largiens causa & prima causa. Hic est qui propter solā bonitatē essentialē & naturalē ea qua non erant aliquādō vocavit ad hoc, vt effeat: & omnia ad essentię deduxit, & cōstituit, eaq; comprehendit & continet, dirigit & ducit, ferens solo nutu siue maiestatis & potētie, eaq;

Atq; prīmū quidem conuenienter ei quod dicit Theologus Gregorius, mente agitauit Angelicas & cœlestes potestates: & quod mente agitauit, sicut opus verbo compleatum, & spiritu perfectum. Sicq; confiterunt secundi splendores, ministri prīmi splendoris, siue intelligentes spiritū, siue ignem, vt pote materie expertē & incorporeum, siue aliquām aliam naturam, quod quām proximā ad ea quae dicta sunt accedit, eos existimare oporteat. Volo quidem, inquit, dicere eos prīmū ad malum immobiles, & qui soli habent boni motū, vt qui sunt circa Deum, & prīmō à Deo illuminantur, nā quae hic sunt, sunt secundā illuminationis. Mili autē persuadet, vt non immobiles, sed ad mouēdūm difficiles eos existimem, qui propter splendorē Lucifer, & factus est, & dicitur tenebræ propter elationē, & quae sub eo confidunt potestates, architecturæ vitij, boni ſuga, & nobis conciliatrices. Atq; sic quidem qui apprehendit intelligentia, & propter hæc mundus fuit constitutus. Cūm aut prima ei recte se haberent, secundū mente agitat mundum materia præditum, & qui certiuit, & is quidem est, id quod ex celo & terra, & iis quae intercedit, est constitutū & coagmentatum. Luciferum autē eum qui à Deo defecit, & cum eo pugnauit, & est infolens & iactabundus, diabolū vocat Theologus, ex voce Elaiā prophetæ, qui eius calum deplorat, & dicit: Quomodo cecidit ē celo Lucifer, qui manu oriebatur, & contritus est super terram? De eo enim diuinus quoq; Dauid, ad eos qui similiter a diuinā charitate defluxerat, sceleratis ille & malitiosus qui defecerat, dicit: Et tanq; vñs ex principibus cadit is. Princeps enim erat vnius Angelici ordinis in celis diabolus, non diabolus ab initio produs & factus, sed bonus ex bono, & pulcher ex pulchro, & qui solus bona facit, opifices vniuersorū. Postremō autē præter legem naturā, decretumq; & rationē diuinā iustitiae, imperij cupiditatis cōstro percitus, rebellauit aduersus Creatore, regnum eius, & gloriam sibi conans vñspare. Secum autem attraxit etiam infinitam rebellium multitudinem, quae siue stultitiae & malitiae eum accepit adiutorē. Nam propter hanc causam impia cogitationis, ex celi conuexis vehementi impetu cecidit execrandus. Nam simulatque ei venit in mente sceleratissima & maximē impia cogitatio, sicut confessim contritus ab omnipotē-

potenti Domino qui dixit: Videbam satanam tanquam fulgur ē celo cadenteim. Similiter autem de eo quoq; per Ezechiēl Prophetam: Simulatq; elatum fuit cor tuum propter pulchritudinem tuam, & dixisti in cogitatione tua: Deus ego sum: statim à sancto inonte meo in terram te deieci per Cherubin, & interiit scientia tua cum pulchritudine tua, & dabo te in cinerem super terram coram omnibus te videntibus, fidelibus scilicet. Quonodo etiam dixit Dominus in Diuiis Euangelis: Ecce de vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpions, & super omnem potestatem inimici.

Nonnulli autem discendi cupidi inquirunt, num propterea sit cieetus, quod Adam eum non adorauerit? Est autem stultorum & insipientium hoc dicere: Ceterit enim diabolus, priusquam factus esset Adam: quomodo patres aperte pronunciant, omnes Angelos fuisse factos ante celum & terram. Diabolus verò est probabile quarto die cecidisse, quando Deus fecit luminaria, sicut scriptum est in Iob: Quando facta sunt astra, laudarunt me magna voce omnes Angeli mei, & hymnis celebrarunt. Semper enim etiam nō tacite Angelis Dominum glorificantibus, tunc cum maiori voce eum laudibus celebrarunt, vt significauit scriptura propter iustum scilicet casum maligni illius qui defecerat. Oportet autem scire ex nostris scriptis & dilecti, quod omnis chorea & ordō habet dueū ordinis qui incipit melodiam. Sic etiam de sanctis Angelis dicit Dionysius Angelorum ordinis diuinissimus interpres: Non absurdē diuina & celestia, materiali nostrae Hierarchiæ, pro viribus sensiliter, quoad eius fieri potest, sunt assimilata. Ducem verò ordinis angelicæ chorea lucidissimum & maximum militię principem Michaēl intelligere à superis accepimus.

MIRACULVM PRIMVM DE RE

belle & superbo Satana, & immundis eius spiritibus:

Hic ergo fidelissimus & sanctissimus, magnus exercitus dux Michael diuini consilij plus minister, qui propter dominicum & omnipotentem diuinum iussum in terrā fecit ex cœlestibus aliudibus rebellerem & superbū satanam cum eius immundis & malignis spiritibus, tunc in eos inuectus, & triumphū agens de eorum malitia, congregatis cunctis Angelorum populis, magna voce laudauit Deum vniuersorum, & omnipotentem Dominum, Angelicos greges eō veluti ducens, vt status meminissent immobilis, & quae bona facit stabilitatis, & dicit: Attendamus: perinde ac si diceret: Qui erati fuerant, & quibus obtigerat vt Deus increatus & inaequalabilis eos produceret propter naturalem suam bonitatem, quid eis accidit, qui nobiscum hucusq; diuinis illustrabantur splendoribus. An inaduertamus quām repente mutati sunt in tenebras propter arrogantiā & contemptiōne eius qui eos fecerat. Cognoscamus quos fructus cōciliat liberi arbitrij voluntas inconsiderata: & stemus immobiliter in timore, quotidie diuinum ministerium opifici offertentes. Porro autē quandam quē eos contineret hymnodiam, vt qui in primo loco staret, cum Seraphin & omnibus simili diuinis & cœlestibus potestatis bus magna voce cecinat diuinam illam, & quē nunquā potest definire omnipotentis diuinitatis, quē est principium lumen, vñitaq; est & trina, ter sanctam glorificationem: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sa- baoth, plena est vniuersa terra gloria eius. A Dei verò administratoria diuina gloria alienatus maleficus diabolus, cūm vñdisset terrestrem hostitiae esse quavis re creata honoratore, vt qui dominicis manibus factus esset ad suam imaginem & similitudinem, statuit eum totis viribus separare & eripere ab eis qui ipsum fecerat & honorerat salutari precepto. Vident enim malignus & sceleratus se in extrema esse ignominia, valde cruciabatur: & cūm non posset ad Deum conuerti, in Dei imaginem suam effudit improbitatem: & efficit in homo effet obnoxius interitus & morti, eo electo diuinis & viuificis paradisi delitis. Et statuit Deus Cherubin & flammeam rhoimpheam versatilem, vt custodiret paradysum. Sed etiā sic quidem cecidisset homo qui liberū habebat arbitrium, & à bono statu defluxisset, non eum despexit Deus. Sed vt qui sit natura benignus, & ingens mare habeat bonitatem, velut quādam arma ad conseruandum validissima, ei præbuit magnū Michaēlem militię principē aduersus diaboli potentia, vt custodiret & defendaret hominem qui lapsus fuerat: vt quomodo ceciderat per imperiā, per laboriosorem rufus viuendi rationem, & diuinam virtutem instaurato p̄glio victor effectus coronetur:

D E A D A M O.

Porrō autem Archangeli Michaēlis suasionibus & monitis instruetus Adam, & ligone terram fodens, & sudore & labore frugaliter nutritus, non fuit amplius seductus ab hominī inimico, & Dei hoste: nec passus est aliam ab ipso commotionem. Nam ab eo tempore omnino eum valde habebat odio, mente agitans per propheticum rōrem qui adhuc in eo inerat, illud: Ne des in commotionem pedum tuum; & non dormitabit, qui te custodis

custodit Angelus. Ab eo enim tempore credimus nos habere Angelum vnicuique animæ ducem, vt dicit Dominus in Euangeliis: Vide te despiciatis vnum ex his paruis, qui sunt minimi: Angeli enim eorum assiduè vident faciem patris veltri qui est in celis. Similiter etiam dicit Jacob Patriarcha: Angelus qui me liberat à malis omnibus. Non dixit: qui me liberavit: sed qui semper liberat. Quinetiam beatum Apostolum Petrum à manu Herodis Angelus Domini liberauit. Similatque enim constitutum fuit humanum genus, iussi sunt Angeli eius vita curam gerere; & vnumquemque hominem fidelem fortitus est bonus Angelus, ut eius vitam componeret, & eius animam perficeret. Multi autem cum eo luctantur dæmones à via recta eum facientes aberrare. Immundis enim dæmonibus non sunt curæ infideles, sed iij qui piè viuunt, eis enim inuident, & cū eis bellum gerunt. Quando autem ambulat quidem in sanctitate & iustitia homo fidelis, latetur Angelus, qui & fuit datus ad ipsum custodiendum. Quando vero à via recta declinauerit, tritius quidem est bonus Angelus, dæmones autem exiliunt. Iam verò Magnus quoque dicit Basilius: Sunt Angeli qui in vnaquaque Ecclesia describunt eos qui orant & ieiunant. Vide δ homo, ne propter paruam voluptatem, & breuem somnum, hoc damnum accipias, quod te non descriperit Angelus. Et in fidelibus quidem, vt prius diximus, vnu Angelus à Deo datum est vnicuiq;. In infidelibus autem vnamquamq; integrum gentem fortitus est vnu Angelus, vt dicit scriptura: Statuit terminos Gentium secundum numerum Angelorum Dei. Et vt Iudeorum quidem gentem custodire, constitutus est Michael magnus Dei militia princeps, vt pote quod in Deum credidissent. Alius vero præfector fuit Persis, aliis vero Gracis, & deinceps similiter. Cæterum diuinus quidem & magnus dux exercitus Michael est princeps omnium celestium potestatum, præficitq; & curam gerit totius getis fidelis: & rursus fideles qui laborant preuenit & conseruat, vt qui à Deo iussi sit celestem habere naturam, & tanquam fulguris adeptus velocitate, vniuersam terram & ethereum uno momento percurre. Exilit enim, inquit, Angelus, qui ambulabat ante castra filiorum Israël. Hunc autem Angelum militiae principem Michaelēm esse dixit scriptura in Iesu Nau. Nam nomen eius aperte declarauit in propheta Daniele. Hic ergo magnus & gloriolus Dei militiae princeps Michael, & veteri vt conuenit fuit administrit: & nouu magis administrat quæ sunt salutaria. Postquam enim valde irritaverunt, & penitus dereliquerunt Dominum Deum increduli Israëlite: & ea de causa fuerunt penitus exterminati: & aduocati sumus qui credidimus ex gentibus: & factus est nouus Israël, à Christo denominatus & Christu intelligens: nam hi interpreteris Israël, is est mens vidēs Deū: kunc diuinum quoque militiae principem Michaelē remouit à Iudeorū consuetudine bonus Deus: & ab eo tempore nobis electis Christianis constituit maximum defensorem & servatorem, aliarum gentium curam suscipientibus aperte aliis minoribus Angelis. Nam quod est gens quidem sancta Christianorum reliquis omnibus praestantior, eo necesse est esse maiorem dignitatem Archangelī Michaelis, qui curam gerit generis Christianorum. Non enim essentia Angelorum habet differentiam, sed dignitatis excellentia. Vult enim omnes homines esse saluos qui vniuersorum curam gerit, & est natura benignus.

III.
De Abr
hamo.

Ed cū miseri homines sua stultitia in errore perieuerant, & cultu simulachrorū: & Nequaquam vellent id quod oportebat intelligere, & effectore agnoscere ex magnitudine, & pulchritudine rerum ab eo creatarum, pius ille Abraham cū ex rebus creatis mete comprehendisset creatorem, & infinita potentia admiratus esset artificium: valdeq; agri ferret & indignaretur in stultos & incredulos qui rem creatam colebant ultra creatorem, Deus è celo eum est allocutus, dicens: Egregere è terra tua, & ex cognatione tua, & ex domo patris tui, & veni in terrā quā indicabo tibi. Deinde sic ei apparuit in specie triū Angelorū. Ab eo autē hospitio acceptus apud querū Mâbre, præclaræ eius hospitalitatibus mercede præbuit ei iā seni, & cū sterilis esset vxor Sara, piū filii Isaac & in moribus & virtute ei simile. Postquā aut præter spē natus esset filius, omnibus probatiorem reddens eius animi magnitudinē, fideiq; & animi pietatē, ei rursus dixit: Abrahā, Arahā, accipe filiu tuu dilectu quē genuisti, Isaac & eum mihi offer in Sacrificio. Ille autē simulatq; fuerat ei imperatū, rem exequebatur: & cū ligasset Isaac, & extendisset manum quæ tenebat gladiū, tā guttur illius tactu, eu represit Angelus Domini, Michael scilicet, dicens, Ne immittas manū tuā in filium: Nunc enim noui, quod tu times Dominum: sed a spice tuis oculis, & vide ad te missum arcte ligatu, & eū offer pro Isaac filio tuo. Hunc autē Angelus qui hæc dixit Patriarchæ, militiae principē Michaelēm aperte esse credimus. Itenim Jacob quoq; quem frater persequebatur Esau, militiae princeps liberauit & seruavit. Qui etiam ei animū addens, nō timeret eū qui persequebatur, cū eo luctatur in nocte, & tangit eius fermur propemodū dicens: Sicut Angelis valuisti luctari, quid times hominem in quem cadit intentus?

Cum

Cum autem multiplicati essent qui ex pīj Abrahæ genere descenderant, vt pollicitus ei fuerat Angelus, jī in Ægypto verò male haberentur, eorum miseritus est Deus, qui est natura benignus, & elegit Moſen famulum suum: & per ipsum Archangelum Michaëlem, eum constituit ducem totius generis Abrahæ, vt educeret eos è terra Ægypti, & per mare rubrum tanquam per secam terram eos transmitteret, properante populo ad terram eis promissam, que fluebat lacte & melle, Michaël Archangelo parante viam eius ante ipsum. Cum autem peruenisset in regionem Moabitum, vt transiret per eorum fines, ei refutit Balac rex Moab prohibiens eum transire. Accersit quoq; ipse Rex Balac vatem quandam senem insignem, nomine Balaam, ad execrandum populum Moſis vt vinceretur. Proficisci autem Balaam in via occurrit Angelus Domini, Michaël scilicet defensor Israëlitarū. Quem cum vidisset alia na Balaam, declinauit, & allis pedem Balaam ad parietem, & cum arguit afina humana voce, ostendens terribilem Archangeli visionem. Balaam autem cum aspexisset splendorem qui ex eo emicabat, valde territus dixit: Parce mihi, parce mihi Domine, nam ignorans peccauī. Sed hanc licet vinhonem aspexisset Balaam, non statim est reuerter, sed venit ad Regem Balac qui eum accersuerat, vt desiderio eius satisficeret. Sed ambo à scopo exciderunt. Nam cū in altissimo loco stetisset Balaam, & conspexisset castra Israël tanquam cedros iuxta aquas, propheticam benedictionem loco execrationis vel iniurias vates effatus est populo Israëlitico, dicens: Orietur stella ex Iacob, & surget homo ex Israel: & confringet duces Moab, & quæ sequuntur. Propter malum autem omen & execrandum suum consilium, quod merebat Balac, accepit exitium. Quid autem esset Michaël princeps Domini militiae qui occurrit Balaam, & ei denunciauit, vt qui esset dux populi Iudeorum, eumq; præcederet & deduceret, aperte ostendit scriptura in corpore Moſis, vt diuinissimus Iudas Apostolus frater Domini dixit in sua catholica epistola: Michaël autem Archangelus, quando contendens cum diabolo disserbat de corpore Moſis, non ausus est efferre iudicium blasphemie: sed dixit ei Angelus: Incrépet te Dominus. Quid autem cum diabolo dissereret militiae princeps Michaël, sciens. Conabatur hostis & inimicus & profanus diabolus, cum summa impudentia, & contendebat in decessu Moſis, qui Deum maximè est contemplatus, efficeret, vt eius corpus redigeretur sub potestate interitus, vt nullus videret bonum signum in futurum ad humanam existiam. Et Idæ dicebat tenebris Satan luminosissimo Dei militiae principi Michaeli, Moſen fecisse cædem Ægypti, & alias in eum confingebat calumnias & criminationes. Superbo ergo & jaſtabundo maligni animo resistens Michael Archangelus, & contradicens: & nunc hoc, nunc illud respondens ad ea confutanda quæ ab illo dicebantur improbè: postremo videns eius insignem impudentiam, eum increpauit, dicens: Incrépet te Dominus, hoc est, Te δ diabole perdat Deus. Statimq; evanuit sceleratus aduersarius. Talis est enim potestia diuini, & Deum contemplantis Michaelis: & haec est quæ fuit disputatio & contentio in decessu magni Moſis, quando eius corpus abscondit Michael princeps militiae, ne si id inueniissent Iudei, tanquam Deum adorarent, qui ne beluis quidem pepercérunt. Hac Michael, qui est Angelicarum potestatum præstantissimus.

Ed is quoq; etiam post decessum diuini Moſis, cū Iesus Nau diuinitus in populū Israëlitico obtinuerit imperium, & eum duceret in terram promissionis, & struxisset aciem contra aduersarios, & de committendo pælio dissereret, viuis ei tanquam fortissimus miles militiae princeps Michael, stans omnino erexit, aeto vultu, & veste insignis: eratq; strictus gladius in manu eius. Accedens vero Iesus, qui erat armatus, ei acerbè dixit, vt est verisimile: Nostérne es, an aduersariorū? Praeclarus enim tuus & varius aspectus incitat me vt te interrogem. Dic mihi ergo ocyus, priusquam te cœsim aggrediar. Non enim conuenit, vt acie relista in discrimine, ego te pergam alloqui: Arbitror enim te venire nos speculatum. Sin autem venisti transfuga, abiecto hoc tuo nictate gladio sis citō nobiscum: & liberare ab exercitu quod impie vibi Hiericho imminet. Sin autem es nolter, cur solus stas extra aciem quæ verlatur in certamine? Dic mihi autem ocyssimè, ego enim ex lingua Hebraica te agnoscam. Haec cū interrogat Iesus Nau, respondit ei Michael magnus duxor Dei ordinum: Ego præcipius dux copiarum Domini nunc accelsi. Protinus autem abiectis armis suis Iesus Nau, humili cedidit in terram, & eum adorauit, dicens: Domine, Domine, quid imperas tuo falso? Nam ego quoq; sum tuus famulus, sicut etiam dominus meus Moſes. Tu inecum quoq; dux exercitū, me perpetuò sicut illum corroborans. Ecce enim aduersus hostes fortiter direxi aciem, fretus iniunctu tuis viribus per quas seūs & immanis Pharaon cum toto exercitu, colligatis simul curruum axibus, vt mari funditus obrueretur effecisti: & qui dominum meum Moſen in via obſistendo impediuerunt, impios Moabitas ad internecionem deleuisti. Quid imperas famulo tuo Domine? Sanctissimus autem princeps Dei militiae dicit ei: Solue calceos ex pedibus tuis: Locus enim in quo stas, est sanctus. Quod cū statim factum est, iulxit

VI.
De Iesu Nau.

12 set, iussit vt audacter inuaderet urbem illam septem muris circundata & inexpugnabilem, & simulatq; inuasisset cum septem sacerdotibus tuba canentibus, eam ad solum vsq; diruit admirabiliter, & eam totam cum omnibus aedibus & diutinis excusit, vt qui eam Domino tamquam consecratum donarium & praeceas primis obtulerit. Deinde si postea viginti & novem Reges praeter Hiericho, cum eorum exercitibus & viribus Iesu Nau filius consumpsit, non habens ciuitatem, non villam bellum fedem, non milites qui vilam haberent bellum peritiam, sed diuino nutu, & auxilio maximi ducis omnium celestium potestatum.

VII.
De Goliath.

VIII.
De Daniele.

IX.
De Sennacherib.

X.
De Ezechia
rege Hierusalē

XI.
De sanctis tri-
bus pueris.

Erat enim, hic miliciae princeps, qui etiam in Goliath ponē est iaculatus, & eum pronum protrauit, quando diuina funda fuit percussus Dei parentis David. Nisi enim Angelus Domini eum ponē percussisset, supinus cecidisset in fronte accepto vulneri.

Vndem autem maximum militiae principem, videt etiam Dei summus contemplator propheta Daniel, arguens sceleratos qui aduersus castam Susannam insaniarēt, & dicit alteri eorum: Expecta Angelus Dei iam tenens gladium, ut te fecerit medium. Quicquid postquam venit in mentē Dei parenti & Regi David, facti ab eo peccati, & egrediam illam compunctionem & penitentiam citō ostendit, cum qua flens ex profundo cordis clamauit: Peccavi Domino: Postquam vidit propheta Nathan Angelum qui erat paratus recessisse, dixit diuino David: Dominus quoque abstulit peccatum tuum, non morieris: magnam, & ineffabilēm benigni Dei bonitatem ei annuncians, & eum consolans.

Iam verò cū execrandus Sennacherib Rex Assyriorum plurimas gentes redigisset in Ierusalem, & multas Iudeas munitas cepisset ciuitates, venit & circundedit Hierusalem eum maximis copijs, & statuit Rapsacen levissimum suum ducem ad pilicinam via superioris, & clamauit Hebraicē ad Ezechiam & Iudeas, qui erant in ciuitate, blasphemā verba dicens & satanica. Hec autem dicit vobis Rex magnus Assyriorum: Quis est haec fiducia quia confiditis, quod dicitis: In Dominum Deum confidimus? Egregimini ad Dominum meum potentem Regem Sennacherib, & viuetis, & non moriemini: & comedet vir sicutum suum, & biber viceū suum, & accipiam ex vobis in terram meam, & glorificabo valde, & magnificabo: & ne audiatis Ezechiam, quoniam vos decepit, dicens: Dominus nos liberabit. Nam liberantes liberarunt Dij gentium vnuſiq; suam regionem à manu Regis Assyriorum? Hec cum audisset Ezechias, induit faciem, & ingreditus est in dominum suum, & fleuit vehementer, dicens: Domine Deus Israēl, qui sedes supet Cherubin, & in orbem circundaris, & glorificaris non tacite à Seraphin, & ab omnibus sanctis Angelis: Tu Deus solus in omnibus regnis terrae: Tu fecisti celum & terram, & omnia quae sunt in eis. Inclina Domini aurem tuam, & audi. Aperi Domine oculos tuos, & vide, & attende sermones Sennacherib, quos misit, exprobrans Deum viuentem. Quoniam in veritate Domine desertas reddiderunt gentes Reges Assyriorum. Et nunc Domine Deus noster serua nos à manu eius, & cognoscant omnia regna terra, quod tu es Dominus Deus solus. Et egressus est Angelus Domini nocte illa, & interfecit ex castris Assyriorum 18.5. milia. Et cū mane surrexit, inuenient corpora mortua. Et dum auertireretur & fugeret Dei hostis Sennacherib, eum interemerunt duo filii eius grauiter in gladio, cū permisisset nulla ductus pœnitentia. Cuius autem fuit hoc stuprum, præclarumq; & admirabile facinus, & potentia, num omnium regis Domini Sabaoth principis copiarum Michaēl, qui non vultus duxit exercitum, & aduersarios temporis momento sine gladio aperte concidit, in auxilium & custodiā suorum qui spem suam collocarunt in Deum viuum vltionum, & qui loltus potest seruari? Sed ingrati Iudei, & stulti, & increduli, qui plurimorum diuinorum beneficiorum fuerūt immemores, post manu Angeli hostium illorum infestissimorum factam cladem, & turpem illorum fugam, ne sic quidem potuerunt intelligere & agnoscerē, sed dicebant: Manus nostra excella fecit haec omnia prodiga. Propterea tradidit eos Deus omnino in manus Nabuchodonosor regis Chaldaeorum, qui etiam diruit omnes muros Hierusalem, & incendit ciuitatem totam, & domum Domini, & bello capta, accepit vasa sacra, & multitudinem diuitiarum eorum, & duxit omnia Babylonem. Et fuerunt Iudei seruientes in captiuitate eum magno metu Chaldaeis, colentes omnes eorum simulachra, præter sanctos tres pueros, & prophetam Daniēlem. Hi enim soli viri pii, etiam plani infantes abducti essent in captiuitatem, Dei timorem semper habentes, non cum sui generis Pontificibus, Scribis, & Pharisæis, sed deducti sunt, vt colerent deos qui non sunt, neque regium illud iustum timuerunt: sed in Deum viuum qui dat salutem confidentes, cum dueti essent ad tyrannum, audacter dixerunt: Notum tibi sit Rex, quod deos tuos non colimus: & imagine auream quam posuisti nob̄ adoramus. Tunc Nabuchodonosor rex, in ira & furore, iniecit Aniam, Azariam, & Mifac̄ in fornacem ignis ardenter. Dei autem Angelus, Michaēl scilicet, simul cum eis descendit in fornacem: & nec omnino quidem eos tergit ignis, sed excusit Angelus flammarum fornaci-

& transit ignis circumcirca, & combusit viros omnes qui ipsos iniecerant, hoc est, ministros Regis. Tunc tres tanquam uno ore laetantes, laudabant, & benedicabant, & solum Deum glorificabant. Rex autem audiuit ipsos Deum laudantes in medio fornaci, & citō furgens dixit magnatibus suis: Num tres viros vincentes in mediū ignis & alpetus quarti est similis filio Dei. Tunc cum Rex eos accerfisset, egressi sunt illeli. Cum aut diuinū pueri egressi essent abīque villa læsione, coram eis adorauit Rex, & dixit: Benedictus Dominus Deus Sidrach, Mifac̄, & Abdenago, qui misit Angelum suum, & eripuit pueros suos ex igne fornaci ardenti. Tunc Rex confituit eos principes, & maximo eos honore affectis cum propheta Daniele. Pulchrit̄ re vera diuinus cantor David psallit: Castrametatur Angelus Domini in circuitu timentium eum, & liberabit eos.

Smile aut rursus miraculū ostendit Deus admirabilem per gloriosum Archangelū suū Michaelē, in famulo quoq; suo, Daniele iniecto in lacū leonū. Nā postq; regnārunt Reges De Daniele alij a Nabuchodonosor, diligebatur ab omnibus sapiētissimus Daniel, ut qui ex Deo somnia propheta: coiceret. Babiloniā aut inuidia moti, insurrexerunt eo tempore aduersus Cyrū, qui tunc apud eos regnabat, sicut prius aduersus Dariū, & dicunt ei: Rex, da nobis vt morte afficiamus Hebreū Danielē, quoniam Bel Deū nostrū contriuit, & venerādum draconē interfecit, & sacerdotes, & incantatores nostros occidit. Sin minus, te interimemus, & domum tuā, vt ludantur. Cum verò vidisset Rex, q; eum valde virgerent, coactus tradidit eis Danielē. Illi aut iniecerūt eū in lacū leonū, & fuit illic sex dies. Erant autē in lacū septē leones. Occlusit verò Archangelus Michael ora leonum: & non molestia afficerunt Danielē, neq; attigerunt omnino corpus eius. Cū verò venisset Rex septimo die vt lugeret Danielē in lacu, inuenit salua qua fixerat signacula. Et lacu aperto videt Danielē stante rectū, & manus habenter extenatas, & Deū laudantē, & dicentem: Benedictus es Deus, qui misisti Angelum tuum, & obfruxit ora leonum, & mihi non nocuerunt. Tunc Rex citō cum gaudio Deum glorificans, sustulit Danielē ī lacū illūsum, & adorauit eum. Viros autem qui Danielē accusaverant, iniecit in lacū leonum. Non prius autem fuerunt in solo lacu, quām eos inuidentes leones deuorarunt, & omnia ossa eorum tanquam in puluerem cōminuerunt. Hic ergo vir desideriorum Daniel sanctissimum Archangeli nomen nobis ostendit, quod vocaretur Michaelē, id est, dux Dei exercitus, vt hoc mysterium accepit ab alio Angelo.

Porrō verò Abbacuch quoque propheta erat in Iudea. Ipse autem coxerat pulmentum, & panes intinxerat ad nutrientium: & ibat vt id ferret suis mesfloribus. Ange. De Abbas cōjunctus autem Domini apprehendit verticem Abbacuch, & impetu sui spiritus eum portauit cōjunctus propheta: in locum suum, nihil ei impedimenti adferens, quod minus eadem hora veniret, & eodem cibo mesflores suos copiosè aleceret. Papē quanta est diuinī Archangeli pernicietas?

V Aladisimo quoque suo impetu, diuino nutu, similiter rursus aliās asſumptis diuīnum quoque propheta Ezechielē, vt dicit ipse Ezechiel in sua prophetia: Et alpexi, & ecce similitudo viri à labijs suis: & inferius ignis, & à labijs eius & superioris tanquam visus electri: propheta. & accepit me à vertice in spiritu suo in medio cœli & terre: & deduxit me Hierusalem.

Q Vincetiam Apostolum quoque Philippum similiiter rapuit Angelus Domini mei, & transfluit in Azotum, & non vidit amplius ipsum Eunuehus Reginæ Äthiopum, De Philippo Apostolo.

M Entem autē impellit, & mihi animū excitat eximia gratia & virtus diuīni ordinū Ductoris supernarū potestatum: & ducit ad narrandū vnum solum eius miraculum. Vincitur enim & caligat omnis vis dicēti, intuens ad altitudinē & multitudinē & excellētia infinitorū & variorū & omnis generis eius miraculorū: & recusat omnino deis scribere. Deficiet enim planē tēpus nos, vt diuīnus ait Apostolus, narrātes. Est enim pelagius metiri facilius, & stellas numerare, quām maxima quę à maximo incorporeo quotidie in nos fuit miracula. Ex magnis ergo & insignibus eius miraculis, atque pauca quādā vobis narrare admirabilia opera. Tēpore Michaēlis Imperatoris, & Theodoræ eius matris erat vir quidam nomine Marciānus, qui à teneris vnguiculis fuerat Cerifer venerādi huius tēpli. In ipso enim diuino & venerādo & pulcherrimo tēplo Archangelico, omnes qui marī agitātū, & accedunt in fide, & ex intemera illa eius imagine bibunt vnguiculū emanans, omnis generis morborū statim aſsequuntur quę speratur curationē. In hoc ergo diuino & religioso tēplo aſſiduē perfeuerabat p̄dīcētus Marciānus Archangeli Cerifer: vñq; ad senectutē cum magno amore & fide: neq; vñq; omnino opus habuerat medico, sed simulatq; aliqui incederet in ullum morbū, protinus procidēbat in disto templo Ductoris ordinū

Michaëlis, breuiq; sanus redibat in dominum suam propter totam suam in eum affectionem. Cū ē ergo aliquando grauis morbus & planè delperatus inuasisset, iacuit in inferiore parte templi Archangeli aliquot dies, cum stabili & firma in eum fiducia. Cū plurimi autem amici, & medici ad eum congregarentur, & dicerent alij alia, que ad eum pertinebant curationem: ipso verò ne eos quidem omnino de his audire sultinente, ausus est vnu ex medicis facere ea quae dicuntur fomenta: & iussit ijs qui ipsi ministrabant, vt ei mederentur ante matutinum, velle, & non. Cū autem fomenta cōposita fuerint, & domum rediit. Illa autem nocte Marciānus cū à se veluti discessisset, & esset in extasi, quomodo & vir hic pius narravit, & subiectū argumentum ostendit veritatē, omnes templi portas vidit repente apertas, & ad lauacrum quod extabat virum terribile cum impetu ē celo equitem descendisse. Cū nō ex equo descendisset in purpureo quod illic erat marmore, ingressus est tēplū plurimis stipatis, tanquā Præpositi veste induitus, & impletum est vniuersum templū odore ineffabili. Paulus post verò cū accessisset ad lectum Marciani, fixit se ea attrectare que erant in scanno, & rapere qua in eo erant posita ad alimentum & viuum: & cū inuenisset in catino posita quae dicta sunt fomenta, ea accepta tulit ad Marcianum, rogans quid hęc sibi vellent, & quisnā esset qui ea temere fecisset in domo sua. Cū is autem respondisset cum tremore, dixit ille terribilis & gloriosus duobus suis satellitibus: Tollite ea, & eunte quamprimum perforate caput eius, qui me contempnit, & ipsa in id iniicie. Cum q; intinxisset lumen digitū sui in candelam qua impendebat eius admirabilium rerū effētrī imagini, signauit caput Marciani sancto: oleo in figurā crucis, & ex Ecclesia egredius, equo rursus conlēto, sublatuſ est in celum: statimq; clausæ sunt oēs portæ Ecclesie, ita ut quoquo modo videri non potuerit. Marcianus autem magna timore affectus, & animo anxius ad matutinum, propter terribilem visionem, accersit presbyterum Ecclesie, & narravit ei omnia. Tunc presbyter cū quædisset quae à medico parata fuerint fomenta, nec inueniuit, Marcianus quoq; caput animaduertisset, & vidisset sanctam crucem in ea per sanctum oleum expressam, obstupescens abiit quāprimum ad medicum, vt ei narraret omnia, & confuleret, vt ipse quoque pateret veniam ab ordinum ductore Michaële, de ijs quae ipse admiserat. Cū autem venisset presbyter in domum medici, inueniuit illic multitudinem innumerabilem, & luctum qui non poterat comprimi, cognitorum, & amicorum eius sociorum, qui omnes deslebant & repentim & non prius animaduersum latalem eius morbum: ipsum autem iacentem in medio omnium, totamq; eius faciem pustulatum, clamantem quę grauiter, & magna voce eulantem: Misericordia mei qui Deum timetis. Scindite Christiani caput meum, non enim fero dolores. Postquam verò audiuit à presbytero verba terribilia qua audierat à pio Marciano, tunc intellexit medicus esse plagam digna sua audacia, & statim acerbè exclamauit: Ego sum cauſa grauius huius mætis: sed me tollite, & abducite, & iacite in sanctam zēdem eius: & si quid iubet eius misericordia, faciet in me indignum suum seruum. Portantes autem eum tulerunt vñā cum lecto. Marcianus autem cū sensisse tumulum, assedit, & cū canfani resculisset, seipsum considerauit, & inuenit est omnino sanus. Tunc citò descendens de lecto suo, Deum glorificauit, suumq; defensorem, & dominum, & magnum medicum, & militię principem Michaële: cursumq; egredius processit obuiam, & sustulit medicuſ ē lecto, & portauit eum suis manib; simul cum presbytero, & posuit eum ante sanctam aram, miserabiliter deflentem & confitentem, vt ei esset proprius sanctus princeps militie. Marcianus autem cū tempore se manare & fecisset vnguentū è sacra illa imagine, vnxit caput patientis medici: statimq; fugatum est acerbum illud tormentū: & ardentes facie pustulas sunt extincte, & factus est sanus omnino, sicut prius, glorificans Deum, & sanctissimum eius militię principem Michaële. Mansit verò de cætero medicus ille perseverans, & munificē offerens in eodem glorioso templo Archangelico, tota tempore vitæ sue: Domini laudibus extollens, & eum qui fuit velox ad ferendum auxilium, & eum defendendum, militię principem Michaële.

*2 Signauit caput
Marciani sancto
oleo in figuram
Crucis.*

De medico.

*4 Nota curatio
nis modū, Manare
fecit vnguentū
sacra imagine, &
illo vnxit caput
patientis, & fecit
fugatum est acerbum
illud tormentum.*

XVII.
De decem
drachmis.

A tq; nonnulli quidem dicunt esse nouē eorum ordines, conuenienter parabolæ Seruatis, quae dicit: Si mulier aliqua habens decē drachmas, vnam ex eis perdidit, nonne accensa lucerna eam querit? Et quando eam inuenierit, conuocat amicas, dicens: Gratulamini mihi, quoniam inueni drachmam quam perdideraū. Sunt autem nouē ordines incorporeorum: nempe Angeli, Archangeli, Principatus, Potestates, Virtutes, Dominatores, Throni, Cherubini, Seraphini, & decimus ordo est hominum. Nonnulli verò dicunt nonagintanouem esse earum partes, centesimam autem esse hominum, conuenienter parabolæ centum ouium, de quibus dicit Christus: Si fuerint alicui homini centum oues, & aberrauerit vna ex ipsis, num relictis nonagintanouē in montes, profectus quererit eam quae errat? Et si contigerit eam inuenire, de ea magis letatur, quām de nonagintanouem,

quae

quae non aberrauerunt? Re vera enim nos sumus fratres, qui mali aufigimus & aberramus super montes & colles nefariae actionis & incredulitatis, quos non despexit pastor bonus & benignus: sed quæfuit, & suprasum humerum portauit, & retulit in numerum gregis boni, & non errantis.

DE S. ARCHANGELO GABRIELE.

Per Simeonem Metaphrasten.

I A V D E M V S erga omnes Dominum, fratres, & nomen eius simul extolamus, qui facit magna, & quae inuestigari nequeunt, gloriosaque, & admirabilia quorum non est numerus, per sanctissimum Michaelem quotidie, & olim, & nunc, & hic, & alibi, & multis, & singulis. Nam & si per alios sanctos Angelos innumerabiles, fecit Deus admirabilium innumerabilia miracula per vniuersum orbem terræ, triūm tamen solū ostendit diuina scriptura pretiosa & veneranda nomina: Michaelis & Gabrieles, & aperte colendis Raphaelis. Et quod sanctissimus quidem Michael fecerit hęc omnia, quae sunt simul posita terribilia miracula, hinc patet ex diuinis scripturis. Diuinissimus aut̄ Gabriel missus fuit ab omnipotente Deo & patre, tempore diuini & benigni in terram descensus, veluti quidam pronubus Dei verbis, ad sanctam Virginem, & dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum. Ethac voce depulit antiquissimam & diuiniuersitatem molestiam primam parentis Euæ: & impluit lœtitia vniuersum orbem terræ. Prius verò sterili quoque clarissimam Annę, quę in horto suo obsecrabat Dominum, prædictis fore, vt ex ea nasceretur Dei parens. Quin etiam Prophetæ Zachariae in templo sufficiens ipse dixit fore, vt in senectute gigneret Præcursum, quo tempore eum etiam fecit obmutescere in peccatum incredulitatis. Eundem ergo diuinissimum Gabrielem vidit rursus idem Zacharias in sanctis sanctorum, cibum ē cœlis afferentem ad Dei matrē. Eundem autem Gabrielem viderunt etiam Pastores in ortu Christi, annunciantem eis magnum gaudium, & vniuerso mundo. Alij quoque similiter plurimi boni insignes, & diuini patres sunt ab eo in diuinis initiati mysteriis. Nam per hos duos, Michaelem inquam & Gabrielem, descendit omnis datio bona & omne donum perfectum, quod defupermittitur in terra à Deo omnipotente. Haec enim sunt duas maximæ & parisi momenti lucernæ diuinitatis, quae est principium luminis, & est vniuersa, & trina: & quae nō occidunt luminaria totius orbis terræ qui est sub celo, mystæque arcanorum, & ad futurorum introducentes mysteria.

DE ARCHANGELO RAPHAEL.

Per Simeonem Metaphrasten.

I Nducitur aut̄ præclarus Raphael, qn̄ Tobie exexcatos oculos artificiose illuminauit. Hic enim Tobias fuerat abductus in prima Hebreorum captiuitate Nineue. Cum aut̄ esset pius et iustus, conuenienter legi corū qui erat sui generis mortuū in captiuitate corpora clā sepeliebat, quę contemptū habebantur, & nō sepeliebatur. Quodā aut̄ die cū reuefus esset ex hoc pio s opere, depositisset; ligone & bipalū, dormit extra domū suā, propterea q; ipse esset pollutus conuenienter legi, *videt, se pellit, mortuos esse opus pium.* quę dixit: Quicūq; terigerit mortuū, immundus erit vñq; ad matutinū. Illa aut̄ nocte calidum quę dixit: Quicūq; terigerit mortuū, immundus erit vñq; ad matutinū. Illa aut̄ nocte calidum excrementum in eius oculos demisit passer, & statim fuit excēctus. Nequaq; verò blasphemis incēsēs, perpetuò gratias agebat Deo, qui id permiserat. Post hec aut̄ cū accersisset Tobias filiū suū, dixit ei: Ecce ego, vt vides fili, & cecus, & senex factus sum, propter multitudinem mortuorum peccatorū: Age ergo mittā te ad Gabielū cognatū meū. Deposuit enī apud eū ante capiūtatem aliquot aurū talēta: & adfer ea ad sustentandas mēas calamitatis. Sed viā, & fili, nescis, quoniam est magna. Inueniamus aut̄ hoīem qui sciat viā, timentē Deū: et cū eo conueniamus de iusta mercede, qui tibi sit viē comes post Deū: & te rursum reducat ad meos obscuratos oculos, illeſum et letrū. Cū aut̄ talis homo ab eis quereretur, accepit ad eos diuinus Archagelus Raphael humana specie, p̄ fe ferē sevile cōduci mercedula, & dicit eis: Pacificimini meū vt par est, & ego ipsum cōferuabo post Deū. Recte enim scis & locū, & cognatū tuū Gabielū, & eius vxorē, & filiā eius. Cū iij ergo sic conuenissent, & accepit puerū Angelus, qui videbatur mercede cōductus, cū plurimis yotis ex fenis manibus, ambulauerunt sine labore multos dies. Eos verò cōscētus est canis quoq; à domo. Cū aut̄ venissent ad Tigrim fluuiū, sedis puer Tobias ad lauādos pedes: & alpexit pīscē exilientē vt eū deuoraret: & exclamauit puer. Dicit ergo ei viē comes Angelus: Ne timeas, sed eū tenēas audaft̄. Id aut̄ cū factū esset, rursum dixit ei: Disfeca eum, & cor quidē & iecur diligenter serua in vase, sel verò in altero vase. B ij Habet

a Celebremus laetum, illustris, et admirabile diem festum ordinum ducis Michaelis.

Habet enim senex quidam ad quem proficiscimur, formosam filiam habentem spiritum im- mundum, qui vocatur Asmodaeus. Qui propter eius amorem suffocauit septem viros, qui eam despondabant. Loquar autem ego cum sene de contractu, & persuadebo ei, vt accipi- as filiam eius in vxorem. Sufsumiga autem eam ex iecore & corde, & fugiet ab ea Asmode- us, homines occidens Daemonium, in supras partes Aegypti, per me ligatum vinculis infolubilibus, & non reperire mortieris. Et reuertetur ipsa quoq; nobiscum cuncti multis fa- cultatibus in domum tuam. Quod etiam factum est, vt summatim dicam. Tunc puer serua- uit cor, & iecor, & fel. Piscem autem comedebunt. Cum autem venissent, & alacriter accep- ti essent a sene Raguel, & verba mouissent de contractu, nolebat senex, timens maxime, prop- terea quod ei esset propinquus generi, & ostendebat eis sepulchra septem virorum. Tan- dem autem persuasus cum celebrasset nuptias, & eum apoxiles viuum, quomodo ei fug- gesserat eius vias comes, Deo magnas egit gratias: & eam dedit senex vxorem Tobiae, & di- midium honorum suorum, & misit eos cum magno gaudio. Ipsis vero reuersis, & simul cum ea ancillis & famulis, & infinita pecunia, accepta etiam a Gabelo deposito. Cum ve- nissent proprie domum Tobiae, canis loco agnito precurvens, ingressus est domum, & com- plexus pedes Tobiae ei blandiebatur. Ille autem cum ex eo cognovisset aquentum filii, sur- rexit propere, & iuit ei obuium, & hic, & illic offendebatur ad paritem non videns. Via vero comes dicit Tobiae: Accipe fel piscis, & cum in foribus occurris patri tuo, priusquam ipse te amplectatur, vngue oculos eius, & statim aspiciet. Quod cum factum esset, & protinus visum recipiuerat, steterunt obstupescendi Deum laudantes, propter omnia bona quae eis fecerat. Valentibus autem ipsis magnas reforre gratias vias comiti, qui existimabatur merce- narius, & prompto & alare animo ei dare dimidium pecunie quam attulerant: se eis aper- ruit Archangelus Dñi, & dixit: Ego sum Raphael, viuis ex septem Archangelis, qui offerunt preces iustorum: & heque coindi, neg, bibi, etiam si vos hoc putaretis. Domino vero perpetuo agite gratias: & semper ei confitemini, quod magnificavit misericordiam suam su- per vos. Quae cum dixisset, statim fuit sublatus ab eorum oculis. Hoc ergo solum dixit scrip- tura facilis Raphaeli, quod fuit optimus & maximum miraculum. Dicit autem se- vnum ex septem Archangelis, quoniam omnes ordines supercelestium, & que intelligentia apprehenduntur, clausum & cætum ducas & principes, sicut dictum est superius. Ce- lebremus autem nos hic quoque sincere, vt debemus, & sacrosancte, & à Deo collecte ec- clesiis, letum, & illustrem, & admirabilem diem & festum ordinum ducoris Michaelis, qui animas & corpora beneficio afficit: & ei offeramus dona accepta & digna: & pios ei hymnos perpetuo non cessemus pallere, vt ipse quoque moueat vehementiores interces- siones ad communem Dominum & creatorem, vt nobis det veniam, qui multiplicatum pec- catorum humanae imbecillitate circundati sumus & miseria. Ad eum ergo clamemus, & dicamus: Benigne minister benigni Domini, qui in mysteriis initias Michaelis principes militie, a scilicet suis apud Regem gloriae intercessionebus, omnes tuos laudatores & fideles tuos famulos, cum per patientiam vt meliores evadant, deduxeris: & vt sanctos decet, vi- uant, erudieris: illuc colloca in statione iustum. Te enim omnis cœtus Christianorum, post Deum & interemerat eius matrem patronum habemus maximum, & salutis defen- forem. Te nostri auxilijs armis validissima, & mentia aderimus omnes hostes, tam qui in intelligentiam cadunt, quam qui sub sensu, opponimus. Te nostræ defensionis diuinam & evidenter circumferimus gloriationem. Per te fideles reges asequuntur trophae victoriae. Per te duces exercitus Christiani populi vincunt, & dedecore afficiunt phalanges gentium infidelium. Per te omnis gratia illuminans, & praedictio, & sapientia, & virtus data est fidelibus hominibus. De cætero, vt qui habeas etiam quod potes, da etiam vicissim euentum petitionum. Protege semper & conferua vitam nostram pennis tuis Archangelicis: & nos libera ab omni nocimento. Cura affectiones eorum qui ægrotant. Fac vt in auram evanescent, & dissoluuntur spiritus eorum qui probris insultant & iniurijs. Adhuc magis deprime & deice elatum & gloriosum supercilium, & magniloquentiam pertueri & Dei hostis & hominibus infesti Satanæ: & fac vt cessent, & ociose reddantur improbae eius machinationes. Depelle daemonium insidias, quæ aduersus nos struetæ sunt. Euelle quæ ab inimico sata sunt zizania in agro Ecclesia. Purga veri patris familias & Domini sementem. Oppugna & ignominia affice, & dissolue cœtus eorum qui male sentiunt, & sunt impij. Nos perpetuo confirmare & corroborare intercessionum tuarum de- fessionibus, ad hoc vt citra impedimentum faciamus Dominicam & diuinam voluntatem. Ut perpetuam prouidentiam & defensionem digni habiti, qui vita agamus in veritate & iustitia, asequamur æterna Christi bona in regno celorum. Gratia & mi- sericordia Domini nostri Iesu Christi cui gloria & potentia in secula seculorum. AMEN.

¶ DE VIRTUTIBVS ANGELORVM,

Per D. Gregorium Turonensem.

Gitur dum in Auerno territorio commorarer, vir mihi fidelis retulit, & scio quia vera nar- rauit: nam euidenter cognoui gesta fuisse quæ dixit: Quod scilicet diues quidam iusit ex annona aqua infusa, atque decoctis messoribus poculum preparari: Hanc autem coctionem Orosius à coquendo Celiacum vocari narrauit. Quod cum preparatum fuisset, & in vase re- conditum, atque ille apud virbem moras innesteret, vt mos seruorum est, maxima parte ex- hausta, exiguum reliquerunt. Ille igitur hoc nefciens, inuitare messores iubet, vt eo ab virbe redeunte, hos segetem decidere reperiret. Quo facto, iamque operariis in segetem collocatis circiter septuaginta, aduenit dominus fundi, perseruantq; qualiterat potus, perparum repe- rit. Tunc pudore confusus, & sibi factum ad verecundiam reputans, vt potus deficeret opera- riis, qui vt ipse arbitrabatur, super quinque modiorum mensuram ascenderat: quid ageret, quod se verteret, in ambiguo deprehendebat. Tamen inspirante Domino, conuersus ad val- culum, nomina ⁱ Sanctorum sanctorum, quæ sacræ docent lectiones, super aditum eius de- votè inuocat, orans vt virtus eorum paruitatem hanc in abundantiam conuertere dignaretur, ne operariis deficeret, quod hauriret. Mirum dictu, tota die ab hoc extractum est, et nunquam defuit bibentibus, sed vixque quod nox finem operandi fecit, omnibus fuit in abundantia mi- nistratum.

i Sanctorum nomina Angelorum sanctorum, quæ sacræ docent lectiones, super aditum eius de- votè inuocat, orans vt virtus eorum paruitatem hanc in abundantiam conuertere dignaretur, ne operariis deficeret, quod hauriret. Mirum dictu, tota die ab hoc extractum est, et nunquam defuit bibentibus, sed vixque quod nox finem operandi fecit, omnibus fuit in abundantia mi- nistratum:

DE ORTV, VITA ET OBI-

TV SANCTORVM PATRVM, QVI IN VE-
TERI TESTAMENTO VIRTUTIBVS CLARUERUN, D. ISIDORI EPISCO-
PI ISPALENSIS PRÆFATIO.

Habetus in libe-
rius de patribus
veteris testame-
ti.

*VIRVNDAM Sanctorum, nobilissimorumq; virorum ortus vel gesta cum ge-
nealogiis suis in hoc libello indita sunt. Dignitas quoque et mors eorum, atq; se-
pulchra sententiæ breuitate sociata. Que quanvis omnibus nota sint, qui per
amplicitudinem scripturarum percurrunt, facilis tamen ad memoriam redunt, dñe bres-
uis sermone leguntur.*

VITA ADAM PROTOPLASTI,

Per D. Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.

DAM Protoplatus, & colonus paradyfi, princeps generis & delisti, ad ima-
ginem Dei factus, vniuersitati prælatus, qui creaturis nomina dedit, atq; in eis
dominatus potestatē accepit. Hic namq; in delitis fluentis paradyfi constitu-
tus, inter redolentes aromatum sylvas, ac vernantia florētis arui, ruditis habi-
tator nouæ vitæ gaudia peragebat. Vbi cellus fecunda viræ perpetuo. Vbi fons
decurrens quadrifluo labitur amne. Sed postquam serpentis dolo lingua pollutus scemine, per
taatum ligni loci beatitudinē prophaniavit, à paradyfi projectus est, terram sentibus squaleri-
tem operarius gemens incoluit. Anissaq; immortalitate, in puluere, unde carnis sumpferat
ortum, post cursum nongentorum triginta annorū rediit. Hic iam posteritas in criminе hu-
ius parentis expulsi est paradyfi gaudijs, mortis labori subacta ingemuit. Sepultus est autem in
loco Arbeæ, qui locus nomen ex numero sumbit, hoc est, quatuor, pro eo quod tres Patriar-
chæ ibidem sunt sepulti, & hic quartus Adam. Hæ est Hebron metropolis virb Allophilorum, in qua fertur fusile quædam habitatio Gigantium, ubi etiam & Eliu poitea est vincetus in
regno. Est autem ciuitas sortis Iudeæ, sacerdotibus separata, distans ad Australem plagam mi-
libus viginti duobus procul ab Hierusalem.

Habetur in libe-
rius de patribus
veteris testame-
ti.

¶ VITA ABEL IVSTI, PER D. ISI-
DORUM EPISCOPUM ISPALENSEM SCRIPTA.

Habetur libe-
rius de patribus
veteris testame-
ti.

A bel filius Adam, & pastor ouium, in vita innocens, in morte patiens, post mortem nobi-
lis, in martyrio primus, in obedientia summus, in sacrificiis Deo placens, in meritis fratri
displicens. Quem Cain impius, & parricida nouus, ira stimulante inuidit, innocuum ferro
nondum facto, sanguine maculatum prostravit, cum adhuc innocens ferrum croris humani
facinus non auderet.

Habetur libr.
ut supra.

¶ VITA ENOCH, PER EVNDEM D. ISIDOR.

ENoch filius Iareth septimus ab Adam, placens Deo, malorum nescius, mortis ignarus, qui scelerorum non ferens insaniam, à perniciose mundi cōtrāribus subfractus, meruit in eo loco transferi, unde fuerat protoplastus expulsus. Sublatus est autem anno 130 trecentorum sexagintaquinq̄ue. Manet autem haſtenus in corpore, in consummatione mundi restitutus cum Elia mortalit̄ vitæ conditionem.

Habetur libr. vt
supra

¶ VITA NOE, PER EVNDEM D. ISIDOR.

Nō filius Lamech, decimus ab Adam, secundi reparator orbis, iustitia insignis, longanimis in spe, sapiens in opere & iustus, Arcam codidit, & admonitus introiit, nec horruit turbulentum diluvij fluctum, nec fragores ventorum, vel murmur cœli expauit. Gestatur procellis, nec mergitur: serpētibus sociatur & bestiis, nec terretur: cui feræ colla submittunt, alites famulatūr: namq; aue misit, redeuntem sustinuit: sed perfidis & fraude corui de cipitur. Merito columbæ gestantis ramum ore paciferum educitur, rescatisque foribus arcet, bestias, cunctaq; animantia per 7. dies exire permittit. Ipse postmodum egressus cū liberis Deum collaudat, elephas victimas immolat. Cuius Arcam veteres sedisse teftantur in Armenia super monte Aratath. Hic nongentesimo quinquagesimo ætatis suæ anno mortuus est.

Habetur libr. vt
supra.

¶ VITA MELCHISEDECH, PER EVNDEM.

D. Isidorum Ispalensem Episcopum scripta.

x Videſus heretiſ
ce, quō Melchise-
dech verò Deo ob-
tulit ſacrificium,
et nō tārī Abra-
ha panem et ius-
pic garris.

Melchisedech Rex Salem, sacerdos Dei altissimi, primus & veri oblitor sacrificij, cuius origo secreta. Hunc autem aiunt Hebrei Sem primogenitum Noë, tritauum Abraham. Ipse est pater patrum, prophetarum & Apostolorum origo. Ipse est qui paternæ pie-tatis benedictionē, dñs fratruī elle meruit. Qui verius incedes vestigij, patris genitalia texit, nec derisit ebrim ut procax reprobus filius, sed velauit ut verecundus. Vnde accedit in lege Iudeorum, parentes à filiis nunq; videri nudatos. Hic Abraham reuertenti post victoriam ben-dixit, & in typo Christi sacrificij defugibus terra, primum panem & vinum Deo ho-fungetur. Hic etiam prior omnibus post diluvium, vibem Salerni condidit, in qua etiam & regnauit, quæ postea Iebus sive Solyma dicta est, & nunc definitiuo vocabulo Hierosolyma vocatur. Vixit autem annos sexcentos, & perdurauit usque ad septuagesimum annum ætatis Isaac. Mortuus est autem, & sepultus in ciuitate sua Hierusalem.

2. Melchisedech in
typo Christi sacri-
ficiū de pane &
vino Deo obtulit
ergo salvator nos-
ſter in veritate
corpus & ſanguis
nem ſuū ſub ſpe-
ciebus panis & vi-
niu noſte cona-
& eterno patri obtu-
lit ergo & miſſa
noſtrā, que et illus
caixa & paſtōle
in cruce peraſſe
cōmemoratio ſe,
verum eſt ſacrifi-
ciū.

¶ VITA ABRAHAM P A T R I A R C H Ā E P E R

D. Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.

Et ſerm. 18. D.
Augustini inter-
fer mones de te-
pore.
x Nō credat here-
ticus ex hoc loco
cōuincere, quod ſi

Abraham pater gentiū, filius Tharæ de stirpe Sem, natione Chaldaeus, fide primum exul spontaneus, obediens in præceptis, credulus in promissis, pauper in patria, in peregrinatione locuples, in præliis victoriōsus, in victoria non auarus. Reges quiq; superauit, spolijs exuit, captiuosq; parentes reduxit. Ed summus, ut Trinitatē in typo videret, & virtutē in mysterio veneraretur. Ed fidelis, ut in promisso germine contra p̄p̄ naturæ, Deo crederet. Ed iustus arce deuotus, ut indulgentiam vnicū pignoris diuinitati nō p̄p̄oneret, sed inconstanter præcepto parentis, ad immolandum filium religiosus parvicia gladio dexteram armaret. Qui dum distinxit ferrum contra vnicū pignus in victimam oblatum, nec natum perdidit, & hostiam non armis: filium enim in sacrificio obtulit, & aritem pro filio immolauit. Obiit 175. annorum, sepulturæ est in agro Ephron, in spelunca duplice. In cuius interiori parte sepulcum ferunt Adam: in exteriori verò Abraham. Distat autem hic locus, ut Iosephus diceret, septimo ab irbe Hebrew stadio, ibique afferit Abraham & filium eius monumentum habere pulcherrimum, instratum marmore, & opera elegantissimo. Illic etiam & Therebinthum arborem magnam à constitutione mundi fusile afferunt. Hanc Hieronymus usque ad Constantiæ Regis imperium perdurasse describit. Et ipsa est quercus Mambræ Amorrhei, qui fuit amicus Abraham. Quæ apud Gentiles in tanta exitit veneratione, ut eam muri ambit circumscripam solenni ſacratione colerent.

Et ſerm. 18. D.
Augustini inter-
fer mones de te-
pore.
x Nō credat here-
ticus ex hoc loco
cōuincere, quod ſi

¶ ITEM DE B E A T O A B R A H A M.

ex Diuo Augustino.

Credidit Abraham Deo, & deputatum est illi ad iustitiam. Ecce 1 sine opere iustificatur ex fide, & quicquid illi legali posset obſeruatione conserui, totum credulitas ſola do-nauit. Ipſe ſibi fuerat lex, qui legem non accepit, natura tamen quicquid legis fue-erat, obſeruabit. Abraham pater noster radicem, fidei nominisque Christiani habebat, qui

cum

cum ex proprietate genuina ad incerta atque peregrina iuberetur exire, tota deuotione complicit: cui in re tam dura nulla dubitatio fuit, sed ſententiam Dei, tanquam qui optare vide-retur, accepit. Exi, inquit Dominus, de terra tua, & de cognitione tua, & ven in terrā quam demonſtrauerō tibi. Nouum probationis genus, habenti propria, exilia indicere peregrina, ingenerare laborem itineris quiescenti, imperare penuriam poſſidenti, & tantarum facultatum domino neceſſitatem imponere peregrinandi. Libenter tamen fides accepit, quicquid arduū videbatur incredulis. Cui non eft magis dulce proprium tugurium, quam palatia peregrina: & voluntaria caſa, quād digesta prætoria. Leu cuiquam non eft, dimittere propria, & ſe-ātri aliena incerta: dimittere quod ſcas, querere quod ignoras. Quis enim propria fine dolo-re deferuit, aut fine lacrymis dereliquit? Cui nō eft durum illos conficio natūrali parientes, dulcia illa limina, atque amabilem larem, quem & parentum memoria, & ipſius infantiae ru-dimenta commendant: vbi cunabula illa noui & mox orientis hominis famulabantur: vbi ſecura alludens infantia inter lucis primordia, aut pueriles annos simplicitate felices, quos ſibi inter laſciuos atque ipsius aetatis lufus vernacula genuina ſolo neceſſitas exhibebat? Inter hæc ergo tam blanda, tam dulcia, que omniū fuerant difficultate relinquenda: Exi, ait, de ter-ratua. Quis hoc fine fidei viribus libenter audiret? Leuius probaret, ſi vel nomen loci quod perrexifet, audiret. Proficitur, pergit, ſocia ſciliæ credulitate, coniuge comite, it ſecurus, it fretus, promiſſum ſibi fidei laboribus exaucturus: plus ſperans de incerto, quād fuerat ſecu-rus de proprio. It ergo per defertas ſolitudines, per innias ſedes, per natura ſecreta, vbi horri-nis veſtigium nec dum rudis terra cognoverat: & inter illa omnia que Dei imperio deli-querat, non tugurium, non caſam, ſed inter ipsa camporum fileſcentium formidolofa fe-summata efficiet. Ite ergo Augusti-um bius loqui da operibus legis ſcri-ptæ, ſine quibus Abraham iustifica-tus eft, Iacob autem de operibus fidei que per dilectionē operatur, que ſe-riū adiuit, nequaquam homo ad cōſummatū iustificatōne poterit per-guere.

Trina vnitas, & vna Trinitas. Sumatur aqua, lauentur pe-ſes veftri, & refrigerare ſub arbore iſta, & afteram panem, & manducabitis, & poſtea tranſi-bitis in viam veſtram. Et dixerunt ei: Fac vt dixisti. Seruat ſemper in bonis tenore ſui perfecta iustitia, offert peregrinis hospitiū qui non habet teſtum, & cum ſit omni domi-cilio viduatus, domicilium quale neceſſitas procurabat, exhibuit tranſentibus. Et licet illa minora fuerint quæ offerebant, locorum anguſtis magnitudinem dederat fides, que con-terni non meruit à Deo. Diuertunt ad arboris hospitiū, quod Abraham Deo iam fecerat dignum. Interea conſpergunt ſimilago, ſunt encryphiæ, maſtacuſ & vitulus. Eſti illis diu-nitas non eguit, iustitia tamen quod optabat impendit. Ecce ad humanam menſam celeſtis ſublimitas recumbebat, cibus capitur, pranſitatur, & contubernali colloquio inter hominem & Deum familiaria verba inſcenſuntur. Et quia apud Deum inſtruſtua hospitalitas eſt non potuit, ſtatim preium mercedeſ accepit. Datur filius ſeni, datur poſteritas desperanti, accepit ſenectus, quod minime potuit habere iuuentus. Ad hoc, inquit, tempus veniam, & erit Sa-ræ filius. Cumque ſeniles anni, & emortua Saræ viſcera hoc poſle fieri denegarent, dedit ta-men diuinæ promiſſione credulitas fidem. Patrem, inquit, multarum gentium poſui te. Re-pletus eft bonis, quia quod ei promiſit, implenit. Ecce in ipſo vita marginie ſenectus non-dum prolatis legibus, recitatilque, afferimus Abraham quod fuerit religiosus, & qui fuerat in cultura iuſtior, fuerit in creditute probatior.

Ecce enim ſenex ille maritus, qui adhuc vnum non habebat, in vno tamen Deus inu-merabilis promiſſebat. Ecce exhaustis viſceribus dixit Deus ad Abraham: Suspice in celum, & numerā ſtellās, ſic erit ſemen tuum. Et creditur Abraham Deo, & deputatum eft illi ad iustitiam. Defecerunt Saræ venire muliebria, quia iam laſſa defecerant membra. Totum corpus fulcatur in rugas, fit perarata fronte, & exhausta ſeneſtute. Deficiente ſanguine in venis, triftis ſenectus deflaſſat, ſed diuino iudicio ætatis ſenior accendit. Meliorē facit diuina promiſſio matrem, quam ætas non fecerat generare. Accepit genetrix nomen, quod ei ſterilitas temporis ſubtraxerat. Longè deficiētibus membris, Isaac concipitur, ſubit inaneſ ae marcescētes vene rediuiuo ſanguine ſerbuerunt, & emortua ſeni viſcera calefacto ſanguine

B iiiij vaporata,

vaporata, & que ad partum inquilinis sunt caloribus animata. Juuenilis etas incaluit, & calefacto sanguine vaporauit. Fit anus foeta, fit senex grauida, crescit venter per dies singulos, & conualefcere parte, tumescens vteri capax sinus extenditur. Fit sarcina, & desideratus affectus ex viscib[us] lasfis, onus nimium exoptata posteritas. Portabat vterum graue talis mater, que inanis ambulare vix posset. Sed quia creditat[ur] fuerant que acceperat, defecta viscera fides validior animabat. Marcidae mammæ, quas in vacuos folles subdit[ur] succi detrimenta laxauerant, lacte[rum] fontis vberitate tenduntur. Fit mater in pectore, fit mater in parti, fit, in qua, mater, que auia fuerat per etatem, Dedit fides vetustis nouis visceribus ignes. Sic Iisaac credulitate pascitur, vt eorum fides in progenie enarretur in secula. A M E N.

¶ ITEM DE SANCTO ABRAHAM, EX
Diuo Zenone Episcopo Veronense.

Es iste sermo; in libro sermonum eius.

Abraham, fratres dilectissimi, quale diuinæ pietatis munus accepit, vetusta legis gelita telatur. Sara vxor eius non inferior, vita longæ transactis curibus, qualem hiūmeritatem dederit, partus effusione percipitur. Sed quia utrique ætas ademerat spem sibi, pinguis succidaneum meruerunt. Sic meruit fides, quod ademerat tempus: extorxit credulitas, quod natura delegauerat. Abraham Patriarcha noster exploratus à Deo in senectute suscepit unicum filium, nihil tamen sollicitum patri, cuius ætas annis vergentibus, in occulis sui termino veritabatur: & quem educationis tempus angusti, & senectuti exitus iam vicinus fatigabat. Ecce prima deuotio, liberante excipere quod ferò datur, & in tristissima senectute suscepit sollicitudinis mole gaudere. Nam & nūl Sara munus iuuentutis subiens in senectate, unde nomen accepit infans, qui post hanc Abraham sacratam Deo approbat mentem. Unicus ille filius solliciti sensis adhuc parvulus, cui pietas & misericordia maior debetur, postulatur ad victimam, cui si per humanam fragilitatem aliqua in corpore infirmitas nasceretur, aut humanus exitus cōtingeret, vix in eius casibus pater viuere potuisset, si annis teneris moreretur. Hic igitur infans, è cuius paternus affectus, & maternus pendebat, ad explorationem fidei sue, diuina voce postulatur ad victimam. Volo, dixit Deus, mihi fieri sacrificium Abraham tuis manibus in monte de filio tuo. Hec mihi victimam placet, hoc me sanguine deplacabis, iste meis sacris debetur. Vnde immolari iam iubeo. Non contristat frontem deuotissimus Abraham, nec dolor patri lachrymas persusas: sed exultat, & gaudet, nec timuit ne parricidium ei imputaretur, sed magis vt deuotione pareret lætabatur, hoc iussisse Deum de filio, hostia parabatur festina. Denique implere sacrificium, ne mora faciat peccatum, necessarijs sacramentis protinus præparatur. Ascendit in montem, omni mysterio, sacrificioque disposito, ductus filius gaudens, gaudente patre dextera feriendus. Qui antequam veniret in montem, cum de patre quereret, vbi esset victimam quam disponeret, & immolare, securus de fide generis sui pater, filio de quo non dubitabat, patefecit, quia se Dominus postulasset, & quid ipse Dominò promisisset ostendit. Lætatus est puer, patre fidele ipse quoque fidelior: nec recusabat mortem, quam Deus, qui vitam dederat, imperabat. Lætatur pater, filio quoque gaudente, & cum gaudio vincit pignoris alligat manus, quas ille vincendas libertus offert: pedes quoque constringit, ne in exitu mortis concitata victimam calcitraret. Securus enim pater optimus timuit, ne dolori aliquid liceret in mortem. O fratres, secuta deuotio. O pater spiritum captans, corpus verò mortemque contemnens. O, qui seruum Domini ita esse memorar, vt patrem se esse nesciret. Quid est pater? Ecce lumbus oculis iacet filius vinculis affrictus: vbi sunt lachrymæ, vbi dolor qui in humanis sensibus vervari confusevit? In tantis filii casibus lætatur, & gaudent, & se Dominum promeruisse triumphat. **3** Accepit iam premia quæ meruit: diuinæ eternam explorationis tentamina porrigitur. Exerit quidem ferrum, & armata dextera sublevarat manum. Sed vox eius qui eam victimam postulauerat, contradicit. Respicie retro, dixit Deus: & antequam resuscias, parce. Ecce **4** & meritum principale, di-

*Quoties in te
cat vocem merit.*
unam indulgentiam meruisse sub casibus. Nam retro respiciens Abraham, inuenit victimam quam innocens immolare, eo ferro maestauit arietem, quo filium percutere iam parabat. A filio ad agnum transfluit dexteram, semper laetatus & gaudens, nec mutatus est vultus eius, cum esset victima commutata. Cum tanta laetitia arietem obtulit, cum quanta obtulerat & filium. Vbi enim fides fuit, non erat dolor. In illo sacrificio solus Deus doluit, quia aliam victimam procurauit. Nam Abraham cum filio sic probatus adeo est, ut non postulans, misericordiam & mereretur. Videamus fratres dilectissimi, legis arcana, & intellectum alium proferamus. Abraham sub lege non erat, sed legem solus impleuit. Et qui nullo iure legis tenebatur, omne ius diuinum praecipue custodiat, cuius immolatione ille quoque gauderet, qui ad victimam parabatur. Aries habebat in vepre, implicatus spinis, capite obligatus : hic est qui pro Isaac immolatus est Deo, hunc obtulit Abraham, hunc iussus est immolare.

¶ VITA

VITA SANCTI LOTH; PER D: ISIDORUM

rum Episcopum scripta.

Loth filius Aram, consanguineus Abrahæ, pater Moab & Amon, apud Chaldæos natus, homo iustus & hospitalis. In Sodomis precastræque inter naufragam gentem conuerti, satus. Qui per solum hospitalitatis officium, etiam succceptor electus est Angelorum. Sulphureum exitium evasit in vrbe Segor, quæ est iuxta mare mortuum, vbi balsamum gignitur, & copiosa poma palmarum. Habetus libr. vi
fundat.

Habetur in libr.
eius de patribus
veteris testamētū.

Habetur libr. v*e*
supra.

VITA SANCTI ISAAC, Per eundem.

Isaac filius Abrahæ ex promissione, in terra Chanaan genitus, sēmen æternum vocatur. Coniugalis vitæ castimonia clarus, promptus ad gratiam, ad ignoscendum paratus. Qui obstruitos puteos non armis, sed patientia vicit. Qui penitentes cum benignitate recepit: qui per timorem Dei eosq; detulit honorem patri, vt aram sponte sacrificandus afferenderet, atq; in figura Christi, mortem non reuefaret: Obiit centum octoginta annorum, sepultusque est iuxta patrem suum.

→ Haberl Hor.
vt supra.

VITA IACOB PATRIARCHÆ, PER EVNDEM

Iacob filius Isaac, natus in terra Chanaam, dilectus matri, supplantator fratri, humilis quoque & simplex, & innocenter habitans domi. Qui peregrinatus dum consortium exigeret hothiūnum, coritatum meruit Angelorum. Hic postquam primogeniti benedictionem præcipuit, matri obedivit, & fraternalē iracundia patiente celsit, patriam, & parentes reliquens, exul effectus fertitatem longam sustinuit, laborem famis & frigoris pertulit, seruuit focero, vt pastor mercenarius pauit gregem, expectans non de diuisione, sed de gregibus lucrum. Hic autem cum Domino collectatus, spiritu preualuit. Hic facie ad faciem Deum vidit. Idem famis inopia pulsus, cum preclara progenie ingressus est Aegyptum: expletisq; centum quadragiuta septem annis, natura redidit debitum.

ITEM DE SANCTO IACOB, PER D'
Ambrosum Mediolanum.

Quid horum quæ ad ^z meritum beatitudinis spectant, dñe sancto Iacob, qui tantu
abfuit à perfidorum confortis, vt ex eo fidelis populus nōmē acceperit. Israhel dictus,
eo quod Deum mentis internæ oculis intueretur, peccati abſtinenſis, à luxuria omni
ébrætate sobrius, vt dura laborum absorberet, oīci secura neglexeſit? Nōne pulchre & verē
de hoc dictum est, quod & fructum dabit in tempore suo, de quo scriptū est: Ecce odor filii
mei tanquā odor agri plenī! Erat enim perfectus in oīlo flore virtutis, & sacræ benedictionis at-
que celestis redolebat gratia. Ipse est enim ager quem benedixit Dñs: In hoc agro via illa
reperitur, quæ expresa sanguinem fudit, & mundum diluit. In hoc agro est ficus illa, sub qua
sancti requiescent, spiritalis gratiæ suavitatis recreati. In hoc agro est oliva illa fructifera, do-
minicæ fluens pacis vnguentum. In hoc agro florent malogranata, que plurimos fructus vno
fidei munimine regunt, & quodam ſouent chatitatis amplexu. Hōs igitur fructus redolebat
Iacob, qui Deū per pericula ſequebatur, & tutum ſe cūtis vbiq; deductio[n]e credebat. Nā licet
dulcis & suauis odor sit agri, qui est odor nature, tamen in sancto Patriarcha virtutum sp̄-
rabit gratia. Quām contineens erat parcimonia, qui cibum ſibi paratum nō expetiuit, ſed p̄-
tentia line dilatione cōcēdit, à quo primatus benedictionis accepit. Quām pius erga parentes,
vt preferri germano seniori matrē affectu mereretur, & paternā benedictionis munere fa-
cetraret. Quām religiosus, vt fratrem recuferet lēdere. Quām vērēundus, vt patrem time-
rer fallere. Quām honorificus, vt matri quod iubebat non poſſer negare.

Habetur in libro
secundo eiusdem
de Jacob & vita
beatae. cap. 2.
Vides quod beatus

*Vides quod beatitudi-
tudo datur ex
merito, cetera non
nullorum geruntur
tamen.*

VITA IVDÆ PATRIARCHÆ PER D.

Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.

Habetur in libr.
eius de patribus
veteris testam.

Iudas successione prosapia , cui ducatus bellorum ex Israël traditur , & regnum . Qui nomen genti ex nomine suo dedit . Præpotens ut Léo in regni virtute , & clarus in splendore potentia . Cuius quidem imperii posteritas non cessavit , quoad usque Christus quasi catulus leonis , ex germine eius ortus aſſenderet , & ad spem gentium ex virginali procedens vtero coruſcaret .

VITA RUBEN PATRIARCHÆ, Per eundem

Ruben primitus filius Israhel, aetate fratribus maior, sed posteritatis numero minor, paternum thorum polluit, atque ordinem primogenitae dignitatis afflitus. Habetur lib. v. s. fugitiva

⁸²⁻ Habetur libr. v. c.
funct.

Habetur libr. vt
supra.

VITA SIMEONI PATRIARCHÆ. Per eundem.
Simeon princeps Scribarum, & violatæ pudicitæ vindex, non habet hæreditatem, sed
manet in tribu Iuda particeps in possessione.

Habetur libr vt
supra.

LEUI SACERDOTALIS AUTHOR ORIGINIS, CUM TRIBU IUDA PERMIXTIONE GENERIS IUNCTUS, SED IN ISRAEL TOTUS DIVISUS, CARENS PROPRIÆ FORTIS FUNICULO, & HABITANS IN VNIUERSIS SCEPTRIS FRATRUM

Habetur libr. vi
supra.

ZVITA ZABVLON PATERNITATÆ. Per eundem
Abulon possessor Maris magni, & littorum, ac dominans cunctis urbibus Sydonum.

Habetur libr. vi
supra.

VITA ISACHAR PATRIARCHÆ. Per eundem
Sachar studiosus in laboribus terre, possidens Galilæam, & benedictionis fructus donans
porrigit Regibus.

Habetur libr. vi
supra.

VITA DAN PATRIARCHÆ. Per eundem
DAN, cuius ex germine Sampson ortus est, sceptrum tenens in Israël, fortis Nazareus
& triumphator in hostibus, obsidens in more serpentis Philistinorum semitas, & equi-
tatum eorum, ut Regulus, spiritu oris sui depopulans.

Habetur libr ,v
supra,

VITA GAD PATERNÆ. Per eundem
GAD in præcinctis præliatur expeditus pro filiis Israël trans Iordanem relictis, aduersus
gentes pro hospitibus dimicat, & fortibrachio ipse viator triumphat.

Habetur libr. v.
supra.

ASer diuitiis insignis, repletus delitiis principum.

Habetur libr, v
supra.

Neptalin pinguedine terræ ybertimus, doctrinæ legis abundans.

Habetur libr .v.
supra.

VITA PATRIARCHÆ IOSEPH. Per eundem.
Ioseph princeps Ægypti, filius Iacob, ex Rachel ortus in terra Chanaā,



Oseph princeps Ægypti, filius Iacob, ex Rachel ortus in terra Chanaā, benedictus in primogenito ab Israël, & accipiens primatum Ruben, dilectus patri, & solus præ ceteris hæres paternæ professionis. Hic zelo sublatus fratribus in lacum mittitur, ab his inuidia venditur, factus humilius vsque feruitatem, patiens vsque ad carcere, pudicus vsq; ad passio[n]em. Fit deinceps somniorum interpretator sapiens, in cōsilio prudens, in regno particeps fecunditate ordinatus, prouidus in fame dispensator, iustus ad reddenda bona pro malis, & retributionem gratiæ promptus, dum iniuriam fratribus elatus non rependit, sed famis pulsâ necessitate benignus indulget. Principatur in Ægypto annis octoginta: exactissimæ eius centum decem in longissima quiete, diem vltimum clausit, sepultus est in Ægypto. Cuius ossa transulerunt filii Israël in Sichem, in ciuitatem patris sui Iacob, quæ nunc nomen Graecæ Sichima vocatur. Ipsa est autem, quæ nunc appellatur Neapolis, urbs Samitanorum: ubi & sepulchrum eius vsque in hodiernum diem cernitur.

Ex libro: D. Ze
nonis, Serm. 7.

ITEM DE BEATO IOSEPH, EX D. ZENO-
ne Episcopo Veronense.

Joseph Hebraeus adolescens, clarus genere, clarior pulchritudine, morum quoq; clarissim
probitate: fuit inter filios Iacob quatuor minor, sed spiritu maior. Hic inuidice germanis
impulso in Aegyptum est delatus, atq; distractus a fratribus. Quem domini sui vxor pe-
amare coeperat, quam oderant fratres. Nam cum medullitus mulier ardoris insani con-
graret incendio, in suadlam sacrilegam argumentis vehementer armata, captat solitu-
nem: secretum captat & locum: in quali etiam non irritata adolescentia inuitis foeminis
pe violetia esse confusevit. At ubi in destinata prorompens, neque blandimenta, neq; p-
missa fibim prudesse cognoscit, conferta manu, inuersa vice, adorsa est, in suum formi-
adolescentis ignem totis viribus deriuare. At ille in repugnatione vestem sibi violen-
tissimam extortam reliquens, ex impudicitiae fotua nudus ausigit, sed pudicitiae splendore vesti
post caluminiosam damnationem & liberatus a Deo est, & honoratus. Denique Rex
secundus factus est regni, qui insignis rex erat ante pudoris.

¶ ADHVC DE S. JOSEPH EX D. AMBROSIO EPIS C

Habetur in lib.^o
eiusdē de Ioseph
Patriarcha ca. 15

CAntiorum vita cæteris norma viuendi est, ideoq; digestā plenius accepimus seriē scri

Sanctorum vita ceteris norma viuendi est, ideoque digesta plenius accepimus seriem scripturarum, ut dum Abraham, Isaac, & Jacob, ceterosque iustos legendis cognoscimus, velut quandam nobis innocentem trahit virtute eorum referatur imitatis vestigia prosequamur. De quibus mihi cum frequens tractatus fuerit, hodie S. Iosephi historia occurrit: in quo cum plurima fuerint genera virtutum, precipue insigne effusum castitoniae. Iustus est igitur, ut cum in Abraham didicissemus impigratio fidei deuotionem: in Isaac synecdoche metis puritatem: in Jacob singulariter animi, laborumque patientiam, ex illa generalitate virtutum in ipsas species disciplinarum intendatis animum. Nam licet illa sint diffusiora, tamen ista expressiora sunt, eoque facilius mentem penetrant, quod magis circumscripta ac determinata sunt. Sit igitur nobis praepositus S. Ioseph, tanquam spectulum castitatis. In eius enim moribus, in eius actibus lucet pudicitia, & quidem splendet castitonia comes, nitor gratiae. Vnde etiam a parentibus plus quam ceteri filii diligebatur. Sed ea res inuidiae fuit, quod silentio pretereundum non fuit. Hinc enim argumentum totius historie processit, simul ut cognoscamus perfectum virum non mouendum vilescendere dolore inuidiae, nec malorum rependere vicem. Vnde & David ait: Si reddidi retribuentibus mihi mala. Quid autem effert quod praeferrit Ioseph meretur ceteris, si aut leviores laesiles, aut diligentes dixisset? hoc enim plerique faciunt. Sed illud mirabile, si diligas inimicum tuum, quod Saluator docet. Iure ergo mirandus, qui hoc fecit ante Euangelium, ut Iesu parceret, appetitus ignosceret, venditus, non referret iniuriam, sed gratiam pro cõtumulo solueret, quod post Euangelium oes didicimus, & seruare a nobis possumus. Discamus ergo & sanctorum inuidiam, ut imitemur patientiam: & cognoscamus illos non naturae praestantioris fuisse, sed obseruationis: nec vitia nescire, sed emendasse. Quod si inuidia etiam sanctos adfuerit, quantum magis caendum est ne inflammeret peccatores.

gelica sunt impossibilia, ut dixerit nonnulli, sed communis modo loquendi: non possumus, dixit; pro nolumus. præcepta Euageliæ Sicut et Marcus Euangelista dixit Dominum Iesum nos potuisse sacerdote yllam virtutem apud suos. Quemadmodum enim omnia poterat Domini; quia Deus & homo sic & non Dei gratia adiuvante, omnia præcepta seruare valens, iuxta Apostoli sententiam: Omnia possum in eo qui me confortat. Anathema scilicet ei, qui dicit Deum impossibile præcepisse. Eundem loquendus monachus Ioannes zaybi dicitur: Propterea non poterant credere illi est; nolabant, ut Augustinus & Cyrillus exponunt.

*ALOYSIVS LIPOMANVS
Episcopus Veronensis optimo*

Episcopus Veronensis optimus

Lectori

NO potui dimittere, quin & hanc vitâ ab Ephre Diaconoru[m] eruditissimô
er probatis, compoſita, hoc loco interſererem. Etenim tata dicendi facundia, & ar-
pietatis dulcedine fluit, ut cuiuslibet legi[ti] pectus emolliat, audiensq[ue] ex oce-
lis, velit, noluit, lachrymas excutias. Discis & hic quantum valeat pura in Deum confi-
dētia, que tamē nō inanis sit ac temeraria, sed innocēta vita iuncta probitati, & virtu-
tis splendore decorata; nō enim in se sperantes delelinquit Dominus, sive licet vinculis fer-
reis conſtricti, aut medijs in fluctibus periclitentur, vel in caminum ignis ardētis pro-
jecliantur. Ecce quomodo & ab inuidorū fratrū manibus, & pessima mulieris infidiliis,
lögē deteriore malo, necnō à carceris squalore et pedore instis eripitur, & Egypti ser-
cudis à Rege dominus constitutus. Disce & tu cu[m] honestate vita iudicetur, & in domino
coſiderere, nec timere quid faciat tibi homo. Habes ex hac vita ad sacrosanctā Genesis
historiā seu cōpendio sum cōmentariolum. Nā & que ibi diuinis scriptor reticuerat,
hic non omittuntur: nempe quomodo beatus adolescentis in via Hippodromi captiuus
transiens super matris Rachelis tumulum amarisime fleuit. Quomodo ex integritate
tunica allata sanctus senex Iacob matutinus rem coſiderans, nō esse à fera pessima pro-
bum adolescentem deuoratum, sed inſidiosus ab alijs interemptum argumentabatur.
Quomodo & improba mulier peccatum suum, & inſidiosus quād calſis in Ioseph teren-
derat, n̄tcessitate simul ac veritate cogente, viro suo fateti coacta sit. Deniq[ue] & quod-
modo furtum ſcyphi argentei fratres Benjamin imputabant, ed quid Rachelis effet filius,
que aliás patris sui Idola furata fuerat. Sed & quod paulo obscurius ibidē dicitur,
hic apertius exprimitur: quomodo videlicet in ſcypho argēto Ioseph sanctus augurari
dicas.

dicebatur, per fictionem tamen, cūmea impetas minimē iustum virū deceat. Cum pī
mis ergo curā & tu, charissime Lector, & quisquis hæc audis, huic sanctissimo virō
aſſimulari, & peccatoꝝ ad carcerē, ꝝq; ad sanguinē, ꝝq; ad animaꝝ efflationem
reſiſtere. Ita enim continget tibi eidem in aeterna beatitudine ſociari. Nam qui ope-
ra exercere ſollicitè nititur, iuſtorum etiam premia aſſequi meretur. Quod tibi, mihiq;
& omnibus cocedat idem benignissimus Deus, qui ſolus vires & robur preſtabit omni-
bus, qui eius ſulti gratia, egregie contra vitia deſcertare proponunt. **V A L E.**

S E R M O D I V I E P H R A E M D I A-

coni Ecclesiae Ediſſenæ, De laudibus ſancti Iofeph Patriarchæ,
Ambroſio Camaldulensi Interprete.

DE V S Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus magne atq; admirabilis, qui etiā elegisti ſemen ſanctorum ſeruorū tuorum diligentium te: largire clemētiſime, vt fluant in me gratiæ tuae fluenta largiſima, quō dignē valea praclarum ac maximū præbère ſpectaculum pulcherrimi atq; cattifelimi Iofeph, qui ſemper baculus fuit, cui inniteretur Patriarche Iacob profunda et ve-
randa tenebræ. Hic enim profectò, hic ſanctus puer à prima statim aetate, & primū, quo ad nos ex virginē prodij, & ſecundū quo ſummo pauroe cōcupit omnia Christi ſignauit ad uētū. Itaq; chariſimi mei à Christo dilecti fratres, conſtatētes & alacres animo ſimus, vt ho-
noriſimi pueri facta tā grādū ſuſpensis mentibus ſuſpicere atq; audiſ poſſimus. Evidem fratres mei, hunc adolescentulum nō modò honeſtiſimi dixerim, ſed omni digniſſimi admira-
tione, pudicitię fonte, viuore ꝝq; libidinū, ac trophē mirabile de hofe referant. Vin-
de & futuri illius Saluatoris aduētū ſigura preceſſit. Quiq; igitur abiciat ex animo omni
terrenarū rerū curā, & cum deſiderio luſcipiat dulcia carmina. Sunt enim ſpiritalia cantica,
que leſiſtant animam. Sicur enim Dominus noſter de ſuū patriſ, vt nos omnes redimeret,
mihi eſt: puer Iofeph, à patre directus eſt vt ſuos reuiferet fratres. Et quemadmodu
illi, ſimilatq; inſpexerunt appropinquante Iofeph, coepert aduersus eum cogitare ne-
quiā, & quidem cum illis pacem à patre perferret: Ita & Iudei duro ſemper corde, mox
vt Saluatorē viderūt, dixerūt: Hic eſt haeres, venite occidamus eū, & noſtra erunt oia. Et
ſicut frarres Iofeph dicebāt: Occidamus eū, & euademus ſomnia iphius: Ita & Iudei: ve-
nите (inquiūt) occidamus eū, & obtineamus iphiū hereditatem. Iofeph fratres cordeſtent vé-
diderunt, quem proposito & volūtate neſauerunt: eodem modo Iudei excrētibiles, Paſcha
manducantes, Saluatorē occiderunt. Defenſus in Aegyptum Iofeph, Saluatoris ſignat ad
noſtra deſcenſum. Sicut ait Iofeph intra thalamū inclitus, omni peccati vim magno vi-
goſe calcavit, atq; aduersus Aegyptiam domīna ſuā coronas victorię clarissimas retulit: ita &
Dominus ac Saluator animarū noſtrarū ad inferni clauſtra deſcenſens, dextera ſua oēm il-
lic atrocissimē mortis, & eatenu inuicti tyrranni potentiaſ traxit atq; deftruxit. Quoniam
verò peccatū ſuperauerat, Iofeph in carcere ſeruādus includitur, donec tempus corone per-
cipliende véniret: ita & Dominus, vt peccata mudi oia tolleret, in monumento reponitur.
Iofeph biennij tempus egit in carcere, magna ibi cūre que ac libertate verſatus: & Domi-
nus noſter tridui in inferno permāſit, vt potens, & corruptione intaetū. Iuſſu Pharaonis
Iofeph placide ex carcere, vt veriſſimus Christi typus, educitur, ac ſomniorū fideliſ inter-
pres, futurū frugum vberitate facile ſignat: at verò Dominus noſter ex mortuis propria
virtute ſuriexit, inferni ſpolijs captis, recōciliatiōne noſtrām patri offerens ſuo, reſurrec-
tiōnemq; prædicans & aeternā vitam. Iofeph accepta ſuper oēm Aegyptū potestate, in currū
Pharaonis ſedit: Rex aut̄ noſter ante ſecula, atq; Saluator aſcēdens in nube lucida in cœlū,
ad dexterā patriſ cum gloria ſedet, vt pote vñigenitus filius. Cūm verò in Aegypto regnaret
Iofeph, accepta cōtra inimicos ſuos potestate, adducuntur ſponte illius fratres ante eius fo-
lium, quē addixerant neci, ingrediunturq; cum metu ac tremore, vt adoren in conſpectu
eius, qui ab illis in morte venditus fuerat, & cum timore procidunt coram Iofeph, quem
ſuper ſe regnare noluerant. Agnitus verò ille fratribus ſuis, vno verbo offedit homicidas.
Quod illi auidentes, attoniti, & pauroe perterriti ſtererūt obētibus humi depreſſis, conſu-
fione pleni, & loqui minimē audentes, neq; onino quicquā habentes quod in excuſationē
ſui ſceleris adferre poſſet, recognoſcētq; aperte peccatum ſuum. Putarāt infelices, qua illū
hora vendiderāt, eum eſſe iam mortuū, dum repente eis qui fuerat ab eis pereptus, magna
potestate, ſuper illos regnare deprehensus eſt. Ita & in die illa terribili cūm venerit
dominus

Dominus in nubibus aēris, ſedebit ſuper ſedem regni ſui, adducenturq; viuēti coram illo ab
Angelis terribilibus omnes inimici eius, qui eum ſuper ſe regnare noluerunt. Arbitrii enim
tunc ſunt impii Iudei, illū, ſi crucifixus eſt, quā hominem eſſe moriturum, non inteligen-
tes miferi, Deum illum eſt, qui vt ſalueret animas noſtras, adueneraſ. Ac ſicut Iofeph aſ-
ſebat palam fratribus ſuis, terrens eos, ac pudore ſuſfundens: Ego ſum Iofeph, quem vos
venidiſtis, ecce nunc regno etiam nobilentibus vobis: Ita & Dominus Crucem oſtender lucen-
tem ipſis crucifixoribus ſuis, recognoſcentq; ipſam Crucem, & filiū Dei à ſe cruciſſū. Vi-
diſſis vt Iofeph in carne figura certa tuerit Domini ſui? Quoniam veſtīa puero efflortuit iphius
virtus, age hinc iam initium ſumētes, iphius geſta enarrare pergamus. Hic nempe beatissimus,
decem & ſeptem annorum tempus in domo patriſ gratia ſublimis virtutis eniuit, proficiens
quotidie in timore Dei, in honestate propositi, & honore parentum. Cūm veſtīa in fratribus
ſuis deprehenderet iniquitatem, modicē illam annunciauit patri. Re enim vera virtus ſemper
ab iniquitate diſtentit, neq; illi congruere potest. Huius rei gratia illum oderant fratres, qd
ab corum ſcelere alienus eſt, virtutiq; puer operam daret. Habens autem habitantem in
ſe Deum ſanctum cernebat in ſomniſ, quā ſibi ex diſpoſitione ſummi Dei euentura erant.
At pater Iacob cūm ignoraret fratrum odiū clandestinum aduerſum Iofeph, ſimplici ani-
mo diligebat Iofeph, virtutis flore ab ipſa prima aetate vernantē. Paſcentibus autem illis o-
ueſ in Sičem, contig Iofeph eſt cum patre domi. Pater autem Iacob abſentium filiorū af-
fectu patri curam gerebat. Dixit ergo ad Iofeph dilectiſſimum filium ſuum: Veni fili, perge
ad fratres tuos, & diligenter addiſſe, an recte valeant ipſi greges, citoq; reddens renuncia mihi.
Accepto patris mandato, Iofeph pergebat gaudens ad fratres ſuos, deferens pacem ex
perſone patris, nullaq; eum diſi mordebat ſuſpiſio. Profectus igitur oberrabat in ſolitu-
dine, fratribus ſuis, eorumq; paſtoribus minime inuentis. Cūm verò moerens ac trifliſ in-
cederet, occurrit illi homo, viamq; monitrauit, qua ducebat ad fratres. Vbi autem eos
procul aſpexit Iofeph, laetior aduolat, amplecti omnes nimio amore deſiderans. Illi autem
poſtquam eum appropinquare viderunt, quaſi feroces bestiae, de occidendo eum tractare coe-
peruit. Ibat igitur Iofeph, velut innocens agnus manibus atrociū luporum diſperendus.
At vbi ad eos peruenit, placid illos ac blande ſalutauit, vt ſe haberent ex perſone patris
interrogans. Verū illi inſurgentē continuo, tunica illum qua induſt erat, extuerunt, &
ſinguli ſtridebant dentibus in eum, viuum abſorbere cupientes, trucesque, & immites, vt o-
dio ſuo ſatisfacent, honestum illum ac ſanctum puerum variā cāde affligebant. Cernens
autem Iofeph ſeipſum tot malis expoſitum (nullus enim proſsus erat qui miſereretur) ad
preces ſe & lachrymas, genuiſque conuerſit: & extollens vocem, obſerbat eos, dicent:
Vt quid fratres mei ita irascimini? Deprecor vos omnes, ſuſtinet modicum, dum loquar.
Mater mea deſuncta eft, & pater Iacob eam nūc vñque quodiſe liget, & vultis luſtum aliū
ferre patri noſtro, priore adhuc vigente, & neſcum ſedato? Obſerco vos omnes, ne me
a Iacob patre noſtro ſeparatis: ne deſcendat ſenectus eius cum moerore ad infernum.
Adiuro vos per Deum Abraham, Iaac, & Iacob, qui ab initio vocauit Abraham, & dixit ei:
Exi de terra tua, & de cognitione tua, & de domo patris tui, & veſi in terram bonam, quam
ego oſtendam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellæ cœli, & ſicut arenam mari, quæ
eit innumerabilis: per Deum excellum, qui dedit Abrahā tolerantiā prompte oſſerendi
in ſacrificiū ſilium ſuum vñigenitum Iaac, vt reputaretur ipſi Abrahæ in gloriam: per
Deum qui eruit Iaac de morte, dans pro illo arietem in holocaustum acceptabile: per Deum
ſanctum, qui dedit benedictionem Iacob ex ore patris ſui Iaac: per Deum qui deſcendit cum
Iacob in Charran in Mesopotamia, vnde exierat Abraham: per Deum qui liberauit Iacob ex
omni anguſtia, & dixit ſe daturum ei benedictionem: nē quæſo deſtituar patre Iacob, ne ita
me lugear, ſicut luxit Rachel, neq; rufus contenebrent oculi eius, qui horis ſingulis ope-
ratur rediutum meum, & ingrati ad ſe expectat. Remittite me ad Iacob patrem meum. Nolite
obſerco, ſpērner eſt lachrymas meas, ſed patri me reſtituite. Hæc illo per Deum patrum ad-
iurante, ferat illa belua continuo in lacum eum iniecerunt, neque Deum meruentes, ne-
que eius adiuratione ad reuerentiam moti: & quidem cum ille ſingulorū veſtigia ſtri-
geret manibus, & fratrum pedes rigaret affatim lachrymis, clamans ac dicens: Fratres mei,
miſeremini mei. Iniecta autem Iofeph in lacum ſolitudinis, amarillimi lachrymis, miſera-
bilibusq; lamentis atq; gemiſibus, ſeipſum viꝝ & Iacob patrem deſlebat, lachrymansq; & tra-
hens ex alto corde longa ſuſpiria, dicebat: Infipice patre Iacob, que filio tuo contigere. Ecce
enim in lacum mihi ſum veluti mortuus. En ipſe paſtoralis meū ad te reditū, patre: & ego
nunc in lacu iaceo tanquam homicida. Dixiſti mihi patre: Pergo ad viſtando fratres tuos cum
paſtoribus, & ad me cūm ecelerite reuertere. Sed ecce illi velut immanilimi lupi effecti
ſunt, & mihi ab te ſepararunt, honiſtissime arquē amabilis patre. Non iam alpiciſ faciem
meam,

incam, neque vocem audis, neque ultra super me innititur tua sancta, & veneranda senectus. Non iam ego viciissim intueror sacram dulcemque canicem tuam, quoniam sepulto mortuo melior non est conditio mea. Delle, pater, filium tuum, & te filius viciissim deploret, quia ita a puer separatus sum a facie tua. Quis dabit mihi loquenter columbam, ut profecta hinc annunciet senectuti tuae gemitum meum? Defecerunt, dulcis pater, & lachrymæ, gemitus, voxque ipsa penitus elanguit, nec est qui adiuuet. O terra, o terra, quæ clamauit ad Deum sanctum pro Abel iusto inustæ perempto, sicut tradiderunt nobis aui, ac parentes, quod scilicet terra clamauerit propter sanguinem iusti, ipsa nuna quoque clama ad Jacob patrem meum, aperèt illi indicans, quæ mihi a fratribus acciderunt. Ut autem iniecerunt Ioseph in lacum funestum illi, fedrunt, ut comederent ouantes, ac biberent: ac veluti exultant viatores fugatis hostibus, & capta præda, ita illi nimio cum gaudio discubuerunt. Cum vero lati atque gestientes maleducavent ac biberent, levantes oculos, viderunt negotiatores Ismaelitas venientes, qui pergebant in Aegyptum, camelos ducentes, qui aromata ferrent, dixeruntque ad inuicem: Multo nobis melius est venundare Ioseph peregrinis negotiatoribus istis, ut profectus hinc in aliena regione moriatur, ne sit manus nostra super fratrem nostrum. Eduxeruntque de lacu Ioseph fratrem suum, tanquam feræ belua, acceptaque; pretio vendiderunt mercatoribus, non patris sui merores considerantes, cui curam ingentem, angoremque, injiciebant. Illis vero iter ageribus, contigit ut deuenirent in locum Hippodromi, ubi sepulta est Rachel. Illic enim defuncta erat, cum rediret Jacob de Mesopotamia. Vbi autem vidit Ioseph sepulchrum Rachel matris suæ, accurrens cecidit supra monumentum, extollensque vocem suam ingemuit lachrymans, & clamauit in amaritudine animæ suæ, dicens: Rachel, Rachel mater mea, exurge, & insipe Ioseph filium tuum, quæ dilexisti, ac vide quid illi contigit. En ipse captivus in Aegyptum abducitur, traditus quasi maleficus in alienorum manus. Fratres mei omnino nudatum vendiderunt in seruum, & pater Jacob ignorat quomodo proditus sum. Aperi mihi mater mea, & suscipe me in sepulchro tuo. Fiat tumulus tuus, vnuus mihi ac tibi lector. Suscipe mater, filium tuum, ne violenta pereat nece. Accipe me mater, qui subiit Jacob patre destitutus sum, sicut & tuo mater contubernio a puer priuatus sum. Audi mater dulcis, gemitum cordis mei, grauemque ciuitatem, & me in monumento tuo suscipe. Non enim iam luctum oculi mei lachrymarum imbrebus, neque anima mea gemitibus sufficit. Rachel, Rachel, no audi vocem Ioseph filii tui? Envi abducor, & me suscipere non vis? Iacob vocauit, nec audiuit vocem meam. Ecce rursus & te voco, & ne tu quid audis me. Hic, hic, supra tuum tumulum moriar, ne in alienam regionem, quasi malefactor aliquis ducar. Vbi vero omnes simul aspexerunt Ismaelitas, qui emerant Ioseph, illum ita cucuruisse, ac super tumulum Rachel matris suæ in faciem corruisse, dixerunt ad inuicem: Adolescentis iste præstigias artis magicæ in nos exercere vult, ut manus nostras possit effugere, nobisque ignorantis euanescere. Comprehendamus eum igitur, & fortibus nexibus constringamus, ne nobis magis suis auferat vnuum. Accedentes itaque ad illum, frementesque, dixerunt: Surge iam, atque, magican exercere desiste, ne te supra tumulum hunc percipientes, auri, quod pro te dedimus, iacturam patiamur. Postquam vero surrexit, viderunt omnes illius facie, lachrymis ac gemitis nimis adustam, & ceperuntque singuli modellè illum rogare, dicentes: Cur fles? Quid lachrymis manus? Magno enim merore detineris, ex quo sepulchrū istud vidisti, cùm es in huius Hippodromi via. Itaque abieco meru confidenter nobis eloquere, quod sit opus tuum, cur item venditus sis. Pastores enim illi, cùm te vederent, nobis ita dixerunt: Cautè illum obferuate, ne forte in via diffugiat à vobis: insontes sumus nos, ecce enim prædictimus vobis. Itaque diligenter expone cuiusnam sis seruus, pastorumque illorum, an liber alicuius, causamque, edictio, cur ita flebiliter, tantoque, cum affectu ac studio supra tumulum istum cecidiisti. Nos nempe te emimus, dominique, tui sumus: ut seruus igitur noster tua omnia nobis ediscere. Nam cui ea magis pandere debes? Nostris iuris cùm sis, effugere vis, negligenter nobis, vt pastores illi prædicterentur? Verum dic nobis aperte oramus, quisnam sis, quod sit opus tuum, bonaque, esto animo: videris enim liber. Non te vtemur vt seruo, sed tanquam fratre, ac charissimo filio. Namque, cernimus in te maximam libertatem, atque in statu honesto ingentem disciplinam, dignusque, profecto es etiam Regi astrarie, & cum magnanibus honorari, o iuueni. Quippe hic decor tuus te & nunc honestissimum reddit, & paulo post liberum, ac tui iuris faciet esse, erisque, noster amicus, & imprimis familiaris in terra, ad quam te ducimus, vt leteres & gaudeas. Quis enim huiusmodi non cupit puerum, oculorum specie insignem, & ingenuitate, sapientiamque, prestantem? Respondens autem Ioseph, inter suspitionem & gemitus dixit eis: Neq; seruus vnuquam fui, neque fui, neq; magus, nec villo quidem sceleris meo in manibus vestris vnundatus sum, sed filius vnuce dilectus patri meo fui. Porro pastores illi fratres mei sunt, misitque, me pater videre eos, vt se habeat: quippe indulgentissimus pater illorum cura macerabatur. Aliquantò enim diutius illuc inter motes morati erant,

erant, cuius rei gratia me ad videndum illos miserat pater. At illi zelo magno, inuidiaque contra me concitat, me vobis in seruum vendiderunt, aulsum a finibus & vilceribus patris, minime ferentes tanta in me paterna dilectionis indicia. Sepulchrum vero istud matris meæ est. Nam cùm ex Charran migraret pater meus, ut abiaret in locum ubi nunc habitat, hinc transiit habuit, atque in eo itinere mortua est mater mea, & in hoc tumulo, quem cernit, sepulta. Ista cùm illi audirent, lachrymæ sunt, vicem illius miserantes, dixeruntque ei: Noli timerere, adolescentis, ad summum honoris prouehendus modo proficisci eris Aegyptum ingrediens: nempe enim effigies tuae ingenuitatis index est: immo nunc meliore esto animo, fratum infideli atque inuidia liber, qui te vendiderunt nobis. At verò fratres Ioseph, ubi illum vendiderunt, allato hircu, ac maestato, tunicam eius feredentes sanguine, miserant patri dicentes: Hanc in montibus faciente inuenimus, ac continuo cognovimus, Ioseph fratri nostri esse vestem, omnique, in memore sumus illius gratia. Quiaobré hanc ad te mitimus tunicam Ioseph variam, pater, cùm fratrem nostrum minime inteniremus. Agnosce igitur & ipse, si filii tui est: omnibus quippe vnuum est, hanc esse Ioseph. Cum vidisset autem Iacob tunicam Ioseph, amaro cum gemitu & ciuitatu exclamauit dicens: Tunica Iosephi filii mei est, fera pessima deuoravit filium meum: amaroque animo inter luctus & intolerabiles gemitus dicebat: Cur ego prote filii, magis deuoratus non sum? Ut quid mihi non continuo occurrit belua, ut satiata carnis meis, te fili dulcissime, reliquisset illæsum? Quare me magis non discerpit, & dilaniavit, cibisque illi factus non sum miser? Væ mihi, vae mihi, disruptum tunc viscera mea propter Ioseph. Deficit plorantes oculi mei, & caliginem obducere semper: Ecce, enim tunica mea in alium impellit gemitum, filii, est enim integra. Itaque non te fera, puto, deuoravit, dulcis filii, sed humanis profecto in anibus & exutus, & occisus es. Nam si, vt fratres tui aiunt, consumptus à bestia fuisses, tunica vnuque tua per partes discissa esset. Neque enim fera prius exuere sustinuissest, ac tunc demuin exatari canibus tuis, fili. Rursum si prius exuisset, ac demuin deuorasset, tunica tua sanguine infecta non esset. Non fecissimæ vnguium in tunica, non dentium sunt villa vestigia. Vnde igitur sanguis? Si autem fera, que comedit Ioseph, ita sola fuit, quo pater haec omnia perpetrare potuit? Hic igitur mihi deserto ac destituto luctus, hic gemitus est: Ioseph lugendo, & tunicam defeso. Duo hi luctus, duo gemitus, acerbissimi, ploratus, Ioseph, atque tunica. Quomodo enim ille exutus est? Moriar ecce, Ioseph filii mei, mea lux, meumque firmamentum, & tunica mecum descendet in infernum. Nolo enim iam solis radios absque te cernere fili mi Ioseph. Deficit anima mea cum anima tua, Ioseph lux mea. Interea Ismaelitas sumentes Ioseph, magno studio illum in Aegyptum deduxerunt, existimantes ob extiam adolescentis formam pecunias plurimas à quo quis ex principibus sibi conferendas. Ipsius autem pér medium ciuitatis prætereuntibus, ecce Phutiphar illis continuo occurrit, intuitusque Ioseph, percontatus est eos dicens: Dicite negotiatores, vnde est hic adolescentis? Non enim vobis similis est: omnes namque vos Ismaelitas estis, hic autem formæ honestate præcellit. Qui responderunt: Nobilissimus omnino, pleniusque prudentia est. Dato igitur pretio, quantum illi postulaverint, summo affectu erit ab eis Ioseph, & cum introduxisset domum, inuestigabat, quænam fuisse eius educatio. At vero ille à sancto seminé iusti Abraham, Isaac, & Iacob nihil degenerans, proficiebat virtute, magnamque, constantiam in domo Domini sui, ac de die in diem pudicitias, virtutem, aspectum ac verbo magis magisque tuebatur, habens ante oculos iugiter Deum sanctum cuncta supernè inspectantem, Deum patrum suorum, qui illum ex lacu & morte, atque ex fratribus eripuerat, celere. Verum ipsum eorū iugiter contrahabatur, ac merebat pro sancto patre sue Iacob. Animaduertens autem Dominus eius constantiam iuuenis, atque grauitatem, summagisque, disciplinam & gratitudinem, omnia quæ possebat, Ioseph pulcherissimo, tanquam charissimo filio, tradidit gubernanda; neque quicquam aliud nouerat Dominus, nisi panem solummodo quo vescebatur. Sciebat enim Ioseph esse fidelissimum, expertusque erat rem suam, ac omnem substantiam sub manibus illius in dies augeri. Porro dominus ipsius cùm vidisset Ioseph singulari pulchritudine præditum, vulnerata est acri amoris jacula vesaniaque diaboli, & vehementi cupiditate dormire cum illo cupiebat, honestissimumque adolescentem ac pudicitiam fontem in fœnam turpitudinis ardebat impellere, innuferas artes, variisque ornatus excogitans, ac nullis omnino sumptibus parcens. Nam horis singulis mutabat armatum, faciemque stibio, ac fucis variis pingens, & crinibus aurum infens, atque impudicis nutibus subridens, catifissimos tentabat iuuenis oculos. Putabat nimis, tum infelix hinc illecebris sancti animalium facile illaqueari posse. At vero Ioseph timore Dei vndeque septus, ne simplici quidem aspectu in illam intuebatur. Postquam vero illa animaduerterat artes suas, & ornatus insignes nihil iusto preualere, maiore flagrabat cupiditatis ardore, ac sollicitudine anxia quid ageret ignorabat. Cogitabat procacibus verbis illu ad ignominiae opus hortari, obseruans tempus, quo illi, velut alpis insaniens, impudicitiae virus infunderet;

impudentique facie dicebat ad Ioseph: Dormi mecum, nihil omnino formidans. Aidaet mecum congregere, vt & ego specie tua affacim fruar, & tu viceps mea satieris pulchritudine. Cubilia multa nobis ad hoc opitulantur. Habestu liberam totius domus potestatem: nullus omnino ingredi praesumer ad nos, neque nocturnum impedire lecerum. Itaque accede ad me, mecumque imple desiderium, valde enim vror concupiscentia tui. Ad haec lapsi illi adamantinus, & animo, & corpore inuiolabilis perlitit, atque in tanta procella immobilis manit. Cæterum timore Dei cuncta repellens ignea libidinis iacula, decora, congruaque si bi honestate à se illam diuinis verbis arcebat, ita illi dicens: O mulier, istud quidem scelus implere minime conuenit tecum, quæ domina mea es, Deum enim quidem timeo. Ecce autem & Dominus meus omnia tradidit mihi, quæ sibi & domi, & foris sunt, neque est aliud, quod sub manu mea non sit, præter te. Quam igitur iniquum esset tatum vim directionis talis domini prodere, qui me ita dilexit? Quomodo possum coram Deo, qui fecerat corda & renes, huiusmodi facinus excipi? Haec fæcita verba dicebat Ioseph horis singulis ad dominam suam, corripiens, admonens, increpans, culpans: Verum nihil diuinum mulieris auris admittebat, maioreque turpidinibus flagrabat ardore, & insita magis vibrabatur obsecnitate libidinis, obleruabatque per momenta tempus reperire idoneum, quo caltissimum iuuenem impudicè violare posset. Videns autem Ioseph mulierem adeo impudentem, atque immuniter, seu feram, super se irruere, ut animam suum, corporique corrumpar, levauer oculos suos.

² Si sancti nō vi, ad Deum patrum luorum, assidueque orabat altissimum, dicenti ita: Deus ¹ Abraham, Isaac, uerent corā Deo, & Jacob, Deus magne atq; terribilis, erue me ab hac fera pessima. Ecce enim ipse aspicis Dofed fient emortu, miae, mulieris infaniam, quomodo me in occulto occidere per flagitium cupit, vt vinā secum ut quidam nugas moriar in peccatis, & proflus separor à Iacob patre meo. Liberasti me Domine, de morte, & tur, non inuocare, ab iniustis fratribus meis, libera me nunc quoque ab infante fera illa, ne peribes nequam ham, Isaac, & Ias, alienus efficiar a patribus meis, qui vehementer, ac piè dixerunt te Domine. Atque ex alto cœbus, cum non sit corda trahens longa suspiria, Jacob iterum appellabat cum lachrymis, dicens. Ora pater ip̄s, se pro filio tuo Ioseph, quoniam vehemens aduersum me concitatur bellum, quod me à Deo sed viuentum, vt separare posfit. Istud mulieris bellum longè atrocius est, quam quod mihi fratres mei inferre voluerunt. Illud necabat corpus, hoc separat à Deo animam. Scio equidem dlcisimè mi pater, quoniam oratione tuæ pro me ad Deum sanctum ascenderunt, atque ideo ex lacu mortis eruptus sum. Et nunc rufus exora altissimum, vt me ab hac erua fera, quæ filium tuum perdere nititur: cui neque in oculis verecundia, neque in corde timor Dei est: ne ficuti finibus tuis destitutus corporaliter sum, ita & ab animo, alienus efficiar. Protectus sum ad fratres meos, factique sum ut belua, & ut grauissimi lupi abs te auliferunt, pater sancte, & in Ægyptum deductus sum manibus aliorum, & eæ rufus fera alia occurrit mihi. Fratres quidem in deserto interimerem me voluerunt: haec autem in cubiculo me discepere inquirit. Ora pater dulcisime pro me filio tuo, qui coram Deo, & patribus meis moriar.

Cum autem verbis dominas suæ parere noluisset, quæ illum singulis horis virgebat, ac velut apis immitis illi, omni pudore abiecio, immunebat, obseruauit ipsa tempus, quo illum in thalamo solum inuenirebat, sicque peccatum consummaret. Vbi vero illum in lectulo suo, vt cupiebat, comprehendit, accedens impudenter ipsum ad se conabatur attrahere, nequitanque perpetrare. Ille autem admiratus mulieris impudentiam singularem, continuo extra domum cursu exiliit, ac ficuti aquila, cum aucupes videbit, alis cœli celitudinem penetrat, ita & Ioseph ex his retibus fugit, ne vel dicto, vel factio vulnus exciperet: inque illius manibus pallium linquens, diaboli laqueos fugit. Videns autem mulier illum ita effugisse, magno in mero re erat, iamque pledere iustum cogitabat, accusare illum turpiditibus apud virum volens, vt eo comperto, vir eius zelotypio furore succensus interimeret Ioseph, illud simul secum reputans: Multò mihi melius est vt Ioseph matriatur, vt vel sic requie fruar. Non enim fero tantum pulchritudinis in domo mea per momenta conspicere, cum frui ipsa vel clam, aut palam, eximia iuueni specie nequeam. Vocatis itaque seruis, & ancillis suis, ait: Scitis quid admirerit in me puer Hebraeus, quem constituit vir meus super dominum suum? Volut mecum impudenter congregari. Non sufficit illi potestas omnis dominus nostra, nisi me quoque separare à viro meo conaretur. Sumptuamque Ioseph tunicam ostedit viro, probro illi dicens: Adduxisti ecce, puerum istum Hebraem, vt contumeliam inferret: illud et que mihi vxori tuae. Scis tu domine mi, quod pudica sum, atque ideo annunciaui tibi. Auditu huiusc calumnii vir eius, vxoris verbis protinus credidit, ita esse assertentis, iratusque iusit continuo vinciri Ioseph, & in domum carceris mitti, maximas incertans minas, verborum illius ac benedictionum, quæ sibi tum domi, tum foris propter Ioseph obuenerant, penitus immemor.

Neque

Neq; crimen obiectum diligenter inquisuit, sed statim aduersus eum iniustam protulit sententiam, dicens: Ioseph in carcere coniici iubeo, nullaq; prorsus requie frui. Deus autem Abraham, Isaac, & Iacob, qui scrutatur omnium corda, cum ipso erat, deditque illi misericordiam in oculis principis carceris, ac permisit illum in carcere liberum à vinculis viuere. Neq; enim vñquā discedit benignissimus Deus noster ab his qui metuunt illum corde perfecto. Posthac peccauerunt Pharaoni pincernarum principes, ac magister pistorum, iusitq; Rex vtrumq; in carcere trudi. Porro Ioseph ministrabat illis. Cum autem illi clausi detinerentur, post dies aliquot viderunt ambo somnia, quid eis breui eventurum esset, præsignantia. Ioseph autem sanctus minister cum esset, consuetus ingressus ad eos, animaduertit ambos moestos ac tristes: & cum modestia causam percontaretur, dixerunt: Somnia vidimus, nec est qui ea nobis expōnat, ideoq; in mero re sumus. Dixit autem eis: Istud quidem Dei est, obscura quæq; referantur timentibus eum. Dicite mihi somnia vestra, & ea vobis per me Deus meus aperiet. His auditis pincernarū & pistorum principes, dixerunt somnia Ioseph, quæ viderant ambo. Ioseph autem paucis verbis exposuit eis exactissima fide quæcunq; illis à Rege eventura erant, vt postmodum rei probuant eventus. Nam pincernarum principē honori suo, officioq; restituit: pistorum vero magistrum tradidit morti. Cumq; pincernæ ventura prædiceret, orabat eum, dicens: Memento mei coram Pharaone, Regi, de me celeriter supplicare, vt me hinc educat: nihil enim peccavi, neq; mali quippiam feci, sed absq; causa iniectus in domum carceris sum. O semen electum, atq; beatissimum, quid à mortali homine subsidium queraris? Omisso Deo, hominem rogas? Certè expertus es auxilium Dei, quando etiam pudicitiae tunicam intraea, inuolatamq; seruasti. Cur oro, castitatis liliun, deficis animo, cum Deus tibi regnum gloriaq; prouideat? Quod autem tentationem fortius tuleras, ed illustrior tibi corona victoriae contextur. Ut autem iuxta quod predixerat Ioseph, impleretur somniorum vtriusq; solitu, post triplum fecit Pharaon contulit omnibus optimatibus suis, recordatq; inter epulas pistorum magistrorum, & pincernarum principis, alterum quidem in priorem restituit gradum, alterum vero tradidit morti. Cum vero oblitus esset pincerna interpretis sui, per Dei prouidentiam post duos annos vidit Pharaon somnia magna quæ sapientium omnium Ægyptiorum, omniumq; magnorum artem omnem, intelligentiamque transcedenter. Experrectus autem Pharaon, sapientes omnes acceleri uilevit, quibus cum somniis annunciasisset, nemo vim somniū explicare valuit. Rege itaq; miserete, curisq; confecto, nunciauit ei pincernarum princeps omnia de Ioseph. Eis auditis Pharaon, gauifus est gaudio magno, iusitq; continuo illum ad se adduci. Et cum processisset ex carcere, dixit illi Pharaon coram optimatibus suis: Audiui de te quod vir sapiens & prudentissimus sis, & qui somnia obscura interpretari noueris. Respondet autem Ioseph Pharaoni: Indultor sapientiae Dei est exponere somnia. Dixit autem Pharaon somnia sua corā Ioseph & omnibus magnatibus suis: audiuitq; cōtinuò somniorum expositionem ex ore Ioseph, veluti ex ore Dei. Stupefactus Pharaon ad tantam adolescentis sapientiam excellensque consilium (siquidem illi consuluerat, virum vnum constitutere sapientem, atque intelligentem, vt Ægypti frumenta colligeret: futuram quippe famem ingentem dicebat, vt haberentur fruges plurimæ in tempus pressuræ seruata) ait ad illam: Te ipsum cōstituam hodie super omnem Ægyptum, qui tale consilium reperisti: atq; ad tui oris imperium, & Ægyptus, & omnis domus mea disponetur. Tunc imposuit illum in currum suum, omnesq; magnates partim antecedebant currum, partim circundabant eum, vñā pergentes, maxime cum ex ore Pharaonis accepit secundum esse illum Ægypti Regem. Videns autem Phutiphar, qui Ioseph prius in carcere miserat, miserandum spectaculum, quod sedis est Ioseph in Pharaonis curia, timuit valde, sensimq; se ex medio principum subducens, cursu in domum suam cum metu maximo se recepit, & aperiens os suum, ait vxori: Vidisti ô mulier, signum mirabile, & insperatum, ex quo timor nobis magnus incumbit? Ioseph enim ille, qui quod noster fuerat seruus, dominus noster effectus est, totiusq; Ægypti. Et ecce cum gloria Pharaonis inuehit currus, & tanquam Rex honoratur ab omnibus. Ego autem cum illius ferre nequirem aspectus, sensim me subripui, clámq; discessi. His cōpertis, vxor viro rem aperuit, ita dicens: Notum sit tibi hodie peccatum meum, quod ego admisi. Ego sum que pulcherrimum Ioseph, pudicisimum illū adamaui: cūmq; per singula momēta blandicijs plurimi, & ornati bus varijs caltissimo infidlier adolescenti, vt illo frui possem, eiusq; eximia pulchritudine satiari, neq; omnino efficere id quirem, vt vel verbo pudicitiam proderet, vt illum tenere contendit, vt me vel modice toleraret. Verum illi dimisso pallio in manus meis a fugit. Ego enim eram, quæ vim illi inferre volueram, quando tibi pallium eius ostendi. Cæterum autor sum illi bonorum, quæ ipsi & regnum præsteti, & maximam gloriam. Nisi enim ego ita amasse Ioseph, in carcere coniectus non fuisset. Imò vero & gratias mihi habere debet, qui fui gloria ipsius causa. Iustus ac pius, & sanctus est Ioseph, qui etiam calumniam

C iii passus,

passus, nemini prodidit. Exurge itaque ac perge gaudens, & eum vna cum magnatibus aliis adora securus. Surgens autem Phutiphar studiosè accurrit, & Ioseph sanctum adoratur. Inter haec impletis iam annis illius vberatis maximè, inualuit fames in tota terra Chanaan, mœstusque erat Iacob cum filiis suis. Audiens autem quod alimenta venderebantur in Aegypto ad omnem copiam, dixit liberis suis: Audiui quod in Aegyptum frumenti plurimum sit, pergitte igitur illuc, & emite nobis escas, ne omnes fame moriamur. Acceptis mandatis patris filii Iacob, descendebant omnes emere sibi cibos. Cumque in Aegyptum peruenient, acceserunt ad Ioseph cum reliquis, vt triticum emerent: non autem agnouit illum, quod esset frater suus. Ut autem vidit Ioseph fratres suos, protinus agnouit omnes, & ait fratrem: Hi decem viiri exploratores pessimi sunt, atque ideo ingredi sunt Aegyptum. Comprehendite illos igitur, & in vincula coniunge: profecti enim sunt ad explorandam terram. Hoc illi aspicientes, contremuerunt, & cum metu ingenti responderunt ei, dicentes: Absit hoc à nobis Domine, omnes fratres vniuersim sumus, filijque dilecti patri viuis viri iusti. Fuimus aliquando duodecim numero, ex his unus pulcherrimus, & chrysissimus patri, à belta mala peremptus est, lugetq; illum pater vsq; in hunc diem. Frater autem alius cum patre nostro est in terra Chanaan, relitus in solitum patris. Respondet illis rufus Ioseph cum iracundia, dicens: Quoniam quidem ego Deum timeo, & colo, istud vobis condono. Sumite igitur elcas, & continuò ad patrem vestrum pergitte, ac si vera dicitis, fratrem vestrum minimum, quem illa arat, adducite ad me hic, sciq; demum credam vobis. Sumentes autem triticum ad patrem suum cum merore profecti sunt in terram Chanaan, nunciaueruntq; ei suspicionem pessimam, & iracundiam viri. Vehementer autem hac illorum relatione tristis est pater, atque cum gemitu: Quid hoc fecistis? Ut quid Domino Aegypti alium vos habere fratrem dixistis? Qui respondentes dixerunt ei: Ipse interrogauit nos, cognitionemque nostram scire diligenter voluit. Dicit eis Iacob: Moriar magis, quam Beniamin ex sinu tollatis meo. Cum verò famae vigeret, dixit eis Iacob: Si ego filii ex Rachel penitus orbari, meisque clarissimi liberis priuari debo, vt dicitis, surgite, tollentesque munera in manibus vestris pergitte simul. Fecerunt autem sicut præcepérat eis Iacob. Cumque venissent omnes cum timore magno, adorauerunt coram Ioseph. Qui postquam vidit fratrem suum Beniamin, cum metu ac formidine astantem, commota sunt viscera eius, cupiebatque illum amplecti, atq; ex osculari, & interrogabat eum summo affectu, dicens: Viuit pater? Qui ait: Viuit seruus tuus pater noster. Dicit ei rufus: Num habet adhuc Ioseph in corde? Et ille: Vehementer, inquit, illum habet fixum in animo, consumitque ipsius desiderio. Cum verò illum amplecti non posset, neque vltra interrogare, ingressus in cubiculum suum copiosas profudit lachrymas. Quia enim hora vidit fratrem suum, continuò recordatus est patris sui Iacob, dicebatq; cum lachrymis: Beati qui videre merentur diuinam sanctæ tuæ senectutis effigiem, dulcissime pater: neque enim totum regnum, omnisque gloria conferri potest canis tuis, & nimium dilecte Deo. Optauit addiscere ex ore Beniamin, an me gestares in corde, sicut & ego te: idcirco fratres meos arte coégi, secum adducere Beniamin fratrem meum: non enim illis credidi dicentibus mihi de te, quod haberent patrem & minimum fratrem, putabantque illos inuidia concitatos, etiam filium tuum minorem Beniamin occidisse, atque in maiorem luctum animum tuum inieciisse, quemadmodum & me proposito male voluntatis occidere. Oderant quippe nos duos, quod vterini essemus ego & Beniamin. Scio pater, quia nostra gratia vehementer angeris, & sollicitudine cumularis, & nunc maximè cruciatur senectus tua propter fratrem meum Beniamin: & ipse enim magno cruciatu affior, dum confidero neminem nostrum tuas senectutis in præsentiarum aſſttere. Non sufficiebat tibi Iudeus meus, adiectus est tibi pater & hic. Ego geminitu tuorum, atque singultuum sum autor. Durè nimis ac crudeliter feci, Beniamin ad me venire præcipiens, dum addiscere cupio, an verè viueret pater meus. Quis mihi dabit tuam sanctam rufus effigiem cernere, & infastabiliter intendere in Angelicam faciem tuam? Deinde cùm amarissimè in cubiculo fleuisset, loca iterum facie, prodigie hilaris, iubetq; introduci emes in domum suam, vt cum illo coniuvium inirent. Audite, quæſo, fratres, quomodo illos vndique in formidinem impellit Ioseph. Iubet illos accumbere, singulos nominatum vocans, & per ordinem, sicut fuerant geniti, statuens, vtebaturque per vnumquemque quodam quasi diuinationis modo. Propositus erat illi scyphus argenteus, quem tenens ille manu, atque in leuam transferens, pulsabat eum dexteræ digito manus. Cumque pulsaretur scyphus, magnum sonitum edebat in aures omnium aſſistentium. Semel igitur pulsans ait: Horum omnium primus Ruben est, primus ipse in honore discumbat. Pulsuit secundus, & secundi nomen edixit: Symeon, inquietus, secundus natu est: ipse quoque secundo discumbat loco. Tertiò dehinc tinnitum digito exprimens: Leui, ait, discumbat, & tertio honoretur loco. atq; ita singulos accumbere fecit, nomine illos

illos per ordinem vocans. Quamobrem eos in stuporem conuertit, maiorię formidine impeluit, adeo vt putarent ipsum omnia scire, dicerentque adiuicem: Putatne agnouit ex calice, nos sibi anteā esse mentitos, cùm dixerimus Ioseph à fera pessima devotarum esse? Magna igitur cogitationum tempeſtate fluctuantib; Vt autem hac eos suspitione leuaret, ex mensa sua partes ei tradit, amplioremque partem fratri suo Beniamin, ita vt maiorem quintuplo quam cæteris miserit. Cur itaque hoc Ioseph fratribus fecit, vt ex seypho nomina diceret singulorum? Vt scilicet illorum crimen augeret. Tunc iubet dispensatori suo, vt frumenti copiam fratribus absque pretio daret, atque in sacco Beniamin, clam deponeret scyphum, eolque gaudentes continuò à se dimitteret. Haud longè à ciuitate diſcesserant hilares, cùm illos ille cursu insecuri obiurgare coepit, atque insectari, grauesque intentare minas, fures eos appellans, & collati sibi honoris indignos. Respondentes autem dispensatori Ioseph fratres dixerunt: Aurum eriam, quod altera vice inuenimus in marsupijs nostris, retulimus Domino nostro, nunc scyphum Domini tui qua ratione furati essemus? Absit hoc à seruis tuis. Dixit autem eis: Sacculos vestros deponite, scrutandosque permittite. Festinato illi saccos deposuere ex iumentis, inuenientusque est scyphus in sacco Beniamin. Quod illi cùm vidissent, sciderunt vestimenta sua, ceperuntque minas multas & probra, & iniurias inferre ei: neque ipsum solum, & veru & Rachel simul & Ioseph cum patre infimulabant, dicentes: Vos scandalum fuistis patri nostro, tu, & Ioseph filii Rachel. Ioseph enim regnare super nos voluit, & merito à fera comeſtus est. Tu autem rufus frater eius in ignominia, & probro nos esse fecisti. Nonne vos estis filii Rachel, qua patris sui idola furata, fe ea furatam esse negauit? Extollens autem vocem Beniamin cum gemitu & lachrymis, satisfacieſe singulis copit, ac dicere: Deus ipse patrum nostrorum scit, qui assumpsit Rachel, quemadmodum ipse voluit, qui pulcherrimi Ioseph mortem minime ignorat, ipsumque modò consolatur inutiliter, qui videt nostra omnia, qui scrutat corda, & renes: ipse inquam, scit, quia non hum scyphum, vt dicitis, furatus sum, neque tale aliquid cogitauit: ita videbam patris Iacob sanctam venerandamque caniciem, vt cum gaudio sancta illius osculet genua, vt scyphum istum furatus non sum. Heu heu Rachel, quid contingit filiis tuis. Ioseph pulcher à fera, vt aiunt, occisus est. Ecce ego nunc, mater, fur repente, dum nescio, factus sum, & ignoro quo pacto in terra aliena seruus detineor. Ioseph in errore cùm dispergeretur à belitia, clamauit, vt inueniret qui se liberaret, & non inuenit. En ego rufus & dulcis mater, apud fratres meos me expurgio, nec est qui audiat me, creditque mihi filio tuo. Sumpto itaque Beniamin, regrefsi sunt in ciuitatem ad Ioseph, nihil habentes, quod respondere possent. Respondens autem Ioseph, irato similis, ait eis: Haecce est beneficiorum meorum retributio? Idcirco honorauit vos, vt mihi scyphum meum, in quo vaticinor, auferretis? Nonne dixi vobis, quod non estis pacifici, sed exploratores? Propter timorem Dei hoc agam vobis: cum solum qui furatus est calicem meum, seruum meum esse iubeo. Accedens autem vnu ex eis, Iudas nomine, posito genu orabat eum dicens: Ne quoque irascaris domine, si loqueris. Interrogasti nos seruos tuos, dicens: Habetis patrem, aut fratrem? Duximusque domino nostro: Est nobis pater seruus tuus, qui duos filios habuit, quos super omnes nos diligit. Vnum ex his fera pessima discerpit in montibus, lugetq; illum horis singulis pater, & in dolore ac gemitu nunc vsq; persistit, atq; adeo vt terra (sere dixerim) ad voces eius lugere videatur. Alterum secum detinet domi in solitum prioris filij. Nunc autem sicut iusserit, adduximus fratrem hunc nostrum, & inueni sumus seruus tui grauissimi sceleris rei. Oro autem, vt ipse seruus tuus sim pro puro iſto, modò puer cum fratribus reuertatur ad patrem. Ipsum enim ego suscepit à patre meo, & sine ipso ad eum redire non possum, ne videam patris mei amarissimam mortem. Cùm audisset Ioseph verba Iudee, videretq; eos omnes vultibus in humum demissis aſſttere, apiceret item Beniamin scissa tunica cum gemitu procedente altantum genibus vt ipſi Ioseph exorarent, quod ad patrem cum fratribus eum redire permetteret, nimis omnino turbatus est, commotusq; visceribus astantes omnes protinus abiit. Quibus abeuntibus, leuauit vocem suam Ioseph cum fletu dicens fratribus, quos retinuerat: Ego sum Ioseph frater vester, non sum comeſtus à fera, vt modò dixisti: Ego sum qui à vobis in lacum proiecius sum nudus. Ego sum, quem Imaelitis vendidisti: qui cùm omnium vestrum genibus, vestigijq; prouoluerer, nemo fuerit ex vobis, qui tunc in illa prefiria miseretur mei, sed vt fera belua in me inuafisti. Veruntamen, fratres mei, nemo vestrum timore turbetur, magis autem gaudete mecum, & exultate. Et quemadmodum dixisti patris nostro prius, quod ego in montibus à fera interfecus essem, ita rufus læti renuntiante Iacob, dicentes: Ioseph filius tuus viuit: & ecce sedet in curru Regis sceptrum regni Aegypti manu tenens. Cùm verò vocem Ioseph audirent fratres eius, præ paurore, ac formidine, facili sunt velut mortui. Accedens autem Ioseph verus sanctæ propaginis palmes, osculatus

labatur vnumquemque eorum magno affectu, nihil prioris iniuriae memor, vt sibi congruū erat, cōfque & donis, & honoribus lætiores fecit, magnoque cum gaudio remisit omnes ad patrem, dicens: Nolite in via contendere omnino, sed magis festinanter proferante ad patrem nostrum, & dicite illi: Hæc dicit filius tuus Ioseph: Fecit me Deus Regem totius Ægypti, accede cum gaudio pater, & aspice filium tuum. Veni pater in lætitia cordis, vt videam fætæ senectus tuæ Angelicam faciem. Abeuntes vero cum festinatione renunciauerunt Iacob verba Ioseph. Audito Ioseph nomine, suspirauit Iacob, lachrymâque profundens, ait eis: Quare conturbatis spiritum meum, vt rurus recolam effigiem Iosephi pulcherrimi & optimi filii mei, dolorisque flammam iam sensim extinctam, denud vultus accendere? Accedens autem Beniamini deosculatus est illius genua, & mentum, dicens: Vera sunt quæ audisti pater optime & honestissime. Ostenderuntque illi omnia, quæ miserat Ioseph. Tunc autem creditur verbis Beniamini, surgensque cum omni domo festinus, & gaudens perrexit in Ægyptum ad Ioseph filium suum. Ut autem audiuit Ioseph adueniisse Iacob patrem suum, processit ex viba cum optimis Pharaonis, magnoque obsequiū se stipatus cuneo, occurrit illi. Cum vidisset autem Iacob filium suum, cecidit super collum eius, magno cum gemitu & affectu dicens: Iam nunc lætus moriar, ex quo vidi faciem tuam, dulcissime fili, adhuc enim tu veraciter viuis. Amboque fleuerunt pariter, & glorificauerunt Deum. Et nos igitur pro his omnibus referamus gloriam Patri & Filio, & Spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum. A M E N.

VITA BENIAMIN P A T R I A R C H Æ, P E R D. Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.

Habetur in libr. vñ
eniam iacet inter fratres orta posterior, imperio prior, cuius nativitatis processus manus de patribus tri dedit obitum. Ipse lupus vorans & sanguinarius, qui super basem fortis suæ mane ho-
veteris testamēti sanguinis fudit, & ad vesperum escas principibus & sacerdotibus dividit.

VITA E P H R A I M P A T R I A R C H Æ, P E R E V N D E M.

Habetur libr. vñ
supra.
Ephraim semen Ioseph, & adoptiuī filius Israël, in numero Patriarcharum benedictio-
nis testamento relictus, minor ætate frateris, sed maiori prælatus gratia. In benedictio-
nibus cunctis tribus fortior, & inter fratres dominator inuitus. Hic partem tribus Leui-
tarum accepit.

VITA M A N A S S E P A T R I A R C H Æ, P E R E V N D E M.

Habetur libr. vñ
supra.
Manasse dilatatus in millibus, vñ cum Ioseph patre suo mysticè possedit tribum. Hi
omnes patres Apostolorum, & principes populi Iudeorum, tribus Iacob, & præclara
progenies Israël. Qibus pater morens pro diuinarum copia, sanctificationis gratiam dere-
liquit. Qui regnante Ioseph, in Ægypto regnauerunt, ibique etiam post longæ vitæ quietem
occupuerunt, ibique sepulti sunt.

VITA M O Y S I S, P E R E V N D E M S C R I P T A.

 O Y S E S filius Aram ex tribu Leui, dux & propheta in Israël, filius Regis adoptiuī, Dei amicus, Pharaonis Dominus, in rubo flammariente, & non vre-
te, vocibus Angelicis euocatus. Quem vt exéplo formaret Deus, insinuatam
eius manum iussit mori, & rursum retrahit vigorem per motum reddidit, &
calorem. Cuius facies specie futuræ gloriae illuminabatur. Humilis in recusan-
do ministerium, subditus in suscipiendo, in conseruando fidelis, in exequendo perugil, in re-
gendo populuī vigilans, in corrigendo vehemens, in amando ardens, in sustinendo patiens. Qui
pro subiectis Deo se interposuit, consilienti, poluit modū irascendi. Hic pro populi libertate
propriam obiecit salutem. Regis fæuisimæ minas non trepidauit. Quinetiam extulit contra
draconem eius virgam, ac per manū Dei oppugnatum, decem plagis eius imperiū verberauit.
Primum in cruentem vertit putoes, & flumina. De hinc ranarum multitudine vrbes, muscarū
æra complevit. Mortem intulit iumentorum. Percusit vlcere homines. Vastauit grandine
terram. Obduxit tenebris colum. Post haec spoliauit Ægyptios, eductoque populo, eremis
pandit iter, flammea præcedente columna. Nec motu transit, diuiditque hinc inde frenata a-
quari cumula. Pergenti populo viā sicco vefligio præbuit. Hostes de hinc cooperiunt fluctibus. Atq; amaras aquas per tactū ligni in statuātē conuertit. Qui etiā esurienti Israël cœlestē
prebuit pabulū, volucrūmque efcis repleuit locum castrorum. Percusit petram, aquæ exten-
plō copiosa fluenta manauerunt. Ascendit quoq; verticem Sinai montis, faciem Dei cōtem-
platur,

platut: Ibi quadriginta dierum ieunia pertulit, Descendens legem acceptam à Deo populo
tradidit, ritumque religionis instituit. Inter hæc quoque bella gelavit, victorijs claruit. Virgam
in manu tenens perculxit hostem: quos non tergit, superauit. Lætiferos aspidum mortuus eret
serpentis asperū sanavit, Dathan & Abyron, terræ compagib⁹ ruptis, in profundi hiatum
deicet. Ad extremum concidit montem Nebo, terrâaque repromotionis, demonstrante
Domino, aspicit. Mortuus est autem, iubente Domino, in monte Abarim: & sepultusque est
à Domino in valle Moab, quæ est in Arabia. Rexit autem populum Dei in eremo annis qua-
draginta. Obijtque annorum centum viginti. Quidam autem eum vivere testantur, pro eo
quod sepulchrum eius non reperitur. Et quia apparuit Domino in monte cum Elia, Mo-
tuum autem illum, & non raptum, certissimè sacra scripta testatur.

Dum Moyses à
domino sepellitur,
decemur mortuos
sepelire opus esse
pietatis, & Deo
placare ne non
sepulchrum curā-
dam esse, & non
negligendam.

VITA A A R O N, P E R E V N D E M.

A Aron frater Moysi, & in signis miraculorum socius, atque in lege Domini sacerdos pri-
mus. Cuius virginis electa, fronde & germine floruit. Quique thuribulum in dextera
gestans, furenti se flammas opposuit: atque stans inter viuos & mortuos, obiecta corporis sui
transire ignem ad agmen viuentium non permisit. Hic per hostiam victimarum, & sacrificiū
sanginiis, futuram Christi passionem expresit. Hic ius principatus sacerdotij per ordinem
generis & successionem transmisit. Anno autem quadrageimo egressionis filiorum Israël de
terra Ægypti, cum esset annorum centum viginti, mortuus est, iuxta præceptum Do-
mini, in monte Hor, qui est iuxta Petram, insignem Arabiæ vrbum. Ibi sepulta iacet foror
eius Maria, vbi etiam & nunc vsque ostenditur rupes, qua percussa Moyses aquâ populo pre-
but. Est autem hic locus in extremis finibus Idumæorum.

VITA P H I N E È S S A C E R D O T I S, P E R eundem D. Isidorum scripta.

P Hinees sacerdos filius Eleazar, zelo agens Domini, coeuntem impudicum simul cum
Madianite telo percusit, ac perpetuò sacerdotij inflas, præmium victimarum in gene-
rationibus seculi meruit, pro eo quod zelo accusatus diuini ameris, iram Dei feriendo
placauit.

VITA I O S V E, P E R E V N D E M.

Osuē filius Nun, ex tribu Ephraim in Ægypto natus, Moysi discipulus, & in potestate sue
cessor, notiq; preli triumphator. Qui quoniam expediret viatoriam, vt Sol staret, celo im-
perauit, Jordanis etiam cursum transtulit suo suspendit. Hierico inexpugnabiles muros clangi-
tiū tubarum sonū deicet. Chanæorum euerit regna, reges extinxit, ac populum Dei
solus in terram repromotionis induxit, eaque ei sorte distribuit. Viginti & septem annis
præfuit in Israël. Occubuit centum & decem annorum, atque sepultus est in Thannathfare
ciuitate sua, quæ sita est in latere montis Gaas contra Aquilonem: ibique hodie insigne mo-
numentum eius ostenditur. Est autem hic in tribu Dan.

VITA D E B B O R A E P R O P H E T I S S A E, P E R d. Ambrosum Episcopum scripta.

E una vidua Judith tantum opus imitabile alijs videatur implesse, plures alias
vel pariles, vel proxime fuisse virtutis, nequam dubitandum videtur. Bona
enim seges plurimas spicas fructu referatas ferre consuevit. Ne dubites illam ve-
terum legetem temporum in complurium seminarum moribus fecundasse,
Sed quia prolixum est cōpletæ omnes, cognoscite, aliquas & præcipue Debbo-
ram, cuius nobis prodidit scriptura virtutem. Hæc enim docevit nō solū viri auxiliō viduas
non egere, verū etiam viris posse esse subficio, que nee sexus infirmitate reuocata, munia
virorum obeunt, & suscepit cum laetitia. Deniq; cum Iudei regerentur ar-
bitrio, qui virili non poterat vel æquitate regi, vel virtute defendi, bellis hinc inde ardentibus,
Deboram sibi, cuius regerentur iudicio, cooptarunt. Itaque multa milia virorum vna vidua &
in pace rexit, & ab hoste defendit. Multi iudices in Israël, sed nulla ante Index feminæ. Multi
iudices post Iesum, sed nullus propheta. Et idœo leatum istius puto esse iudicium, & gesta
eius arbitrio esse descripta, ne mulieres à virtutis officiis mulieribus sexus infirmitate reuocé-
tur. Vidua populos regit, vidua ducit exercitus, vidua duces eligit, vidua bella disponit, mā-
dat triumphos. Non ergo natura ea est culpæ, nee infirmitati obnoxia. Strenuos enim non
sexus, sed virtus facit: & in pace quidem nulla querimouia, nullus error mulieris inuenitur,
cum plerique non mediopterum peccatorum autores populo suo iudices exitissent. Vbi vero
Chana-

Habetur libr. vñ
supra.

Habetur libr. vñ
supra.

Habetur libr. vñ
supra.

Habetur in libr.
eiudicē de vidua.

Chananæa gens ferox prælio, & affluentum copiatum opima successu, hostiles in populum Iudeorum animos extulerunt, vidua præ ceteris bellicos instruit apparatus. Et ut discas non publicis copijs domesticas necessitates fuisse subnixas, sed domesticis disciplinis munus publicum gubernatum, domo propria filium ducent producit exercitus, vt agnoscatis quod possit instruere vidua bellatorem. Quem quasi mater erudit, quasi iudex proposuit, quasi fortis institut, quasi prophetæ victoriae certa transmisit, denique in mulieris manu summa fuisse victoria, docet Barach filius, dicens: Nisi tu veneris mecum, non ibo; quia non noui di, in qua direxit Dominus Angelum suum mecum. Quanta ergo foeminae istius virtus, cui dux dicit exercitus: Nisi tu veneris, non ibo? quanta, inquam vidua fortitudo, quæ à periculis filium nec materno reuocat affectu, imò ad victoriam filium studio matris hortatur, dicens: Quod in manu mulieris sit summa victoria. Deborra ergo prælii probavit eventum: Barach iussus produxit exercitum: Hialech cepit triumphum. Huic enim propheta Debboræ militauit. Quæ mysticè nobis ortum surrecturæ ex gentibus Ecclesia reuelauit, cui triumphus de Sisara spirituali, hoc est, de aduersarijs potestatis quæreretur. Nobis igitur Prophetarum oracula dimicarunt, nobis illa Prophetarum iudicia & arma vicerunt. Et ideo non populus Iudeorum, sed etiam Hialech victoriæ ad hostem quæsivit. Infelix ergo populus qui hostem quem fugavit, persequi fidei virtute non potuit. Itaque illorum delicto salus gentibus, illorum fedis nisi seruata victoria est. Hialech ergo prostrauit Sisaram, quem tamen corrufo duce, hoc enim significat interpretatio Barach, manus veterum fugauerat Iudeorum. Frequenter enim, vt legimus, orationibus & meritis Prophetarum celestia patribus adfuerit sublida. Sed his iam tunc de nequitis spiritualibus victoria parabatur, quibus dicitur in Euangeli: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutio ne mundi. Ergo principium victoria, à maioribus: finis in Ecclesia. Ecclesia autem non armis secularibus vincit aduersarij potestates, sed armis spiritualibus, quæ sunt fortia Deo ad destruendas munitiones & altitudinem nequitiae spiritualis. Et ideo Sisara sit, lacris poculo restinguitur, quia oratione superatur. Quod enim nobis salutare ad efacit, hoc aduersariæ potestati lætale ad infirmitatem. ¹ Arma Ecclesiæ: arma Ecclesiæ oratio est, quæ aduersarij vincit. Ergo secundum historiam ad prouocandos animos feminarum foemina iudicauit, foemina difposuit, foemina prophetauit, foemina triumphauit, & præliaribus intermixta copijs, imperio viros docuit militare foemineo. Secundum mysterium veræ fidei, militia Ecclesiæ victoria est. Non ergo habetis quod per naturam vos excusetis foeminae. Non habetis viduae, quod ad infirmitatem sexus, ad amissionem subtilij maritalis, mobilitatem veltrum referre positis. Satis vniuersaliter, si virtus animalium non desit. Et ipse in viduis frequens processus èstat, munimen pudoris est, & ipse amissi coniugis dolor, vñs operis, domus cura, sollicitudo liberorum, noxiaria pudori solet arceré lasciuiam. Atque ipse lugubris habitus, pompa funebris, fletus aspidius, & mestæ fronti intrancibus rugis impressa tristitia, petulantium premit oculos, restinguat libidinem, procaces auertit aspectus: bonus custos pudoris, pietatis dolor, non obrepit culpa si cura non desit. Didicisti igitur viduae, subfido vos non egero naturæ, & posse salubritatem tenere consilij, nec domestico indigere præsidio, quæ etiam publicæ potestatis apicem potentiae vindicare.

VITA GEDEONIS, PER D. ISIDORVM

Episcopum Ispalensem scripta.

Gedeon filius Ios ex tribu Manasse, genitus in solitudine, liberator populi, & multorum pater filiorum, potentiamque Dei explorans in vellere. Hic cum trecentis viris aquam lingua lambentibus, non tela dexteris, sed tubas: non lauacrypium, sed hydrias præferentibus, hostem terrore perculit, ac viator de Madian & Amalech fortiter triumphauit. Iudicauit Israel annis quadraginta, mortuusque est senex, & sepultus in sepulchro Ios patris sui in Ephra de familia Ezdri.

VITA IEPTÆ, PER EVNDEM SCRIPTA.

Habetur libr. vt supra.

Ieppe ortus ex tribu Gad, fidelis in promissis, affectum pietatis exuperans intolerantia mentis. Hic voverat Deo, vt si quis illi post victoriam revertenti primus occurreret, immolareat. Nam rediens ab hostibus Ammonitarum triumphator ne pollueretur labe periuji, pollicitam sponctionem complevit, ac filiam, quæ prima post victoriam illi occurrerit, immolauit. Iudicauit autem Israel annis sex. Mortuus est, & sepultus in ciuitate sua Galaad, quæ est in dimidia tribu Manasse.

VITA

¶ VITA SAMPSONIS, PER D. ISI-

dorum Episcopum Ispalensem scripta.

Habetur libr. vt supra.

Sampson filius promissionis, genitus patre Manue ex tribu Dan, Nazareus vocatus liberator Israël, & omnium fortissimus. Iste rugientem necauit leonem, fauimque ab ore mortui tulit. Seras quoque portarum in humeris tollens, in vertice montis impofuit. Vulpium caudis igne iunctis, Philistinorum toram regionem succedit. Vinctus etiam restis funibus maxilla asini mille viros peremit. Posthac avaritia illecebrose mulieris deceptus, detonsis crimibus, vim virtutis amisit. Effos oculis, columnam domus concutiens, à ruina opprellitus, pariter cum hostibus defecit. Qui iudicauit Israël annis viginti, & positus est in sepulchro patris sui, in ciuitate Eftao, in tribu Dan, decimo procul lapide ab Eleutheropole, contra septentrionis plagam, iuxta viam quæ ducit Nicopolim.

¶ VITA SAMVELIS, PER EVNDEM.

Samuel propheta filius Elchanæ de Ramathaim Sophim, de tribu Ephraim, cognominatus cum Moyse in facerdotibus Dei, ab ipsis cunabulis Domino consecratus. Sedulus in ministerio, in gente princeps, in templo vates. Cuius verbo obtulerunt cœli, occurserunt nubila, effusi sunt imbræ. Hic triumphator ex hostibus, adiutorij lapidem posuit. Hic primus Principem in regno vnxit. Sepultus est autem in viculo suo Rama, quæ est fœcus Bethlehem.

¶ VITA SAMVELIS PROPHETÆ, PER ADONEM EPISCOPUM TREUERENSEM COLLECTA.

Tertiodecimo Calendas Septembribus Natale Samuelis propheta. ¹ Cuius sacra officia Imperator Archadius de Iudea transtulit Thraciam, ² portantibus Episcopis, & omnium Ecclesiarum populus tanta lætitia occurrentibus, quasi præsentem, viuentemque cererent, atque suscipierunt: vt de Palestina usque Calcedonem iungeretur populorum examina. & in Christi laudes una voce resonarent. Scribit sanctus Hieronymus in libro contra Vigilantium.

Habetur in martyrologio eius, sub xiiij. Calenda September.
1. Vocat S. Propheta sacra offia, non autem consumptæ, vel emortuæ, modo quidam sancti cluant.

² Vide si scilicet in:

venire solenniores exequias istis. Et quomodo sit de antiquæ Ecclesiæ usu, quod Episcopi sanctorum reliquias dū tumulantur, aut transferuntur deferunt, comitantibus & occurrentibus populis cum maxima letitia.

¶ VITA DAVID, PER D. ISIDORVM

Episcopum Ispalensem scripta.

D AVID Rex & propheta, ortus de germine Iuda, filius Iesse, natus in Bethlehem, puer pastor, inter fratres ætate junior, mente præstantior, à Domino in regno vocatus, à propheta vinctus in Regem, belliger iuuenis, in certamine singulari, in triumpho glorioſus, vincendo veteranus, patiens in aduersis, prudens in periculis, in peccato proprio dolens, in alieno funere lugens, pronus ad penitentiam, velox ad veniam, in conuictis mitis, ad misericordiam facilis. Qui inimico Regi, dum posset, non nocuit: nec tantum referauit traditum, sed & vindicauit occisum. Hic leonem & virum sine gladio interfecit. Citharae suavitate immundum spiritum depulit, gigantes expugnavit. Igitur quadragesimo regni, ac septuagesimo ætatis anno diem vitæ supremum consummavit. Sepultus est in ciuitate sua Bethlehem quæ vocatur Ephrata. Ibi etiam Dominus noster Iesus Christus est natus. Ibi & Rachel cum Benjamin peperisset, occubuit. Ibi etiam & sepulchrum patris David ostenditur. Est autem hic locus in tribu Iuda, sexto ab Hierusalem miliario contra meridiem, itinere quo pergitur contra Hebron.

¶ VITA ET MORS NATHAN PROPHETÆ,

per D. Epiphanius Constantiæ Cypti Episcopum scripta.

Habetur in libro eius de vita prophetarum.

Nathan eisdem ferè temporibus, quibus David in lucem editus, Propheta, ex profapia Thoch, popularis autem urbis Galileæ Gabath, in lege Domini Dauidem instituit. Præsciebat autem Nathan ille Propheta, quod Rex David in Bersabæ ardore plus aequo transgrederetur: Curriculo igitur Gabath relicta, Hierosolymam contendit, quod eundem à tanto facinore Regem abstraheret. Sed ecce impedimento fuit Beliar illi. Nam cum exanimem eum in itinere, tam nudum, quam ex matre, reperiisset, tantisper cunctatus est, loco sepelire mortis, & sepultura tatis, & sepultura sepe ex hoc quod terra mandaret, ne indignis admodum modis corpus hominis ab animalibus bruto. tatis, & sepultura sepe ex negligenda.

inspicere, & vlcisci ea quæ ab ipsis siebat. De quo nos quoq; oportet pauca dicere, vt plurimū eius verbis vt̄tes, & ijs quæ ille loquebatur diuino zelo accēsus. Ergo is quoq; adit orationi: & nobis proponatur argumentū, & maximē cūm sit eius ² dies quē iam celebramus, & quæ anniversarijs laudibus honoramus. Hic ergo vir sacrofancus & diuinus, cūm esset ex tribu Aarōn, & natu in Arabia, tēpore ortus sui, quo est in lucē editus, viros cādīs vestibus indutos vidit ciuius pater, & eū in igne ligates fascijs, & dātes flammā ignis, qua veleretur. Quod cūm dixisset sacerdotibus, ijs dixerūt eū magnū futurū Dei puerū, & qui futurus esset semper luce plenus, & judicaret Iraſl in rhōpea & igne: qui etiā ab eis appellatus est Thesbytēs, quod esset domus quæ forte obfigerat sacerdotibus, in qui es habitabat, virtutē exercēs ab adolescentia, & flammā efficiēs animā per ignē spiratē lanci spūtū gratiā. Nemo autē omnī cō tradicet eū virtū fuisse tantū & talē, qui posset & flammā, & rhomphēā, & ignē, & aquā, aliaq; admirabilia habere apid se, & ad alios, cūm vellet, immittere. Horū autē singula explicabit oratio. Postq; post Roboā, & eos qui deinceps in Samaria cōfēcti sunt Reges, Achab accepit imperiū, vir moribus prauis, & ab impietate posse illius, qui cōiuncta erat mulier, quæ ei erat par improbitate, vel etiā fūperabat (mulieri nome erat Iezabel) Ambo verò studebat & diuinos prophetas malis affligere, & eos qui erāt in illorū potestate dēterioribus assuefacere, vt qui à via recta iam olim declinarentur zelo diuino repletus. Helias, qui etiā re vera & dignē hoc nomine fuerat vocatus, talia Achab libere loquuntur: Vixit Dominus Deus exercitū coram quo asto, si erit his annis ros & pluia, nisi per os meū. His enim iratus Deus vniuersorū, tres annos & dimidiū pluiam ē celo retinuit, imbris defectū terrā exiccās, & immittēs famē oīum grauissimā. Hunc suū Prophetam honorans, cœlū claudēti autē aperiēndi, & pluia cōtinendi, autē demittēti ei dat potestatē. Qui etiā illa Achab dixerat ex potestate, quæ poterat facere, & quæ propter virtutē magnitudinē à Deo accepert. Deinde illo relicto, ob diuinū respōsum accedit ad torrentem, qui erat ad orientē ex aduerso Iordanis. Vade enim illuc, audi voce superna, & illinc bibe aquam, & præcipiam coruis, vt alimentū ad te adferat. Certe corui, animal valde gula deditū, & longē rapacissimū, panes quidem mane, Dei iussi, vespere autē carnem ad Prophetam adferebat: & erat ei sufficiens deinde salimentiū, vt cui nec obsonium, nec aqua deficerat ad potū. Postq; tunc aliquot post diebus torrens, cuius aquā bibebat, est exiccatus, iuris respōdens, tāquam amicus amico dicit. Dīs seruo: Vade hinc in Sarepta Sidonī: & illic incides in viduā, quā aleris: & nullo opus habebis ex ijs quæ sunt necessaria. Ille autē cūm venisset (sciebat enim vocanti parēt in omnibus) ligna inuenit colligētēm viduam, & coctūrā panē subcinerīcū: habebat enim solū pugillū farīnā, & modicū olei in lecytho, quibus & ipsa, & filii parēt vte volebat. Quā etiā alloquens: Mihi, inquit, primū, & mulier, appone hūc panē, & modicū olei lecythi: Deinde tibi & filiis appones quæ remanerint. Neque enim tibi de cæteri hydria farīna deficit, neq; olei lecythi minuetur, donec fuerit desuper pluia super terrā. Et fecit quidē vidua sicut ei præceptū fuerat, benigne prius Prophetam cōuiuio excipiens, & secūdū ipsa, & filii vescētes eo quod remālerat. Quæ quidē statim accipit admirabile mercedē hospitalitatis, vides vāla plena, & redundantia. Quid enim dictū fuerat à Prophetā, statim puenit ad effectū valde admirabiliter. Quid deinde cōsequitur? In morbum incidit filius viduæ, & paulo post subit animē defectionē. Quæ cūm repētē mater vidisset mortuū, totū animo perturbata: Quid hoc est, clamabat ad Prophetā: Cur huc es ingressus, vt mea peccata renouares in memorā, & morte affices meū filiuū, & homo Dei, qui mihi & viduitatis, & omniū erat solatiū? Helias autē petiit, & accipit mortuū: cūm enī fulfūlisset, ponit in eo, in quo manebat, cōenaculo, & eu coponit in lecto. In quē cūm ter insuffasset, hanc ad Deū factū invocationem, dicens: Domine Deus meus, cōuertatur anima huius pueri ad ipsum. Et statim (O magnam Prophetā gratiam) is qui fuerat mortuus, viuebat, & mouebatur, iucundissimū simul & admirabile matri factus spectaculū. Multi ex illo tempore dies præterierant, & factū est verbū Domini rursus ad Eliā, cūm iam esset elapſus famis annus tertius, iubens vt & veniret in cōspectum Achab, & futuram pluiam ei significaret. Nā qui natura est clemēs, eorum qui partebantur erat motus misericordia, & suū iam incitat Prophetam, ne eos videat amplius magis affectos, sed de magno zelo aliiquid remittat, & eos benignē aspiciat, & recreet. Qui iussi Domini alloquitur Achab, cūm prius esset allocutus Abdū, qui cū eo etiā res administrabat, & qui multos ex prophetis quos persequebatur Iezabel, occultabat in spe-luncis terræ. Quem cūm vidisset Achab, quam in eū conceperat parturēs acerbitatē. Tunc is es, qui peruerit Israēl? ej dixit aperte. Atqui oportebat, si nihil aliud, certe propter nimis diuturnam & admirabilem pluiae cessationem, habere eum ad Deum supplicantē, qui potest pluiam ē celo pluere, ad quod etiam venerat, & quod scilicet erat significaturus. Sed ipse cūm esset inflatus eius in illum animus, apud illum statim est vīsus verbis asperiorib; Ad quem Prophetā sermones oportune convertens: Non ego, inquit, sum qui peruerit Israēl, sed tu

sed tu, & domus patris tui, qui vniuersi Domino & Deo relieto, post Baalim (erat autē hoc execrāndū idolū) ambulatis. Sed enim hoc tibi sit curæ, si te villa Dei subit cogitatio, vt hue deducas, & cōgreges 400. eos qui numerantur, pphetas ad inuocandū Baal. Quintam alios nemorū seu excelforū qui præter hos ducuntur. Numerantur autē ipsi quadringenti, & quinq; aginta, qui sunt etiā perpetuū socij Iezabel. Cura autem vt hi omnes veniant in montem Carmeli, vt ipse quoq; cognoscas, qua de causa conuenerint. Achab autem, cūm sic visum esset, oēs illic congregat. Cum quibus etiā conuenit magna populi multitudō, auditura sermones Prophetarū. Quibus Helias ardenti zelo dicit: Quādū vos vtrisq; tibis claudicabitis? Si Dominus est Deus, & ipsum scitis colere, ambulate post ipsum. Sin autem Baal ipse est, & cum colendum statuistis, post eum similiiter ambulate. Populus autem ad haec nihil respondit. Quos cūm vidisset nihil loquentes, illis rursus intulit. Ecce ego sum relictus, vt vos quoq; scitis, solus: sunt verò quadringenti, qui sunt apud vos prophetæ Baal. Præterea autem excelsorū quoq; quadringenti & quinq; aginta, vt iam ante dixeram. Duo boues ad nos deferantur, & ipsi quidē vnum accipiant ad sacrificiū, & eum secēt membratim, & seorsum ponant supra strūē lignorum. Alterum autē cūm ipse mēbratim cōscidero, imponam strūi lignorū, ignē nequaquā accendens. Vnusquisq; ergo nostrū Dei sum inuocet, & qui in igne exaudient, is scilicet erit Deus. Visumq; est hoc verbum vtile toti populo. Atq; illi quidem quomodo ab Helia iussi fuerant, cūm sacrificassent bouem, qui sorte obfigerat, super strūem lignorū posuerunt absq; igne. Qui quidē & deos suos, & Baal inuocabat, vt inferretur ignis in sacrificiū, & ipsum consumeret. Fuerunt autem à mane vñq; ad meridiem, inuocatēs stulti eos qui sunt inanimi. Fuerūt econtra illi, sicut re vera erant, furdi & nullo sensu prædicti. Quos etiā subfannans Helias dicebat: Dij vestri dormiunt: & vos oportet magis clamare, vt videatis nū sint intellecturi, aut ē sommo excitandi. Quibus etiā voces extollebantur altius, & furore incitabantur, & se incidebant gladijs. Postq; autem apud illos nihil erat, nū rūlus & ludificatio. (Quid enim eis profuissent ijs qui inuocabantur, qui sunt statuē, & re vera lapides?) Tūc Helias dixit populo: Venite etiam huc ad me: & Dei mei cognoscite potētiam. Et omnibus ad ipsum collectis, accepit duo decim lapides conuenienter numero duodecim tribū, & ex ipsi extruxit aram. Deinde ei ligna imposuit, cīndens etiā holocaustum in partes. Quoniā verò erat effecturus sacrificium magis admirabile, aqua locum implevit, & inferius in profundō, & circumcirca, & super ligna, & vñq; ei dimittens fluere. Quid is enim? Accipite, inquit, mihi quatuor hydrias aquā, & fundite super holocaustum, & super ligna. Et dixit: Secūdū hoc facite. Et secundū fecerunt. Et rursus: Tertiū hoc facite. Et tertio fecerunt. Et erat deinde aqua tanquam mare fluens circum altare. Tunc Helias ² oculis in cōlū sublati tam sensus quam mentis, clamauit: Domine Deus meus, Deus Abrahā, & Isaē, & Israēl, exaudi me hodie in igne, vt hic quoque agnoscat populus, quod tu es Deus solus, & ego tuus censor esse seruus, & tuum nomen inuocans: licebat autem statim videre (ð arcanū miraculum) ignēm desuper descendētē, & omnia penitus consumētē. Tunc enim holocaustum, & ligna, & aquam quæ erat circumcirca, & alia omnia exedit. Porrō autē lapides quoq; & puluerem, & si quid aliud inuenit, elixit: & verè ostendit, non esse columnādū ignē, cui aquæ repugnasset natura, sed diuiniorē quandam potentiam, & maiorē q; vt ignis esset operatio. Quod cūm vidisset totus populus, procidit in faciem, & clamauit: Verè Dominus est Deus: ipse est locus. Quibus etiā iubet Helias, vt comprehendant falsos illos prophetas, datus supplicium. Iisque illic eos comprehendēt. Quos cūm deduxisset ad torrentem Cisōn, omnes omnino de medio sustulit, ignē diuinō inflammatus corde propter deceptores. Et ipsi quidem talia premia accepuntur. Helias autem tunc dixit Achab: Ascende, & securus vescere: etenim iam aderit sonus pluiae, quā ego venio vt tibi significem, & quam videbis deorsum descendere. Et ille quidem ascendit, vt comedet, magna lāetitia affectus propter nuntium. Prophetā autem alcendens Carmelum, & se in terram 3 inclinans confitit ad præcationē, posita facie inter genua. Porrō autem puer quoq; præcipit, qui cum eo erat, vt ascenderet superius, & aspiceret viam quæ tenderet ad mare. Qui cūm ascenderet, tunc quidem nihil vidit eori, quæ expectabat videre, pluiam, inquam, in nubibus. Et rursus iubet ei, vt rediret septies ad eandem viam. Et iam cūm septies rediisset, videt nubem condensari, & aquam ē mari extollere. Tunc etiā significat Achab per puerum, vt velatur curru, & descendat in ciuitatem, ne eum apprehendat, quæ futura est, pluia. Cūm primū autem hoc dixisset, cēlum densabatur nubibus, contenebras, & aquam emittens vehementē, & terram, vt ita dixerim, siuentem pinguisfaciens, & abunde irrigans. Quamobrem emittebat Achab lachrymas præ gaudio. Helia ante eum profiliens, & suos lumbos fortiter adstringēt. Et sic quidem pluia post tres annos, & alium dimidium, per Prophetā intercessionem delata est in terram. Iezabel autem ne sic quidem defisit ab improbitate, neque vitium omnino dimisit. Quo-

² Ecce quo sanctus propheta orat in dominū, oculis in cōlū sublati.

³ Ecce hic orat in terrā inclinatus, & facie posita in terrenū genua.

niam neque Aethiops nigorem, aut Pardus varietates; Sed etiā post factum miraculū irascitatur Prophetæ: & eō magis, quod intellexerat suos prophetas fuisse ab eo interfectos. Et enim insidiebatur, & moliebatur ei maleficere, mīritas si eum acciperet, fore ut cum morte de medio tolleret; & sic vt eorū qui ab illo fuerant interfecti, illius poneret animā. Quid ergo Helias? Timet mulierculā (sic enim de eo traditur) vt humānam ostēdat naturā, elle perturbationi timoris obnoxiam: ne ipse aliud quā sit, existimetur, propter diuina signa quae fecerat. Quo tempore venit Bersabea, quæ est terra Iuda, & ambulat iter vnius diei per illa solitudinē. Cumq; fuissest defelius ex itinere, sed huius, veluti cū Deo misere expostulās, & dicēs: Accipe Domine à me animā meam, quoniam non sum melior quā patres mei. Quæ cū corripuit somnus, dormit ieunus prope quādā arborē. Et ecce quidā eū tetigit (Angelus autem Domini missus fuerat) & dicit ei: Surge, & comedē quæ ad caput vides subcinericum panē, iuxta quem est etiam vas aquæ quā bibas. Ille verò surrexit, & comedit ea quæ erant apposita, & conuersus rursus obdormiit. Rursus secundò Angelus: Surge, inquit, & iterū comedē, grādi enim tibi restat via, quā es cōfēcturus. Quæ cū iam comedillet, & firmus, valensq; euafisset, permanit de cætero ieunus totos quadraginta dies, donec venit ad montem Horeb, illuc diuersatus, & Deum compellatus. Cū enim iam illuc venisset, factum est protinus ad eū verbū Domini: Quid tu hic agis Hilia? Velut eū prouocās ad respondendum. Ille verò: Zelans, inquit, zelatus sum Domino, quod te dereliquerunt filii Israēl: altaria tua destruxerūt, & prophetas tuos occiderunt, & relictus sum ego solus, & querarūt animā meam, vt eam à me auferant. Rursus autem, quæ audita fuerat vox, ei dicit: Cras egredieris & stabis in monte corā Domino: Ecce ergo transfit Dominus, & ecce spiritus validus dissoluēs mōtes, & cōterens petras. Non in spiritu Dominus, & post spiritū cōmōtio: non in commōtione Dominus, & post cōmōtione ignis: & post ignē vox auræ tenuis, & illic Dominus.

Hæc cū audiisset Helias, & se veluti discessisset (nam vel parua Dei visio potest mentem sedē sua dimouere, nedum talis Dei aduentus, & praefentia seu operatio) vultu operto egreditur, & stat in ostio speluncæ. Et vox rursus extitit, quæ ei respondebat, dicens: Quid tu Hilia? sicut prius. Ille verò interno adhuc zelo intensus, eadem recenset quæ prius fuerat perfectus: Altarium, inquam, destrunctionem, prophetarum euerionem, & solum fuisse relictum, seipsum quoque fuisse propermodum cum alijs interfectum. Cuius animi ægritudinem consolans, quæ est diues in misericordia. Ne putes, inquit, te solum esse relictum, neque mansisse solum à malo intactum. Qui enim apud me manent, numerantur septem millia, quæ nunq; genu flexerunt ante Baal, & nec animo, nec corpore tribuerunt simulachris adoratiōnem. Postquam autem quæ audita fuit vox, ad alia conuerit prophetā, nempe & ad vngendū Regē Azaëlem illum, & Iehu, quinetiam Heliæum in propheta, qui etiā erat illi comes futurus: ipsa ea executurus, quæ ei imperata fuerant, abiit eō profecturus. Atque Heliæum quidem inuenit cum bobus arantem: erant ei xij. iuga. In quem cū infecisset pallium ex ouilla-pelle confectum, is statim omnibus relictis, & domo, & agris, & bobus, illum est sequitus, ministriis in omnibus, totus toti adhaerens. Non patrum deinde temporis præterierat, & Rex Achab menti infatibili, vineam Naboth petiit sibi dari ad faciendum horum olerum: Ille verò non dedit, & quod eam hereditatem haberet à parentibus, & quod tanquam aliquid magnum eam possideret vineam. Ille verò animi affectus ægritudine vxori Iezabel renunciāt id quod factū fuerat. Illa verò vt quæ seiret & dolos struere, & infidias eomponere: Ne sit tibi curæ, dicit illa marito: ego enim te dominum vineæ efficiam, & medebor omnino dolori, quem ex ea reacciōs. Scribit autē libellum nomine Achab, & eius ob-signatū signaculo, quæ mittit ad eos qui habitabantur Naboth. Continebat autem ea quæ scripta fuerant, vt & ipsi ieuniant, & in mediis populi sedere facerent Naboth. Deinde aduersus eum duos falsos testes producerent, quod is Deum & Regē benediceret (quod quidē videbatur eis esse execrandū) deinde vt lapidibus appeteretur, & mortis subiret suppliciū. Et mali quidem vicini, Iezabelis cōsilio, & astum cōpofuerunt, & Naboth interemerunt, eū obruebantes lapidibus. Postquam autē impudens hæc audiuit femina, marito dicit: Surge, & esto haeres vineæ, mortuus est enim Naboth, qui tibi non concessit quod volebas. Achab ait cū resciūsset interfectum fuisse Naboth, dolore affectus, & disrupti tunicam, & se sacco induit, seu verē, seu fictē. Non enim recessit ab ea quam desiderauit, vinea: sed statim profectus est vt eam possideret, & cædem omnino sibi ascriberet, quæ iam propter vineam perpetrata fuerat. Sed enim Dominus statim dixit Helias Thesbitæ: Dic hæc Achab, ei factus obuiam: Quoniam occidisti, & quæ non est fas, possedisti, scias quod in quo loco linixerunt carnes sanguinē interfecti, tuum quoque lingent. Quinetiam in colauabūtur meretrices. Et alia præterea, quæ Propheta sigillatim persequitur. Qui quidē cū ei occurrit, ille vt qui nosset cur venisset: Num inuenisti me, inquit, inimice mi? Ei autem dicit Helias: Inueni, quoniam

malum

malum fecisti in conspectu Domini, & prouocasti eum ad iracundiam. Quamobrem exterrimaberis, & eris desertus simul cū domo tua, adeo vt omnes intereat, & nullus relinquaret qui mingat ad paritem. Quinetia tuum cadauer canes, & cœli volvres simul edent, & pascenent deuorato sanguine. Eadem autē quæ tu, patietur quoq; Iezabel. Nam præter alia in propugnaculo excedetur pariter à canibus, vt sit eius supplicium omnibus manifestum. Et Propheta quidē hæc dixit Achab. Ille autem cū audiisset, & corde sauciatur, & suā rumpit tunicam: corpus quoq; affligens & ieiunio, & de sacco cingens: quæ erant omnia signa interiū, & animæ compunctionis. Dicit itaq; Dominus Heliæ: Vidisti, quomodo compunctus sit figura penitentia.
⁴ Vides quod les
uniū, & faccus
sunt figura penitentia.

Achab a facie mea? Non inducam ego malum in diebus eius, sed in diebus filii eius. Quem, cū ipse quoq; malus fuerit, & quæ sunt deteriora, facere elegerit, è vestigio etiam consequenti iustitia. Non multū intercedit temporis, & moritur Achab. Imperium autem suscepit eius filius, qui vocabatur Ochozias, vir impius, & qui Baal habebat pro Deo. Qui etiam cū in mōrbū incidisset, misit ad eum sciscitatū, an à morbo conualeceret, quinetia ad Myan deam Accaron, vt ex ea sciret, an sanitate perfectè recuperaturus. Quod Deus æḡre serens, iubet Eliæ, vt dicat iis qui ab illo misi erant: Quoniam Rex vester Domino Deo derelicto, misit in anima de sanitate interrogaturus, sciat fore, vt nec liberetur ab ægritudine, neq; descendat ab eo lecto in quo nunc iacet, sed in eo moriatur, & abrumpat animam, suæ improbitatis colligens manipulos. Cū his autem Helias in via occurrit, & quæ Deus dixerat, ad verbū renunciasset, iū reuerit omnia dixerunt Ochozias, nihil celantes eorū quæ dicta fuerant. Ille verò cū de eius figura, & forma, & zona esset sciscitatū, cognovisset autē esse Heliā, mitit statim quinquagenerium cū iis qui eiparebant, vt eum comprehéderent, & ad ipsum deducerent. Ille autem cū venisset, & solum in monte offendisset: O homo Dei, inquit illi, Rex te vocat, descendē. Proptereā aut: Si homo Dei, inquit, ego sum, descendēs ignis de cælo comedat te cū eo, qui te sequitur, populo. Et protinus ignis inuadens iussu viri iusti, cū simul consumpsit. Ochozias autē rursus alii misi quinquagenerium, qui cū ipse quoq; renunciasset. Prophetæ ea quæ Rex iussaret, easdē quoq; subiit poenas, vt qui ipse quoq; fuerit ab igne consumptus. Sed Rex inspiens adhuc in suo cōcepto perseverabat, necdū eius coērebatur, voluntas. Quocirca nec destitit quidē tertiu mittere quinquagenerium. Qui cū metu accedens ad Prophetā, illius apprehēsis pedibus, petiit veniā, quid nōles eō veniāt, & ei significauit, quod cū eum Rex accēseret, supplex petens, ne eadē peinas lueret, quas priores, nec diuinus immissi, & ardētis ignis fieret materia: Propheta autem iussus ab Angelo defēdere ad Rēgem, venit ad eum illæso conferatu quinquagenerio. Cui etiam dixit vt res se habebat. Quoniam Deus quidē dereliquisti, à Baal autem petiisti auxilium, idolo inanimato, & præterea scificatus es Muscam Accaron, quæ ipsa quoq; est molestem animal, quæ oritur ex stercore. Iciās fore vt non descendas de lecto in quo æger decubuisti, quod etiam tibi nuper significauit: sed morte in illo moriaris, vt etiam tibi sit supplicium inevitable. Et eis quidē fuit talis vitæ exitus. Tribuū autem quæ erant in Samaria, rex fuit eis frater Hierobœa, ad quem etiā trāllatum est imperium. Sed enim Helias, qui adhuc versabatur cum Heliæo, quæ etiam, vt dictū est, diuino responso vñxit in Prophetam, erat deinceps cū illo, sibi eodem testo simul, & eodem vñtis vita genere, & omnino inseparabilis. Cū autē esset igneus currus mox ascensus, & cum eo, quod deorsum deprimit, pondere ad superos venturus, & assūmendus, iam tandem transiens Galgala, & in Bethel venturus, & cum se sibi, & Deo versaretur, jubet Heliæo manere in Galgalis. Ille verò non parebat ei, neq; ab eo recedebat, eis enim sermones eum ceperant, & planè vñtū tenebant. Quamobrem inuitus quidem, sed eum tamen secum assūmit Helias. Qui cū ambo inueniunt in Bethel, & dies aliquot int̄ eo loco simul verati, effient, rursusq; statuissent. Helias ite Hierico, iterum præcepit Heliæo, ne veniat cum ipso: Ille autē sicut prius, patrē noluit, sicutq; firmo & constante animo, vt qui sentiret se futurū quidāmodo dubiū, & anticipēt, si se sensisset separari à magistro. Quocirca cū iis nesciret, quid ageret, concedit vt secū rursus veniret: quos etiam sequebantur, quinqueq; alij vero erat filii Prophetarū. Postquam autem Helias ap̄ pīpīq; uuit Jordani, qui eō quod esset maximus fluviorum, & instar maris inundaret, non poterat transire, eum cū percosiisset pallio, & in duas partes diuisisset, sibi, & Heliæo iter redit expedītum, & tardam facit eam quæ est humida. Qui postquam traicēit, pete, ait Heliæo, quid vñstib⁹ faciam, priusquam à te aliū mar. Ille autem dicit ei: Fiat duplex spīnū tuus super me. Is verò dixit: Fuisit durus in petendo, pro eo quod est. Fuit magna & difficultis tua petitio, & quæ non potest concedi: attamen si videris me afflui, erit tibi sicut petiisti, ne sit tua fides hebetio. His autem adhuc amibūt eis, & simul colloquentibus, ecce currus ignis, & equi ignei, & diuiserūt eos à se inuicem. Et cū currū ascenderet Helias, assumptus est in cælū in commōtione, & quod nōmo aliis ascenderat cum eōpore. Coniunctam enim carnem non amisi, sed adhuc cum ea viuit. Cū

D iii
cum

cum autem vidisset Helisaeus ascendentem: Pater mihi, clamabat, pater mihi, currus Israël, & auriga eius. Et non vidit ipsum amplius, & dolore affectus apprehendit vestimenta sua & ea discidit. Helias vero pallium suum ad eum ex alto deiecit, ut vel ipsum videt, acciperet consolationem, & per ipsum faceret quae vollet. Postquam enim illam accepit, reuerteretur in margine fluminis. Et cum non posset traiacere, percursit aquas pallio, imitans magistrum; & aquis statim diuisiti, per aridam transit in humida, sicco pede præteriens Iordanem. Quem cum qui erant Hiericho, sic vidissent transmisisse, dixerunt: Re vera spiritus Heliae requieuit super Heliseum. Scit enim ille vel assumptus magna largiri iussi qui ei germani & sinceri adhaerent, quoniam ille a Deo accepit oīm maxima, & quae nullus alius. Cui enim concessum fuit celos claudere, aut aperire? Cui aqua cōtinere aut vñquā deferre in terrā? Cui aqua excitare ignem ad friciscium, & id cum aqua confluere? Quis alio igne hinc viri quinquagenarios ad arguēdū scelus? Quis ardenti zelo interficit Prophetas dedecoris, propter ea quae colebant simulachra? (ne multa dicā) Deū vidit in aura tenui, cum inedia se prius attenuasset? Hæc enim omnia sunt solius Heliae, & eius quā erat in eo spiritus. Quae sunt autē maiora, prætermisit oratio, ne videretur dicere, quae sunt incredibilia, & a vulgo minime admittenda. Qui ne in hodiernum quidem diem mortis fecit periculum, sed assumptus manet expers seni: qui, vt arbitror, vñā veratur cū Angelis, quorū incorruptionem, & materie vacuitatem per puram vitam est imitatus. De quo maximè à Davide quoq; dictum est: Longitudine dierū eu esse impletū, & Dei salutare ei esse oftensum. Etenim is etiam cernitur in Transfiguratione vultum Dei nudum aspexisse, stans facie ad faciem. Porro autē in fine etiā seculorum, quando Dei adueniet perfectū salutare, ipse Deum venientem prædicabit ante alios, & alijs ostendet scilicet, & multis diuinis signis diem, qui est occultus, cōfirabit, & patefaciet. Cui nos etiam parati occurramus, hunc diem habentes admirabilem, nobis complanantem ea quae ad illum ducit semitam, & ad celestia deducentem tabernacula, in Christo Iesu Domino nostro. Cui gloria & potentia nunc, & semper, & in secula seculorum. A M E N.

Excerpta est ex
libro de viduis,
circa principium



VITA VIDVÆ SAREPTANAÆ,

quæ Heliam pauit, per D. Ambrosium scripta.

Emporibus illis quibus famæ omne genus vrgebat humanum, Helias ad viduam destinatus est. Et vide quemadmodum propria singulis gratia reseretur. Angelus ad virginem, Propheta ad viduam. Adde quod Gabriel ille, hic Helias, vt ex Angelorum & Prophetarum numero præstantissimi principes videantur electi. Sed non simplex viduitatis laus est, nisi virtus etiam viduitatis accedit. Nam vñq; multæ viduae, sed vna omnibus antefertur. In qua non tam ceteræ reuocantur ab studio, quam virtutis prouocantur exemplo. Sollicitas igitur aures præfigio facit, quamvis simplicitas intellectus ipsa moralis sit, quæ ad virtutis exemplum viduas cohortetur: quia non professione, sed merito videtur vñquæq; præstare, & hospititalitas apud Deum gratiam non perire, qui potum aqua frigida, sicut in Evangelio ipse memorauit, premio ¹ æternitatis remuneret amplissimo, & farinæ breuis, oleisq; mensuram, indefficienti affluitum copiaru vberitate compenset. Nam si quis de gentilibus dixit, communia omnia amicoru esse debere, quantum magis debent esse communia cognatorum. Cognati enim sumus, qui in unam seriem corporis copulamus. Sed tamen non præscripto quodam hospititalitis fine concludimus. Cur enim proprium id quod in seculo est, putes, cum commune sit seculum? Aut cur priuatos terrenos fructus cum terra communis sit? Respicie, inquit, volatilia coli, quoniam non servunt nego, metunt. Etenim, quibus nihil est proprium, nihil deest. Et sententia sua Deus arbitrio nouit feruare promissum. Deniq; aues non congregant, & redundant, quia Pater coelestis, sū ex parte dei, sive promissionis, istis pacificit illas. Nos autem generalis monumenta sententia ad vius proprios deriuantes: Omnum ex radice ope ne, inquit, lignum quod haberet in se fructum semenis satiui, erit vobis in escam, & omnibus ruris ipsorum, quæ bestiis, & omnibus serpentibus super terram: congregando egemus, & processeremus, neque congregando evacuamus. Non possumus enim sperare promissum, qui non seruamus oracula spiritus, & gratia. Salubre est igitur præceptum quoque hospititalitis aduertere, vt hospitibus deferas, quia nos quoque sumus hospites mundi. Quam vero sancta vidua, quæ cum fame vigeretur extrema, venerationem Deo debitam reseruabat. Nec solùm sibi vñspabat alimenta, sed cum filio diuidebat, ne caro pignori superiuineret. Magnum pietatis officium, sed religionis vñberis. Nam sicut neminem filio oportuit anteferri, ita Propheta Dei, & filio præferriri debuit, & saluti. Cui non exiguum viatum, sed vita sua omne subsidium existimanda est, detulisse, quæ nihil reliquit sibi, tam hospitalis, vt totum daret, tam fidelis, vt cito erederet.

ITEM

ITEM VITA MVLIERIS SAREPTANÆ VIDVÆ,
quæ Heliam Prophetam pauit, per D. Ioannem Chrysostomum
Episcopum Constantinopolitanum scripta.

Habetur in sermone decollationis S. Ioannis Baptiste. Tom. 2



VLIER bona & hospitalis fuit beata Sunamitidis, que virum suum deprecatu, mansionem ædificauit Heliso, vt præteries & diuertens ad eos, quod facere consueverat, secretum haberet refectionis locum: posuit ergo ei lecticam, vt scriptura declarat, & lucernam, & mensam. Lectura vero non vñq; vacuum tegumentum, sed habentem competencia strato indumenta. Et lucernam non sine oleo, sed cum stuppa & oleo, habentem lumen. Et mensam non sine panibus, sed ornatam cibis necessariis. Quid autem? Dignè dicimus & beatam illam viduam, quæ suscepit Prophetam Heliam, quam in nullo impediat rerum inopia, diuitem bona voluntate, cui nō erat frumentum, neq; vinum, neq; pulmentarium, neq; aliud vllum terrestris almoniæ genus, ad paupertatis exhaustæ consolationem. Non ager illi frugifer sernen panis prebebat, non vinea prædulci fluentibus vuam racemis de vite vberem ministrabat, non arbor fructum pomis suauissimum ramis felicibus adferebat, non ei palmo terræ ad arandum locus proprius erat, neq; vel cubiti spatium adminiculabatur, sed semper in tempore mëssis procedens in campos, & lento incurvata progressu, raras segetis abscisæ reliquias scrutabatur, & residuas, vel caducas progressis messoribus spicas, brevi gremio colligebat, in quo velut dimissa fibi estimatio numeratam, pro anni spacio reponebat annona. Ad hanc igitur venit Helias in tempore famis, quando totus in defectu, siccitate pluviarum penè arerat mundus, & inopia ingenti tabescens animalibus vñctum negabat: quando celum æstiuo igne exaruerat, terra & crassus aër nebulosis vaporibus caligabat, subductisq; imbris nubila refracta pendebant: quando non herbe, non flores, neq; vlla germina pullulabant, quando flumina tenuata hyemis algore, alie breuitas agebat, & fontium vberatos riuos sol diurno ardore restrinxerat. Tunc ergo Helias vir, cui totus erat mundus inferior, ad illam inopem viduam venit. Nostis fratres, solitas viduarum angustias, & omisis Prophetæ dñitibus, qui etiam in tempore famis solent panibus abundare: descendens à monte ad ista pauperē venit. Quare ergo vir ille, qui in verbo igne de celo eduxerat, non similiter ipse fibi panes depositus? Nunquid non poterat? Vñq; poterat. Sed non hoc facit, ne præparata ad bonum opus vidua, hospitalitatis mercenarius priuaretur, vt & illa modicū pugillū farinæ, & stillicidū olei more Prophetæ suscepti, viduæ domus multiplicata beneficione repperderet: non enim pro sua tantum requie ad eam missus est Prophetæ, vt ab inope pasceretur: quantum vt egentem pasceret, & vt manifestaret occultū in corde bona illius voluntatis affectū. Hoc fecit etiā ipse Dominus, qui potest sanctos suos omnes qui sunt in hoc mundo per semetipsum sufficienter alere: continet tamē manum suam ab impedio ministrandi, vt ad bonum promptas mentes in tempore necessitatis de fructibus humanitatis ostendat: & animarum affectiones operū qualitate discernat. Quod si non fuerint digni, aut volentes, qui sanctos Dei suscipiant, tunc eos Dominus, aut sicut Heliam per aues pascit in monte secretum: aut per Prophetam aliunde transmissum, sicut Daniel in lacu leonii: aut per maritimū animal, sicut Ionam per certū: aut ipse per semetipsum Deus pastor alimenta præstat, sicut patribus nostris in deserto. Cum enim non essent in solitudine qui susciperent filios Israël de celo manna efluentibus Dominus ministrabat, & de petra a qua sicutientibus educebat. Cum ergo in hoc mundo iusti & iniusti permixti versantur, nunc interim sanctos suos tribulationem, & inopiam adeò permittit, quatenus volentibus opera pietatis & humanitatis exercere, gratiam non abneget Dominus, & per presentia & terrena beneficia, thesaurizent sibi æterna & celestia.

Abiit ergo beatus Helias ad illam viduam præsentibus facultatibus inopem, non amplius quam pugillum farinæ habentem. Quo sumpto, effet sine dubio farme cogente cum filii suis moritura: Ad quam ait Prophetæ: Adfer mihi, vt bibam modicum aquæ in vase. At illa mox abeunte post tergum eius iterum clamans, ait: Adfer mihi & panem in manu tua. Illa simpliciter quod habebat confessa est, dicens: Vnde Dominus, si est in repositione, nisi hoc modicum farinæ, & exiguum olei. O rem laudabilem, quod in tanta escarum pernuria, ipsum modicum, quod ei residuum erat, non denegauit: ð detestanda & inflatiabilis homini avaritia. Quantu vero nunc, qui aurum & argentum velut lucrum habent: cum rogantr, vt indigentibus open prætent, vel ad tempus pro necessitate comodet, renunt, & nō habere se iurant: aut si quando per multas obsecrationes fleantur, vt prætent, scripturas & cautions ordinant, & præiudicia quædam ferro duriora configunt. Et illi mutuantibus, manum primū callidis conscriptionibus ligant, insuper fideiulsores, & interuentores feniatis cōmodati accipiunt. Illa autē pauperula nostra ab vna voce quod postulata est, habere nō negavit,

D iiiij negavit,

negavit, palmulam illam farinæ. Et quid ad illam propheta respondit? Festina, inquit, & fac subcinericū panem, primum mihi, & postea tibi & filiis tuis. Téatio erat verbi Prophetae, probatio cordis, examinatio voluntatis. Et erat sicut in libra positū Prophetæ & beatæ viduae cor. Quid in prophetici sermonis imperio, quasi questionis tormento interrogabatur, & accepto in utrumque penderat, qua virginem voluntate, si hibi potius & filiis consuleret, an Prophetæ imperio obediens. Verū illa elegit le potius & filios suos angustare, q̄ Dei Prophetam renueret: atq; illi potius de inopia sue refusa refecione parare. Et illa quidem necdū Christū loquenter, vt nos monentem, audierat ita dicentem: Qui suscepserit Prophetam in nomine Prophetæ, mercede Prophetæ accipiet: & Qui portauerit sicutē calice aquæ frigide in nomine discipuli, amen dico vobis, nō perdet mercede suā. Quid est autē quod Prophetæ ait: Festina! Num quid tanq; gloriabat, vt indifferenter festinatione mulieris indigeret? Non vtiq; Sed doceri illam voluit prompto animo & seruenti spiritu, & hilarè, & manu parata ad boni operis effectū, nō ex tristitia, & tanq; ex necessitate præbente. Hilarem enim datore diligit Deus. Festina, inquit, & fac primum mihi. Sicut Abraham in Angeloru aduentu ad boues festinavit, & vitulū ad eorū prandiu detulit: & sicut Sarā festinavit ad panes subcinericlos faciendo, vt acciperet illū in celis absconditū panē festina, & fac sicut Abrahā hostias Deo. Non primum tibi, & postea mihi: nō sicut Cain, & Ophni, & Phinees, filii Heli sacerdotis, qui despiciebat honorem Dei, primum sibi sacrificiorū primitias eligentes ex omnibus donis, quae Deo offerebantur.

Illa ergo vidua quod imperatum est eiā Prophetæ, festinanter effecit, & fructū suū festinater impleuit, prouidens locupletē esse fructum operantibus in Deo repositum. Prophetæ vero præparatione vidua suscepit, gustauit, locutus est, & domū eius omnibus bonis repluit. Hęc, inquit, dicit Spiritus sanctus: Non deficiet farina hydriæ, & oleum de capsafe, donec dēt Dominus pluviam super terram. Et quare, vſq; illud temporis finem benedictionis dedit? Necesario vtiq; Oportebat enim nouam gratiam sicut pluviā superuenire in terram, & veterē legem accipere terminū, & consequens est opus. Videtis ergo, quomodo hospitalitatis mercedes benedicta vidua consequenter recepit. Bonorum enim laborum fructus gloriosus est apud Deum, & inconcussa radix prudentia.

VITA ET MORS HELISAEI PROPHETÆ, per D. Epiphanius Constantiæ Cyprī Episcopum scripta.



Elisaeus Propheta erat ex Abelmuth, de terra Rubim, quo super huiusmodi cōgitit miraculum. Quod simularq; natus est in Galgalis, Bos ilia aurea in Selom clamore tum acuto vociferata est, vt auribus acciperetur Hierolomyis. Expousit tunc prodigium sacerdos. Hęc, inquit, argumento sunt, Prophetam hodie in lucem esse editum, qui communet sculptilia, & cōfringet, & euerteret confitilia. Prodigia porrò innumerā Deus per manū Heliſeū designauit. Cæterū carnis debitus solvens, in Sebastopolī Samariæ, supremo honore affectus est. Vaticinatus est autem de aduentu Christi: & aquas in Hiericho steriles, quæ amaræ sunt admodum, metendo dulcorauit, addens: Hęc inquit Dominus, Sanabo aquas istas: confessimq; sanatae sunt in hanc vſq; lucem hodiernam. Quia & examinatis etiam vitam restituit. Leprolum item Naaman Syrum à lepra vindicauit. Giezi contrā puerū suū leprosum reddidit. Et vbi iam efflaseret animam, extinxit tanquam ab orco in vitam reuocauit.

ITEM VITA HELISÆI, PER D. ISIDORVM Episcopum Ispalensem scripta.

Heliſeū Heliſeū discipulus ex Anathot oppido, ex tribu Ruben. In cuius ortu aurea vita la in Galgalis mugicum dedit, eiusq; vox in Hierusalem pertonuit. Tunc quidam præfagus vates dixit: Hodie in Hierusalem natus est Propheta, qui cuncta eorum deltruere idola. Hic gemino Heliſeū glorificatus spiritu, plurimis atq; magnis virtutis signis emicuit. Jordanis

^z Si Heliſeū mori transiit sūto diuinus, refrenatis vndis, retro conuertit aquas. Hiericho sterilem, dimisso, vascu- tū, nō attendas. Sanguineas aquas in necem hostium, decurrere fecit. Item sterile cōceptione, verbo secunda- beretice fauitorū, eiusq; filium mortuū fusceauit. Ciborum temperauit amaritudinem. Deniq; ex decem pa- ciencieres fauillas ostiibus plebem saturans, reliquias collegit. Naaman à lepra stigmatibus lauacro Jordanis purgata, & diuinā vir- gaut. Lepra quoq; maledictum aspergit discipulū. Ferrum securis in Jordane mersum, ligno tuitem, ex spiritu in aquam missa, supernatare cepit. Hostes Syriae cæcitatim percusit. Mortem incredulo præ- fandū gratiam iudicauit. Fragorem quadrigarū fugauit. Hostium obsidionem dispersit. Famem repulit. Postre- mō post mortem examini cadaveri vitā dedit. Cuius sepulchrū vſq; hodie in Sebastia ci- uitate ostenditur, honore satis dignū, & digna habitum veneratione.

SANCTI

Habetur in libr. eius de vita prophetarum.

Habetur in libr. eius de patribus veteris testam.

T S A N T I P A T R I S N O S T R I B A-

filij Archiepiscopi Seleuciae laudatio in Prophetam Heliſeū,

& Mulierem Sunamitidem.

Apud Simeonem Metaphraſten.



X. Prophetarum numero, alij sermone Christum pronunciārunt, alij opere ac factis res eius indicārunt, alij diuinæ dispensationis figuram & rerum futuræ rum imaginem, tanquam adumbratione quadam præmonstrārunt: sermone Christum pronunciārunt Esaias, Ieremias, Ezechiel, & vnā cum illis duodecim alijs Prophetæ. Factis illum indicārunt Helias Thesbites, & Heliſeū eius discipulus. Figura ipsius sepultræ fuit Jonas propheta. Sicut enim, inquit ipse Dominus in Euāgeliō, fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Sed interea Iona & Heliā, aliorumque narrationem in aliud tempus differamus, Heliſeū vero in medium proferentes, primum queramus, quare Sunamitidis filium non oratione, vt Petrus Apostolus Dorcadem illum à mortuis excitauit, sed supra mortuum illius pueri corpus se ipsum expandit; puer enim ori, sui oris superficiē, nares naribus, fronti fronte, pedibus pedes accommodauit, pectus pectori, & oculis oculos adhucit: & vt summatis dīcā, singula pueri membra suis membris prophetā cōtingens, vitam ipsi largitus est. Quę igitur fuit causa, vt mortuū puerū oratione non excitauerit, sed seipsum eius corpori adunixerit? Hec illis quidē in figura contigerunt, & ad nostram doctrinam scripta sunt, ad quos fines seculorū deuenerūt. Narramus igitur, cuius rei figura fuit Heliſeū, & cuius filius Sunamitidis mulieris, qui mortuus fuerat, imaginem præmoltrabat. Heliſeū Christi figurā prē se ferebat, Sunamitidis vero filius getim populi figurabat: hic enim à peccato ipso morti subiectus fuerat. Venit igitur spiritualis Heliſeū, & eius membra omnia, os, oculos, manus ipsas, pedes, totū deniq; corpus mortuū deprehēdit. Os videlicet mortuum erat, quod non ad Dei gloriā celebrandam, lingua exercebat, sed ligno dicebat: Patet meus es tu: & lapidi, Tu me genuisti. Eiusdem oculi mortui erant, quippe qui non ad vniuersarum rerum opificē Deum erigebantur, sed relatio Creatore, his rebus feruiebant, quę à Deo ipso creatae fuerant. Mortuæ erant & manus, quae dæmonibus ipsiis sacrificia offerebant. Mortui & pedes, quippe qui ad diabolī adorationem flētebantur. Totū deniq; eius corpus putridum erat, & potente illo medico indigebat: non quoū, inquam, medico, sed eo qui posset mortuū etiam hominibus vitam restituere. Venit igitur medicus ille qui requirebatur, spiritualis Heliſeū Dominus noster Iesus Christus, qui cūm humanum corpus totum mortuum compreisset, seipsum totum toti mortuo corpori accommodauit.

Dicit aliquis. Quidnam hoc est, quod dicas? Tota, inquam, & plena diuinitatis perfectio totam nostram humanam naturam in se gestauit, hominem feliciter ipsum, in quo habitauit (vt inquit Apostolus) tota plenitudo diuinitatis corporaliter. Oculos habuit vt homines, similiter & manus, & pedes: non specie aliqua, sed re vera. Non enim rapinam arbitratus est se esse æqualem Dōno: sed exinanuit seipsum formam serui accipiens. Itaque vita ipsa mortis indumentum gestauit, vt mortalem illam conditionem ad propriam immortalitatem traduceret, cumque diuinitas ad humanum corpus descendisset, omnia deinceps hominis membrana fancta sunt effecta, & ad meliorē vsum conuersa. Ita igitur os ipsum didicit tandem illud dicere: Domine, labia mea aperies, & os meum annuncias laudem tuam. Oculi vero ipsi ad Dei gloriam intenti esse didicerunt, vt de ipsis dici possit. Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore oportuno. Manus ad Deum extensis Domino suo benedicunt, vt & de illis dicatur: In nobis extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominō: Item illud: Eleuatim manūm meātū sacrificium vespertinum. Iam vero & pedes ipsi in Ecclesiis consistentes, & totum hoc Deo acceptum referentes: Stantes, inquit, iam iam sunt pedes nostri in sanctis locis. Item illud: Sancti erant pedes nostri in atris tuis Hierusalem. Vidisti, quę sit in membris exterioribus diuina gloria celebratio. Quid igitur? Num & interiora hominis membra diuini ministerij sunt experta? Minime, inquam, sed anima ipsa cum interioribus membris clāmans, & Deum inuocans ait: Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Omittamus igitur Sunamitidem illam viduam curri miraculis ab Heliſeū propheta effectis, vt Christi ad nos venientis vībram quandam præ se ferentem, & nouā gratia miracula orationē nostrā conferentes, de hac ipsa re latius differamus: & primum considerēmus: quemadmodum vīgenitus Dei Filius à solo patre ante omnia secula genitus, idem in extremis diebus, & ex virgine ma- tre,

tre sola sine semine aliquo natus, vnicum viduae cuiusdam filium mortuum misericordia motus ab inferis excitauit. Sed recurramus ad viduae illius lachrymas, quæ cùm filium suum vnicum mortuum deploraret, Dominum ipsum qui nostræ salutis cauta in mundum venerat, ad misericordiam allexit. Illius enim viduae lachrymæ vnguentum. Dei filium ad vnicum eius filium à mortuis excitandum adduxerunt. Cum enim ille valde misericors eam feminam dolore nimio affligi vidisset, sponte viduam adiit, & merores flammarum suarum benignitatis fronte totam extinxit: de ipso enim apud Prophetas scriptum legimus: Ros à te proficisciens, medicina ipsorum est. Fractum itaq; ramum, vt bonus agricula, iterum inferuit. Cuiusnam hominis cor dolor ille non vulnerasset? Quis viduae illius lachrymis fine lachrymis præterisset? Eius, inquam, feminæ merores toti ciuitati fletum excitauit. Viduae ipse viduam illam, quæ filiorum matres erant, mulierem liberis orbatæ commiserabatur. Qui filios habebant, adolescentem mortuum lamentabantur. Adolescentes, adolescentem illum lachrymis prosequabantur. Alij vt filium, alij vt fratrem deplorabant. Omnes deniq; merores ille tetigerat, & matris vulnus eod magis in corde renouabatur. Filii enim memoria in eis vilcerat, tanquam telum aliquod recurrentis flammarum accendebat, & doloris acerbitate maiore efficiebat. Nihil enim ita matrem affligit, vt mortui filij recordatio. Cum igitur crines sine intermissione laceraret, & vnguis ipsi maxillas deriperet, ac dederetur, lachrymarum fluuios effundebat, & misericordies pro filio mortuus voces emittebat, quales scilicet par erat à merore ipso in eius mentem, ac vocem suppeditari. Cuiam, inquietabat, fili, viduam matrem, & orbam, dereliquisti? Quem, te adempto, adiutoré inueniam? Cuiam ætas mea grandis, tanquam baculo, inniteret? Quem posthac patronum inueniam, cuius vir prius excessit, cui filius nunc admittitur? Qui potero orbitatis meæ angustias sufferre, & viduatis tempestatē euadere? Haec tenus onere illo, quod viduas consequitur, depressa fui, nunc & orbitatis caligo me opprescit. Duos illustres oculos possidebam, virū, & filium: sed vtrumq; mors ipsa effudit. Ecquis igitur, fili, matrē tuam iam mortuā sepulchro mandabit? Quis iulta perfoluet? En illum qui me lachrymis prosequi debet, ipsa prius lachrymo: quæ decebat sepulchrum mihi parare, eum ipsa nunc sepeliam. Non amplius tuis amplexibus fruar, non amplius tuis suauissimis osculis recreabor. Par erat matrem prius, quam filium à morte rapi: hic enim est naturæordo, vt filii parentes premitrāt. Sed quoniam ordiné pervertisti, saltēm celeriter Deus hoc mihi largiatur, vt a eos qui mortui sunt, me quoq; adiungat: satius enim mihi erit vno, eodemq; sepulchro condi, quam fine filio breui hac luce frui: nam nulla vitæ iucunditas mihi amplius reliqua est, cum non amplius superbit ille, cuius causa viuere cupiebam. Quamdiu filius supererat, in dolore grummas meas forebam: vterq; enim alteri consolationē adferebamus: neq; illum orbitas frangebat, neque viduitas ipsa tantum, illo viuo, me onerabat. Et viri quidē calamitatem filij expectatio paulatim à memoria subtrahebat, sed consolationē mean hanc mors acerba statim conturbavit, & hilaritatem magnam in dolorem intolerabilē conuererit. Quam diuersa sunt euentus ipsa ab ijs quæ mihi proposueram. Quotidie eius nuptias expectabam, sed pro thalamo nuptiali sepulchrū construxi. Quo tempore de nru cogitabam, tunc monumentum parau. Cū de nuptiali conditione tractabam, tunc testamentum eius confignatum accepi: & filius matrem heredem scripsi, quæ filium hæredem constitueret debebam. Cum vestem nuptrij congruentem parare ceperim, tunc funebribus vittis & indumentis eius cadaver astrinxii. Quam diuersa sunt haec ab ijs quæ mihi proposueram? Non est dolor aliquis cum doloris mei acerbitate conferendus: nulla calamitas meæ calamitati pat est. Nemo vltus meum sanare potest: nemo vulnus curabit: nemo talis, ac tantus medicus in vrbe hac est: non est, inquam, non est. Sed num aliquem apud vrbis portam inuenero? Cū adhuc mulier loqueretur, Medicus, qui desiderabatur, pœsto erat. Ille viduarum patronus viduae occurrit. Pater orphanorum adolescentulum vocauit: vita largitor mortuum in vitam restituit: & orbatæ matris lachrymas misericordiarum amator Deus represit. Cum enim ad ciuitatis Nain portam Dominus appropinqua esset (vt dicit Euangelista) ecce efferebatur mortuus filius vnicus matris suæ. Mortuus egrediens ingredienti vitæ occurrit. Cumq; flentem matrem ipse Dominus visisset, misericordia illius commotus est, eiq; dixit: Noli flere: mors enim quæ te impugnat, expugnata nunc est. Noli flere: nam inferna sedes coacta filij tui animam à me repetitam restituere. Gaudebat quidem satanas, vt prædam deuoraturus, sed ingemisset, voti compos non factus. Et vt discas verum esse quod promitto, re vera filium tuum resurgentem aspicies. Tunc dixit: Adolescent, tibi dico, surge. Et sedidit, qui mortuus fuerat, & cepit loqui. Adolescent, inquit, tibi dico, surge. Sed curiam addidit: Tibi dico. Simplicius enim dicere poterat: Qui mortuus es, resurge. Eius rei causam hanc esse arbitror, quod Salvator vox summa vim habens & alios mortuos in vitam excitatura erat: propterea illud addidit: Tibi dico, vt gratiam suam huius adolescentis resurrectione circunscripteret. Hoc idem fecit

& in

& in Lazaro: non enim dixit: Qui mortuus es, veni foras: sed nomine mortuum vocans: Lazarus veni foras. Itaq; id fecit, ne vox illius, qui vitæ autor est, simpliciter pronunciata multos mortuos excitareret. Sedit mortuus, & cepit loqui, illud nimurum: Nisi Dominus adiuuisset me, paulominus habitat in inferno anima mea. Item illud: Dominus eduxit me de lacu misericordie, & de luto fecis: & statue supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Hoc igitur & nos in tentacionum fluctuationibus clamantes: Canamus gloriam patri, filio, & spiritui sancto, nunc & semper, & in æternâ seculorum secula. A M E N.

VITA NAV THE IBZRAELITÆ,

Habetur in libri
3. officiorū sive
Cap. 9.

per D. Ambrosium Episcopum Mediolanensem scripta.

Quæ saneto Nabuthe fuit causa mortis, nisi honestatis contemplatio? Nam cùm ab eo vineam Rex posceret, pecuniam daturum se policens, indecorum pretium pro paterna reculauit hæreditate, maluitq; morte declinare huiusmodi turpitudinem. Non mihi, inquit, stat à Domino, vt dem tibi hæreditatem patrum meorum. Hoc est, tantum mihi opprobrium non fiat, non permittrat Deus tantum extorqueri flagitiū. Non vtq; de vitiis dicit. Neq; enim de vitibus cura est Deo, neq; de terreni spatio, sed de iure loquitur patrum. Potuit vtq; & aliam vineam Regis accipere, & in amicis esse, in quo non mediocris seculi huius utilitas estimari solet: sed quod turpe erat, iudicauit nō videri vtile, maluitq; periculū cum honestate, quam vtilitatem cu opprobrio. Vulgarē vtilitatem loquor, non illam in qua etiā honestatis gratia est. Deniq; & ipse Rex potuit extorquere, sed impudēs arbitrabatur, sed occidit doluit. Dñs quoq; mulieris immanitatem, quam honestatis immemor turpe anteculit lucrum, congruo supplicio plectendam annūciant. Turpis est itaq; omnis fraus.

ITEM DE EODEM, PER EVNDEM AMBROSIUM.

Est caput 1. libri
eiusdem de Na-
buthe Israélita.

NAbuthe historia tempore vetus est, vsu quotidiana. Quis enim diuitum non quotidie concupiscit aliena? Quis opulentissimorum non exturbare contendit agellulo suo pauperem, atq; inopem auti ruris eliminare finibus? Quis contentus est suo? Cuius non inflamat diuiciis animum vicina possestio? Non igitur virus Achab natus est. Sed quod peius est, quotidie Achab nascitur, & nunquam huic seculo moritur. Si virus occidat, affligit plurimi: plures qui deripiunt, quam qui amittant. Non virus Nabuthe pauper occidit: quotidianus Nabuthe sternitur, quotidianus pauper occiditur. Hoc metu percitū humanum genus cedit iam suis terris, migrat cum parvulis pauper onustus pignore suo, sequitur vxor illachrymans, tanquam ad bustum prosequatur maritū. Minus tamen deplorat illa, quæ deflet suorum funera; quia eis amist coniugis praesidium, sepulchrum patet: & si filios non tenet, tamen exules nō dolet, non ingemit granaria funeribus tenera prolis ieunia. Quousq; extenditis diuites infanas cupiditates? Nunquid soli habitabitis super terram? Cur ejicitis confortem naturæ, & vindicatis possestionem naturæ? In commune omnibus diuitibus atq; pauperibus terra fundata est. Cui vobis ius propriū soli diuites arrogatis? Nescit natura diuites, quæ oēs pauperes generat. Neq; enim cū vestimentis nascimur, nec cum auro argento: generamur. Nudos sudit in lucē, egentes cibo, amictu, poculo: nudos recipit terra quos edicit: nescit fines possessorum sepulchro includere. Cespes angustus aequi & pauperi abundat & diuiti, & terra quæ viuentis non cepit affectum, iam diuitem capit. Nescit ergo natura discernere quando nascimur, nescit quando deficimus. Omnes similes creat, omnes similes gremio claudit sepulchri.

Quis discernat species mortuorum? Redoperi terram, & si potes diuitem deprehende. Eruderato paulò post tumulū, & si cognoscis egentem, argue: nisi forte hoc solum, quid cum diuite plura pereunt. Serice vestes, & auro intexta velamina, quibus diuitis corpus ambitur, damna viuentium, non subsidia defunctorum sunt. Vnguentum, accipis diues, postquam mortuus es, & foetidus es, perdis alienam gratiam, nec acquiris tuā. Hæredes reliquias qui litigent cum hæredibus, reliquias depositum magis hæreditarium, quam commodum voluntarium, qui quod relictū est, minuere ac violare formident. Si frugi hæredes sunt, custodiunt: si luxuriosi, exhausti: Itaq; aut bonos hæredes perpetua condemnas sollicitudine, aut malos dimittis, quo tua facta condement.

VITA IOB, PER D. ISIDORVM.

Episcopum Ispalensem scripta.

Habetur in libri
eius de patribus
veteris testam.

IOB filius Zara de Bosera, Rex Idumæorum quartus post Esau, successor Bale filij Beor, homo genitilis, fidelis, stabilis, humilitate precipuus, in disciplina mansuetus, in eleemosynis largus, diues in censu, exemplum factus egenis, locu-

locuples in liberis. Quibus reparate orbatus, tentationi traditur: sed contra tentationem fidei religionis armatus, si gloriolus in certamine, & equanimis in dolore damnarum pertulit, funera pignorum doluit, corporisq; vulnera patienter exceptit, & inter supplicia semper Deum glorificauit, mala sua sapienter luctuauit, coniugis verba, & amicorum ratione supererat. Pro tanta virtute sapientiae, duplice in fine sublevarum remuneracione, & post rerum casum multiplici claritate donorum. Nam post noctis tristitiam diem genuit. Post factorem ulcerum calcie odore fragravit: sed & post abiectionem eorum in vunctione Regni promeruit, & stibium in acceptum laudis asumpsit. Vixit autem post plagam centum septuaginta & octo annis, & mortua est, atq; sepultus in regione sua. Hunc vero Hebrei allerunt non fuisse de genere Esau, sed de Nachor fratri Abrahæ descendisse stirpe, & fuiss' eum temporibus Patriarcharum. Nachor enim genuit Hus, de cuius stirpe Job creditur generatus, secundū quod in exordio voluminis eius notatur, inquit: Vir erat in terra Hus, nomine Job.

*Et sermo. 25.
ii. Sermo. clus.*

VITA SANCTI IOB PER D. ZENONEM
Episcopum Veronensem scripta.

Sacra historie, fratres dilectissimi, ad hoc nobis est tradita legenda narratio, vt maiorū, si fieri potest, falem aliquā ex parte mores imitemur, si non possumus imitari virtutes. Tanta enim probitate vixerunt, vt pars felicitatis sit noſſe quid fecerint. Igitur Job vixit iustus & verax, ab vniuersis concupiscentijs huius mundi segregatus: conueratione limpidus, mente limpidor, vsq; adeo circumspexus, atq; irreprehensibilis, vt Dei fit testimonio collaudatus. Vide non immerito beatus beata vita fruebatur. Namq; erat illi splendidissima dominus, diues census, diues quoq; numerus liberorum: & quod est parentibus gratum, vtriusq; fexus, & iniuciem ſe amantium, quorū pro numero Deo diurnas hostias offerebat. Tanto autem puritatis & fidei erat muro munitus, vt non auderet eum attentare diabolus, niſi à Deo iuſſus. Iam hic confidere, fratres, quemadmodum ſauierunt incitatus, qui ferri non potest blaſsus. Igitur famigerabile committitur prælium, illinc diabolus horrendum totis intonans armis, ministrisq; infus per suis in auxilium concitatis, terribili increpans tuba prædonum, que corda face ſuriū ſuccenfa, impetibus crebris paſſim totas hominis Dei facultates inuidit. Subito rapina, igne, ferroq; vniuersa vno momento diſperſit. Hinc Job alta fidei radice robustus, tot nuncijs lugubribus tunditur, nec mouetur: sed tanquam benedict Deum, facultateſque ſuas contemnendo custodit. At vbi diabolus aggressurus tantis nihil ſe profecifere cognoscit, omnē impietatis ſuæ rabiem in filios eius effundit. Nam cum folio more vnam vñā epularetur in domo, subito concutis toto nixu quatuor angulū eius, in confusam molem parietibus teſtisq; labentibus, illam ſanctissimam fratrum cohortem ſepelit antē quam iuguleret. Taleq; est commentus impietatis excidiū, vt in illa vnius funeris turba, paternus dolor non ſuficeret orbitati. Cū nescit quem primū plangat, quem priorē inueniat, cui primū iuſſitiam crudis funeris ſoluat. Quo nuncio accepto, Dei ierius ſcīdit veltimenta ſua, non vt Deo inuidiam faceret, ſed vt expeditius cum hoſte pugnaret. Contempsit deniq; in perditis facultatibus diuitem, diſimulauit in amīſis liberis patrem, in poena ſuoi corporis iuulfum. Namque ſummo capitū à vertice vſq; ad imos vngues pedum, plaga inimici percussus, puſtulosis ulceribus non diſtinguit, ſed totus vnum vulnus eſt factus. Veruntamen in his omnibus nihil aduerſus Deum improbè loquitur. Non vxori illicta ſuidenti succumbit. Non amicis inſultantibus cedit, ſed viator crudelitatis & impietatis, in sterquilino ſe fito ſcariente vermis ſuſ ſed, quia nihil paſſus, ſed ſolo Dei timore contentus. O felix vir, qui mira patientia Deū promeruit, diabolus vicit, ſanitatem recipit, facultates, liberosq; ſuos non perdidit, ſed mutauit. Job, quantū intelligi datur, fratres charifissimi, Christi imaginem praſerebat. Deniq; comparatio iudicat veritatē. Job iustus dictus à Deo eſt: ipſe iustitia, de cuius fonte omnes qui beatū ſunt gulfat. Ecce enim de ipſo dictum eſt: Orientur vobis ſol iustitia. Job verax eſt appellatus. Adeſt vera veritas Dominus, qui ait in Euangelio: Ego ſum via & veritas. Job diues fuit. Et quid dicitur Domini, cuius ſunt omnes diuities ſeu, cuius eſt orbis torus, omnifigū, natura, beatissimo Dauid dicente: Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo. Job diabolus ter tentauit. Similiter Euangelista perhibente, & Dominum ter eſt tentare conatus. Job ſuſtates quas habuit, amīſit: & Dominus coeleſtia ſua bona amore nostri neglexit, pauperemque ſe fecit, vt nos diuities faceret. Job filios ſurens diabolus intermit: & Domini filios prophetas inſanus populus Pharisæus occidit. Job vñā corporis maculatus eſt, & Dominus ſumendo carnem, totius humani generis peccatorum eſt foribus obfoletatus. Job vxori ſua hortatur, vt peccet in Dominum: vt corruptelam ſeniorum ſequatur, synagoga compellit. Job amicis ſibi inſultatſe perhibentur, & Domino ſui fa-

fui ſacerdotes, ſui inſultauere cultores. Job in ſterquilino pleno vermbus ſedet. Dominus quoque in vero ſterquilino, id eſt, in huius mundi caeno verfatuſ eſt, inter ebulientes diuerſis ſceleribus ac libidinibus homines, qui veri ſunt vermes. Job & sanitatem recepit & facul- tam, & Dominus resurgens non sanitatem tantum, ſed imortalitatem in ſe creditibus p̄ficit, do miniumque tōtius naturæ recuperauit. Huc eſt ipſe teſtatus, dicens: Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Job vicarios filios genuit, Dominus quoque poſt prophetas filios sanctos Apofolos procreauit. Job beatus quieuit in pace, Dominus autem manet benedictus in æternum ante ſecula, & à ſeculis, & in cuncta ſecula ſeculorum. Amen.

I T E M D E S A N C T O I O B , P E R D.

Ambroſium Epifcopum Mediolanensem scripta.

Ex lib. oſicio
rum eius cap. 32.

Quid ſancto Job, vel in virtute defuit, vel in vitio obrepit? Quomodo laborem aegritudinis, frigoris, famis pertulit? Quomodo dexpicit ſalutis periculum? Nunquid rapini diuitiae coaceruata, de quibus tanta inopibus affluunt? Nunquid avaritia, census, aut voluptatis ſtudia, cupiditatisque excitat? Nunquid trium Regum iniuria contentio, vel ſeruorum contumelia in iram excuſit? Nunquid gloria ſicut leuem exultit, qui imprecabatur graui, ſibi viñquā vel non voluntariam celauifet culpari, vel reueritus eſet multitudinem plebis, quod minus annunciaret eam in conſpectu omnium? Neque enim consentaneæ ſunt virtutis virtutes, ſed ſibi conſtant. Quis igitur tam fortis, quam ſanctus Job? Cui ſecundus adiudicari potest, qui parem vix reperit?

VITA TOBIÆ, P E R D. I S I D O R V M :

Epifcopum Iſpalensem scripta.

Habetur in libro eius de patribus veteris testam.

Tobias filius Ananie ex tribu Neptalin de ciuitate Ciciel, que eſt in regione Galilee. Hic captiuus ductus eſt ad Salmanasar Regem Afſyriorum in Niniuen. Vir in timore Dei ſummus, in opere magnificus, in exercituum curis deuotus. Qui dum mortuos ſepeliret, & inopes paſceret, cæcitatem luminis incurrit, & poſt tenebras reſeratis oculis, lumen claritatis promeruit. Iacei in Niniue ſepultus in pace.

I T E M D E S A N C T O T O B I A , E X

D. Ambroſio Epifcopo:

Si cōmendatur
S. Tobias de curis
executarū & ſe
pulchra mortuorum,
quare bec
daminatur hoc tē a
pore a nouis her
ticis?

Eſt cap. priuā li
bri eiudem de
Tobias.

Lecto propheticō libro, qui inſcribitur Tobias, quāmuſ plēnē vobis virtutes ſancti prophetae ſcriptura inſinuauerit, tamen compendiario mihi ſermone de eius meritis recēdit & operibus, apud vos vtendū arbitror, vt ea que ſcriptura historico more digerit latius, nos ſtrictius comprehendamus virtutum eius genera, velut quodā breuiario colligitur. Fuit vir iustus, misericors, hospitalis, & ob virtutes quibus prædictus fuerat, ſubijt erumna captiuitatis, quam ferrebat humiliter atq; patienter, cōmunem magis iniuriam, quam priuatam dolens. Nec ſibi virtutum ſuffragia nihil profuſe deplorans, ſed magis eam contumelia minorem peccatorum ſuorum prelio illatam arbitratus, meruit edictum, ne quēm ex filiis captiuitatis mortuum ſepultum daret. At illo interdicto non reuocabatur magis quam incitabatur, ne defereret officium pietatis, mortis ſuetuſ videretur. Erat misericordia preciū, mortis pena. Talis flagitijs deprehensus reus, vix tandem per amicum potuit direpto patrimonio egrenus & exul reſtituſ ſuis. Iterum in his verſabatur officijs, ſi quid alimenti foret, peregrinum cum quo cibum ſumeret, quarens. Itaque cū à ſepulture ſeffus reuertetur munere, appofitio ſibi edendis ſubſidijs, millo filio quārebat conſortem contiuij. Dum coniuius acerbitur, nunciati in ſepulchro corporis reliquijs, deſerebat, nec putabat pium, vt ipſe cibum ſumeret, cū in publico corpus iaceret exaniime. Hoc illi quotidianiū opus, & magnum quidēm. Nam ſi viuentes operiſ nudos præcipimus, quātū magis debemus operiſ defunctorum corpora? Si viantes ad longiora deducere ſolemus, quātū magis in illam aeternam domum profectos, vnde iā non reuertentur? Ego, inquit Job, ſuper omnē infirmū ſleui. Quis infirmor defunctor, de quo dicit ſcriptura alibi: Super mortuū plora. Ecclesiastes aū ait: Cor ſapien- tum in dormo luctus, cor aut ſtultorum in domo epularum. Nihil hoc officio præſtantius, ei confeſſe qui tibi iam non poſit reddere; vindicare à volatilibus, vindicare à bestijs confor- nature. Feret hanc humanitatē defunctoris corporibus detulife produntur, homines denega- bunt? Tam ſancto ſeffus officio prophetā dum rēquiescit in cubiculo ſuo, cadenti de paſſerum nido albugine, cæcitatem incidit, nec cōqueſtus ingemuit, nec dixit: Hęc merces labo- rū meorū? Fraudari magis ſe doluit obſequiorū, quam oculorū ſunere: nec cæcitatē pena, ſed impedimentum putabat. Et cū viſtū mercede leuaret coniugis, ne quid furtiuſum do- mū ſuā intraret cauebat. Vxor hędum pro mercede accepert. At ille plus honeſtati, quam pietati

*Job 30:
Ecclesiast. 22:
Ecclesiast. 7:6*

pietati consulens, cui sua deerant, alimoniam commodauerat proximo suo, quam toto vitæ suæ tempore in tanta indigentia non poposcit. Vix vbi se fessum vidit & depositū fenerante, insinuauit filio, non tam cupiens commodaūtē reposcere, quām sollicitus ne fraudaret hæredem. Quod igitur commodauit pecuniam, & nō fenerauit, iusti seruauit officium. Malum est enim fenus quo quāruntur vñs: fed non illud fenus malum, de quo scriptum est: Fenera proximo tuo in tempore necessitatibus illius. Nam Dauid ait: Iustus miseretur & commoda. Aliud illud fenus iure execrabilis, dare in vñs pecuniam, quod lex prohibet. Sed Tobias hoc refugiebat, qui monebat filium ne præceptum Domini præteriret, vt ex substantia sua elemosynā faceret, nō pecuniā feneraret, nō auerteret faciē suā ab vlo paupere. Hec qui monet, condemnat vñs feneris, ex quo multi quæstū fecerunt, & multis cōmodare pecunias negotio fuit. Et quidē ea prohibuerunt sancti: Quò grauius malū fenus est, cō laudabilius qui illud refugit. Da pecuniam si habes, profit ali quia tibi oīoīa est. Da quasi non recepturus, vt lucro cedat, si reddit pecuniam, reddet gratiam. Si fraudaris pecunia, acquires iusticiam. Iustus est enim qui miseretur & commoda. Si amittitur pecunia, comparatur misericordia. Scriptum est enim: Qui facit misericordiam, fenerat proximo.

VITA IVDITH, PER D. ISIDORVM

Episcopum Ispalensem scripta.

Habetur in libr.
eius de patribus
veteris testame-

Iudith filia Merari de tribu Simeon magnanimes in gloria virorum. Hæc pro salute populi morti se obtulit, nec trepidauit furorem Regum. Nam dormitantem necata ut principem suum: saluoque pudore, suis ciuibus triumphalem victoriam reportauit. Vixit annis cētū & quīnque. Sepulta est in spelunca sui viri Manasse in ciuitate Bague, que est in tribu Iuda, intē Dothain & Balmon.

ITEM DE EADEM, PER D. HIERO-

nymum Præbyterum Stridonensem.

Et prefatio eius
in eundem librū

Ecce quo modo sancta & cœumentica synodus est illa que sacros libros inter canonicas scripturas cōputat. Non possum me cohibere lector quin frivolum hic Erepsi censuram tibi indicem. Ait qui castitatis eius remunerator, virtutem ei talem tribuit, vt inuestum omnibus hominibus enim. Non affra vinceret, & insuperabilem superaret.

Aud Hebreos liber Judith inter hagiographa legitur: cuius autoritas ad roboranda illa quæ in contentionem veniunt, minus idonea iudicatur: Chaldeo tamen sermone cōscriptus, inter historias computatur. Sed quia à hunc librum synodus Nicena in numero sanctarum scripturarum legitur computat, acquei postulatione vestra, in dī exactioni, & se positis occupationibus quibus vehementer arctabat, huic vnam lucubrationculum dedi, magis sensum est sensu, quām ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vñtissimam amputauit: sola ea quæ intelligentia integrā in verbis Chaldeis inuenire potuit, latinis expressi. Accipite Judith viduam, castitatis exemplum: & triumphali laude perpetuus eam præconijs declarete. Hanc enim non solum feminis, sed & viris imitabilem dedit: tibi indicem. Ait qui castitatis eius remunerator, virtutem ei talem tribuit, vt inuestum omnibus hominibus esse meliores, quibus virtus corporis, quām quibus hostium arma vincuntur.

ITEM DE SANTA IVDITH, PER

D. Ambrosum Episcopum Mediolanensem

Ecce tibi Judith se offert mirabilis, quæ formidatum populis virum Holophernem adjicit. Assūtorum triumphali septum caterua. Quem primò forme gratia & vultus decore perculit, deinde sermonis circumscripsit elegantia. Primus triumphus eius, quod integrum pudorem tabernaculo hostis reuexit. Secundus, quod feminam de viro reportauit victoriā, fugauit populos confilio suo. Horruerunt Peræ audaciā eius, vtique (quod in illis Pythagoreis duobus mirantur) non expauit mortis periculum, sed nec pudoris, quod est grauius bonis feminis: non vnius iētū carnificis, sed nec totius exercitus tela trepidauit. Stetit inter cuneos bellatorum feminam, inter viētria arma, secura mortis. Quantum ad moleri spērat periculi, moritura processit: quantum ad fidem, dimicatura. Honestatē igitur secuta est Judith, & dum eam sequitur, vñlitudinem inuenit. Honestatis enim fuit prohibere, ne populus Dei se prophanis dederet, ne ritus patrios & sacramenta proderet, ne sacras virgines, viudas, grādias, pudicas matronas barbarice subiiceret impunitati, ne obſidionēm deditioē ſolueret. Honestatis fuit ſe malle pro omnibus periclitari, vt omnes eximeret periculum. Quanta honestatis autoritas, vt consilium de summis rebus femina fibi, vendicaret, ne principi-

principibus populi committeret. Quanta honestatis autoritas, vt Deum adiutorem p̄fsume reſqua gratia vt inueniret?

Habetur in libr.
de: viduit.

AD HVC DE SANTA IVDITH, PER EVNDEM.

Sed ne fortitudo bonæ viduæ confuerit. Hæc enim vera est fortitudo, quæ nature vñsum, sexus infirmitatem, mentis devotionem transgreditur. Qualis in illa fuit, cui nome Iudith quæ viros obſidione fractos, percuslos metu, tabidos fame, ſola potuit à colluio- ne reuocare, ab hoste defendere. Etenim vt legimus, cum Holophernes ſuccelū multorū terribilis præliorū, intra muros innumerā virorū milia coegerit, armatis pauentibus, & de extrema iam forte tractantibus, extra mūrū procelſit, & illo præstantior exercitu quem liberauit, & eo fortior quem fugauit. Sed vt dicas maturæ viduitatis affectū, ſeriem ipsam proſequere scripturarū. A diebus enim viri ſui quibus illi defunctus est, vñstem iocunditatis depoſuit, meritoris allumpſit: per oēs dies intenta ieiunio, ſabbato tantū & dominica, ſacrata vñque tēporibus feriarum nō refectiōne indulgens, ſed religioni deferens. Hoc est enim, ſiu mādūcatis, ſue bibitis, in nomine Domini Iesu Christi agenda eſe omnia, vt etiā ipa refectio corporalis ſacro religionis cultui deferatur. Diuturnis mōrōibus & quotidianis robora- ^{2. Diuturnis mōrōibus, et quotidianis robora-} ta ieiunij ſancta Iudith, quæ feculi oblectamenta nō quāraret, periculi negligens, mortisque contēptu fortior, vt commento ſtruere dolū, vñſte illā iocunditatis, quam viuente viro veſti ſolebat, ſe induit, quāſi placitū viro, ſi patria liberaret. Sed viri alium videbat cui place- re quārebat. Illū vtig, de quo dictū eſt: Poff me venit vii, qui ante me factus eſt. Et bene cō- iugales pugnatura relumpit ornatus, quia monimēta coniugij mara ſunt caſtūtis. Neq; enim viuā alii aut placere poſſet aut vñcere. Quid cetera proſequamur, quod inter tot millia ho- ſtiū caſta permansiſt? Quid eius ſapientiam prædicemus, quod huiuscmodi eſt cōmenta con- ſilium, vt dum potentem elicit intemperantia, à ſe inferiores arceret, occasionem pararet vi- toriæ, abſtinentiæ meritum, pudicitiae gratiam reuocaret. Nec cibo enim, vt legimus, ma- culata, nec adultero, non minus ſeruare caſtitatis ex hostibus reuexit trophæum, quām pa- triæ liberatæ. Quid ſobrietatem loquamur? Temperantia enim virtus eſt feminarum. Ine- briatia vino viris, & ſomno ſepultis, abſtituit viua gladium, exeruit manū, bellatoris ab- ſcīdit caput, per medias hostium acies intemperata proceſſit. Aduertatis igitur quantum noce- re mulieribus poſſit ebrietas, quando viros vna ſic ſoluunt, vt vñcantur à feminis. Eſto igitur viuā temperans, caſta primum à vino, vt caſta poſſis eſſe ab adultero. Nequaq; te ille tentabit, ſi viña non tentet. Nam ſi Judith bibiſſet, dormiſſet cum adultero: ſed quia nō bi- bit, haud diſſicile ebrios exercitus vnius ſobrietatis & vñcere potuit & eludere. Nec dexteræ tantum hoc opus, ſed maiora trophæa ſapientiæ. Nam manu ſolum Holophernem viſiſet, cōſilio autem omnī ſuſti viſit exercitum. Suspensiō enim Holophernis capite, quod vi- ſorum cōſilio non poſſuit excogitari, ſuſorum erexit animos, hostium fregit: ſuos pudore exci- tans, hostes quoque terrore percellens: eō quod cæſi ſunt & fatigati. Ita viuā viuā tempe- rantiā atq; ſobrietatis, non ſolum natūram ſuam viſit, ſed quod eſt amplius, fecit viros etiā for- tiōres. Nec hi clara ſucessibus, cui vtique gaudeat & exultare licebat iure vñctorie, viuātis reliquit officium, ſed contemptis omnibus qui eius nuptias ambiebant, vñstem iocunditatis depoſuit, viuātis resumpsit, ſed triumphorum ſuorum amauit ornatū. Illos existimans eſſe meliores, quibus virtus corporis, quām quibus hostium arma vñcuntur.

VITA ESTHER, PER D. ISIDO-

rum Episcopum Ispalensem scripta.

Habetur in libr.
eius de patribus
veteris testam.

Scher Regiū filia fratris Mardochēi, de stirpe Beniamini, captiuā de Hierusalē in urbe ſuis tranſlata, atque ob aspectum formæ perſpicuæ, virginitatisque excellentiam, Regis Persarum connubij copulata eſt. Hæc vt populum ſuum à periculo liberaret, mori ſe obtulit, amicūq; Regis adiutum ſuſorum populum Dei nepharia perſuadentem, cruci tra- dendum, peritūſit, gentemque liberam ab excidio eruit, & a ſeruitute eripuit. Iacet ſepulta in ſuſis urbe Medorū, in qua etiam & regnauit.

VITA ET MORS ESAIÆ PROPHETÆ, PER

D. Epiphanius Constantiæ Cyprī Episcopum deſcripta

SAIAS Prophetæ quidem in Hierusalem de tribu Iuda ortus, ſub Manasse vero Rege Iuda ſectus in duas partes, occubuit. Tumulatus eft ſub queru Rogel iuxta tranſitum aquarū, quas oīm Ezechias Rex obſtruxerat, cum eas phetarum, vñdas peruias efficeret. Fontem quippe Deus Seloam cauſa prophetæ effe- cit, quoniam priuquam moretur, puſillum precatus eſt, vt vñdas, illi ^{1. Vnde efficaciam orationis Esaiæ} effingere dignaretur. Et confeltum demiſt illi coſitus aquam viuentem, vnde fortius eft locus



locus ille appellationem Siloam, quod si quis interpretetur, sonat demissum. Sub Ezechia quoque Rege, antequam stagnum piscinæque fabricaret, precibus Esaia effectum, ut exigua lymphæ scaturiret, quod populus in obsidione hostium teneretur, & ne ipsa periret vndis destruita ciuitas. Milites igitur perscrutabantur vndiq; , vbinam sedare scimus daretur: ignorabat etenim. Vrbe quippe iam portis, obsidebant Siloam. Quandocunq; itaq; Iudei aquatum venierant, scaturiebat eis vnda, & aquabant: exterarum vero nationum homines reperiunt nesciebant, latex namque aufugiebat. Eoque ad hodiernum usque diem eructatur clanculum quo significet mysterium. Ceterum quandoquidem Esaia Prophetæ istuc acceptum referunt in perennem eius rei memoriam, populus accuratè Prophetam isthac solo cum gloria & honore reddidit, vt per eiusdem intercessiones in consummationem usque seculi, aquæ eiusmodi fructus impetraretur, cui scilicet usum referabant acceptum. Extat autem monumentum Esaiae hinitimum sepulturæ principi post sepulchrum sacerdotum, versus Notum, partemque meridionalem. Salomon enim Hierofolymam construens, regum excitauit Mausolea, prout illa David descriperat. Existit autem Orientem versus Sion, quæ introitum à Gabaoth posset, queque ab oppido viginti distat stadijs. Foueam præterea fecit illic incomprehensibilem, magnæ etiamdum parti mortalium incompartam.

² Ergo sancti post mortem orati pro nobis, et impetrati exhiberi possunt a Deo beneficia.

VITEM VITA ESAIAE, PER D. ISIDO-

rum Episcopum Ispalensem scripta.

Habetur in libr. eius de patribus veteris testimoniis.

Esias filius Amos, non illius Prophetæ, sed alterius qui simili nuncupatus est nomine. Ille ex genere Paforum fuit, oppido Thœcœ: hic autem genere nobili ortus in Hierusalem. Quem etiam aiunt Hebrai sacerorum fuisse Manasse. ³ In quo tanta fuit sanctitas, & vita excellētia, vt vnam tantum dicatur habuisse tunicam cilicinam. Quanquam etiā postmodum pro delictis populi abiit, & facio membra cooperui: fed & hoc ad extremum deposito, iuxta imperium Domini, nudo corpore, nudoque vestigio in conuentu populorum versatus est. Sicq; æstuum feruorē, hyemisque pruinis, atque imbrum tempestates sustinuit, vt Dei præceptis obediret, & deploraret populi delicta. Hic quindecim gradibus recedente vmbra retrorsum ascenderet. Cuius oraculo Rex Ezechias mortis dilationem promeruit. Quem Manasse extenuit à vertice per medium ferræ secutus, atrocique supplicio & cruciatu extinxit. Tradunt autem Hebraei duabus de causis occisum fuisse Esaiam: Vnam, quod eos appellauerit Principes Sodomorum, & populum Gomorrhæ: Alteram quod testante Domino ad Moysen: Nemo potest videre faciem meam, & viuet: iste ausus est exclamare: Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum & elevatum. Non arbitrantes cœcati mente Iudei, quod in sequentibus faciem & pedes Dei Seraphin texisse nouerat, ac medium tantum eius vidisse speciem. Sub querco Rogel requiescit iuxta decursus aquarum, quas Ezechias Rex Iuda molem construendo terræ exposuerat.

Habetur in libr. eius de virtutis prophetarum,

VITA ET MORS HIEREMIAE PROPHETÆ, PER

D. Epiphanius Constantiae Cypri Episcopum descripta.

HIEREMIAS Propheta Anathoides apud Taphnas in Aegypto, à plebe lapidibus obrutus occubuit. Iacet vero in eo loco sepultus, quo dudum Pharaon Rex habiterauerat, quamobrem Aegyptij poesta magna eum religione colebat, vbi pluribus se officijs ab illo adiuvari cognoverunt. Afrides, enim, & vndarū beluae (quas Nephod appellavit Aegyptij, Graci verò τοὺς κροκοῦλους,) eos interrimentes, postulationis Hieremias beneficio, ex illis finibus sunt profugiti: nec tam afredis, dum furor, quām ex flumine ratione pari bestiarum infidie. Quique vel hodie adhuc fideles competerunt, eodem in loco supplicare consueverunt, & sumptu puluere morsibus apidum medentur. Feræ quoque aquatiles hinc fugam dedere. Idem propheta sacerdotibus Aegypti signum exhibuit, dicens: Oportere olim cuncta eorum simulachra concideret, simulq; omnia manu facta præcipitari, vbi Aegyptum ascendet cum suo infante virgo enixa, Deo equidem os sepulti.

Hic est ille propheta, qui ante mutationem templi arcuam apprehendit, quæque fuere in ea singula, & curauit ea absorberi in saxum. Et locutus est sacerdotibus plebis, & quicunque aderant maioribus. Perfectus Dominus ē Sina in celos: fed reuertetur in maiestate, & virtute diuina. Et hoc aduentus ipsius indicium erit: Quando Gentes vniuersæ ligno supplicabunt. Addidit præterea: Arcam hanc nec quisquam reserabit unquam, neque sacerdotum neque Prophetarum. Moi electo excepto Dei.

Tabulas quas continet ipsa, nullus explicabit, præter Aaron. Ceterum in resurrectione pri-

mū Arca resurget, & probudit̄ saxo, inq; Sina monte locabitur: & omnes sancti ad eā cōfluent, vt illinc suū cōpiant Dominum, & ventis inimicū seu aduersarium, qui perdere illos affectabat. Tunc faxum sigillauit digito, inscribens nomen Domini: & factus est typus instar sculpiura ferri: & nubes petram cooperuit: & eum sanè locum vix quisi nouerit. Quin ne nomen quidem usque in hunc diem, nec usque in consummationem seculi datur legere. Lapis deinceps ille habetur in solitudine, vbi primitus fabricata est arca, in medio montium in quibus iacent Moyses & Aaron sepulti. In noctibus porro nubecula nitet modo ignis eodem loci pro typo qui erat ab initio, quoniam nunquam cessabit maiestas Dei à lege eius;

VITEM VI T A HIEREMIAE, PER D. ISIDO-

rum Episcopum Ispalensem scripta.

Habetur in libr. eius de patribus veteris testimoniis.

² videlicet quomodo do etiam in saeculis veteris testamenti reperitur Virgini nitas:

³ Precibus S. Hieremiae post mortem eius serpentes ab Aegyptiis sugari sunt: quid ergo dis-

cunt Novatores nostri temporis: Sanctos post mortem non esse inuocando? Et Santos nibil posse?

⁴ Nota ex hoc loco, antiquum magis fuisse, antequam sepulchra in Ueruntamē habetur.

VITEM AD HVC DE HIEREMIA, PER D.

Hieronymum Presbyterum Stridonensem scripta.

Et præfatio eiusdem in Hieremias am prophetam

⁵ Hieremias virgo

Hieremias Propheta, ut ille prologus scribitur, sermonem quidem apud Hebreos Esaiae & Osee, & quibusdam alijs Prophetis videtur esse rusticior, sed sensibus par est: quippe qui eodem spiritu prophetauerit. Porro simplicitas eloquii, à loco ei in quo natus est, accidit. Fuit enim Anathochites, qui est usque hodie viculus, tribus ab Hierosolymis distans milibus. Sacerdos ex sacerdotibus, & in matris vtero sanctificatus, ⁵ virginitate sua E. ⁶ Hieremias virgo

uangelicum virum Christi Ecclesiæ dedicavit. Hic vaticinari exorsus est puer, & captivitate urbis atque Iudeæ non solum spiritu, sed oculis carnis intuitus est. Iā dece tribus Israhel Aſyrrij in Medos transtulerunt: iam terras earum Colonia gentium posse habebant. Vide in Iuda tantum & Beniamin prophetavit, & ciuitatis sue ruinas quadruplici planxit alphabeto: quod nos mensura metri, versibusq; reddidimus. Præterea ordinis visionum, qui apud Græcos & Latinos omnino confusus est, ad pristinam fidem correxiimus. Librū autem Baruch notarii eius qui apud Hebreos nec legitur, nec habetur, prætermisimus, pro his omnibus maledicta ab angelis prestatolates, quibus me necesse est, per singula opuscula respondere. Et hoc patior, quia vos me cogitis. Ceterum ad compendium mali rei fuetur modum furori eorum silentio meo ponere, quām quotidie noui aliquid scriptanteri, inuidorum infamiam prouocare.

VITA ET MORS EZECHIELIS PROPHETÆ,

Per D. Epiphania Constantiae Cypri Episcopum scripta.

Habetur in libr. eius de virtutis prophetarum.

Ezechiel Propheta ē terra Sarera, de filiis Pontificum genus duxisse asseritur. Fato fundatus est tempore captiuitatis in regione Chaldaeorum. Plurima ille super reuisione populi prophetauit, deque reditu filiorum Israël, nec non & de aduentu Domini. Occidit autem illum dux populi, cūm vna secum incola foret in Babylone, reprehensus ab eo de cultibus idolorum. Quare in agro Maur funeravertunt eum, in monumentum Sem & Arphaxad progenitorum Abraham. Et sepulta isthac ad nostra usque tempora specus est duplex. Etenim Abraham excitauit ad huius instar, Sarera coniugis sue monumentum in Cebron: quod quia defossum sit atq; latens, duplex dicitur, & planicie, & in terra tabulatum, petraq; suspensum. Iste quidem Propheta populo obiecit prodigium, cūm precatus esset ad annem Chobar. Quod videlicet cūm deficerent vnde fluminis eius, false desolationis sperare deberent in finibus terra. E quando exundaret fluvius ille, id signum esse redditus in Hierusalem. Et contigit illud. Etenim in terra Spyriorum vir pius ille sepultus iacet: multique ad monumentum pulchrū proprie, vt ibi fundantur preces & exhibentur obsequiū.

¹ Cōficitur ad sc̄a

eius conuenient, formidant Chaldaei, ac metuant, ne illum auferant: quapropter beatū obsequiū. cōtra quod garib

quod terga darent filii Israel trans ripam. Ceterum Chaldaeorum aliquot audacieores populi ponē persequi tentabant, qui quidem ad vnum omnes submersi sunt.

Ille quoque propheta spontaneis orationibus filii Israël uberrimum piscium impetravit cōmactum, ut qui inedia tantum non perirent, piscium eflu reficerentur. Plurimis etiam illorum, qui aura vitali iam vesci desiderant, vitam recuperauit. Is est quoque vates ille, qui plebe iam deprecta ac pessimata ab hostibus, stetit contra faciem Ducum illorum, & confundebat eos portentis & miraculis, ita ut milites territi cœpto defenserent. Tunc populo suo Ezechiel dixit: Propterea quod parum conuenit inter vos, spes vestra intererit. Nunc in prodigijs osium mortuorum fecit illos, quoniam est spes Israël cùm presente, tum ætate futura. Hic est, inquam propheta, qui quanquam esset in regione Chaldaeorum, pleraque tamen populo quæcumque in Hierosolymis, inq[ue] templi fiebant, aperuit. Ille quoque propheta eduxit eos de finibus Chaldaeorum, & reduxit in Hierusalem ad redargitionem impiorū, & infidelium. Hic Ezechiel per Moysem cōtemplatus est sicut templi murumque eius spaciose, prout locutus est etiam Daniel, ut olim condideretur. Hic in Babylone iudicauit tribun Dan & Gad, quod impiè egilient adiuvius Dominiuin, perseguendo eos, qui legi fidem suam altrinxerant. Obtulit autem illis insignis prodigium suæ ostentum, quoniam angues deuorauerunt infantes eorum, & omnia iumenta ipsorum. Prædictisque, quod culpa eorum neque populus regredi Hierosolymam, quin in Media permanaret quoad respiccerent, & in viam, quod aiunt, redirent. Erat sanè vnus illorum, qui eum intererit: opositus enim erat illi, vñque in diem obitus sui.

ITEM VITA EZECHIELIS, PER D.

Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.

Habetur in libro eius de patribus veteris testamenti.

Ezechiel Sacerdos filius Buzi, genitus in terra Sariara, in typo Christi filius hominis vocatus. Hic captiuus cum Ioachim in Babyloniam ductus est, & ad captiuos prophetauit, corripiens eorum offensiones, & zelō Dei motus, cuncta eorum crima & turpitudines arguit. Quem dux populi Israël interfecit, pro eo quod, auctoritate pontificali corriput ab eo ob impietatem sacrilegij. Sepultus est a populo in agro Maurim, & Arphaxata.

Habetur in libro eius de vita prophetarum.

Ezechiel Propheta cum Ioachim rege Iuda captiuus dictus est in Babylonem, idque his qui cum eo capti fuerant, prophetauit, penitentibus quod ad Hieremias vaticinium se vñtro aduersarijs tradidisseint, & viderent adhuc urbem Hierosolymam stare, quam ille casu ram esse prædixerat. Trigesimo autem ætatis sue anno, & captiuitatis quinto, exorsus est ad concupitos loqui. Et eodem tempore, licet posterior, hic in Chaldaea, Hieremias in Iudea prophetauerunt. Sermo eius nec satius disertus, nec admodum rusticus est, sed ex vtroque fiedi temperatus. Sacerdos & ipse fuit, sicut Hieremias principia voluminis & finem magnis habens obscuritatibus inuoluta. Sed & vulgata eius editio non multum distat ab Hebraico. Vnde satis miror, quid causa extiterit, vt si eosdem in iuuentis libris habemus interpretes, in alijs eadem, in alijs diuersa transtulerint.

VITA ET MORS DANIELI PROPHETÆ,
Per D. Epiphanius Constantiæ Cypræ Episcopum descripta.

DANIEL Propheta è tribu quidē fuérat Iuda, genere patritius, optimatissime regie administrationis filius adhuc admodum infans puto & Iudea in Babylonie perfectus est. Propugnatus autem in Bethébéro superiore non procul ab Hierosolymis. Et ea semper fuit vir ille modestia ac probitate, vt Spadonem pitarent ei esse Iudei: Magno in corpore luxit vñbē Hierosolyma: Ita porrò à cunabulis in abstinentia & ieiunio vixit, vt ab omni genio cupidij facile temperaret. Vir asperetu quidē aridissimus ac squallore oblitus, atqui in fauore & gratia domini perquam speciosus. Plurimas fudit preces pro Rege Nabuchodonosor, cùm factus esset brutus, ac pecus, sive iumentum, ne perderetur. Praeservebat enim anteriore parte, pariter & capitē bouē, pedibus vero & posterioribus leonē. His quippe optimates eorū pleriq[ue], oēs in iuuentute sunt prædicti, vt in ista bouis de iugo nascatur Beliar voluptatis, desideriū gratia, deinde bestia tandem hunc, nepe prædones, vastatores, percussores. Cognovit itaq[ue] Daniel vir sanctus, quod more bouis feno vesceretur, & destinatus est illi in humana natura pabulū. Quo circa Nabuchodonosor à flagello sibi hoc misso, retinēs etiamdū in corde suo humanū sensum, ingēti lucu perculsus ciuauit: Supplicabatq[ue] Deo diefū; noctefū; quadrages, imploras Beemon, quod est Deū Israēl: presto namq[ue] erat illi spiritus Satan, & celabat eu, quod natus fuerat homo. Linguaq[ue] eius ligata hñserat, ne verba faceret, & vox bruti dedicata est ei. Et redditia sunt perinde ac caro à continuo

S A N C T O R V M H I S T O R I A .

Part. I.

55

continuo eiulatu: pleriq[ue] summi magistratus, simul & ciues spectatum eum, vñbē egressi diebantur: solus Daniel illum visere detrectabat. Proinde vbi Nabuchodonosor transformatus est, assidue precationibus vacabat nomine eius: Dixitque fore, vt iterum hominis formam indueret, principatūq[ue] sui gubernacula resumat. Neque quisquam Danieli fidem habere ambigebat. Septem porro annos, quæ illi septem tempora Daniel prædictis, supplicationibus ipse suis super eo ad Dominum, in totidem menses comitauit, Mylterium certe septem temporum, super illo consummatum est, quod mediator septem restituit. Sex¹ itaque annos, & ² *Quānos impec-
tū totidem menses supplex precatus est Dominum Deum, & confessus est impietatem suam, & tret a Deo humis
lis oratio.*

³ Vide abstinen-
tiam & ciborum
deletum indictū
⁴ Danielis Nabu-
chodonosor, bis
Deum propitiari.

Arbitrare me maiorum hæreditatem repudiare, & non circuncisorum hæreditati adhærere. Designauit complura præterea inter Reges Perisarum miracula, quæ hoc quidem volumine annotata non sunt. Cæterum in libro Danielis prodita scriptis comperiuntur. Ille propheta in celsis montibus Babylonis monstrum annunciauit, & exhibuit, dicens: Vbi cornetis montem ex parte Boreæ sumo denigratum, pro fôribus Babylonis terminus imminabit. Quando vñbē isthunc flagrantem igne videbitis, aderit totius orbis terrarum finis. Sed cum ad meridiem mons aquas propellat, remeabit populus in patrium solum, & condetur Hierusalem latè, campoque capaciori; perinde atque factum est etiam per Iesum Pontificem, pariter & Zorobabel filium Salathiel. Quod si denique mons iste cruentus sanguine manat, stragem portendit ipsius Beliar in vniuerso terrarum orbe. Aderit autem Dominus humana natura indutus. Tunc igitur Babilone ex hac vita discessit Daniel vir sanctus in pace, ³ & hū-
⁴ *Etiam antiquis
patribus mos fuit
cum honore magna
no, ex solenibus
exequijs tumula
re corpora mortuorum.*

ITEM VITA DANIELIS, PER D. ISIDO-
rum Episcopum Ispalensem scripta.

DANIEL de tribu Iuda, genere nobili, princeps omnium Chaldaeorum, Sacerdotus Regum que prosapia, & flores patriæ nobilitate. Hic sub Ioachim Rege Iuda post exitum Hierusalem, cum tribus pueris admodum puer in Babyloniam translatus est. Vir gloriösus, & affectu decorus, mente humili, & corpore castus, & perfectus in fide, egregius in operé, in virtutē summissus, in prodigijs clarus, terribilis in signis, cognitor secretorum, visionum interpres. Qui ⁵ continuatis ieiuniis, ipsa orationis constantia, futura prænoscere meruit sacramenta. Hic inter caetera visionum mysteria, his virtutibus atque signis effulgit. Trium hebdomadarum diebus exorans, pro populo ieiunauit. Simulachrum Beli diuinę inspirationis argumentis elicit. Draconem Babyloniam (nomen eius ingens) ossa piçis cum adipice & capillis confecta, diuinæ mentis instinctu incredibili admiratione dirupit. In lacum mislus rabient mitigauit ferarum, atque virtute animi fortis, inter frementes securus epulatur leones. Hunus Darrius, postquam Babyloniam subuerit, imperij honore maximus, secundum tulit, & in Medium adduxit. Qui etiam fertur dedille ei signū in montibus super Babyloniam, dicens: Dum monutes a Boreæ sumat, finis instab Babyloniam: dum vñs fuerint incendio conflagrare, finis erit mundi totius. Item dum ad partem nō defluixerit Tigris, regressio erit populi Israël. Vixit autem vñque ad tempus Darrii Regis Perisarum, annis centum decem, sepultusque est iam se-
⁵ *Ieiunijs ex ora-
tib; meruit Da-
niel futura præ-
noscere sacramen-
ta.*

*Habetur libro, vñ
supra*

VITA TRIVM PVERORVM, PER
D. Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.

Res pueri stirpe regia clari, memoria glorioſi, scientia eruditæ, fide pares, deuotione etabiles, incorrupti ¹ corpore, sobri mente, iudices prouinciarum, & regionum principes, paternarum quoque memores legum, & à cibis Gentilium vel immolatitius nequaque polluti, leguminibus vitam degentes, & oléribus. Hi vigorē virtutis contempserunt mortem, & idolum non adorauerunt. Regem saeuissimum fidei virtute vicerunt. Extinxerunt quoque caminum flagrantis incendijs, & inter horrendas spissas caliginis flamas, hymnum aperte vocibus cœcinerunt. Iacent in Babylonia parites sub uno specu positi, ² *Cum magna vñ-
eratione sepulti;*

E iiiij

ITEM

Habetur in lib.
2. Sermon. ius,
Sermon. 29.

ITEM VITA TRIVM PVERORVM HEBRAE
orum, per D. Zenonem Episcopum Veronensem scripta.

Martyrij quodammodo pars est, fratres dilectissimi, martyris non horruisse supplicium. Quantum etnam multiformis crudelitas, & lugubris contemplatio retrahit a corona, tantum generosa ac perfecta fides, quicq; illi fuerit crucis, sua cōplícit vota. Denique tres pueri in illo sacro certamine, prae oculis Deum sibi proposuere, non flammis, premium futurorum, non penam. Sieque inter terros vndantibz incendij globos triumphantes, Barbarum Regem, mihi omnes, ipsum quoque supplicium, docuerunt ignes sanctis hominibus non esse fortiores.

Ibidem Ser. 30.

Trium puerorum martyrum qui credit interritus, potest etiā ipse adipisci martyriū. Tanta enim vis certaminis fuit, ut eam ipse quoq; ignis horruerit. Nam a Barbaro Rege nimia crudelitate tribus pueris consilente, fornacis vitrā quam solet, septenario pabulo ignis armatus est. Credo diuinae providentiae sacramento trinitatis spiritalem quecum numerū conuenire. Denique nec irrorati camini eis baptismatis defuit gratia. O admirabile incendium, & verè spectaculum Deo dignum. Qui audient, timent: qui incenderat, ardent: qui incensi sunt, sanctificati & incolumes de camino procedunt.

Vbi supra, Ser.
mon. 31.

Tengens supplicium aliquotiens ingentior prosequitur gloria, maximè in rebus diuinis, in quibus felices obnoxia deuotione, suam religionem custodiunt potius quam salutem. Igitur cum audio tres pueros incensos, prius vehementer horresco. Mox deinde eorum particeps optaverim fieri, cum cognoscō inter flammas rosculentos hymnum Deo cecinisse securos. Tanta est enim fidei virtus, tantaque potestas, ut cultoribus suis etiam ipsa elementa contra suam naturam famulari compellat. Vnde fratres atrocissimæ rei non vos terreat contemplatio. Non enim vlla est metuenda iam poena, cum incensorum superstites insultet ignis vita.

Vbi supra Ser.
mon. 32.

Mirum fratres dilectissimi, ac delectabile certamen Deo, historia sancta prodidit nobis, ignis ac fidei. Etenim duo discordantia, deuotione dominica in vnam concordiam conuenire. Namque tribus in pueris fides puniri non timuit, immisi: camino ignis exasperata detulit, ut eos vnius virtutis esse perfensi. Denique arti incendium incendentibus, non incensis. O admirabilis ratio. O inæstimabilis gloria Dei. Sacramento trinitatis tam potentis elementi subacta natura est. Qui putabantur incendio extingui, emicant beatiores incensi.

Vbi supra Ser.
mon. 33.

Credulo percepit corde rem miram Christiane, omnique virtutum exemplo famigerabis. Clem. Hebrai verè tres pueri serum constanciam maiores, iuuenum virtute fortiores, sibi pares, trinitatis sacramento præmuniti, vnitatis vna fide solidi, æqualitate pares, passionis Victoria gloriosi. Hos Barbarus Rex, quod eius statuam adorare contempserint, incendi præcepit. Qui vbi iactatis sunt in fornacem ignis ardentes, hos deuote cupidus ignis exceptit. Lambunt rosidos flammarum blandientes. Mira res, opacitas intus, incendium foris est. Intus hymnus canitur, foris v lulatus auditur. O magna potentia Dei. Incensores incendio concremati sunt, & qui incensis, incendio suo superstites, triumphantes de camino procedunt, præstante Domino nostro Iesu Christo.

Vbi supra Ser.
mon. 34.

Exulta Christiane, & fortiter Deum time, diabolus si vis incendia non timere. Ecce pueri Sacramento muniti, tres numero, sed vna virtute. Anhelantibus flammis, camino rugiente non laeduntur, incensi hymnum canunt, Barbarum regem fidei tenacitate confundunt. Vindicantur de incensoribus suis, Deum vident: mors transit in vitam, metus in gloriam. Sic quis non optet ardore?

Vbi supra Ser.
mon. 35.

Tres Hebrei venerabilis numeri sacramento muniti, etate teneri, sed fidei soliditate robusti, supplicio suffragante glorioli, amore diuinae religionis Regis adorare imaginem contemplerunt, utpote qui ipsum contemplerunt Regem. Qui ira sufflatus, solito septies amplius caminum iusit incendi, ac ne quid immanitati levientis deesse videtur, pice & stuppa armatum citatur incendium, æstuantibus globis, rubeficit quoque ipsum alienis ignibus colum. Illo præcipitantur infantes, ibidemq; propter quem præcipitantur, inueniunt. Denique excipiuntur, non flamma, sed rore, Dei dignatione, non pena. O felix supplicium, quod incolumente superante, immortalitas prosequitur & corona.

Vbi supra Ser.
mon. 36.

Evigila Christiane, omnique secularis somni torpore discussio, apertis auribus cordis, a pueris disce virtutem. Sed vide, ne æstimes falsum, quod eis efsit incendium. Veritatem ratio

ratio protestatur. Qui nunc in se credentes baptizat spiritu sancto & igni, ipse tunc quoq; numero luce adiuit Trinitatis. Deniq; rem sacramento gestam eis cognoscet. In caminum miseri, ut submersi sunt flammis, statim inuisibili rore incendia temperantur, mors refugens mutat officium, incenores cremantur, incensis hymnum cantancibus flamma blanditur, Deus à creatura benedicitur vniuersa. In tribus vna mens, vna virtus, vnu triumphus exultat. Melioratur vita supplicio, Rex non inuidet pueris, si non eos præcepisset ardere.

ITEM AD HVC DE TRIBVS PVERIS, PER D.
Ioannem Chrysostomum Episcopum Constantinopolitanum.

Est Homilia 8;
in opere 4. hō
minalium eius.
Tom. 2.
Est in operibus
eius Batilee imp
ressis, circa fine
Tom. 2.

Trium puerorum sermo tractabitur, quorum fides, quali laude intonet glorię, salutis flā
mæ testantur. Ecce in tribus pueris non anni faciunt sapientiam, non membra colligit
vires, habentes talem scilicet in faciendo temporis fortitudinem, quam armatus Rex
exhorruit, & ignis expauit: quorum infantiam fidei constanciam gloriolam decusa libri pagi
nula paucis exponam. (Anno octauodecimo Nabuchodonosor fecit imaginem auream, al
tam cubitis sexaginta, & latam cubitis sex, & statuit eam in regione Babylonia) Singula ex
ponenda sunt, singulis respondendo, postea ad fortiora veniamus. Fecit, inquit, imaginem
auream. Qualis Deus nouo honore monstretur, quem abstrusa metallagenarant? Quid er
go dicemus. Durus fōsor sudavit, palluit, laboravit, ne minus fortia cupidus Deus membra
fusceret. Alta, inquit, cubitis sexaginta. Hæc verò omnia ridiculus transfigenda. Et stabat in
conspicuū imaginis præco fortiter clamans: Qualis Deus, qui vt dici posit, publicè præcon
natur, & tanquam nouæ religionis indicium. Aureus postea ponitur, quem cultum fore Gé
tibus monstrat infans vates, quem contremenda species delectet, aut terret. In fornacem
ligna iniiciuntur interea, quali ad cōsumenda corpora contemptorum: crecit captiuū con
stantia, & amplius furit tyrannus, cum de gloria plus miratur. Pueri ergo iactantur in flam
mam, ibat circa innocuos pedes nō liberamine temperatus artifex ignis, & tot circumuo
lans pastus, sola consumere vincula laboravit, circa damnatos fuos innocens poena blanditur.
Et stans Azarias precatus est, & aperiens os suum in medio ignis, dixit. Benedictus es Domi
ne Deus patrum nostrorum. Et aperuit os suum. Non audet ignis inuocantis Deum fauces ir
rumperet, ne nubilo ductu vaporans eloquentis ora conturbat: innocentia oratione prolata,
& quasi factio impetu sermonis tremula flamma subducitur. Et diffundebatur, inquit, flamma
super fornacem cubitis sexaginta & nouem. O Dei potentia clarus luce monstrata. Furatur
paetus alienos incendio: nam consumpsit quos propè inuenit, quia ieunat in suis. Custodiam
suam vehementer horrescens, ne iam faciat vel ipso sumo sanctis quos tuerit iniuriam, foris
tantum ducit vrere. Bene constanti vindicta innocentia defenditur, liberantur inclusi, &
percutunt spectatores. Mira etenim ratione ius horridum commutatur in loco suo, vbi incen
ditur, illic refrigerat, aut tepefit, vt eodem loco scriptura testatur. Angelus autem Domini
simil descendit cum illis qui erant in fornace, cum Azaria, & disculpsit flammam ignis
de fornace, & fecit medium fornacis, vt spiritum roris sibilantem. Incendebant ergo
pueri per medium fornacis cum Angelo, & murmure fugitiuo replicabatur incendium,
ac velut amicus ignis sanctis viis præbebat obsequium. Rex autem cum audiret eos be
nedicentes & laudantes Dominum, miratus est, & surrexit in festinatione, & dixit princi
pibus suis: Nōn tre viros misimus in medio ignis vinctos? Ecce video viros quatuor
solutos, & ambulantes in medio ignis, & corruptio nulla est in eis, & aspectus quarti simili
lis est filio Dei. Ecce, inquit, video viros quatuor: exclude si potes adhuc demens eum, qui
crecit ad numerum. Non poteris iam tuos finire damnatos, qui soli esse non possunt, mala
tibi ratione crevit questio, fortior est quem claudis. O quibus te incorrupta fides trium
phis extendit: Adest tibi amica maietas, vt innocentia liberetur. Patitur se Deus cum
pueris in supplicio numerari, & potest Dominus videre sacrilegus, sed non permititur
nosce, vt crecit gloria puerorum: insana enim mens in suis flammis parum crederet fortas
se, si talem non disceret defensorem. Tunc exiit Rex ad ostium fornacis ignis ardentes,
nec cum propè fuerit poitus flamma contingit. Necesariorū enim ab ipso igne cognosc
itur, quia Dominus ceperit conserui, pro hoc, & dixit: Benedictus Deus Sidrach, Misach,
& Abdenago, qui liberauit pueros suos. O magna misericordia Deitatis, quod exultabile
dictum est: Sanantur rei, & redimitur qui torquebatur. Inter hæc quid tale potuit inanis
imago monstrare? Ecce Dominus non in auro lucet, sed in flammis ostenditur. Sed qui
bus flammis? Quæ illuminant, non quæ incendunt. Vnde nos fratres charissimi, omni si
de Dominum Christum venerari debemus altissimum, vt polsimus indubitanter ad regna
celestia peruenire.

Propheta Daniele, & de sanctis tribus pueris.

Per Simeonem Metaphraſten.



VM Nabuchodonosor Rex Aſyriorum ciuitatem Hierusalē bello cepiſſet, & magnam illinc p̄dām egifſet, & plurimos abduxifſet bello captos, & ſplēdiē ac magniſcē reuerſus eſter Babylonem, iū imperij ſedem, nobilitiſimos pueros Iudaorum delegeſt, & ſibi ad luum attribuiſt ministerium. Inter quos erant etiā quatuor ex iis qui à Rege Dauidē ducebanū originem, pulchri quidem ſpecie corporis, pulchri autē ſpecie quoq; animæ, ingenui; & liberalē alpeſtū pulchre ex vtrisq; oſtendentes: qui etiam ad Ezechiā & Iofiam viros iuſtiſimos genuſ proxime reſerebant. Cū illos ergo excidiſſet, & prouidilſſet, vt ex menſa regia aleterū, tradit⁹ Pædagogis, vt in externa ſapiencia, & ipſa Chaldeorum doctriña pulchre erudiſſetur. Ex hiſ vnuſ qui-dem vocabatur Daniel: qui ipſum verò ſequebatur, Ananias: & tertius Azarias: & aliis Mifael. Mūtatis autem eorum nominibus, Danielē quidem vocat Baltasar: Ananias, Sedrach: Azariam verò Mifac: & Mifaelē nominat Abdenago. Quos quidem & Rex arnabat, & benignè admouit eos apſiciebat, eorū laudās indolent: & quōd nō ſolum valebant ingenio de disciplinas, ſed ei quoq; magnum adſerebat ornamentum ſolertia & mædeltia. Sed ſic quidē erat Rex affeſtus in pueris. Diuinus autem Daniel nō ſolum erat laudator virtutis, ſed eam etiā diligenter exercebat. Et ideo asperitate vitæ corpus affligebat, & ciborū menſae regiae nō ſoluſ reſuſtabat eſſe particeps: ſed aliis etiā cognatiſ, tribus, in quaui, pueris, ſic ſuſiſt ut facerent. Cū vtrisq; ergo viſum eſſet ab omnibus abſtinere animatiſ, & veſci ſolum ſeminibus & oleribus, accedentes ad Aſchanetum Archieunuchum, cui erat cōmilla eorum cura à Rege, eum rogarunt, vt quā ab ipſo Rege ad eos affererent, ipſe accipieſt cōſumeret: pro eis autem preberet legumina, & daſtylos ad nutrimentum, & ſi quid aliud vellet ex inanimis: in hac enim vi- tate ratione dicebant ſe eſſe educatos ab initio, aliam verò despiciere. Ille autem dicebat ſe eſſe quidem paratum inferire eorum voluntati, ſed timere ne id Rex refiſceret ex corporū gra- cilitate & vultus pallore. Nēceſſe enim eſſe, vt eis ſimul mutentur corpora & colores cum ratione viſus: & maximē ne cūm alij pueri ſint bona habitudinis, ipſi ſint ei cauſa periculi & ſupplicij. Cū itaq; cautione hac in re vteretur Aſchanes, ei periuadēt pueri illi egregii, vt decem dies hæc illis preberet experiendi cauſa: & ſi non mutaretur quidem eis corporis ha- bitus, fineret in eis perſuerare. Sin autem viderit diminutos, & aliis ſe habentes deterius, eos ad priorem viuſ reducat rationem, & faciat, vt fuit ei imperatum. Cū verò eo alimento vtrentes nihil offendentur, ſed & corpora eorum melioris eſſent habitudinis quām aliorū, & aspectu pulchriora: adeo vt qui eos videbant putarent Danielē quidem & tres alios viuere in oībus lauitiis & delitiis: alios aut pueros veſci parcius, nec eis ſuppetere ea quā ſunt ad viſum neceſſaria: ex illo tēpore, cū reuerentia, Aſchanes quēcunq; quidē eſſe ſua coena ut ſolebat, ad eū mittebat Rex, ipſe accipiebat: que predicta ſunt verò eis ſuppeditatibus. Illi aut, vtpote quōd eis animis propter ea euferant mundē, & apte ad ſuſcipienda diſciplinas, oēm cito diſidecē do- citrīa, tā que erat apud Hebr̄os, quām que apud Chaldeos: maximē verò Daniel, qui cū iā eſſet ſatis doctriña prouectus, ſtudiū quoq; poſuerat in iudicio ſomniū: eiq; Deus maniſteſtē appa- recebat, à que cūm eius mens infor- matur, ex futuriſ, multa euidenter pre- dixit. Secūdus annus pretererat ex quo capta fuerat Hieroſolyma: & Rex Nabuchodonosor ſomniū: videt admirabile, cuius euentum in ſomniū ipſe Deus ei ſignificauit. Ille aut cūm ſurrexit ē cubili, & ipſius ſomniū eſt oblitus, & illius quā dō Deo habuit cōiecturę. Chaldeos ergo protinus ac- cerſit, tā qui erant inter magos eximiū, quām qui periti diuinationis, dixit eis ſe vidifa ſom- niū: & ſignificauit, accidiſſet, vt eorum obliuſeretur que viderat, & iubebat eos dicere quōd nam eſſet ſomniū, & quenā eſſet ſignificatio. Illis verò dicentibus, fieri nō poſſe ab hoībus, vt nū ipſe expoſuſet viſionē, cōiecturā enunciarent: ipſe morte minatus eſt ſapientibus, nū ei & viſionē reuocarent in memoriam, & conieeturam ſimul enunciarent: & ſtatim iuſſit eos omnes interiri, cū pronunciarent ſe non poſſe facere id quod iuſſi fuerant. Cū hoc intellexiſſet Daniel, iuſſiſſe Regem omnes ſapientes: inter hos autem ſe quoque cum cognati venire in periculum, accedit ad Arioch vnu ex Regis ſatellitibus, & rogaſt vt ei di- cat cauſam propter quam Rex tā improbe iuſſiſſeret occidi oēs ſapientes Chaldeos et Magos. Cū verò de ſomniū ex eo intellexiſſet: & quōd iuſſi à Rege hoc ei declarare, qui fuerat oblitus, dixerūt ſe nō poſſe, & propterea Rex ira motus, eos morte dānauit: rogauit Arioch vt intraret ad Rege, & peteret Magis vnam noctem, & in eam hanc diſerret interemptionē.

Dicebat

² Daniel asperite
te vita corpus af-
ſigebat, & ſimul
cum ſociis ciborū
delectum habebat.

Dicebat enim ſe ſperare, fore vt cūm in ea Deum orafſet, ſomniū cognoſceret. Et ille qui- dem hæc Regi quāprimum renuntiauit. Ille autem cupiens ſire quānam eſter viſio, & quenā eſſet eius ſignificatio, iubet ſuſtineri Magorum interemptionem, donec ſciret quidnam dieturus eſter Daniel, & quānam eſter eius viſus. Hic ergo beatus cūm tota nocte cum cognati, ad ſe ſecefſiſſet, tota nocte Deo ſupplicauit, vt Magos ſeruaret & Chaldaeos, cū qui- bus ipſe quoque ſimul erat perituras, vt libeſaret ab ira Regis, aperienda ei viſionem, cuius Rex erat oblitus. Deus autem ſimul & miſertus eorum qui erant in periculo, & volens ſuſra prophetam reddere glorioſum, ei ſignificat ſomniū, & aperuit conieeturā, & cū protinus Daniel hæc Azarię, & ceteris aperniſſet, eos qui viſe ſpem abiecerant, & in mortem ſuam defixerant cogitationem, immitat & reddit factiores, & animo alacriores.

Cū Deo autem cum eis egifſet gratias, qui miſertus fuerat eorum aetatis, & eſſet dies, ac- cedit ad Arioch, & roga vt eum ducat ad Regem. Dicit enim ſe ei velle ſomniū ſignifica- re, quod ei accidit, vt nocte viderat præterita. Ingreſſus verò primū ſe excuſauit, nolens aliis Chaldeis videri ſapiencior: & quōd cūm nullus eorum potuſiſſet inuenire ſomniū, ipſe id eſſet dieturus. Non enim per experientiam, neq; quōd ſit ſubtilioris & ſolertioris ingenij, hoc accidit: ſed noſtri, inquit, miſertus Deus, qui veneramus in mortis periculū, mihi pro mea ani- ma & eorum qui ſunt eiusdem gentis precanti, & ſomniū aperuit, & eius expofitionē. Nō minorem enim noſtri doloris, quām tuā gloriæ curā gerebam⁹ dō Rex, qui viros tā bonos & tam honestos iniqui mori iuſſeras, cūm nihil petiſſes, quod eſſet humana ſapiencia: ſed hoc ab eis exegiſſes, quod erat ſoliſ ſuſtinentis opus. Tibi ergo dō Rex cogitanti, quis poſt te eſſet tibi mundo imperatus, volens Deus ſignificare, tale oſtedit ſomniū. Viſus es videre magnā ſta- tuam ſtantem, cuius caput quidem contigit eſſe aureum: humeros autē & brachia argentea: ex aere verò ventrem & ſtemore: tibiae & pedes ferreos. Deinde lapidem vidisti abruptum à monte, incedere in ſtatuum, & eam comprehendere, ac conterere, & nullam eius partem re- linquere integrum: aurum autem, & argentum, & as, & ferrum, vel puluere fieri ſubtilius: & ſtatuum quidem vento ſpirante diſperſam fuſiſſe in aërem: lapidem veſiō adeo greuiffis, vt vi- deretur viuuerfa terra ab eo fuſiſſe pleta. Atq; ſomniū quidem quod ipſe vidisti, fuit tale: Eius autem conieatura hoc modo ſe habet. Aureum quidem caput te ſignificabat, & qui ante te fuerunt reges Babylonis: Dux verò manus & humeri, à duobus Regib⁹ diſſoluendurn eſſe veſtrum principatum, à Persis, inquam, & Medis. Illorum autem principatiū deſtruere qui- dam aliis ex Occidente aere inuidus. Is eft Alexander Macedo, & eum faciet aliis cēſſare, vi- ribus ferro ſimilis. Superabit autem omnino propter ferri natūram: eft enim ſtorior auro, argento, & aere. Eft verò id potentissimorum Romanorū imperium. Significauit autem ei etiā de lapide, dicens: Lapis qui fuit ſciſſus ſine manibus, eft Christus. Illud verò, Sine ma- nibus, praedixit eum ſine coitu eſſe naſciturum ex vtero à labo alieno. Nabuchodonosor au- tem cūm hæc audiuiſſet, & hoc eſſe quod ei apparuerat ſomniū intellexiſſet, ſtupuit Danielis ingenij magnitudinem, & protinus parua omnia, & iuſſum regnum, & impérii ma- gnitudinem eſſe ducens: ſurgit è throno, & Deo paribus illum aſſicit honoribus. Prae- rea verò ei quoque ſummi Dei imposita appellatione, eum totius regni efficit curatorem. Quienam eius cognatos, qui erant ei virtute pares, Azariam, inquam, & ceteros, creāt prin- cipes Babylonis: quos paulo poſt cōtigit propter inuidiam incideare in periculum, cūm Regem offendent. Hac de cauſa Rex ille Babylonis, ſelici rerum ſuccelli, & infinitis diuitiis, & multitudine earū quas ſubiunixerat gentiū, in ſuperbiā elatus, & valde inflatus, & propemodo- dum propter leuitatē ſe Deū eſſe viſione apprehendens, prope modū ſe vel deos eo ipſo die putabat poſte fingere: & ſuarum manū opera Deos contendebat efficere. Hinc factum eft, vt eūm auream conſtruxiſſet ſtatuum ſexaginta quidē cubitorum altitudine, ſex autē latitudine eam ſtatuerit in medio campo Babylonis, qui vocatur Deera. Et cū eſſet eam cōſecraturus, ex tota terra cui imperabat, conuocauit primos Satrapas. Dederat verò eis quoque ſignum, vt non tam terren, & abſque aliquaratione ei honorem tribuerent: ſed tanquam ſigno dato accedentes, cum magno metu adoraret. Fuit autē tale ſignum. Quando, inquit, audierint tu- bam hoc magna voce ſignificantem, tunc oportet, inquit, procedentes adorare ſtatuum: eos ve- rō qui hoc non fecerint, continuo in fornacem ignis ardentiſ. Vt enim eſſet ei maius & clarius cortamen pro ſtatua, iubet fornacem ex diametro diſtan- tem, pice, ſarmētis, naphta, & ſtappa: accendi ē regione ſtatua, vt ſi quis conuiceretur iuſſi Regis non aſſentens, in for- nacem ſtatim conuiceretur. Cūm omnes ergo vt iuſſi fuerant, iam reſonante tuba ado- rarent ſtatuum, hi tres ſoli recuſarunt hoc facere, vt ſacra docent eloquia, vt qui patrias leges tranſgredi minimē ſuſtinerent, & Deum dedecore afficeret, & ſimulachro offere adoratio- nem. Hinc factum eft vt apud iniūcum Regem accuſarentur. Accedentes autem qui eos ac- culabant, Rex, dixerunt, iū quibus à te datum eft imperium regionis, Sidrach, inquam hic, Milach,

Misach, & Abdenago, neq; omnino sustinent adorare imaginé: neq; tuis iussis obedientur. Hec cum illi dixissent, itatim producunt sunt ante tribunal regium. Quid ergo deinceps est consecutum? Ille quidē rogavit an vera essent, & nollent auream statuam adorare cum alijs: Dicobat enim se non credere hæc esse vera, illi verò magno & excelsō animo dixerunt, se nullum alium habere, nisi solū Deum in colis: qui nos potest? O Rex eripere ex hac fornace ardente, & ex tuis manibus. Certò enim scias, quod nos Deos tuos non colemus, & auream quam posuisti statuam non adorabimus. His tyrannus non minus ira accessus, quam fornax ardēs, iubet iratus, viros robustos, Azariam cum ceteris, vinclitos cum vestibus & tibialibus, ita ut erant, in fornacem inicere. Et illi quidē st̄ rim in ignem inieci, diuina prouidentia conservauit illās. & admirabiliter ac contra opinionem manifestum effugient periculum. Non enim eos omnino ignis attigit, neque eos illa affect molesta. Sed cum vñā cum eis descenderit & Angelus, statim quidē à circumpositis relaxantur vinculis: aura autem rore aspergens eis eualet ignis: & tanquam in thalamo in media flamma stantes laudabant Denim uinerorum. Benedictus es, dicentes, Domine Deus patrum nostrorū & laudabile & gloriolum est nomen tuum in secula: & quæ deinceps sequuntur in Cantico. Eos verò qui ipsos accusabant, Chaldeos & multis alias ex Assyriis, ignis excurrens perdidit & interemit. Sic gloria & honore coronare nouit Deus eos qui re vera nomen illius glorificant. Sic fide dignus est qui promisit, quod etiam si per ignem venias, non combureris, neque ardebi. Atque hæc quidē sic haberunt: & tres pueri degebant in fornace latentes Deum vniuersorum. Rex autem rem admiratus, statim quidē furgit è throno. Dubitabat autem quomodo tres ab eo coniecti in fornacē, nunc cernantur quatuor, qui nihil omnino graue aut molestum senserent. Asperitus verò quarti est similiſ filio Dei: & statim accedens ad oſtium fornacis, Sidrach, inquit, & Misach, & Abdenago, serui Dei altissimi, exite, & venite. Illi autem saluū egredi sunt & intacti, cum ne in unum quidē pilum dominatum obtinuerint ignis. Hæc cum vidisset Rex, miraculi, vel potius miraculorum summam stuporem magnitudinem, nempe quod & tali igne fuerint superiores, & quod non solum superiores, sed nec eorum quidē pilus, res quæ facillimē flaccidit & marcescit, tanta flamma effluxerit: & præterea quod cum essent vinciti, continuū fuere soluti: & quod cum adhuc essent in fornace, auditi sunt canentes: quod quidē iis qui sunt in flamma, ipsa statim oris apertione, mortem folet adferre protinus, & quod ille ignis, qui in eis propriæ est oblitus naturæ, in Chaldais qui erant circa fornacem, fuit verus & perfectus ignis: & nec in loco quidē manens, sed egrediens & saliens, & eos qui digni erant comburens facillimē. Postquam ille vidit hæc omnia, statim humi cecidit, & Benedictus es Domine, magna voce clamauit, Deus Sidrach, Misach, & Abdenago, qui misit Angelum suum, & liberauit sanctos suos pueros ab igne, & à malis conseruauit illatos. Deinde etiā edit decretum: Quicunque, dicens, non adorabit Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, interibit, & illius bona omnia præde erunt. Ipsos autem beatos pueros maiori quam prius honore afficiens, ius sit Iudei captiuus præcessit. Non multum intercessit temporis, & rursus alias visione Regi apparet in somnis. Videbarū sibi videre arborem magnum & admirabilem, qui radices quidē egerat in terra: crevit autem, & valde fortis evasit: & altitudine eius cœlum attingebat, & speciosis erat comata foliis, & plena erat multo fructu: omnes verò bestiæ agri & volvices in ea habitabant. Deinde vox quoque quedam repente ex alto exiit, quæ iubebat arborem excindere, solum autem dimitti germe radicis. Fuit itaque excisa, & eius flora repepte effluxerunt: & quæ erant in ea omnes animantes & volvices, citè recesserunt. Atque fuit quidē hoc somnium. Rex autem è somno excitatus, Magis rursus vocatis, narrat id quod vñā fuerat: & simul rogavit ut dicenter, quidnam significaret. Atque aliorum quidē nullus potuit statim inuenire significationem, & aperire Regi, quidnam esset futurum. Daniel verò solus hoc coniecit, & evenit sicut iis prædicterat. Dixit enim: Tu es arbor quam vidisti O Rex, Non multò pôst autem excides ab imperio: hoc enim significabat sectio. Deinde etiā vitam ages simul cum feris, & sceno pasceris sicut bos: cumq; sic septem annis vixeris in solitudine, imperium rursus accipies: hoc enim sibi vult vox illa: Sed germe radicum dimittite. Propterea O Rex, tibi meum placeat consilium: & iniquitates tuas eleemosynis redime: & peccata tua in miserationibus pauperum: & fortasse in tuis delictis exercebitur lenitas & patientia. Atque hæc quidē postea euenerunt, & finem acceperunt, sicut dixerat Daniel. Cū enim dictos septem annos versatus esset Rex in solitudine, neque vñus esset ausus regnum aggredi, Deum precutus ut suum regnum recuperet, cum successione potentiæ excelsam rursus mentem induens, in regnum reuertitur: & cum regnasset quadraginta tres annos, excedit è vita: vir in rebus gerendis acer & vehemens, & eonū qui ipsius præcesserunt Regum longè felicissimus. Post decessum autem Nabuchodonosoris, eius filius regnum suscepit, qui statim Iechoniam Regem Hierosolymorum, quem pater Nabuchodonosor

captiuum duxerat Hierosolymis, soluens è vinculis, habuit inter amicos maximè necessarios, ei donans multa munera, & honore afficiens inter eos qui erant in regno Babyloniorum. Nihil enim boni fechoria omniō ostenderat pater Nabuchodonosor, sed eum in vinculis tenebat, & affligebat: et si Iechonias fecerat rem humanissimam, & dignā multis laudibus, ut qui seipsum tradiderat, cū vxoribus & liberis & toto genere manibus Babyloniorū, ne vīb̄ ab hostibus capta euerteretur: vt hæc leges apud Iolephum narrantem sigillatim. Cum autem is quoq; è vita discessisset, postq; regnaret octodecim annos, eius filius ei succedit in imperio: quod cum tenuisset quadraginta annos, è vita excedit. Dei de Balthasar quoq; eius nepos fit hæres imperii. Non multi intercessit téporis, & Cyrus Rex Persarū, & Darius Medorum expeditione suscipiunt aduersus Babylone. Cæterū cū regnū accepisset Balthasar, accidit novum quiddā & prodigiosum. Accubebat ille, coenans in magna domo, & facta ad coniuia regalia, cū suis concubinis & amicis. Ipse autem cū sic ei vñum esset, præ magna arrogantia ueret è suo téplo afferrī vasa Dei, qua Nabuchodonosor eius aūus cū rapuisset Hierosolymis, ijs nequaq; vñus fuerat, sed in suo templo p̄t depoluerat. Hic verò inconsiderata & ratione aliena inductus audacia eis vtebatur: & dum biberet, & maledicam linguam moueret aduersus excelsum, ex pariete videt manum procedentem, & in muro syllabas inscribentem. Cōturbatus verò à visione, Magos simul & Chaldeos, & quotquot erant Babylone eius generis qui poterant signa & futura coniūcere, statim conuocauit, ex illis volens discere ea quæ scripta fuerant. Dicentibus autem Magis se corum nihil intelligere, Rex valde anxius, & magno animi dolore opprellus, propter hanc rem inopinatam, & valde admirabilem publico praeconio breui edixit per totam regionem, pollicēs se ei qui has literas, & quidnam significarent, esset declaraturus, daturum esse torquem aureum & vestem gestandam purpuream: sicut solent ferre Reges Chaldeorum, & præterea tertiam partem sui imperij. Cum hoc publico praeconio sic fuisse promulgatum, adhuc quidem magis concurrebant Magi, & contendebant inuenire, quid sibi vellent litera. Nihilominus autem stabant dubitantes. Interea Regem angore animi plenum videns eius auia, copit repetere, & de Danielē Prophetā ei significare, qui illius aūo, Nabuchodonosori inquam, ea quæ viderat arcana, exposuerat. Eit quidam, dicens, qui fuit ductus huc è Iudea captiūs, nomine Daniel, vir egregius ad inuenienda arcana, & quæ sunt soli Deo cognita, qui Regi Nabuchodonosori, cū nullus alius posset dicere de ijs quæ quærebant, omnia pulchre significauit, & edidit in lucē ea quæ quærebantur. Si eum accerueris, id quod fcire cupis, mox inuenies. Ille verò eum celeriter accersit, & cū dixisset, quæ de ipso, & de eius audiebat sapientia, & quod diuinus sit cum eo spiritus, & sit ad inueniendum solus vel maximē idoneus ea quæ non veniunt aliis in mentem, rogarat vt ei diceret, & solueret ea quæ scripta fuerant: etiam si sit, inquit, iucundū & asperum quod à Deo significatur. Hoc ergo si feceris, dabo tibi purpurā qua te induas, & torquem aureum, quem collo tuo imponas, & tertiam partem mei imperij, futuram præmium & honorem tuæ sapientiae, vt ex ip̄s euias longè clarissimus, & ab omnibus suscipiens. Daniel autem rogarat quidem vt sibi sua haberet munera: virum enim sapientem & diuinū non esse capiendum muneribus: se verò gratis velle iuare eos qui opus habeant. Declarat autem ei ea quæ scripta fuerant, nempe vitæ exitum: quod nec iis quidem quæ aūus eius Nabuchodonosor pâſlus erat suppliciis propter suas in Deum contumelias, ijs ipse dedicerat esse pium, & vltra modum humanæ naturæ non sumere spiritus, sed quod etiam cū Nabuchodonosor mutatus esset in vitam sepiam, propter ea quæ impie gesserat, & post multas preces & supplicationes misericordiane esset cosequutus, & rediisset ad vitam humanam, & ipsum regnum, & propterea Deum, vt qui omnem haberet potentiam, & hominū curam gereret, vñq; ad mortem laudaret, ipse eorum est oblitus: & Deum quidem multis infestatus est maledictis, vasis, & autem eius vt sibi ministraretur fecit simul cum pellicibus. Hæc ergo videnter Deum ei esse iuratū, & per ea quæ scripta sunt ei præsignificare, ^{a Vides graviter} puniri à Deo quæ ^{sacris vesti abile} tuntur.

regni sexagesimum secundum annum transfererat, quando cepit Babylonem. Qui etiam admirabilem hunc Prophetam secum accipiens tanquam rem aliquam magnam & pretiosissimam, duxit in Mediam, magnum suum in eum studium ostendens & obferuantiam. Daniel ergo cum esset in tanto honore & existimatione apud Darium, & ipse eius sermones acciperet, ut qui haberent aliquid diuinum, in eum quoq; excitata est inuidia ab eis qui primas partes feabant in Media. Ei enim inuidabant Satrapae, videntes eum esse in maiori existimatione, & esse maius in eum Regis studiū, & haberi in maiori apud eum honore. Quærentes autem calumniae occasionē & accusationis, minime inueniebant; nullam enim eis præbebat cauſam: nam neq; à pecunijs vincī poterat, & omnē quæſtu despiciēbat. Hinc factū est, ut cum nūl possent inuenire, quod de eo dicentes apud Regem de eius honore possent aliquid detrahere, alium modum quererent, quo eum depellerent à Regis benevolentia. Videntes ergo Daniellē ter in die precentē arbitrii sunt se inuenisse occasionē, per quam sint ei allaturi existimū: & accedentes ad Darium, ei renunciant, visum esse omnibus eius Satrapis & principibus, ut nullus ex omnibus spacio trīginta dierū villani omnino petat petitionē, neque à Deo, neque ab homine, nisi ab ipso Rege. Qui hanc autē legē fuit transgressus, in lacum leonū inīciātur. Rex verò non intelligens eorum malignitatem, nec suspicans eos hæc esse machinatores aduersus Daniellē, eis in eorum sermonibus: & alij quidem omnes cauentes ne transgrederentur ea quæ eis imperata fuerant, quiescebant: Daniel autem hoc minime curabat, sed sicut ei mos erat, stans orabat. Hinc cūm eum obseruassent Satrapæ, & apparuerit ea, quam in ipsum studebant accipere, occasio, statim venerunt ad Regē, & accusarunt Daniellē, vt qui solus transgrederetur ea quæ fuerant imperata. Nam cūm nullus, aiebant, aliis auderet deos orare, Daniel hoc non vult facere: & simil tanquā legis transgressorē volebant eū ex lege iaci in lacum leonū. Confidens autē Darius fore vt Deus eū eriperet, & à feris nihil grāe patrētur, iussit eū alacri animo ferre quod acciderat, & in lacū inīecto Daniellē, cura obsignasset. Rex lapidē qui erat situs in aditu, loco ostijs, recelsit, totā nocte in formis transfigēs, vt qui premeretur cura de Daniellē. Cūm autē postquā dies esset, surrexisset, vénit ad lacum, & cūm saluum inuenisset signaculum quo reliquerat obsignatū lapidē, aperiens, nominatim vocauit Daniellē, & rogauit an adhuc esset saluus. Cūm ille verò infernē audīsse, & dixisset se nihil molestum esse pallium, iussit eum extrahi ē lacu. Cūm vidissent autē inimici Daniellē nihil ratiū fuisse pallium: Non fuit, dicebant, iste conseruatus propter Deum, & propter eius prouidentiam, sed quid leones essent cibo satiati. Hoc illi quidē dicebant vici ab inuidia. Rex verò odio habens eorū improbitatē, iubet quidē multas carnes obici leonibus: cūm ij autē fuissent satiati, eos in lacum inījici qui odio habebant Daniellē, vt sciret an propter sarietatem eos non tangerent leones. Planiū verò factū est Dario, fuisse diuinā manū quæ seruauit Daniellē, cūm inīiecti fuissent Satrapæ. Nulli erūm eorum omnino pepercérunt: sed eos omnes vnguibus & dentibus protinus discerperunt & deuorauerunt, perinde ac si fame laborarent, & alimento ēgerent. Cūm ij ergo interiissent qui Daniellē parauerant infidias, Rex Darius seipsum ostendens virum pridentem & parentē veritati, rebūque apertis, & cōtra quas nihil dici poterat, misit per totā regionē, laudans Deum qui adorat Daniellē, & eum solū dicebat esse verū, & qui in omnes obtinet dominatū. Habebat autē Daniellē in maiori honore, quām vllum alium, ostendens eum esse primū ex amicis. Simul verò cūm eo erant etiā cognati, Azarias, inquaſi, cūm cæteris, in quos & par erat studium Regis, & in pari eos honore habebat. Cūm is autē esset insignis & splendidus, extrixit in Medicis Ecbatanis turrim, pulcherrimum quoddam aedificium, & factum admirabiliter, quæ in hodiernū usq; diem conferatur: ijs autē qui vident, videntur nuper fuisse constructa, atque adeo eo ipso die quo illa aspicit vnuſquisque, tā recens eius pulchritudo, & quæ minime consenuit tanto tempore, cernitur. Sepeluntur verò in hac turre Reges Medorum & Persarū, & is cui ea est commissa, est Iudeus sacerdos: hæc ab Iosepho Iudeo ad verbū conscripta sunt. Quoniam autē non solum fuit admirabilis in soluendis aliorū somnijs, sed longe admirabilior in ijs quæ ille ipse vidit, opera p̄tētum est hic quoque eorum meminisse, & ostenderet quām esset eius mēs p̄tra & Deo digna. A magno hoc Propheta, cūm adhuc degeret Balthazar in terra Chaldeorū, vili sunt quatuor venti celi in mare irrue: & quatuor magnæ bestiæ ex eo ascendere, quæ significabant quatuor magna regna. Quarū vina quidē visa fuit tanq; leæna, & eius pennæ tanq; aquilæ: ea significabat regnū Chaldeorū. Vrfa autē secunda quæ in ore tria habebat latera: cui v̄o quoq; audiēbatur dices. Surge, comedi carnes multas: ea significabat regnū Medorū, & Persarū. Et tertia, pardus, quæ etiā ostē debatur habens quatuor pennas volucris supra ipsam: & in ea quoq; bestia cernebant quatuor capita: regnū Græcorū per eā significabat. Quarū potentissimos Reges vidit postea in forma arietis & hirci. Dariū quidē tanq; arietē, in omnibus terra partibus cornu potente, Alexandrū verò tanq; hircū in eū insurgeant, & viribus ac

impetu

impetu conculcentem & prosterente. Quartam autem bestiam vidit terriblem & stupendam, & mirandum in modum fortē: cuius ferri quidem dentes, vngues autem ænci: a verò superabat omnes quæ ipsam præcesserant viribus & audacia: excedebatque & commisuebat, & conculebat reliquas pedibus: per hæc docens manū Romanorū, quæ iamdiu tenet imperium. In cuius capite animaduerti, inquit Propheta, decēm cornua, & aliud quoq; parvum, quod inter ea nascebat, & tria ex prioribus euellebat radicis: Iam enim in ipso fine Romani imperij quod securat in multis principatus, dicit quidē fore, vt decēm Reges simili exurgant: hoc enim significabat visio decēm cornuum: tria autem ex his regnis à parvo illo cornu dissolvi, quod cernebat habere oculos hominis, & os magna loquuturum, & superaturum esse virtutum vitiorum quæ fuere à seculo, quæ quidē aperte significant Antichristum. Cūm sit ergo in visione valde fuisse admirabilis Propheta, vidi etiam quosdam thronos intelligentes positos, & supramundanos: & Deum gloriae, tanquam antiquum dictum, presidente in, qui eo quidē sit ante secula sic videti voluerit videri, cuius etiam indumentum erat album sicut nix, & capillus eius cernebatur tanquam lana pura. Nihil enim obscurum, nihil triste, nihil sordidum apud veram & magnam & primam lucem. Quienam thronum quoque eius dicit apparuisse tanquam flammam ignis, & rotas ignem emittentes, & fluuium ignis ante eum fluentem: & horuenda omnia & terrilia, & admirabilia omnia, & quæ Deum decebant. Millē enim millia, inquit, & decēs mille milia, ei asſistentes p̄ ad modum ministrabant. Deinde cum nūbibus tanquam filium hominis, filium Dei dixit: se vidisse venientem, & eum ad patrem vsque enutem, & tanquam ab eo dilectum, cum eo honorifice sedentem: & ei vniuersam potestatem & regnum omnium dari, & honorem. Quidam etiam libros ei esse apertos, & occulta ei esse manifesta, & omnia, adstare nuda & determinata: & aliorū quidē aboliri potestatem & imperium: illam autem pessimam bestiam, & improbitate incomparabilem, quæ mouit bellum aduersus sanctos: & os habuit quod magna & superba loquebatur, deletam & transirissimam ad ignis conflagrationem qui nunquam extinguitur: deinde verò maiestatem & vniuersorum regnum datum sanctis in aeternum. Neque verò hæc solum, & beatam visionem, vidi Daniel: sed orans quōque postea, & verbis confessionis placans eum qui est summè bonus. Erām, inquit, deinceps susis, quæ est metropolis Persidis, & postquam egressus sum in campum eū familiaribus, ecce factus est magnus terræ motus, & fugientibus his qui mecum erant, relictus sum solus. Et ecce quidam stans me tetigē, & fecit surgere, & quæ ciuibus erant eventura post multas generationes mystice enarravit. Is autem erat magnus ille & primus coelestium potestatum Gabriel. Qui etiā sibi, cūm surrexisset, significavit fuisse magnum ostensum aritem, cui multa quidē enata erant cornua, habebat autem vnum altius. Et hæc quidē cūm ap̄p̄xisset, at se vidisse in occidente hircum, qui inde cerebatur per aetem: configentem verò cūm arietē, & bis cornū petentem, ipsum humi prostrauisse & conculeasse. Deinde vidisse hircū, cui magnū cornu nascebat, in fronte: quo fracto germinasse quatuo, versa ad singulos ventos. Ex ipsis autem exortū esse aliud quoq; brevius, quod is qui ostendebat, dicebat fore vt crescēret, & eius genitimbēlo invaderet, & cuitatē vi caperet, & quæcumque sunt legis, tolleret, idque diebus milie ducentis & nonaginta sex. Hæc quidē se vidisse in campo qui Sufis, scripsit Daniel: Deum autem, eorum quæ aspicerat visionem dicebat sic sibi declarasse. Nam arietem quidē dicebat significare regnū Medorum & Persarū: cornua autem eos qui erat regnaturi. Ipsum verò cornū ultimum, significat ipsum ultimum Regem. Dicebat enim fore, vt is præstaret cæteris & diuitijs, & gloria, & alio splendore. Hircum autem significare, futurum ex Græcis Regem quendam, qui bis cum Persa configens, eum pugna vinceret, & vniuersum assūmeret principatum: significari verò à magno cornū quod est in fronte hirci, primum Regem. Deinde etiam ortum quatuor Regum cūm ille excessisset, vniuersusque aut eorū coniunctione ad quatuor climata terre, describi successores post mortē primi Regis, & significari factam ab eis diuisionem. Futurū autem ultimum quoque quendam ex ijs Regē, vultu quidē impudenti, idoneum verò ad intelligenda problemata: qui & dolo muleros int̄erimet, & stabit ad interiūm multorum: bellabit autem aduersus gentem: & eorum leges fortiter dissoluet, quinetiam templū quoque spoliabit: & delebit rem publicam, & prohibebit tres annos fieri sacrificia. Hæc quoq; sic facta sunt, & ad effectum peruererunt, Antiocho videlicet regnante, qui fuit cognominatus Epiphanes. Prædictus autem ipsa Daniel multis antē generationibus, cūm Deus ei ea ostendisset, & vt scriberet eſſe c̄ſiſet: vt & qui ea legunt, & considerant ea quæ eveniunt, & Daniellē admirentur propter honorem, quo fuit dignus à Deo iudicari: & inuenient Epicureos hæc in re valde errare, qui & prouidentiam ē vita expellunt, & Deū non censent rēti humānarū curam gōrēre: neq; à beata effectione, in quam non cadit int̄eritus, ad hoc vt vniuersa permaneant, gubernari omnia, carentia

autiga & curatore. Mundum autem viuierum dicunt sua sponte ferri: sic malè sentientes, & dicentes aperte stolidi & nescientes quod ne nauis quidem in portu seruari potuerit, defecta gubernatore & nautis. Sed quis in rebus honestis fuit adeo socors & ignauus, aut auditores tamē dannauerit negligenter & somnolentiae, vt non aliorum etiam meminerit. Prophetas huius admirabilitas, & que possunt afficere admiratione, & magnam adserere utilitatem animis auditorum? Erat enim tunc apud Babylonios simulachrum, quod in magno habebatur honore. Et nomine erat Bel: cui etiam tanquam Deo constractum erat templum & ara: eius suppedati fuerant largi sumptus: & circa illum erat frequens turba sacerdotum. Sumptus vero specie quidem ac praetextu, suppedabantur idolo vera autem ab eius sacerdotibus latenter consumebantur. Id ipse quoq; Rex colebat: erat Cyrus qui Dario successerat. Qui etiam similiter atq; Darius honorem conseruans in Daniele, eum habebat coniuctorem, & gloriofissimum omnium suorum amicorum. Hinc etiam factum est vt ei suaderet, vt Bel coleret tanquam Deum viuentem. An non vides, inquit, quod similes quidem artabas duodecim quotidie, oves autem non pauciores quam quadriginta comedebat: vini vero sex totas ebibit metretas? Est hoc error manifestus, & aperte deceptio, ait Dei propheta. Nam quod intrus quidem est lutum, & autem extrinsecus, neq; potest esse, neq; bibere. Irafcitus hec audiens Cyrus: & statim vocat sacerdotem, miraturq; mbitum, nisi Bel comedetem ostenderint. Illi vero: Mensa cibos, aut, apponit, nos autem egrediemur: & clauibus ac signaculis obserata ianua, redi die sequenti: & huius omnia conlumpnati inuenies, nos digni erimus supplicio. Sin minus, Daniel, qui & de nobis, & de ipso Deo est mentitus. Atque Cyrus quidem statim dixerat, gibos apposuit. Daniel autem eis imprudentibus: cinerem templi solum confregit: & cum si ambo clausissent, & obsignassent, recesserunt. Sequenti vero die accidentes, vident vestigia mulierum, & virorum, & puerorum in cinere. Qui etiam capti ostendunt, occultos aditus, per quos nuper ingredientes, consumebant ea quae apponebantur. Hæc cum Rex vidisset, irum plerum & pudore: & vlciscens sacerdotes propter eam quæ ad hoc vsque tempus latebat fraudem, eos omnes interimit. Templum autem & Bel prebuit euerendum Danieli.

Cum Daniel Babylonis hoc præclarum primum ostendisset factum, quod nullo eorum, quæ propter intelligentiam & ingenii acumen in admiratione habentur, est inferius, deinde etiam secundum adjicit. Non solum enim isti nullo planè sensu prediti, nullo sensu prædictum Bel colebant: sed etiam magnum quandam draconem, qui in domo quadam delitescebat, tanquam Deum colebant. Hoc opus est eius, qui intelligentia percipitur draconis, abducere quidem à Deo viuierum, per ludere autem, vt adhærent bestie nequissimæ. Tentatur ergo in hoc quoq; Daniel à Cyro, & iubebat vt eum adoraret tanquam verè comedentem & bibentem, & viuentem Deum. Non potes enim, aiebat, dicere hunc nō esse Deum viuentem. Ille autem Dominum, inquit, meū adorabo: Is enim est solus verè viuens, per quem viuimus, & mouemur, & sumus. Hic vero serpens est draco venenatus & malus, qui scit quidem nocere, nemini autem potest prodeſſe. Quid si velis scire eum etiam esse mortalem, & in quem natura cadit interitus, non autem Deum, permittit o Rex: & ego eum occidam sine gladio & virga. Cum vero ei Rex in hoc annuisset, & picem simul & adipem & pillos coxiſet hic vir admirabilis, & deinde etiam offas feciſet, demisit in os draconis. Ille autem eum comedisset, conſestim rumpit. Hæc cum grauitate tulissent quicunque ex Babylonis erant superfluo, & falsæ religioni dediti, ad Regem acceſſerunt, & petierunt Danielm: erant enim re vera infligati à draconे, qui non cadit sub aspectum: & aduersus Prophetam magnum furem conceperant, & iam parturierant. Accedunt ergo ad Regem, dicentes: Tradite nobis Danielm: Sin minus, te occidemus: iam enim nobis ex tuis factis euafit maniſtum, te quoque ipsum eadem sentire quæ Iudei. Eum itaque tradit Rex in manus eorū, non lubens aliqui: nec volens, tradit tamen. Illi vero cum eum acceſſerint, rufus demittunt in lacum leonum. Ij erant septem numero, quibus & duo corpora, & duæ oves singularis diebus erant deputatae ad eorum alimentum. Sex autem totis diebus quibus iustus fuit, cum eis inclusus, reliqui sunt omnino ieiuni, & omnis alimenti expertes, vt fame quidem oppresi, & omni alio nutrimento carentes, etiamsi Prophetæ haberet aliquam virtutem quæ eorum arceret, impetum, at fame certè impuls, violentius maxillas celeriter in eum intinuerent ac disciperent. Quid ergo Dominus? Traditne feris animam quæ eum confitetur, aut seruat quidem ex ore leonum? Relinquit autem eum fame moriturum, aut alimentum quidem præbet ad esum, sed per alienigenam aliquem & incircumcisum? Multum abest, sed vt per omnia omnipotentes eius vires & ineffabilis misericordia fieret manifesta, diuina quidem manu obstrunxit ora leonum: vel potius ipsi seipſos compri- munt ac contrahunt, angulos subeunt, & nec sacrum corpus omnino audentes attin- gere:

gere: sed tanquam quidam satellites benevoli ac fideles, suum Regem custodientes, & quos nec famis quidem meminisse sinebat qui eos virgebat metus.

Erat autem aliis quidam Prophetæ in Iudea, is erat sacer Abacuch, quem scio satis omnibus esse notum. Is ergo cum panem in disco communisſet, & ius ei immisſet, abibat vt ferret ad mesſores: erat enim tempus æstatis. Angelus autem Domini ei apparuit, & iusſit eū id ferre Babylonem ad Danielem. Cum is verò ignorantiam, & esse maximum quod intercedit spatum, & quād difficile esset imperatum, adduceret, protinus Angelus comam capitis apprehendit, & momento temporis impetu ducentus spiritus expansus lœtit super lacum, & appellauit Dei vinclum, & dixit: Accipe hanc coenam quam Deus ad te misit, tu magnam curam gerens. Hæc Abacuch. Magnus autem Daniel in contritione spiritus, & humilitate animæ: Meminit verò mei Deus, respondit. Fidelis vox est re vera famuli, quomodo bonus quoque Dominus eius curam gerit. Deinde cum accepisset, comedit. Ipſe aut Abacuch cum eadē rufus virtute illud immenſum transuolasset spatiū: o celeritate, o diuinam perniciatem, momento temporis ita suo fuit loco restitutus, vt nondum preteriſſet hora prandii, mesſoribus. Atque hoc quidem cum sit planè solis Dei opus, & eius immensa potentia, maius ex se habet miraculum, quād ut id posſit allequi sermo vel cogitatio. Atq; sex quidem dies sic trāſierunt, Daniele in lacu conseruantes. Cyrus autem septimo die abiit, vt amicum iam lugeret mortuum. Cum vero defixisset, & vidisset ipsum in lacu sedentem illæſum, magna voce laudauit Deum rerum admirabilum, & magis quād prius Darius, & illiū quidem illinc quāmprimum extraxit, eos autem qui ei temere inuidebant, continuo demisit deuorando à leonibus. Sic etiam in Gentibus cognoscitur Deus iudicia faciens, vt in operibus magniū ipforum comprehendantur peccatores, prouidens modo ineffabili. Fuit ergo postea Daniel & Regis coniutor, honoremque & gloriam apud ipsum est consecutus supra omnes eius amicos. Sed & rufus admirabilis Daniel coniunctus faciens, & perseverans in ab initio cepta abstinentia, rufus talibus est dignus habitus contemplationibus. Fui enim, inquit ille, tres dierum hebdomadas 3 ieiunans: panem enim desideriorum non comedi, & caro, & vinum non intrauit in os meum, & vnguento non fui vñctus, donec impleti essent dies trium hebdomadarum: & vicesimo & quarto die primi mensis, ego sedebam propè magnum flumen Chobar, & sustuli oculos meos, & vidi. Et ecce vir induitus sacra ſtola, & lumbus eius accinctus auro Hophatz, & corpus eius tanquam Tharsis, & vultus eius tanquam asperitus fulgoris, & oculi eius tanquam lampades ignis, & brachia eius & tibiae tanquam asperitus relipientis, & vox verborum eius tanquam vox tubæ. Hæc vidi, & virtus mea defecit a me, & gloria mea conuerta fuit in interitum: & continuo cado in terram, & ecce manus me tangens, erexit me super genua mea: & attende, inquit, ad me, Daniel vir desideriorum, & ſta in statione mea. Quoniam nunc ego mihiſſus sum ad te. Quoniam à primo die quo dedisti cor tuum vt humiliareris coram Domino Deo tuo, ego veni ad te: & Princeps regni Persarum stetit contra me viginti & vñnum diem: Et nun̄ ēſto vir fortis & robustus, quoniam ego ſum tecum. Hic multa quidem futura, qui apparuit Angelus Prophetæ, mystice annunciat, de regno Persarum & eius euerſione, & ad quos erat deuenturum. Deinde etiam de Regina Austri: quæ quidem postea finem accepérunt, & scripta sunt in libris quis vocatione Machabæorum. Non ex his autem solis, sed etiam ex alijs, Daniel apparuit magnus in contemplatione, & admirandus intelligentia. Et vt alia omittamus, quod de Susanâ factum est iudicium, quod diu ante fecit cum eſſet adhuc iuuenis, quidnam reliquit intelligentia quid id poſſit ſuperare? Quæ quidem cum fuiliter marito fidelis, morte autem eſſet damnata ex iniquissima calumnia eorum qui illam impudicis asperxerant oculis, & erat ſimilia paſſura ijs quæ Joseph paſſus est, qui illunc tunc eripuit, is eam quoq; admirabiliter ſeruat per Danielm, qui sapiente iudicio ſeniorum conuicit malignitatem: & eos magis morte dignos ostendit, & vt mortem patenterit efficit. Cum tanta eſſet intelligentia, tanta gracia, & tam magnis dignis eſſet habitus contemplationibus: cumque ipſa Dei arcana, & duplicitis verbi aduentus mysteria ſpiritu eſſet contemplatus: quæcumque ſunt alijs pluris facienda, & quæcumque ſunt euentura in fine ſeculi: & eam quæ tunc erit afflictionem: & hominum ex terra aggere reſurrectionem, & sanctorum gloriam, & impiorum ignominiam, quæ numquam definit: & Dei profundæ, quantum potest is qui eſt cathe indutus, per ipſa ſcrutantem ſpiritu cognouit. Deinde vinculo ſolitus, terra terræ lubenter tradita, ad Deū quem defiderat, id vñclero abigit, cum his tribus & amicis pueris, & Prophetis perpetuo conuerſans, & nec à nobis quidem quod ad 4 defendendum & adiuuandum attinet abſcedens. Ad gloriam patris, & filij, & ſpiritus sancti ſupernaturalis, & diuinæ Trinitatis. Quæ decet honor & adoratio in ſecula ſeculorum.

A M E N .

V I T A

³ Ecce in ſancto
viro abstinentia
ieiuniū, ex alteris
delectum.

⁴ habet hic fidio, etiā post mortem no-
biscū eſſe, ad defen-
dendū & adiuuāndū
dum.

VITA SANCTAE SVSANNÆ

vxoris Ioachim, per D. Zenonem Episcopum Veronensem scripta.

Ego sermone 7.
d. O. Zeno-
rus Episcop. Ve-
ronensis de ru-
dicta laudibus.

Susanna columen matronatus, in affectatae formæ pulchritudinis ornamenti, in signe pudicitiae testimonium, è senioribus duo, sed uno incensi prodigio, secus quam decuerat, deperire coepérant. Quam cum aduertent muro castitatis (quæ certè vera est & æterna formositas) in paradyfi solitudine, vbi Euam ab autore operis sui meminerant esse deceptam, circumcincti, hanc re ipsa nacto confilio, capere dolo aggrediuntur: ac nini culpe succumbat, veluti adultere deprehensa magnum minitantur exitium. At illa non Eusebii ancipiū quidem meru contemplatione perculta, cuius aut pudor esset ingulandus, aut anima, conscientia sua conscientiam solum conteftans Deum, honestam potius elegit mortem, quam vitam turpem, melius credens hominibus se ream præbere debere, quam Deo. Interea instant illi ex amatoribus accusatores effecti, crimenq; suum in simplicatem circumuentae transfusum, artificiose dum exaggerant, exinde iam priores se ipsi condemnant. Verum proh nefas, creditur ætati, creditur autoritati, exultant adulteri, damnant integratas. Iam iamq; Susanna ad supplicium immerens trahebatur, iam totus populus in eius sanguine tumescebat, iam sui quoq; familiares nouæ rei atrocitate percussi miserabiliter ingemiscentes, dimisissis capitibus omne studiū defensionis abiecerant, iam etiā ipsa pudoris compendio mortis oderat moras: omnibus dispiens, sed soli sue conscientiae placens, cùm subito, quamvis versutia qui fallitur nunquam, adest in Daniele puer Deus. Omnen repente malitia scenam diripuit, prodiutum crimen properè recluditur: sed scelus suos redit in autores, purgaturq; per innocentiam pudor. Sicq; Susanna quam impudicitia mentiente in publicum traxerant, probatam & vindicatam ad mariti thalamos cum ingenti triumpho viætrix pudicitia reportauit. Sed & quantum es miranda pudicitia, qua aliter laudari te non vis, quam ut custodiaris, solo bono conscientiae ornamento conteta. Tu in virginibus felix, in viduis fortis, in coniugijs fidelis, in sacerdotibus pura, in martyribus gloria, in Angelis clara, in omnibus vero regira. Tu nunquam carni, nunquam vlli subiaces legi. De voluntate nasceris, sed bono puritatis voluntarem ipsa pari: quia voluntas sit voluptas postmodum tua, cùm per eam quotidie tricenos, sexagenos, centenosq; colligis fructus. Tu in pauperibus diues, in diuitiis ditor, æqualis in omnibus consimilaris. Tu es honor corporum, tu thesaurus animalium, tu fundamentum, culmen, ac fructus cuncti coæquorum. Tu tui propositi insolubilis nodus & æternus. Per te legitima ieiunia celebrantur, per te allegatae priusquam formenter, acceptantur preces. Te es sacrificium Deo charum, tu legitimū Dei templum, sacrarium pudoris. Te corrumpio intrare non nouit, per te seculi vincitur, concupiscentia omnis eliditur, diabolus subiugatur. Antichristus non timetur, spiritus sanctus inducitur, glorificatur Christus, Deus pater omnipotens propitiatur. Postremo ille felix in futurum regnabit, qui tecum illò peruenierit. Amen.

AD HVC DE BEATA SVSANNA, PER
D. Ambrosum Episcopum.

Habetur in libr.
eius de fuga fe-
culi, cap. 9.

Fvgiamus hinc sicut fugit de patria sanctus Jacob. Sciebat enim veram patriam esse superiorem. Fvgiamus sicut cerui ad fontes aquarum, quos fitiebat David. Siciat & anima nostra. Quis est ille fons? Audi dicentem: Quoniam apud te est fons vita. Huic fonti dicat anima mea: Quando veniam, & apparebo ante faciem tuam? Fons enim Deus est. Sed qui hunc fontem desiderat, effundat super se animam suam, vt nihil pestifoniae carnis relinquit, sed vbiq; anima superfluat. Pulchre eam effudit Susanna, vt evaporare in ea nō possent in cœdia corporis, mortis formidiner, vite & pudicitates. Iffusa super ipsam anima, cuncte restinxit, carrale delerit in, seculare studiū. Quæ etiā prodigiosum semin & imprudentium præbyterorum multum flammam restingue, nisi in his libidinis profluvium redundasset. A quibus cum interdebet calmina, si essentis negaretur adulterio, ingemuit Susanna & dixit: Angustia mihi adfuit vndiq;: si enim hoc fecero, morte æterna perib: si autem non fecero, non effugiam manus vestras: Melius tamen iudicavit crimen potius fugere, quam periculum. Plorauit itaq; cùm crimen obijeretur, plorauit cùm in sibi de pudica & casta adulteri iudicium vendicarent, non mortem deplorare, sed castitatis calumniam. Religionis iniuriam plorauit, & effudit super se non corpus sed animam. Iffusisset enim corpus, si carnibus acquiesceret. Deniq; cùm morte damnaretur, exclamauit quafiuide reorum, arbitra calumniantium: & innocentis conscientiae autoritate, diuinum sibi in iudicium acceruit cognitionem, non timore mortis percita, sed arguentis censure potestate percusa. Susanna ergo fugit

S A N C T O R V M H I S T O R I A . P A R T I . 67
fugit seculum, & se Deo creditit, ad illam arcem ciuitatis æternæ fugiens, quæ totum mundum complexitur, quoniam intra Deum sunt omnia.

VITA ADHVC SANCTÆ SVSANNÆ, PER
D. Zenonem Episcopum Veronensem scripta.

Habetur libro 12.
sermonū eiusdem
sermon. 37.

Votescunq; in hoc peruerso seculo contra laudabiles viros multiformes tenduntur infideli, & diuersis calumniarum generibus factiosæ emeriserint causæ, quid homo pestilens excogiteret, vel quid diabolus machinetur, non metuat iustus, quia cum illo est Deus. Inde Susanna illustris Hebreæ, vere decus pudicitiae, docuit feminas sua castitatis exemplo. Stabat Susanna in iudicio perditorum, falsorum testimoniis oppressa mendacijs, conscientia tamen bonus contenta secretis, non tam rea suscepturna sententiam, quam dictata Deo pro castitate fortiter moritura. Et quam iudicantium sententia prava deiecerat, illustris conscientiae integritas erigebat. Sufficit ergo pudicitia conscientia, testis est Deus. Non despexit castitas quid falsi dicerent testes, aut qualiter iudices circumuenti damnarent. Non deinde qualiter diabolus infamaret, qui non potuit pudoris fundamenta subvertere. Ibat ad supplicium non adulterii corpus, in quod extrema libido senilis exaserbat: sed quod infamauerat diabolus, & quod protexerat virtus, & ornabat pudor illæsus. Tunc in pueru sancto Daniele spiritus sanctus ingressus ait, cùm illa ad supplicium duceretur: Kuertimini ad iudicium, falsum enim isti contulisti tunc de ea. Stupet populus, quod à supplicio ad iudicium repetendū reuocaretur addicta. Falsos testes paucorū inuidit, trembit diabolus, quod ipsius commēta nudentur gaudent Angeli, quod opprelle veritas tandem defendatur in terris. Triumphantem, quod castam inuenit coniuge, lætatur familia omnis, quod in ea nihil inueniat fama quod feriat. Cruciat diabolus, quod nulla ex parte suam perficerit voluntatem. Nec enim adulterium quod factum diffamabat exercuit, nec homicidium quod procurabat, inuenit.

ITEM DE SANCTA SVSANNA, PER D. IOANNEM
Chrysothomum Episcopum Constantinopolitanum.

Est Horni. que
habetur circa 8.
nem Tom. 1.

Diuina lectiones, & sancta oracula Dei, quæ insonerunt auribus vestris, nidum faciant in mentibus nostris. Non volent, & transeat, aut sedeat, & descendant. Nam si passer inuenit sibi domum, aut tutur: nidum vbi ponant pullos suos, quanto magis passer verbum Dei? Audiuitus de Susanna lectionem. Adiudicetur pudicitia coniugalis, & tam firmo fundamento innaturat, muroque valletur, vt insidiantes repellat, & falsos testes coniunctat. Remanerat casta mulier moritura, nisi adfret qui videbat, quod iudicantes latebat. Conscripta sunt verba eius: O angustia mihi sunt vndeque, si enim hoc fecero, mors mihi est: si autem non fecero, non effugiam manus vestras: melius est autem mihi manus vestras non euadere, quam me peccare in conspectu Dei. Contemnebant quod audiebat, quia timebat eum, quem nihil facebat: Ait ergo: Angustia mihi vndeque. Sed expectabat eum qui saluum faceret à pugillanimi tempestate falsorum testimoniis, tanquam ventum malorum. In illis tamen ventis & fluctibus naufragium castitas non fecit, quia Dominus gubernavit: adfuit precanti, exaudiuit quam nouerat, nec deseruit, ne moreretur, cui subuenit, ne adulteraretur. Excitauit Deus spiritum sanctum Danielis, adhuc nouelli estate, sed robusti fidei. Et quia erat in eo propheticus spiritus, continuo nequisimorum seniorum vidit fallaciam. Sed quod ille intuebar, prouidentum erat, quo modo cœteris monstraretur. Falsi, inquit, testes sunt, redite in iudicium. Quid pluribus? Apparuit falsitas. Susanna ergo religiosa mulier, & pudica coniux, erat vtiq; quandoq; moritura: & ipsa quandoq;. Et si tunc esset mortua, pudicitia quid obficeret, dñi caro conderetur sepulchro, & castitas redderetur Deo? Putatis enim fratres, tanquam ad magnū meritū pertinere, si falsi testes non præualeat super innocentem. Non est magnum meritū, si non præualeat falsum testimonium aduersus innocentem, si aduersus Dominum nō præualereret. Ipse Dominus noster Christus per lingua falsorum testimoniis est crucifixus. Sed etiam ipsi quidem falsi testes ad horam præualuerunt, resurrecto quid noverunt? Demonstrauit ergo seruus exemplum, ne falsos testes perhorrescant: & cum crederentur, non timeant. Possunt enim facere malam famam, non possunt interficere conscientiam. Liberari sunt tres viri de camino ignis ardantis, adfuit Deus coruus, & in ipsa deambulatione laudes dixerunt Deo: adfuit Deus eorum. Nunguid defuit Deus eorum? Illi euaserunt isti mox arserunt, vtiq; tentati. Hi carne consumpti, illi carnis illæsi, sed vtiq; coronati. Quid ergo liberauit Susannam mulierem castam: coniugem fidelem à falso testimonio seniorum, ipse liberavit & virginem Mariam à falso suspitione. Inuenta est ergo & virgo illa pregnans, ad quam vir nō accesserat, vterus quidem testu tumuerat, & virginalis in-

F iiiij tegratas

tegritas manerat. Seminatorem fide conceperat, Dominum in suum corpus assumperat, non eius corpus violari permisit. Merito tamen tanquam homini venit in suspcionem. Aliunde esse credebat, quod de non esse sciebat, & ipsum alium de adulterio suspicabatur. Quare dignus fuit ab Angelo corrigi, quia nonnulla erat maleola suspicio. Maleolae suspitiones sunt calumniantiū: benevolē suspitiones sunt gubernantium. Licuit cuiquā de filio maleolē suspicari, sed filio non licet calumnari. Vtq; suspicaris malū, sed optas inuenire bouū. Qui benevolē suspicatur, vine cupit. Tunc enim bēne lētatur, quando falsum inuentū fuerit, quod maleolē suspicabatur. Talis erat Ioseph circa coniugē suam, cui corpore non erat mixtus, sed tamen iam fide fuerat copulatus. Venit ergo & virgo in falsam suspicionem, sed sicut pro Susanna affluit in Daniele spiritus, sic pro Maria, Domini fuit Angelus. Ad Ioseph inquit Angelus: Noli timere accipere Mariā coniugē cuam: quod enim de illa natū fuerit, despiritu sanctō est. Gaudebant paulò ante coīugatā ad Susannā: gaudent virgines ad Mariam, vtræq; tenebant charitatem: illæ coniugalē, illæ virginalem: vtræq; enim castitas habet apud dominum meritū. Ergo vñusq; fratres mei pro dono quod accepit, certet in hoc seculo, vt vineat in futuro. Per Christū Dominum nostrum, qui viuit & regnat cum patre & spiritu sancto, per omnia secula seculorum. A M E N.

*a. Castitas habet
meritū apud Dō
mīnum.*

Habetur in librō,
eius de vita pro
phetarum.



¶ VITA ET MORS OSEE PROPHETÆ, PER
D. Epiphanius Constantiae Cypri Episcopum scripta.

¶ See Propheta filiu Beeri, & in Belorionth de prosapia tribuque Isachar progenitus, signum dedit & prodigium, Dominum scilicet venturum cœlitus in terram: certe rūm fore indicium aduentus eius: Si querens illa in Selom findatur à seipso in portiones bis senas, & fierent totidem querusc. Et accidit ita. Ceterūm de fornicatione, & stupro gentis suæ vaticinatus est haud parum. Vitam cū posuisset in pace, propria terra humatus est.

¶ ITEM VITA OSEE, PER D. ISIDO
rum Episcopum Ispalensem scripta.

¶ See de tribu Isachar, ortus in Bernoth: hic pronuncians dedit signum: Veniet Domīnus in terrā, si querous, quæ est in Silo, in fermetips duodecim diuisa fuierit partibus, totidemq; querusc efficerit. Hic in terra sua sepultus, placita quiete dormiuit.

¶ VITA ET MORS IOELIS PROPHETÆ, PER
D. Epiphanius Constantiae Cypri Episcopum scripta.

¶ Oel Propheta ex agro Bethor, de terra Rubin oriundus, permulta quoq; super Hierusalem prophetauit, & de consummatione gentiū vaticinatus est. Hic quoq; anima effauit, ac desit viuere. Estq; cum honore & gloria humatus in Bethor.

¶ ITEM VITA IOELIS PROPHETÆ PER D.
Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.

Oel hic fuit de tribu Ruben, natus etiam in agro Betheron, vbi in pace mortuus est atque sepultus.

¶ VITA ET MORS AMOS PROPHETÆ, PER D.
Epiphanius Constantiae Cypri Episcopum scripta.

¶ Amos Propheta è Thecue de terra Zabulon oriundus, parens fuit Eliae Propheta. Ab Amasia autem sacerdote Bethel iugiter vapulás, infidjūs & conuictiis notatus est. Postremo verò filius Amasia clavo seu fulte eum feriendo secundum tempora occidit, quod ipsum de infidjūs duarū iuuenarum ex auro sugillasset. Ceterūm adhuc Ipirans in patria terram profectus, & inibi fato functus, cum maioribus suis vñā sepultus est.

¶ VITA AMOS PROPHETÆ, PER D. ISI
dorū Episcopum Ispalensem scripta.

¶ Mos pastor & rusticus, ac sicomorus vellicans, Propheta non generē, sed gratia vocatis. Hic autem fuit ex oppido Thecue, quod distat ab australi plaga sex milibus contra Bethleem. Ultra autem nulla est habitatio, sed sola eremī diffusa vastitas, patens usque ad mare rubrum, arque à mari rubro usque ad Indorum fines solis tantum pastoribus concessa, & late vagantibus pecoribus exacta pastorali regione. Fuit Amos viuis de numero pastorum, quem Dominus ablatum misit ad populos Israel, precipiens ei ut Samariā pergeret,

Habetur in librō,
eius de vita pro
phetarum.

Habetur in librō,
eius de vita pro
phetarum.

Habetur in librō,
eiusdem de parti
bus veteris tes
tamenti.

S A N C T O R V M H I S T O R I A .
Parte I. 69.

geret, & ibi quæ ventura erant prophetaret. Quem Amasias sacerdos frequenter plagis afflictit, & nouissimè Ozias filius eius ueste per tempora trāfixo, crudeli morte necauit. Post hæc semiuersus vectus est in terram suam: & post aliquot dies dolore nimio vulneris, anima cunctatim efflauit. Sepultus est cum patribus suis.

¶ VITA ET MORS ABDIÆ PROPHETÆ, PER
D. Epiphanius Constantiae Cypri Episcopum scripta.

¶ Abdias Propheta oriundus erat ex Sichen, agroq; Bethachamar. Hic est vates ille qui telegram: semiuersum egit, cuiq; pepercit Helias Thesbyes. Descendit vt conueniret Regem: posthac verò regiæ ordinationis desertor adhæsit diuinatori Heliae, & factus est discipulus eius, cuius gratia plurima sustinens, seruatus est. Suum autem diem obiens ille in agrō Bethachamar, cum patribus suis capulum obtinuit.

¶ ITEM VITA ABDIÆ, PER D. ISIDO
rum Episcopum Ispalensem scripta.

¶ Abdias de terra Sichen, ortus ex agro Bethagmar: ille est ille dux, cui pepercit Helias. Qui postmodum relicto Ozeæ Regis ministerio factus est Heliae discipulus, & prophetauit, qui etiam morte propria obiit, sepultusq; est cum patribus suis in Sebastea ciuitate, vbi & Heliae Propheta, & Baptista Ioannes venerabiliter requiescunt.

¶ ITEM ALIA ADHVC VITA ABDIÆ PER
D. Hieronymum præsbyterum scripta.

¶ Iunt Hebraei Abdiam esse qui sub Rege Samaria Achab & impissima Iezabel patuit centum Prophetas in Ipecubis: qui non curuauerunt genu Baal, & de septem milibus erant quos Helias arguit ignorasse: sepulchrumq; eius vñq; hodie cum Mausoleo Heliae Prophetae, & Baptistæ Ioannis in Sebaste veneratione habetur, quæ olim Samaria dicebatur. Hanc Herodes Rex Iudeæ Antipatri filius in honorem Augusti Cæsar, Græco sermone vocauit Augustam. Hic igitur quia centum Prophetas aluerat, accepit gratiam prophetalem: & de duce exercitus fit dux Ecclesiæ. Tunc in Samaria paruum gregem paterat: nūc in toto orbe Christi pascit Ecclesiæ, & φερούμενος sicut in Actis Apostolorum Stephanus martyrio coronatus, ita & hic seruus appellatus est Dominus.

¶ VITA ET MORS IONÆ PROPHETÆ, PER D.
Epiphanius Constantiae Cypri Episcopum scripta.

¶ ONAS Propheta, patria fuit ex terra Cariathamaum, haud procul ab Azotio, to vrbe Græcorum mari vicina. Ea erat Helias propheta redarguebat Achab principem Samariae. Is vbi ingentem in eam super terram vocasset, corripuit se in solitudinem, vbi à coruis altus, de torrentis vnda sitim sedauit: & quādā torrens exaruit, esuriebat, migravitq; in Saraphtha Sidonie ad seuminam quādam viduam pauperculam genitricem Ionæ, ingressusq; est ædes ipsius. Mulier autem nihil reliqui fecit in his quæ ei mandauit. Mandauit eriam, & benedixit tam in frumento, quādā in oleo. Et commoratus est cum eam cum in eircuncis confuetudinem habere non poterat. Cum autem post hæc filius vidua eius fato functus esset Ionas, resuicit eum Deus per Heliam, restituitq; ipsum iuuenem suę genitrici iuuentem propter hospitalitatem. Vbi igitur ad iustum prouectus esset etiam Ionas, ablegatus est in Niniue ad Assyrios: cumq; studebat effugere Dominum, absorptus est a ceto in itinere, profecturus in Tharlos: Egressus verò rursus balnam, predicauit in Niniue, Tum, resipue Niniuite coram Deo, & reddiderunt Deum sibi propitium. Mores autem affectus Ionas, natale solum repetit, neque domi permanendum ducebatur: verò assumpta parente sua, in Sur peregrinatus est, regionem alienigenarum. Inquit enim: Ne forte exprobretur, vanam existere meam prophetiam contra Niniue. Cū frequentaret itaq; terram Saar, vita ibidem fuctus in specu Cenesæ iudicis humatus est. Prophetauit autem vates ille. Quod vbi consiperent olim in Hierusalem innumeræ gentes ab occusu, tunc radicibus populareretur ea ciuitas, & euerteretur funditus.

¶ ITEM VITA IONÆ, PER D. ISIDO
rum Episcopum Ispalensem scripta.

¶ Onas, Columba, vel dolens, filius Amathi, qui fuit de Geth, quæ est in Offre, gentium praeco mittitur, missus contemnit, contemnens fugit, fugiens dormit, propter quem perierat.

Habetur in librō,
eius de vita pro
phetarum.

Habetur in librō,
eius de patribus
veteris testamē
ti.

Habetur in librō
Commenta eius
dem super eundē
Prophetam in
principio.

Habetur in librō,
eius de vita pro
phetarum.

Habetur in librō,
eiusdem de parti
bus veteris tes
tamenti.

relictitur natus, sed fors latenter reperit. Cetus obiectum voratum orantem reuomuit. Reiectus praedicavit subuersione Niuiue. Sed constitutus in penitentia vrbis, & salutem inuidit. Gaudet etiam hederæ virentis vmbraculo, & dolet subito arescenti. Tradunt Hebrei, huc esse filium viduæ, quæ à mortuis suscitauit Helias. Sepulchrū eius in quodā vribum Geth vniculo demonstratur, quod est in secundo miliario Sephorim itinere quo pergitur Tyberiadē.

ITEM VITA ALIA EIVS DEM PROPHETÆ,
per D. Hieronymum Praesbyterum scripta.

Habetur in pro-
emio eiusdem His-
torymi in librū
commentariorū
super eodē Pro-
pheta.

Veritimus Jonas Prophetæ, excepto volumine suo, & Euangelij, hoc est, Domini de edicti monio, vbi alibi in scripturis sanctis lectus sit? Et mihi talor, in Regnum volumine de eo ita scriptum est: Anno quintodecimo Amathie filii Iosas, Regis Iuda, regnauit Hieroboā filius Iosas Regis Israēl in Samaria, quadraginta annis & uno. Fecitq; malū coram Dño, & non recessit ab vniuersis peccatis Hieroboā filii Nabath, qui peccare fecit Israēl. Ipse conuertit fines Israēlis in Samaria ab introitu Hemach, vñq; ad mare solitudinis, iuxta verbum Dñi Dei Israēl, quod locutus est in manu seruī sui, Ion̄ filii Amathi Prophetæ, qui fuit de Geth, quæ est in Ophir. Tradut autē Hebrei, huc esse filium viduæ Sareptanaæ, quæ Helias Prophetæ mortuum suscitauit, matre postea dicente ad eū: Nunc cognoui, quia vir Dñi es tu: & verbū Dei in ore tuo est veritas, & ob hanc causam etiā ipsum puerū sic vocatū. Amathi eum in nostra lingua veritatem sonat: & ex eo quod verum Helias locutus est, ille qui suscitatus est, filius esse dicitur veritatis. Porro Geth in secundo Sephorim miliario, quæ hodie appellatur Diocesaria euntibus Tyberiadē, haud grandis est vieculus, vbi & sepulchrū eius ostenditur. Quanquam alij iuxta Dioſpolim, id est, Liddam, eum & natum, & conditum velint: non intelligentes hoc quod additur, Ophir: ad distinctionem alterum Geth vribum pertinet: quæ iuxta Eleutheropolim, siue Dioſpolim hodie quoq; monstrantur. Liber quoq; Tobiae licet non habeatur in canone, tamen quia vñspatur ab ecclesiasticis viris, tale quid memorat, dicente Tobia ad filium suū: Fili, ecce seniū, & in eo sum, vt revertar de vita mea. Tolle filios tuos, & vade in Medium fili: scio enim quæ locutus est Jonas Prophetæ de Niuiue, quoniam subuertetur. Et re vera quantum ad historias tam Hebraeas quam Græcas pertinet, & maxime Herodotum, legimus Niuiuen regnante apud Hebraeos Iosia, & Alyage Regé Medorum, suis subuersam. Ex quo intelligimus primo tempore ad Ionae prædicationem acta penitentia, Niuiuitas veniam consecutos, postea verò in pristinis vitijs perseverantes, Dei in se prouocasse sententiam. Traduntq; Hebrei, Osee, & Amos, ac Ionam iisdem prophetae temporibus. Hoc quantum ad historias pertinet fundamenta. Cæterum non ignoramus Chromati papa venerabilis fidoris esse vel maximū totum Prophetam referre ad intelligentiam Salvatoris, quod fugerit, quod dormierit, quod præcipitatus in mari sit, quod suscep- tū a ceto, quod ejectus in litus penitentiam prædicari, quod contristatus ob salutem vrbis innumerè cucurbita sit delectatus vñbraculo, quod reprehensus à Deo, cur maiorem curam haberet hebreis virentis, & exempli ardor, quam tanta hominum multitudinis: & cæterā quæ in ipso volumine explanare intemur, & tamen ut totum Prophetæ sensum breui præfatione comprehendant, nullus melior typi sui interpres erit, q; ipse qui inspirauit Prophetas, & futura veritatis in seruis suis lineas ante signauit. Loquitur ergo ad Iudeos sui sermonis incredulos, & Christum Dei filium nescientes. Viri Niuiuitæ surgent in iudicio cum generatione illa: & condemnabunt eam: quia penitentiani egerunt in prædicatione Ionae: & ecce plus quam Iona hic. Condenatur generatio Iudeorum credente mundo: & Niuiuitæ penitentiam, Israel incredulus perit. Illi habent libros, nos librorum Dominum: illi tenentes Prophetas, nos intelligentiam Prophetarum: illos occidit litera, nos viuificat spiritus: apud illos Barabbas latro dimittitur, nobis Christus Dei filius solvit.

ITEM ALIA ADHVC VITA IONÆ PROPHETÆ,
per D. Zenonem Episcopum Veronensem scripta.

Et secundo ser-
monum eiusdem.

HVMANÆ DEUOTIÖNS RELIGIOSA CONFESSIO EST, DE DÑO HOC NOSSO QUOD LICITUM EST. Sicut enim in simplici corde scrutanda sunt testimonia eius, ita curiositate non sunt inquirenda secretæ. Quis enim causas naturaſq; celi huius & superiorum sciat? Quis corpoream aeris huidū, vt quidam putant, inanitatem se differre posse mentiarū? Quis terram aqua portari, an aqua terre gremio conteneri se nosse præsumat? Quis spiritus aërios, quis figuræ ventorum: quis inter marinos aëris fluminum augmenta: quis deniq; opificium Domini, Dei: quod confitum se deprehendit glorabitur, cum Apostolus dicat: O altitudo diuinitatū sapientie & scientie Dei, quam inenarrabilia sunt iudicia eius, & quam investigabiles viae eius;

eius? Quis enim cognovit sensum Domini? Non enim in horum inquisitione exæstuantur Propheta dicit, De profundis clamavi ad te Domine. Clamat namque de profundis, id est, de imis præcordijs: Clamat de profundis, sed quibus septus erat molestus ac tristis, calamitibus humanis: & clamat, non voce, sed corde: non clamore, sed fide, quam scit Deum liberter audire. Hoc igitur è profundo clamans similiter Petrus impetravit à Domino, vt profundi marii lubricos sinus, insubditaque humanis gressibus liquidi aquoris terga, quibus viator trepidus absorbebat, & perambularet pariter, & euaderet. Clamat de profundis & Paulus obrutus calamitatibus beatis, cum pro nomine Domini latrones in itineribus, latrones in ciuitatibus patitur: Cum à Judeis virginem caelum, naufragio trino, diluitur: cum infanti populi furibunda tempestate lapides imbribus feliciter grandinatur: cum in profundo mariis die demoratus ad nocte, ad Deum clamans, incolumis inde respuitur Jonas Prophetæ, qui ad Niuiuitas missus à Deo est, eorum ut imminere ciuitati interitū nunciaret. Ingentibus enim peccatorum sarcinis premebantur. At ille alio deflexus itinere, naue Tharsos petitus ascendit. Cum subito compugnantum ventorum flatu violento lacescitum fremit mare, sollicitique gurgitis præemptorum montium causis voluminibus, repugnantum littorum spumantia ora contundens, minatur per momenta naufragium, procellæ crebrescentes insaniunt, horrendum sibilant funes, gemunt cedentibus velis antennæ, retinuſa vnde iter non inuenit prora: trepidant naute, festinant in cassum iactura vasorum nauem leuare ponderibus, quæ Prophetæ pondere premebatur. Tum Jonas, quem solum expectabat bona illa tempestas, forte eductus, naufragus redditur, imò à nauigio ad nauigium vitale transfertur. Qui vñ est dimissus in altum, serinæque voragini est receptus hospitio, vigilat in ceto, qui stertebat in naui. Mira res. Post naufragium, post natale sepulchrū, incolumis tertio post die Niuiuitas lustrabat, terribilibus oraculis salutem ciuitati credulæ præstaturus. Quantum datur intelligi fratres. Nauis typus est synagogæ: eius præceptam, sacerdotiale corpus accipimus: nautas, Scribas & Phariseos: iacturam vasorum, repudiationem prophétarū, omniumque sanctorū, quos synagoga pulsos Iudei in damnā salutis suæ, indignis cædibus mactauerunt. Venti saeuentes, diuersi sunt Reges, qui Iudeam lugubri clangore tubarum, armorumq; fratrebus, instauribus vnde præliorum procellis, miserabiliter per totum orbem dispersere terrarum. Jonas in naui dormiens, sacramenti dominici imaginem præferebat. Etenim significabat nauis materia crucis: somnus verò pafionis, Mare autem, mundus est iste tumidus: fluctus eius, Iudeorum populū & Gentes accipimus, qui aduersus Deum inaniter fremuerunt. Sors Ionae præcipitandum prodidit, prophetia paſſuimus. Dominum predicanū, utrosque volentes: illum conditione, Domini pietate. Cetum esse non dubitatu infernum. Sicut enim Jonas tribus diebus & tribus noctibus fuit in ventre ceti, euomitusque Niuiuitæ intulit ciuitati, ita Dominus postridie ab inferno resurgens, se ciuitati Hierusalem intulit ante quām celo. At verò Niuiue, imaginem portat Ecclesie, in qua Gentium iam inde noſter populus morabatur, quæ non in cassum à Deo magna ciuitas dicitur est. Erat enim futurum, ut omnium nationū in Christo credentibus populis totus orbis Deo vna ciuitas redderetur. Deniq; comparatione salutaria gesta confirmant, quæ & in nobis manent. Ut est, fratres, Niuiuitas nuntiunt interitus, credunt & timent. Et quando scint Dñm non esse mendacem, tanto propensiū eius de pietate præsumunt. Statiq; actus veteris vitæ damnantes, pro salutē redimenda non solito more ad stupidā simulachra concurrent, non aris scetentibus funnellos excitant ignes, non thura cremant, non merum profundunt, nec pecudum inexpectata morte rapti ecoris spirantib; consulfunt fibras, nec per variis avium volatus conjecturis inanibus, flatum plumæ salutis inquirunt: sed à suo corde remedium salutare depositunt, spiritumque suum tota humilitate contrubilatum ambitione sacrificant. Sicq; legitime celebrata penitentia, Deum sibi propitium reddiderunt. Quod & nos & fecimus, & facere plerunque debemus, ut & præsentis temporis tentaciones, & futuri iudicij evadere mereamur. Per Christum Dominum nostrum.

ITEM VITA ET MORS MICHEÆ PROPHETÆ, PER
D. Epiphanium Constantiæ Cypri Episcopum descripta.

Habetur in librū
eius de vitiis pro-
phetarum,

Michaëas Marathides propheta, de tribu Ephraim oriundus, cum plurima designasset Achab Regi Iuda, ab eiusdem filio, cui nomen Ioram, præcipitatus, occubuit: ed quod de iniquitatibus suis, progenitorumque suorum, quas perpetraverat, redarguisset. Is mortis carcere liberatus, in Marathi, propria terra planè solitarius tumulum sortitus est iuxta Polyandrum. Est quidem monumentum ipsius usq; ad hodiernum tempus nobilissimum.

ITEM

¶ ITEM VITA MICHEÆ, PER D. ISIDO-

rum Episcopum Ispalensem scripta.

Habetur in libr.
eius de patribus
veteris testam.

Nicheas de tribu Ephraim in Morasti ortus. Hic quoniam peccantem Achab sibi ar-
guebat, sub Ioram filio eius de precipito valde porrecto iactus occubuit. Sepultus est in
terra sua iuxta Polyandrum, prope Nain.

¶ VITA ET MORS NAHVM PROPHETAE, PER D.

Epiphanius Constantiae Cyri Episcopum descripta.

Habetur in libr.
eius de vitiis pro
phetarum.

Nahum Propheta natus erat ab Helkeli trans Iordanem fluvium versus Begabar, de
tribu Simeon. Hic est Propheta ille, qui post Ioram ostentum dedit super Niue; Quod ab aquis dulcibus, igneque terreno olim vastaretur. Id quod tandem contigit.
Quippe eam ex terræmotu igne vindicta ambiente, mox etiam aqua de solitudine superuenies,
sublimiores etiam omnes virbis locos occupauit. Expirauit vero Nahum animam in pace,
& in Begabar Sedibus ille suis placidis in morte quietivit.

¶ ITEM VITA NAHVM PER D. ISIDO-

rum Episcopum Ispalensem scripta.

Habetur in libr.
eius de patribus
veteris testam.

¶ AD HVC DE EODEM. EX D. HIERONYMO.

Porrò quod dicitur Nahum Helkeli, quidam putant Helkeli patre esse Nahum, & se-
cundum Hebreum traditionem etiam ipsum Prophetam filium, cum Helkeli vñq; hodie in
Galilea viculus sit, parvus quidem, & vix ruinis veterorum aedificiorum indicans vestigia: sed tam
men notus fudiq; & mihi quoq; à circunducente monstratus.

Habetur in libr.
eius de vitiis pro
phetarum.

¶ VITA ET MORS HABACVC PROPHETAE. PER

D. Epiphanius Constantiae Cyri Episcopum scripta.

Habacuc Propheta ex agro Bexzochar, è tribu Simeon oriundus, cum ante expu-
gnationem prospiceret captiuitatem Hierosolymæ, maximè cum super ciuitatem,
cum super populum eius luxit. Appropinquare autem Nabuchodonosor Hiero-
solymis, ut disiperat eas, fugam dedit ille in Ostracina, & manebat illuc incola in terra Il-
maël. Atq; vbi Chaldei Hierosolymis soluentes, remeare, t in patria suam cum exuvis atque
captiui, & reliqui virbis Hierosolymæ in Aegyptum descenderent, Antistes ille reuersus in
patriam, ministravit messoribus sui agelli, seminauerat enim hordea. Cæterum statim ut es-
culenta præparauerat, vaticinatus est, ius dicens: Proficiscar ipse in longinquâ terra, & re-
uertar ocyus: veruntamen si cuncta uera diutius, apponite nostris messoribus quod mandu-
cent. Et translatus repente in Babylonem, exhibuit prandium Danieli, qui erat in cauea cù
leonibus. Deinde egredens astitit messoribus dum iam cenarent, neque communicauit,
cuiquam vel tantillum de eo quod contigerat. Annunciatu preterea Habacuc, paucis post
diebus postlimio ex Babylone, Hierosolymam populum remeaturum. Obiecit porrò ostendit
tum iis qui Iudeam habitant; Quod scilicet viuisti esset in templo grande lumen lucide mi-
cans, & ita contemplarentur gloriam Dei. Prædixit item de consummatione templi, quod
à populo Occidentaliter foret deuafatio eius Hierosolymis: Tum carbasus, inquit, Dabit in duas
fundetur particulas: geminarum item columnarum capitella seu epistelia è medio aufer-
entur. Neque quisquam cognouerit, vbi sint, quóque peruererint: sed in desertum es-
serentur ab Angelis, vbi nuper compactum erat martyrij tabernaculum. Et in illis cognoscet
in consummatione Dominus, quod illuminabunt persequatos à serpente tanquam ab ini-
tio. Et seruabit eos Dominus ab umbra mortis, ertiq; in tabernaculo sancto. Hic Pro-
pheta de aduentu Domini non pauca vaticinatus est. Atque ante biennium quām populus
à Babylone rediisset, mors Prophetam occupauit, & magnis honoribus in agro suo se-
pultus est.

a. Vide solennes
exequias etiam a
pud patres veteris
testamenti.

¶ ITEM VITA HABACVC, PER D. ISIDO-

rum Episcopum Ispalensem scripta.

Habetur in libr.
eiusdem de patri.
bus veteris tes-
tamenti.

Habacuc de tribu Simeon in agro Bexzochar ortus est. Hic ante biennium reuersionis filio-
rum Israël de captiuitate, in agro Sabbaritha vita discessit.

¶ VITA

¶ VITA ET MORS SOPHONIAE PROPHETAE, PER

D. Epiphanius Constantiae Cyri Episcopum descripta.

Habetur in libr.
eius de vitiis pro
phetarum.

Sophonias quidem propheta Sarabathides, sive à monte Sarabatha, è tribu ac pro-
pria erat Simeon. Is quoq; de Hierosolyma ciuitate prophetauit: Nempe quod mul-
tò foret satius, si in longum latumque aedificaretur. Super consummatione etiā gen-
tium, necnon & super confusione impiorum, deque aduentu Domini. Vitam morte commu-
tauit in Apocalypsi Domini: & solitarius in aruo suo funeratus est.

¶ ITEM VITA SOPHONIAE, PER D. ISIDO-

rum Episcopum Ispalensem scripta.

Habetur in libr.
eiusdem de patri.
bus veteris tes-
tamenti.

Sophonias de tribu Simeon filius Chusi, in agro Sabba ortus, & gloriosa maioriu in suo-
rum stirpe progenitus, prophetauit. Mortuus est atque sepultus in agro suo.

¶ VITA ET MORS AGGÆI PROPHETAE, PER

D. Epiphanius Constantiae Cyri Episcopum descripta.

Habetur in libr.
eius de vitiis pro
phetarum.

Aggæus Propheta, etiamndum iuuenis admodum, ex Babylone profectus est Hiero-
solymam, & ingenue de redditione populi vaticinatus est. Et oculis structaram templi
Hierusalem vidit. Idem ibidem omnium primis cecinit Alleluia, quod est, laudibus
efferemus viuentem Deum, Amen, quod, fiat, interpretatur. Eodem igitur loci vitam fi-
niuit, & humo prope sacerdotes, cum honore & gloria conditus est. Proinde etiamndum
hodie paliuimus, Alleluia, qui hymnus Aggæi & Zachariae perhibetur.

¶ ITEM VITA AGGÆI, PER D. ISIDO-

rum Episcopum Ispalensem scripta.

Habetur in libr.
eius de patribus
veteris testam.

Aggæus natus in Babylonia, iuenculus in Hierusalem venit, aedificationem templi ex
parte aspergit. Hic iuxta sacerdotum monumenta gloriose sepultus quiescit.

¶ VITA ET MORS ZACHARIÆ PROPHETAE,

per D. Epiphanius Constantiae Cyri Episcopum scripta.

Habetur in libr.
eius de vitiis pro
phetarum.

Zacharias Propheta natus Barachia, è terra Chaldeorum soluit, & inter proficisci-
endum permulta populo vaticinatus est. Et demonstrationis causa, plurima designauit
miracula. Hic est, qui in os annunciatu Iosef dech: Nascerit ex te filius, qui sacris initi-
atus Hierosolymis sacrificabit Dominu. Hic etiam benedixit Salathiel in filio, dicens: Pro-
creabit filium, & indet nomen illi Zorobabel. De Cyro quoque rege Persarum Zacharias gitar secundum
olentum dedit, idq; ad victoriam. Signum item super Cresco Lydorum tyranno obiecit:
necon & super rege Medorum Astyage. Deque publico ministerio, quod Cyrus Rex desi-
gnatus est Hierosolymis, vaticinatus est, laudibusq; euexit illu, nec vulgariter benedixit.
In vaticinio porrò, quam prophetiam vocant, proprie locutus est de Hierusalem, deq; consum-
matione gentium, & de templi Hierosolymitanæ edificatione. De otio denique & desidia tam
prophetarum, quam sacerdotum, nonnulla duplam iudicio exposuit. Decesit in vlti-
ma senectute in Iudea, & proxime cum Aggæo Propheta humatus est.

¶ ITEM VITA ZACHARIÆ, PER D. ISIDORVM

Episcopum Ispalensem scripta.

Habetur in libr.
eius de patribus
veteris testam.

Zacharias de regione Chaldeorum valde senex in terram suam reuersus est, in qua & mor-
tuus est, & iuxta Aggæum humatus.

¶ VITA ET MORS MALACHIÆ PROPHETAE, PER

D. Epiphanius Constantiae Cyri Episcopum descripta.

Habetur in libr.
eius de vitiis pro
phetarum.

Malachias Propheta è tribu Zabulon emicuit. Hic post redditum populi de Babylone,
natus perhibetur in Sopha, in terra nempe Zabulon. Is ab inuite ætate, dumq; iu-
uenis esset, vitam inculpatam egisse fertur. Super aduentu Domini, deq; vita funtorum
iudicio nomilla ab eo vaticinata sunt. Quodque ritus cum legibus Moysi termina-
buntur, seu consummabuntur, & emendabuntur.

G Cæterum

Cæterum cum populus eum vniuersus, vt virum non minore sanctimonia quam mansuetudine præditum coleret, indiderunt illi nomen Malachi: quod, si quis interpretamentu requirat, sonat Angelus. Erat quippe forma oppido quam præstanti. Quicunque præterea in propheta dixit Malachias, viuis est Angelus se in dies instituere & declarare, perinde ac factu temporibus quoque proditur Anarchia, cum principatus existeret adhuc nullus, quemadmodum traditum est in Sepharhotim, quod est in volumine Iudicium. Ante diem vero, adhuc iuuenis, propheta ille fato est functus, juxtaque maiores suos in proprio agello repositus est.

ITEM VITA MALACHIÆ, PER D. ISIDORUM EPISCOPUM ISPALENSEM SCRIPTA.

Malachias post regressionem populi, in Sophi est genitus, vir iustus, & aspectu decorus. Habetur in libr. de patribus veteris testimoniis. Quem Iudei Malachiam, id est, Angelum Domini, ideo asserunt vocatum, quia quæcumque prædicabat, confessim Angelo de cælis adueniente, confirmabantur. Hic autem admodum iuuenis moritur, atque in agro proprio sepelitur.

ITEM ADHVC DE MALACHIA, PER D. Hieronymum Presbyterum.

Vltimum duodecim Prophetarum Malachi interpretari volumus, cuius nomen Septuaginta transtulerint τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ, id est, Angeli eius, dicentes: Assumptio verbi Domini super Israel in manu Angeli eius, pro quo in Hebreo legitur ἡγεμόνας τοῦ λαοῦ quod refutis & expressius dicitur, Angelus, id est, nutritus meus. Nec putandum est, iuxta quorundam opiniones, Angelum venisse de cœlo, & assumptissime corpus humanum: vt Israëli que à Domino sunt mandata loqueretur. Si enim interpretanda sunt nomina, & ex nominibus non spiritualis intelligentia, sed historiae ordo texendus est: ergo & Osee qui salvator dicitur, & Iohel qui interpretatur Dominus Deus, siue incipiens, & ceteri prophete non erunt homines, sed vel Angeli, vel Dominus atque salvator, quia hoc eorum nomina resonant. Denique exceptis Septuaginta, alijs Interpretates nomen Malachi, ita vt in Hebreo legitur, transtulerunt. Malachi autem Hebrei Esdram existimant sacerdotem, quia omnia que in libro illius continentur, etiam hic Propheta commemorat, dicens: Labia sacerdotis cultodient scientiam, & legem requirent ex ore ius, quia Angelus Domini exercitum est. Tempus quoque titulū, conueniunt, quod & in psalmis diximus, quod titulos non habent, eorum esse credentes, quorum priores psalmi nominibus prenotati sunt. Igitur & Malachi, id est, Esdras, post Aggeum, & Zachariam, qui sub Dario prophetauerunt, siue credendum est. Et propterea titulus non haberet, quia liber eius pro titulo sit: in quo dicitur, quod in regno Artaxerxis Regis Persarum, Esdras filius Saria, & ceterorum viisque ad eum locum ubi dicitur, filius Phinees, filius Eleazar, filius Aaron sacerdos, ab initio ascenderit de Babylone, & dederit ei Rex secundum manum Domini Dei sui omnem petitionem eius: ascenderintque cum illo de Israël, & de filiis sacerdotum, & de filiis Leuitarum, & de cantoribus, & de ianitoribus, & de nathinieis in Hierusalem, anno septimo Artaxerxi Regis: & venerint in Hierusalem mense quinto, ipse est annus septimus Regis quia in primo die mensis primi ceperit ascendere de Babylone, & in primo mensis quinti venit in Hierusalem. Scriptis in hunc librum Origenes tria volumina, sed historiam omnino non tetigit, & more suo totus in allegoria interpretatione versatus est, nullam Esdræ faciens mentionem: sed Angelum putans siue qui scriptis: secundum illud quod de Ioanne legimus: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam. Quod nos omnino non recipimus, ne animarum de cœlo ruinas suscipere compellamus.

ITEM ESDRÆ, PER D. ISIDORVM EPISCOPUM ISPALENSEM SCRIPTA.

Habetur in libr. euilem de patribus veteris testimoniis. **S**edras sacra scriptor historiae, atque alter lator legis post Moysen. Hic post captiuitatem, legem incensam à gentibus renouauit, Hebraicarumq; literarum elementa inuenit. Hic reduxit Israel, & readificare fecit templum in Hierusalem. Mortuus est autem, & sepultus cum patribus suis in Hierusalem.

ITEM ZOROBABEL, PER EVNDEM.

Zorobabel, & Neemias ex tribu Iuda, sub Datio rege templum¹ Domini adificabant, & muros Hierusalem construunt, atque Israel ad pristinum statum reducunt. Cultum quoque religionis, iusq; sacerdotum vel Leuitarum restituunt. Item & ipsi in Hierusalem se pulti quiescent.

1. Templo Dosi edificant, ergo non est modum Ecclesiæ in honore Dei fabricare. Quinimum sanctissimum opus est & Deo acceptum, cum Iudei Centurionem quoque Salvatori nostro eorum secundantes, dixerint. Diligit enim gentem nostram, et Synagogam nobile adificant.

ITEM

ITEM VITA SANCTORVM MACHABÆORVM, PER D. GREGORIUM NAZIANZENUM SCRIPTA.



dulcissimum verò propter virtutem fidei, quæ delectabatur domèsticarum spectaculo paſſionum: quo impiam sacrilegi Regis crudelitatem confessio gloria vincebat. Vnde fortissima illa mater non frangebatur spectaculo orbitatum suarum, sed confortabatur: quia non profluentem eorum sanguinem afpiciebat, sed magis ad coronas eorum, quæ texebantur in celis intenta gaudebat. Non videbat ad receptaculum temporale cauari petram sepeliendis, quia prouidebat æterna aedificari tabernacula coronandis. Non considerabat circumstantes populos, quia videbat adstantes Angelos. Oblita est dolores partium suorum, cōtempnit naturam sexus sui, nec memor etiam senectutis, ipsam quoq; natura tyranidem animo superate calcauit: naturæ, inquam tyranidem, quæ & bestiarum feritatem subigere consuevit. Sepe enim difficiles capi bellæ, per amorem tamē suæ sobolis capiuntur. Dum enim natorum suorum dilectionem vitæ suæ præferunt, ita affectu pietatis incauta, in manus incidit venatorum: qui prius catulos eorum venâtur, vt per affectionis captivitatem, perueniant ad capturam parentum. Nullum est animal, nec ita infirmum, quod nō pro filiis suis defensandis robur asumat: neq; ita māsuetum, quod abreptis catulis nō irritetur, & aduersus rapientem quanta potest virute defensat. Sed istam totam ipsam, & per homines rationabiles, & per animalia irrationabilia pari iure porrectam, atque diffusam naturæ tyranidem, fidei virtute dissipavit: & nō solum non insilij capitis sequentis tyranni, neq; laceravit faciem eius, vt bestia videns catulos suos diripi: sed tantam magnanimitatem fidelis animi omnem philosophiam supergressam monstrauit, vt immolationem filiorum suorum præpararet hortatu suo, & ingereret perfectori. Et cùm adhuc priores punirent, residuos ad æmulationem eorum exhortantibus verbis in palestra paſſionis iungebat. Audiant hæc vniuersæ matres, & æmulentur virilem mulieris huius fortitudinem, & veram circa filios dilectionem, & secundum illam septem martyrum matrem nutriti filios suos. Non enim educatio filiorum hæc naturæ est, sed educatio matres facit: hæc enim voluntatis est. Et vt discas quia nō pariendo tantum, sed magis bene nutriendo sit mater, audi beatissimum Paulum, quo modo honorificet & coronet viduam, non propter partum, sed propter educationem boni filiorum: dices enim: Vidua eligatur nō minus annorum sexaginta, testimonium habens in operibus bonis: vt horū bonorum laudem cōlummarerit, adiecit: Si filios enutrivi: nō dixit: si peperit. Quid ergo æstimabimus illa mulierem pertulisse, si tamē mulierem istam dici oporteat, cum videret in filiorum membris viscera sua cruciari, alterius auulso à suis manibus digitos super prunas ignium spargi, & vnius caput clavis cōfigi, alterius capiti cutē destrahi, & totum corpus extracta pelle nudari, & eum qui talia patiebatur, stante fortiter, insuper & ipsi tyranno pœnas æternas voce libera comminante? Quomodo mater hæc expectans, eleuauit vultum suum, & os aperuit, & linguam mouit in verba, nō in verba materni doloris effectu mollia, sed verba virtutis? Quomodo non recessit à carne anima eius? Quomodo ego dicam. Nō enim in terrena presentia intendebat, sed in futura cœlestia præparabatur: in his omnibus filiorum suorum prælijs & tormentis vnum timebat, ne cuiquam tyranus pareret, & inuidia diaboli soluto certamine, triumphantum scinderetur chorus filiorum eius, ne quis eorum sine corona maneret. Et quoniam hoc timebat, minimum eorū, qui iam folus agoni supererat, tantū quod non manibus apprehendes, in ignem ipsa incensum impulit, verutamen pro manibus eum verbis exhortationis impulit, & armavit cum magna trepidatione pietatis, voce patria obsecratis eum, ne callidi persecutoris saevioribus crudelitate blanditijs emollitus, auelleretur à fratribus gloriosis, & cōcertantium immarcescibilem coronā victus amitteret. Nos citra dolorem alienas seruinas audire non possumus, sed illa proprias & domesticas pœsiones citra dolorē intuebatur. Hæc non negligenter, neq; in ambustione audiamus, sed vnuſquisque eorū qui auditunt, in filiis suis totam hanc rem fibi depingat, in corde suo proponens virtutem eorum quæ dicimus, de suis affectionibus metiat, quanvis nec ita possit, quia naturales pœsiones sermo non potest explicare, experimentis autem tantum pœcipi potest humanæ affectionis expressio. Quam bene igitur ad eam matrem congruit sermo ille propheticus, vt post septem filiorum coronas dicamus: Tu autem sicut oliva fructifera in domo Dœi. Nam Olympiacis spectaculis cùm innumerabilis saepè conueniant luctatores, vnum tantummodo manet corona viætorem: isti verò de septem fratribus septem emicuerunt corona. Et quam mihi ostendis religionem ita fertem, quem nūdum tam numero prole fecerit? Nunquid similes habuit partitiones mater filiorum Zebedæi? Gloriosa quidem & ipsa Apostolorum mater, sed duorum tantum. Septem verò martyres nescio vnuſque vnum protulisse vterum, & ipsam eis matrem gloriae sociam in consortio paſſionis appositam: & quidem non vna, neque simplici a diectione méritorum atque virtutum. Nam filii eius septem verò martyrum legio implebatur in matre. In qua dilata est gloria paſſionis, & corona

82 A L O Y SII LIPO MANI V E R O N .

rona matrimonij, in ea omniū virtus & gloria confluebat: quia per vnumquemque filiorum suorum passa est: & quoniam illos ipsos tales ipsa perfecit, hæc Ecclesiam nobis integrum martyrum peperit, septem filios enixa sublimiter, quorum neminem peperit terra, sed omnes cœlo, magis autem regi cœlorum, cui omnes eos in vitam peperit aeternam. Ergo callidus omnis malitia machinator diabolus ultimam eam duxit ad certamen, ea cauta, quam supera exposui, vt virtute eius fracta, & in spectaculo filiorum per tormenta morientium debilitatem, facile postea debellaret afflictam. Si enim saepe sanguinis humani tulionem videtes homines confuerunt pauro percelli, & non modicæ curationis egurunt, vt & deficientem vitam refurerent, & labantem animam reuocarent: tantos illa videps sanguinis riguos, non ex aliena, sed defiliorum suorum carne manantes, quod non sustinuit, aut quam perturbationem mente suscepit? Itaq; diabolus, vt supera dixi, propter quod eam post filios suos, quasi perfractam orbitatibus, & facilè vincendam in ultimum certamen induxerat, id totum in contrarium sibi cedidisse persensit, & muliere per hæc ipsa, quibus vincendam putauerat, vincente confusus est. Maius enim confirmata mater exemplis filiorum, aggryessa est certame. Quamobrè per orbitates suas non fracta est, sed fortior facta est. Non enim iam reliquerat sibi pro quibus angeretur, vel quibus timeret, ne forte insinuatae fraudarentur coronis: sed omnes, sicuti vnum reponens promptuarium, ad supernos præmittens triumphos, & ad inconciusa perennis glorie regna, gaudebat, cohens de cætero, & secura cum magnanimi voluntate. Et sicut corona quedam pretiosissimis lapidibus compositæ eminentem gemmanti ita carnem suam choro filiorum coaptans, ad desiderabilem Iesum pullos suos vt aquila subsequens, euolauit, magnum nobis relinquent solatii atq; consilium, per id quod in semiperfipa opere passionis probauit. Quod filiis validò sermone persuaserat, vt corroborata anima, & sublimi sensu instruata, audeat oës ingredi passione, & omnia sua tormentorum, sua discrimini ruita vilibili dura contempnere. Quis enim vir, qua mulier, quis senior, aut quis iuuenis, de cætero ventia possit accipere, aut excusationem habere fragilitatis carnis, & timiditatis humanae, si propter Christum sibi pericula videat inferri: quando mulier senecte cœfecta, & tardorum filiorum mater, & ante tēpus gratiae congressa, sustinuit multis viorū per idem tempus metu mortis inclinatis in sacriflega perfidia, nec dū in Domini Salvatoris aduentu extincto peccato, neq; morte deuicta, tantis animis, & tanta virtute, tantas propter Deum, penas sustinuisse cernitur, & viceps cognoscitur, vt Evangelicam perfectionem in temporibus legis impulerit? Vnde hæc ergo omnia cogitantes, & mulieres, & viri, & iuuenes, & senes exemplū agonis huius: tantorumq; in filiis in matre luctaminum, heut in tabula, ita in corde vestro describite, alsiuda vobisculum exercitatione meditamini. Contra omnem spiritualium inimicorum armaturam illius patientiam proponamus ad iniunctas virtutis exemplum, vt isthic æmulantes fortitudinem sanctorum illorum, similiter illic eorum coronam possumus adipisci. Quantam illi patientiam in periculis corporalibus ostenderunt, tantam nos in passionibus irrationalibus continentiam demonstremus, id est, contra iram & auaritiam, vel inanis gloria concupiscentiam diuino timore muniti, sensibus repugnantes, & consilia diaboli destruente in nobis. Si enim cupiditatum ignes vicerimus, sicut illi tyrannidi ignem vicerunt, poterimus iubilis. Est epistola eius xta ipsos, & matrem eorum, pari gloria constituti similes haberi. Potens autem est Deus vnde in ordine cō pītōlātūm.

T A D H V C D E M A C H A B E I S , E X
D.Bernardo Abbate.

Quod per fratrem Hescelinum tua charitas à mea paruitate quæsuiuit, inde iam ad me scriperat Fulco Sparnacensis Abbas, cui ego nil rescripsi: volens si quam forte super hoc reperiresem patrum sententiam, ipsam potius ei transmittere, q; nouū vel nostrum quippam respondere, qua non facile occurrere, iam quod sentio ego sic interim vtriq; respondeo, vt quodcumq; forte rationabilius quilibet vestrū super eadem quæstiuncula quando vel legerit, vel audierit, vel certè ipse senferit, mihi vicissimi impari non negligat.

Queris itaque quidnam visum patribus fuerit, vt solis ex omnibus antiquis iustis singulari quodā priuilegio Machabæis annuā celebritatem pari cum nostris martyribus veneratio degernerent in Ecclesia solenniter exhibendam. Si dixeris dignos meritò martyrum gloria indicatos, quibus nō imparsuit in martyrio virtus, erit forsitan solutum, cur ipsos, sed necdum planè cur solos, cū & alios nōnullos ex veteribus pari constet zelo pietatis occupuisse, non tamen pari & tripliudio recoli meruisse. Quod si illis non immorit huiuscemodi negatur solennis celebritas, quia nimis quod præbuit virtus, præripuit tempus: cur non eadem

12 Vide quantos pere timebant sās etioua in ecclesias intrudere, et a priscorum pastorum sententijs rescedere. At nū ha reici quicquid ex suo capite exrogat, ita in somniis, statim ad plebeculas afferunt, et quā sit Euāgeliū extollunt.

eadem fuit in Machabæis consideratio? Siquidem & ipsi pro tempore non ad cœli mox gaudia, sed ad inferni tenebras descendenterunt: ne tunc quippe apparente primogenito ex mortuis, qui aperiret creditibus, regna colorum, agno videlicet de tribu Iuda, qui aperit, & nemo claudit: ad cuius introitum cum omni autoritate supernis potestatis diceretur: Tollite portas principes vestras, & elevamini porte aeternales, & introibit Rex gloriae. Proinde si congruum videtur cum gaudio recolere transitum, qui gaudij non fuit, caueatur & in istis: Aut si istos ob suæ virtutis meritum festivo prosequi fauore placet: cur non itidem deseretur & illos? An dicendum est utroq; quidem in morte communem habuisse cū martyribus pietatis causam, sed non etiam utroq; pariter eandem cum illis adeptos fuisse martyrij formam? Uniuersis nempe tam veteris quam noui testamenti martyribus aequè conuenit pro iustitia occubuisse: sed interest, quod illi passi sunt, quia illam tenebant: illi quia non tenentes reprehendebant. Isti, quod eam non deferenter, illi quod deferentes peritius esse affererent. Et vt breuiter totum in quo differunt, proferamus, hos cultus, illos zelus iustitiae martyres fecit. Soli ex veteribus Machabæi, quia nō solum causam, sed & formam, vt dixi, noui martyrij tenuerit, iure fortasse in Ecclesia cum nouis Ecclesiæ martyribus eandem consuetæ celebritatis gloriæ assecuti sunt. Instar quippe martyrum nostrorum libare & ipsi diis alienis, patriamque deferebant legem, iūdī mandata Dei transgredi cogebantur, renuebant, & moriebantur. Non sic Esaïas, non sic Zacharias, non denique vel magnus ille Joannes Baptista ita mortuus est: quoruī primus serra fertur scissus fuisse: secundus inter templum & altare legitur occisus: tertius in carcere decollatus. Si queritur à quibus, ab iustis & impijs. Si qua causa, pro iustitia & pietate. Si quomodo, non tam eas confitendo, quā proponendo. Proponebant veritatem obedientibus eam: veritas pariebat eis odium, & odium mortem. Licet iusti & impijs, non tam in illis tam pietatem persequebantur, quām se repellebant: nec tam in illorū iustitiam ferebantur, quām propriam tuebantur iustitiam. Aliud est, aliena invadere: allud, defendere sua. Non est id ipsum nolle sequi veritatem, & persequi: inuidere creditibus, & incepsibus indignari: obtutare os confitentiū, & redarguentiū stimulos non ferre patienter. Deniq; misit Herodes, & tenuit Joannem. Quam ob rem? Quia Christū predicabat? Quia vir bonus erat & iustus? Imò propter hoc reuerebatur magis illum, & auditio eo multa faciebat. Sed quoniam arguebat Herodem Joannes propter Herodiadē vxorem Philippi fratris sui: ideo vincitus, ideo & decollatus est: passus quidem & ipse pro veritate: sed quam zelare videretur, non negare cogebat. Hinc est quod hæc ipsa: tanti martyris passio, multorū etiā longe minorū festivitatibus minus festiu recolitur. Profectò si tali ratione & ordine passi fuissent Machabæi, ne vila quidem fieret de eis méto. Nunc autem quoniam similes illos fecit martyribus Christianis nō dissimilis veritatis cōfessio, meritò eos similis prosequitur & veneratio. Hæc moueat sanè, quod quemadmodum martyres nominatim & ipsi pro Christo minime passi sunt, quia non interest siue sub lege pro legalibus obseruantis, siue sub gratia pro mandatis Evangelicis quis patiatur. Vterq; enim aequè pro veritate, ac per hoc pro Christo, qui dixit: Ego sum veritas, pati cognoscitur. Itaq; plus contulit Machabæis in hac parte martyrij genus, quam virtus: quando ne hos quidem ex patribus, quos pati costituit virtute illo in tempore pro iustitia decertasse, pari etiam honore concelebrat præfens duxat Ecclesia. Puto quod arbitretur indignum quantumlibet laudabili morti, quæ Christi mortem præcederet, diē festum impendere, præfertim cū ante illam salutiferam passionem non festiu gaudia, sed claustra tenebrosa quoque morientes exciperent. Sanò Machabæos ideo (vt dictum est) excipiendo iudicauit Ecclesia, quoniam quod eis negabat tempus, contulit martyrij genus. Nec solum ipsos, sed & qui forte vitæ iam in carne manifestatae mortem sua morte præuenerunt, siue morientes in ipsa, sicut Simeon & Joannes Baptista: siue etiam pro ipsa, sicut innocentes quos alia ratione licet ad inferos & ipsi descendenter, ritu nihilo minus solenni veneramur. Et innocentes quidem, quoniam iniustum profectò fuit innocentiam pro iustitia morientē, vila vel præsenti gloria defraudari. Joannes quoq; sciens quod à diebus suis regnum cœlorum vim patitur, vnde & clamat: Agite penitentiam, appropinquabit regnum cœlorum, simulq; videns vitam se protinus fecutram, mortem latet exceptit. Quod vtique ab ipso Domino Matth.10.34. moriturus sciscitari solitus fuit, ac certificari meruit. Nam cū per discipulos eum interrogasset: Tu es, inquiens, qui venturus es, an alium expectamus? Post enarrata plura miracula audiuit. Et beatus qui nō fuerit scandalizatus in me: In quo nimis verbo significavit se Dominus moritum: & tali morte: que posset Iudeis esse scandalum, Gentibus stultitia. Ad hæc vocem spōsi gaudens amicus sponsi alaci animo præcessit: quo & illū in proximo esse véturum iā dubitare non potuit. Porro qui laetus & tam laetus potuit mori, putauit & letam sibi memoriam præmetteri. Sed & senex ille tam plenus virtutum quam dierum, morte iam propinqua vitā baiulans in manibus, siebat; Nunc dimittis seruum tuum tuū Domine, secundum verbum

verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Asi diceret: Securus descendat in carcerem, qui tam presto meam sentio redemptions. Et hic ergo, qui cum tam secura iucunditate, & iucunda securitate moritur, meritò in Ecclesia celebrari cum gaudio memoratur. Ceterum illa, qua ratione mors festiva reputabitur, quam nulla gaudiorum festiuas comitatur? Aut unde gaudium sumeret morituru, qui se & ad infernales descendere tenebras certus erat, nec certi quippiam secum ferebat, unde in proximo de sui liberatore consolaretur? Inde est, quod vnu fanctorum cum audiret: Dispone domui tuae, quia moritur tu, & non viues: conuertit se ad parietem, & fleuit fletu magno, atq; ita impetravit exosce mortis aliquam dilationem, Hoc deniq; & miserabiliter plangebat, dicens: in dimidio dierū meorum vadam ad portas inferi. Et paulo post. Non videbo, inquit, Dominum Deum in terra vivienti: Non aspiciam hominem ultra, & habitatore quietis. Hinc & alius quidam: Quis mihi hoc ait, tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertransferat fur tuus: & constitutas mihi tempus, in quo recorderis mei? Israël quoq; ad filios aiebat: Dederunt canos meos cum dolore ad inferos. Quid in his solennis latiria, quid festiuas celebratis apparer? Nostri autem martyres cupiunt dissoluiri, & esse cum Christo, certi ubiquecumque est corpus, illud sine mora congregatum iri & aquilas. Mox, inquam, ibi exultant iusti in conspectu Dei, & delectantur in latiria, ibi, ibi benignissime Iesu: ibi statim vt de hoc seculo nequam sanctus quisq; eripitur, adimpletur latitia cum vultu tuo. Vna ibi vox iubilo resonat semper, vox una exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. * Anima nostra ficit pauper erupta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Nunquid hoc decantare libebat apud inferos sedentibus in tenebris & vmbra mortis: dum nō erat qui redimeret, neq; qui saluum faceret, quando nec dum visitauerat nos oriens ex alto, primiæ scilicet dormientium Christus? Merito igitur Ecclesia, que gaudere cum gaudientibus, flere cum flentibus nouit, quos parcs iudicat ex virtute, discerit tamen ex tempore: nec parciat prosequendum obsequio, & transiit ad vitam, & defensionem ad inferos. Itaq; martyrum facit causa, tempus, genuq; discernunt. Tempus quippe Machabeos à nouis martyribus disigit, cōiungit antiquis: genus verò nouis aggregat, segregat à veteribus. Et haec quidē in Ecclesia præmissis ex causis differetiae obseruantur. Ceterū apud Deū vniuerso coetu sanctorum communis est, quod sanctus ait Propheta: Preciosam in conspectu Dñi roris sanctoru[m] eius. Unde aucta preciosam dixerit, exponat nobis: Cūm dederit, inquit, dilectis suis formū, ecce hereditas Domini filii merces fructus ventris. Nec putemus solos martyres esse dilectos, cūm recolamus dictū de Lazaro: Lazarus amicus noster dormit. Deniq; beatū mortui qui in Domino moriuntur. Nō soli qui pro Dño moriūt, sicut martyres: sed & qui in Dño moriūt, sicut Cōfessores, profecto beatū sunt. Duæ proinderas mihi videtur morte facere preciosam: vita, & causa: sed amplius causa, quam vita. Porro illa erit preciosissima, quam & causa commēdat, & vita.

¶ ITEM PASSIO SANTO RVM SEPTEM MACHABEORVM, per D. Eusebium Emisenum scripta.

Esaie. 28.

Abidem.

Iob. 14.

Gen. 42.

¶ Sancti noui testamēti ut ex hoc seculo migraverit, vides Dñs, et sunt cum Christo. Quod nota contra hereticos id negantes.

Psalm. 123.

Psalm. 815.
Psal. 36.
Ioan. 14.
Apoc. 14.

Habetur in volumine sermoni ciuii.

a Ecce necessitas tem bonorum operarū una cum fide.

Audiuitus in Euangeliō vocem Domini dicentis: Non omnes qui dicunt mihi, Domine, Domine, intrabunt in regnum cœlorum. Ad quos sermo hic respicit? Ad eos sine dubio, ad quos alio loco dicit: Populus hic labijs me honorat. 1 Studeamus ergo ut cum obsequijs laboriorum vita concordet & confonet: quia si opera nostra ad Deum clament, & conscientiae sinceritas & morū probitas: pietas Domini ad nos fletit auditū. Causam ne forte hic solo corpore consistamus, & corda nostra probentur errare per seculum. Quando enim prætent in nobis terrena, superfluaque cupiditates, quando tyrannico dominatu malitia in nobis regnat, quando in superequitat: nos illi laudabiles heremita, qui extra mundum nos credimus, mundum intra nos inclusum tenemus. Ac sic animæ illæ, que possessio efficiunt seculi, non possunt effici regnum Dei. Ideoque fratres, videte vocacionem vestram. Venire quidem sic ad heremum, summa perfectio est; non perfectè in heremo vivere, summa damnatio est. Quid prodest si in loco quies teneatur, & inquietudo in corde veretur? Si in habitatione silentium sit, & in habitatoribus vitorum tumultus, & colluctatio Passionum? Si exteriora nostra serenitas posseideat, & interiora tempestas? Nemo dicat, iniuit hoc feci, aut fato urgente peccavi: nemo casum conditionis sua ignarus accusat: nemo dominari aestimet fatum. Non potest homini preualere delictum, nisi accessit conscientis arbitriū. Et ideo ordinatio Dei nostri, cum cætera animantia ad periculum propulsandum foris sufficienter instruxerit atq; munierit, vel velocitate pedum, vel armis dentium, vel violentia vnguium, vel mole membrorum: hominem interiorē cōtra hostem magis intus armavit, intelligentia scilicet vigore, consilio sapientia, virtute iustitia, vt preciolor nostri portio, velut de excelsa turre, ita de secreta fidei sua arce tutius repugnaret,

85

& quamlibet fortis aduersario contra reluctantem animam nil liceret. Confirmante hoc ipsum voce diuina, Nolite, inquit, timere eos qui occidunt corpus, animam non possunt occidere: sicut etiam nunc ex hoc triumphalium puerorum certamine intelligi datur.

Ecce septem fratres, zetas ad omnem perturbationem timoris obnoxia, & ad omnem vim doloris infirma, horribilia & inaudita tormenta ante oculos exposita, virili pectori & martyrum iam corde despiciunt: & illa tanquam oblatam mortis occasionem, velut pignus immortalitatis inuadunt: quod corpore accipiunt, mente non sentiunt: foris cedunt, intus triumphant: quos cruciat manifesta pena, palcit docta victoria: multiplicentur licet per æris ac ferri illa feruentia incendiorum vires, perflat lignum viride contra violentiam valti ignis iniunctum: et si exuri videtur in cortice, illæsum permanet in radice: et si circa superficiem solidi roboris temporaria mors defatur, intra conscientie medullas vita se recipit. Ac sic audiuntissimum prædictum potest domum perfringere, ad thesaurum non potest peruenire: quem dum conatur expugnare, multiplicatur. Quantò enim persecutor in necem conffitentis immanior, tanto Deus in renumeratione peruerantur est ditior, qui nouit de impiorū criminibus merita & angere iustorum. Sicut enim improbi male vtuntur bonis Dei, ita Deus bene vtitur piorū criminibus malis operibus iniquorum. Primum requiramus quid sit malè vt bonis operibus Dei, quod in nouit merita dux ipso homine intelligi promptū est: quām bene Deus corporis humani membra disponuit, & tangere iustorum, nō ad cōcūlēm suū abutitur inducē sibi pulchritudinis honore mens reproba. Bonū opus Dei est oculus, & tamen indignis concupiscentijs maculatur aspectus: nocte perugil immitterum somno insidiatur, & luce ad quam factus est offenditur. Et propterea de eo dicitur: Fornicatio animæ in elevatione oculorum. Et alio loco: Qui viderit mulierem, inquit, ad concupiscentium eam. Et ideo quām facile potest in puncto temporis euagari velocitas oculi, tam folcē praecauenda est irruenti noxa delicti. Lingua etiam tanti opificij decus, mendacij, maliloquij, falsi testimonij depravatur. Manus bonum opus est Dei, & tamen ad facinus iniquitatis, ad crimen peragendæ fraudis extenditur, ad scelus erigendæ salutis armatur: & totus horum ad malitiam propriæ perditionis accingitur. Sed eis ipsius creaturis quæ extra nos sunt, quæ à foris adiacent, quæ bone factæ sunt, malus male vtitur. Argento & auro appetitur veritas, expugnatur integritas, justitia vincitur, innocentia proditur, pietas, fidesque violatur: ac de rebus ad præsentia subfidia concessis, detrimenta vita æternæ nequitia mortalitatis operatur. Quod ex hoc apertius inspici licet: Deus ab initio hominem conditioni subiectum, discretione liberum fecit, prudentia instruxit, ratione datus, eiq; bonum exercere præcepit. Malum ad hoc esse permisit, vt ad bonam partem voluntate deflecteret, & mandatum Dei non necessitatē, sed virtute perficeret: atque in alterutram viam, non casu perungente, sed iudicio eligente transiret: & tamē homo traditæ sibi nobilitatis oblitus, negligens munieribus conditoris, bona animi ad improbas traxit cupiditates, & ad nocendi studia conuertit, deputans ad instrumenta nequitiae, ornamenta naturæ. Processit etiam in hoc nephas, vt Deum suum non solum non agnosceret, sed etiam agnoscētibus inuidet: eumque tantis viribus, quantis querendus esset, de fideliū pectoribus conaret eruere. Sed diuina prouidentia, quæ, vt dictum est, etiam malorū operibus bene vtitur, meliora de contrarijs peragit: & ita iustas ordinat causas, vt boni ex aduersis proficiant, & ad pia transeat merita pietatis ingenia. Sicut etiam ex hoc admirando certamine felicium germanorum euidenter agnoscat: nam quos per cruentissimum persecutorum humiliauerat diabolus, exaltauit Deus: quos ille damnauit, ille glorificauit: ille opprobrijs adimpleuit, hic premijs: ille affecit flammis, refrigerijs hic refecit: ille induxit in mortem, hic ad vitam de morte perduxit: ille interfecit gladijs, hic dignos fecit coronis. Ideo vox est Apofstoli martyrum suspirantis: Non sunt condigne passiones huius seculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Hæc secum beatū pueri conscientia futurorum, mente volentes, illata supplicia, quasi aliena reputant: quæ circa corpus remanentia ad animam peruenire non possunt. Diuerso itaque cruciatus genere, hic verberibus dilaniatur, hic craticula sacrificij more torretur, hic abscisso capite, æterno capiti iungitur, hic defecta lingua inuiolabilem fidem melius loquitur, & Christum Dominum in silentio erit, clamore vulneris confitetur. Nam et si beato testi cruentus carnifex vocis abstulit ministerium, plenum tamen Deo perhibet testimoniū vox ipsa penarum. Sigillatim itaque senioribus iuniores passionum ordo disponitur, vnumquemque per decurrentes statim gradus crescentia tormenta percurrunt: singuli magnitudine supplicij, omnes speciali acerbitate torquentur: inter videntes pariter & sustinentes qui dolores sunt? Propria sunt dolore communia, ac sic ille qui posterior vicit, cum omnibus triumphauit. Saragit inter hæc felix orbitatibus suis mater, sollicitior de perimendis, securior de peremptis, respiciens quot funera, tot trophae: & filiorum merita exultando sua faciens, nouo genere gaudiæ doloris metit, ac septem martyria vnius pectoris virtute consummat: & numerosam

prolem celo leta parturiens ad regnum Dei sequutura, præmittit: ita iuniorem, qui solus relatabat, alloquitur: Miserere mei, inquit, fili, qui te decem mensibus in utero portavi, & lac triennio dedi: ne timeas carnificem istum, sed limilis fratribus effectus, libens mortem excipe: vt in illa miseratione vna cū fratribus te recipiam. Aduerte q[uod] profunda pietas, & artifex fides, per futuram spem, præsentem subleuat orbitatem. Quid mirum sit ut pignoribus interemptis, nulli lachrymas dabat. Hoc loco expressius requiramus, quæ tandem causa parvulis vires dedit, vt inter tam exquisitos nouosq[ue] cruciatus, infatigabiles fudigi confessione durarent. Et quæ alia causa charissimi, nisi in primis gratia diuina, & quæ vbi infirmitatis nostræ inuenierit votum, statim supponit auxilium? Quæ, inquam, alia causa charissimi, nisi diuina gratia, & doctrina domestica? Quæ causa alia, nisi statim post tristitia cunabula, inter annos infantiae, religionis affectum de institutione & conuersatione p[ro] parentis acceptam proprie[rit]ate hoc perant, & de tam sancte matris pectora Deum traxerant, & in nomine domini vincula linguae trepidantis absoluuerant exempli enim feminina, in pignoribus suis animas magis cupies nutrire, quari corpora, fidem primam teneris sensibus vice lactis infuderat, vt rudes eorum metes, & mali nesci in ipso vita limine vitam ebiberent: eosque primitus agnitus diuini timoris impleret, vt in noua viscera sacris studijs occupata, locum vanae seculi non haberent. Quæ cum ita sint, discant boni parentes tantæ matris exemplo, erudire filios suos, vt quos se in hanc vitam gaudent munere acquisisse naturæ, præparent æternitati fedulitate doctrina, insinuent fidem, doceant religionem, præcipiant castitatem. Maiores ad pignora vestra non potestis adhibere pietatem, quæm si per vos cognoscet animarum parentem, quæm si per vos in boni patris transact adoptionem, quæm si per vos efficiant coeli haereses, & martyrum fratres. Quapropter studete ad Domini seruitutem, quæ nobis sola est causa viuendi, nō lingua erudire, sed vita: audiant vos, videant vos: vt quæ iusta, quæ honesta, quæ sancta sunt, vobis sanctis & amantibus, in amore confuscent. Duplex vobis commodum erit, cum laetus ad filios vestros de vestra salute transferit: vt cum per vos ad illos perueniret, ex illis ad vos multipliciter reuertatur. Hoc enim bonum dando non consumitur, sed dilatatur: & magis dum transfert, acquiritur, ac miro modo & transmittitur & retinetur: siquidem salubri iucundo, commercio, & accipientis lucrum, & tradantis augmentum est. Abraham diuina voce laudatur. Scio, inquit: quia Abraham præceptorum fit filii suis, vt timeat nomen meum. Prædicatur quod posteros suos eruditurus est in Domino, qui iam ad hoc fidei virtute peruenierat, vt filium posset immolare pro Domino. Has itaque primas filii vestris prouide te opes, has eis immortales procurare diuitias, hanc eis post vos haereditatem relinquere: que offerri potest, relinquere non potest. Ostendite itaque eis de conuersatione veltra fugere malum, appetere bonum: odissi peccatum, timere iudicium. Ita nos agamus, vt non solum filiorum, sed nostra in inuicem ædificatio sumus: vt sicut beata mater illa gauisa est de gloriis septem filiorum triumphis: ita dum nos vitæ interdicimus, dum passionibus repugnamus, dum dia boli præuidemus infidias, dum mundi calcamus illecebras, de vistoria quoque & consummatione nostra mater lætetur. Ecclesia.

VITA ELEAZARI SACERDOTIS, ET SEPTEM fratum Machabæorum quibus mater octava addita fuit, per D. Ambrosium Episcopum descripta.

Habetur in libro
a. de Jacob &
vita beata.
Ex cap. xi.

NECE te Eleazare præmittam, ut pote sacerdotum sacerdos, sed tuis iuuandus oratis, qui genere sacerdos, peritus in lege, maturus æui, cum oblatus es in Antiocho per ecclorū, nec tentamentis potuisti capi, nec præmis iusti, nec suppliciorum acerbis tribus traxi. Denique à blandimentis cepit, quia iudicabat tormenta sua posse superari. Erubet, inquit, canitem tuam, reverenter senectutem, miror prudentiam, cur abstinentum bonus epulis pure, quas natura largit? Relaxa istiusmodi peruicaciam, expurgescere aliquando, dum adhuc malorib[us] periuadere, quæ extorqueret: ne vixtus supplicij, facias quod refutas ratione inuitatus. Ad hæc respondit senex: Nos Antioche non intentione ducimus, sed reverenter legis tenemur, quæ à silla carne abstinentum præcipit. Pulcherrimam creaturam, iudicas, negare tamen non potes, quod potior sit temperantia, quæm voluptas: potior legis obedientia, quæm prævaricatio. Quid si hoc leue putas, vt carne vescimur silla: quia in minimis legem contempserit, quomodo in magnis tenebit? Aut si preiosa est creatura nostra, disciplina est castitatem. Discimus enim resecare luxuriam, cupiditates vincere, excludere concupiscentias, delectationibus corporis obuiare. Fortitudinis quoque exercitium est præterea pro lege non cedere. Inuitus quoque insigne atque prudentia, vt quod sequendum elegimus timore Dei, morte proposita referuemus. Quis esca imperet liberis? Quis autem se ridendum præbeat? Quis autem in hoc scriuat, sed non ridebit? Non sum ita senex, vt mihi non

non iuuencat animi fertilitas. Suspensus, itaque cum hinc atq[ue] inde grauiter verberaretur, nec iam ferrent sensilla membra verberum, penas, lasflatis carnificibus, acque extenso[rum] in terram deflexus, inflexibilem mentem gerebat. Et quidam seu longeum miseratus æatem, seu tentantis circumuenire desiderans. Responde, inquit, tantummodo te manducatu[m], nos te eice eius immunitum præstatibus. At ille clamans, nequam contingat mihi, vt siam senex incertuum iuuenilis erroris, qui hucusq[ue] eram forma salutaris instituti. His ego ludibrijs vt paululum viuam luctabor, & totius vite labores addicam breuis viatico senectutis. Senectus portus deber est, non naufragium vite superiori. Non te negabo lex patria, nō adiurabo vos sancta instituta maiorum, non decolorabo vos infusa[rum] sacerdotales, non te perfidiæ puluere turbabo canicies. Quid multa? Immorando tormentis factus est cæteris maliterium perseuerantia, qui electus erat ad infirmitatis exemplum. Beatus igitur in quo non potuerunt tormenta rationem vincere. An non beatus qui potuit virtute animi victor esse pœnarum, pietatisque remigio seruare integrum in tantis fluctibus passionem?

Potest ipsum staruti sunt pueri septem cum matre. Insultare licet tyranno, qui dum callide Cap. xi. a sene incipiendo putat, magistrum elegit, quo discipulos faceret fortiores, quoru[m] velut perirem æatem præmis prouocabat ad culpam, arguebat terroribus ad formidinem. At illi nō degeneres tanto duci respondent: Quid contemnis, vel circumscribis vt pueros? Sed fides cana est, sed valida disciplina. Experire certe, subiecte quibus placet p[ro]enies puerilia viscera, non inuenies corda puerilia, nec potentiores erunt tormentorum machinæ, q[uod] legitimæ obleruationis exhuberat. Quem vicit senectus, superauit æmula senectutis pueritia. Sequimur patrem filij, discipuli doctorē. Collige suppliciorū instrumenta proposita, meditationem patientie, nō terorem inscientiae adferunt, dum videntur. Iusit maximum natu eligi. At ille ridens: Recte, inquit, natura ordinem seruas. Sed cuius Dei legem temerandam putas? Et pro pietate quidem omnes maximi sumus. Sed tamen a me inchoatum gaudeo. Quod queris tyrannæ, cōfiteor nos summō Deo seruire, & doces quid agere debeamus? Si tu tanta pertinacia vis extorque[re] veritatem, cur non omni virtute noseam tenendā petumus? Quid plura? Adhibentur variarū genera pœnarum. Sed vicit pietas immanitatis furorem: exclusa est anima, nō religio.

Secundus ascessit nec degenér frarris minuia p[ro]a confessionis impleuit. Et cum detrahatur membrana, capit[is], respondit: Aufertis quidem membranam, sed habeo galeam spiritalem quam non potestis auferre. Et, verè hanc galeam nemo auferre potest, sicut postea Apostolus 1. Corinthi, 12. docuit in Ecclesia Domini, quia caput viri Christus est, & eius sumus mēbra. Recte puer ista diuino spiritu doctrinam Apostolicam præuidebat. Exuebat immanes bestiæ coriū capit[is], & pardalices feritatis seuebat. At ille deficiens: Quād dulce est, inquit, mori pro religione, q[uod] suavis omnis acerbitas mortis pro pietate, quia manet horū remuneratio laborū. Tua sunt Rex, grauiora tormenta, tu tuis vehementius torqueris supplicij, quia vides vinci in potestate. Ethoc defuncto, tertiu statui sibi iusit. Et cum eū partim tētaret infidijs, partim cuperet tec[r]e percellere, respōdit ad eū: Non faciam voluntatem tuā, nō succumbam imperio tuo. Per beatam illā fratru[m] p[ro]missionem, & nobilem vitam, nō negabo p[ro]iam germanitatē. Quævis adh[er]bito supplicia, quibus magis vrgēas: hoc proficies asperitate pœnarū, vt maiora testimonia nostre germanitatis accipias. Iusit itaq[ue] ei linguā amputari. At ille exclamans: Vixt es, inquit, Antioche, qui organi vocis abscindī iubes? Cōfessus es te respōdere non posse rationi, maioraq[ue] probas lingue nostræ flagella, quām tua v[er]bera. Nos enim tua verbena nō timemus, tu nostra vocis flagella non potes sustinere. Sed hæc pietatis flagella sunt, tua flagella perfida[re]. Sed etiam lingua sublata grauius te suo cadens murmur flagellabit. Euādere te putas Antioche, si vocē eripias: & tacentes Deus audit, & magis audit. Ecce aperui os meū, laxau[er] linguā meā abscindes linguā, sed non abscindes confitiam, non virtutem auferes, non rationē obliterabis, non eripies testimoniū veritatis, nō eripies cordis clamorē. Si lingua amputatur, sanguis clarambit, & dicetur tibi: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Audit enim sanguinis vocē, qui audit internas cogitationes. Tenebret[ur] op[er]iat, & parieti septa circumdant, dicat impius, quia nullus sibi testis assit, explorat vniuersa: videt omnia Deus: nec est aliiquid facinus, quod possit latere omnī iudicem Deum, qui cognoscit vniuersa antequam hant. Quid verba damus? Loquaciōra sunt vulnera, et si vulnera tegantur, & abscondatur cicatrix, non absconditur fides: nec tam plaudas, quod auferendo linguam, confessionem laudis eripias. Sat[ur] iam Deum sermone laudau[er] , nunc passione laudemus. Et hoc perempto, iusit quartum vinciri ad rotam, vt eius vertigine membris omnibus solueretur. At ille cum torqueretur immaniter: Dissoluit, inquit, corporis membra, sed adjungis gratiam passioni, nec eripis solitum morti. Est enim vox tonitru[i] in rota, quia in bono & inoffenso vita iustus cursu, celeste resultat oraculum: sicut in Ioanne & in Iacob filiis tonitru[i] resultabat. Itaque illud quod legi, nunc manifestius recognosco: quia rota intra rotam currit, nec impeditur.

Teres enim vita sine villa offensione in quauis passione versatur, & intra hanc quoquerat currit. Currit lex intra gratiam, & obseruantia legis intra diuinæ curriculum misericordiae est. Nam quod magis voluitur plus probatur. Potius est hic ab impijs aduersa tolerare, ut ibi à Domino consolationem inuenire possumus. Et iste consummans cursum suum, abruptus spiritum, animamque victor effudit. Quintus cum sisteret, & cœlo prius, eidem iussit ignes ad mortui, subiici incendia. Manabat è vulneribus crutorum, & efflosis viceribus sanguis effusus, ipso flammarum extinguebat globos. At ille inter ignium crepitus audiebatur, dicens: Gratias tibi Domine, quod dedisti nobis dicere: Transibimus per ignem. Et sicut alibi idem tuus dicitur Propheta: Igne nos examinasti, sicut igne examinatur argenteum. Altabo tibi sicut aurum purgatus incendio, & si quid fuit culpæ, ignis exusit. Itaque & iste transfiguratus à corruptela ad incorruptionem, vitam exhalauit. Sexto quoque admota tormenta sunt. At ille: Noli, inquit, fructu errare, & tuae hoc adscribere potestari, quod illa ad cœlum nos exerceas. Nostorum hoc delictorum est premium, ut peccantes puniamur. Et gratias Dominino, quod hic à nobis duplicitia peccata exiguntur, ut ibi nobis consolatio deferatur. Gratias autem & tibi, quod tam durus & immitis es, ut talibus nostris supplicijs Dominus, in quem peccauimus, genti nostræ propitius fiat. Nos quoque ableuamus grumnam diuinæ fidei passionibus delectamur. Et iste durus & asperis dilaceratus supplicijs, appositus est ad fratres tuos. Supererat junior ex fratribus, & iam pudebat Antiochium inmatuæ & aetati feita fusile lucribo. Itaque dolis eum desiderans circumscribere, pollicebatur honores, diutinas amicitianam suam, confortiū secretorum. At verò pia mater monebat filium suum, dicens & huic sicut ceteris: Nescio quem admodum in vterum meum introiatis, neque ego spiritum donauis vobis, neque membra formauis, sed haec omnipotens Dei munera sunt. Putauit Antiochus videns matrem sollicitam, quod saluti eius timeret, ipsi quoque suadere coepit, ut filii ab intentione sua reuocaret. At illa voce patria dicebat filio: Tu foli superes fili summa votoru meorum, tu postremus clausisti partus meos, tu postremus cōclude gaudia mea. Miserere mei, quae te in vtero tot mensura curricula portavi, ne uno momento confundas fœnestrutem meā, ne decolores tot fratrum tuorum trophae, nec sacrum eorum comitatu relinquis, nec consortiu deferas. Te adhuc isti expectant triumphi. Apice in celo vnde hausti spiritu ad patrem omnium: apice in terram, que tibi ante alimoniam ministravit: apice ad fratres, qui collega requirunt: apice ad matrem, que tibi lac dedit, reddere mercede pīj fanguinis: noli à fratribus, noli à matre diuelli. Temporales opes sunt, quas promittit Antiochus, temporales honores: perpetua corona, quæ à Deo omnipotente deferrur. Vos mihi septem dierū lumina dedit Dominus, sextum iam diem clausi, & omnium opera iam bona valde. Debet mihi fili, ut quæ in illis sex laborauit, i te requielcam. Septimo, tanq; à seculi operibus iam seriat. Itaq; proriens se iuuenis, ait: Quid sustinetis? Et multa vociferans, quod nequaquam diuelli posset à fratribus consortijs, quorum multò beatiora essent funera, q Regi imperia, cū argueret cōiunctijs Regem, & ipse acerbis excruciatu tormentorum generibus, vitæ huius munus absoluere! Nouissima mater oblata est neci. Quis hanc beatam neget, quæ quasi septem vallata muris, inter corpora filiorum nullum sensit mortis incursum? Quis, inquam, dubitet de eius beatitudine, quæ septem turribus circundata, in parady sedem caput extulit: quæ septem filiis cincta, sacratissimum Deo chorum, non solum canorum vocibus, sed etiam passionibus, ad concinendas Domini laudes celestibus inuexit alaribus? Quam bonus fidei partus, quam tuus portus iste pietatis, quam splendida lucerna Ecclesiæ, septeno fulgens lumine, & octavo vteri cunctis luminibus oleum subministrans? De quibus pulchre dicitur: Date partem illis septem, & illis quidem octo, ed quod in vitroq; numero consortium gratia consequantur, in lege nutriti, per gratiam coronati, septē tāquam in sabbato, octo tanquam in Euangeliō. Pia mater supplemento passionis adiuncta, quæ in talibus filiis integrum pietatis formam & partiuari, & peperit.

Recurrunt in memoriam sermones sanctæ formæ, dicentis ad filios: Ego vos genui, ego vos succum laetis infudi, nolite nobilitatem vestram perdere. Sic aliae matres reuocare à martyrio solent filios, nō vocare. At ista maternū in hoc ponebat affectū, si filiis vitâ magis perpetuâ q̄ temporealem suaderet. Spectabat itaq; pia mater filiorum certamina: & quāvis maternorum viscerū compunctione quateretur, tamen pietatis studio premebat dolorem. Et offerebant Antiochus, cū posset salutem eligere filiorū, malebat periculum: compresisq; naturæ gemitis, pœnas filij optabat augeri vi mors citius appropinquaret. Viderunt conuera vota matris in filios, ne quem superflitem derelinqueret, sed omnes pīj cohæredes mortis acquirent. Sed nec filii, minores tali parente qui se inuicem cohortabantur, qui dicebant vno studio, & quadam animorum acie: Mortis aduersæ impetum petamus. Tunc enim vñtemus, cū fuerimus mortui. Nemo pietatis ordinē derelinquat, nemo se subtrahat prœlio triūphal; Nō homini, sed Deo nostras animas deuoquimus; nō homini, sed auctori omnium militum. Talis

Ecclesiast. 22.

Cap. xii.

2. Vides quod tūc sancti viuent, cum fuerint mortui?

Talis hæc pugna est, vt ille glorioius vicerit, qui crudelius occisus fuerit. Itaq; nemo timuit, nemo trepidauit, nullus ad mortem ex tot fratribus pigror fuit. Sed omnes tanquam ad immortalitatis viam, ita ad mortem per acerbâ supplicia cucurruerunt, vt mater confusa cernens filiorum agmina, tanquam pia anima sui membra corporis in filijs offerebat, & per artus proprios videbatur sibi subire tormenta. Cadebant filij tortuēs exalcerari, mortui super mortuos aduoluebantur, corpora super corpora volutabantur, capita execabantur. Referens erat locus cadaveribus filiorum, non fleuit mater, non lamentata est, non oculos cuiusquam preffit, aut ora morientis non lauit vulnera, sciens glorioios esse, si euifcerat & concreti pariter pulvere & sanguine viderentur, quales solent de bello redire victores, qualia solent tropheia ex hostibus reportare. Non superacienda velamina, non prosequendas exequias, nisi siue quoque comitatu mortis arbitrata est. Quæ cythara dulciores ederet cantus, quam morientes filii in tam grauibus supplicijs ediderant. Erumpebat enim naturæ gemitus, & invitus spectacles peremptorum cadaveria, sicut fila chordarum audires heptachordum psalterium triumphalibus gemitibus resultare. Non sic illecibros cantus Sirenum attraherent audientē. Illi enim ad naufragium trahunt, isti ad sacrificij victoriā. Nec sic cygnea carmina, aures animatumque mulcerent. Cygni enim naturæ forte moriuntur, isti monēbantur amore pietatis. Non sic rauca resonant secreto in nemore columbarum murrura, vt ultima verba morientium cum summa suauitate resonabant. Nec sic luna inter stellas resulget, vt inter filios matris & cum eos ad martyrium illuminatū reduceret, resulgebant: & cum amplexata victores in medio filterum iaceret. O vera mater adamante fortior, melle dulcior, flore fragrantior: & indissolubili pietatis vinculum, & verè valida charitas sicut mors dura, sicut inferi zelus devotionis ac fidei. Nulla tantarum diluuiu passionum tuam potuerunt charitate in excludere, nulla inundare eam flumina tantarum acerbitatum. Sicut arcā in illo mundi diluuiō toto orbis spatij innocua forebatur, ita & tu aduersus flūctus tam grauium passionum pietate immobilis restitisti: & cū posses salutem filiorum eligere, noluisisti. Quo affectu vos prosequar sanctæ matris pia pignora? Quo penicillo sermonis mei describam formæ vestrae & animarum similitudinem? Stetis in exercitus regios, quibus totus fuit orbis terrarū subactus: quos India quoque in extremis matis secreta refugiens declinauit, & soli de rége superbo sine bellico conflictu victoriā reportatis. Vicerunt in vobis sola arma pietatis, dedit pœnas tyranus, & quia vos non potuit vincere, & quia atroci pereimpitus est morte:

Habetur in libro eius de vitiis prophetarum

VITA ET MORS ZACHARIAE PATRIS IOAN-

nis Baptista, per D. Epiphaniūm Constantiæ Cyprī Episcopum.

Zacharias adhuc aliis fuit tum Propheta, tum sacerdos, Iōdaë sacerdote propugnatū. Ioannis Baptista parens, quem Herodes illi tyrannus iuxta aram, domumque Dei occidit. Effususque est sanguis eius in vestibulo templi Domini. Is natione Hierosolymitanus erat de familia Daud, officialis in domo Domini. Inter cetera que vaticinatus est, de origine quoque & nativitate Christi nonnulla prophetauit. Eo igitur in loco Propheta in domo Domini, & templo Domini humatus est. Ex eo sane facta sunt in templo illo stupenda miracula, phantasie que, hoc est, visiones. Ceterū sacerdotes nequibant amplius neque Angelorum visa oculis vñspare, neque oracula siue responsa populo ex Dabir reddere. Neq; etiam poterant in Ephod per signa & portenta, quemadmodum prius soliti fuerant, vñque ad templum hodiernum respondere.

ITEM DE HOC EODEM ZACHARIA,

per D. Basiliūm Episcopum.

Quod autem Maria perpetuō virgo remanserit, etiam Zacharias declarat historiā quæda, quæ ex traditione ad nos vñque peruenit. Zacharias enim Mariam post Domini conceptionem in virginum loco constituta, à Iudeis inter templum & altare interfactus est. A populo namque accusatus, quod rem prodigiōsan inauditamque prædicaret, virginem videbider parientem citra virginitatis corruptionem.

ITEM DE ZACHARIA PATE IOANNIS

Baptista, ex D. Gregorio Episcopo Nysseno.

Non erit intempestuum, si incorruptæ matris testem eum qui inter templum & altare fuit occisus præferamus. Hic est sacerdos Zacharias, non sacerdos solū, verū etiam Propheta. Ac propheticæ quidem potestas in Euangeliō libro declaratur, cū viam hominibus munens diuina gratia, ne virginis partus incredibilis putaretur, minoribus miraculis adhuc assensu sic exercuit, vt sc̄mina steriles, & viri iam ætate confectus filii susciperent.

Ex homilia eiusdem de humana Christi generatione.

Habetur in oratione eius habita in die nativitatis domini, nuper per Petrum Frāciscum Zinum Veronensem latine reddita.

Hoc mirandi virginis partus proœmium fuit, etenim sicut Elisabeth, quæ sterilis ad senectutem peruererat, non potestate naturæ fit mater, sed ei diuino consilio nascitur: sic quod in virginio paru non credendum videtur, si referatur ad Deum, credibile est. Quoniam igitur ex virginitate prouenientem præcedit nuncius sterilis, qui ad vocem illius, quæ Domini vtero grecabat, antequam in lucem pròdiere, in alio matris exiluit, simul ac natus est præcursor Verbi, propheticō spiritu Zachariae silentium soluitur. Quæcumque autem disseruit Zacharias propheta, ad futurum spectabant. Hic igitur diuino numine ad occulorum cognitionem ductus, cum virginitatis mysterium in parti incorrupto non ignoraret, in sacro templo virginem matrem à loco virginibus per legem assignata, non seminouit: Iudeosq; docuit naturam humanam vñà cum reliquo omnibus rerum omnium effectori, & regi ita subiectam esse, vt arbitriu suo eam ipse regeret, non autem ab ea regeretur. Itaque in manu ipsius esse, nouam ortus rationem moliri, quæ matrem esse virginem non impediret: quam obrem eam sè à virginum loco non exclusisse: locus autem ille, erat spatum quoddam inter templum & altare. Cum igitur audiuerint Iudei rerum omnium Regem in vitam humanam diuino ordine prodijisse, metuentes ne Regi subderentur, sacedotem qui hec de ipso partetestificabatur, ad ipsum altare sacrificantem interfecerunt.

S ANCTI PATRIS NOSTRI ET

Confessoris, Theodori Studiti Oratio, de Natali sancti
Prophetae, Præcursoris, & Baptista.

Per Simeonem Metaphraſten.

S I vocali alieui luscianæ, quæ verno tempore pulchre reſonat, noſtra effet ſimili oratio, inueniret fortaffe, quemadmodum poſſet parumper laudare magnam illam vocem veritatis quæ hodierno die naſcitur. Cùm fit autem voce admodum gracili & impedita, quomodo laudabit magnum decus prephetarum? quomodo celebrabit eximiam Apostolorum gloriā? quomodo glorificabit nouum & admirandum ornamentum martyrum? Porro autem hoc quoque eſt mihi conſiderandum, quod in alijs quidem ſanctis traçtauit alter alterius encomia: eius autem qui nunc laudatur, ante alios ipſe Christus Deus, qui eſt ipſa veritas. Dicit enim: Maior Ioanne Baptista non surrexit inter natos mulierum. Quoniam ergo ſunt tantæ laudes magni Præcursoris, vt vel ſumma dicendi facultas eas allequi nequeat, nunquid ei deſerit noſtra orationis breuitas, ſtudioſi auditores? Abſit: ſed ſervile reddentes debitum, & iuſſum implentes ſpiritalem, & tanquam qui ſimus¹ ſanctificandi ex ſola Præcursoris com memoratione, noſtram oſtendemus audaciam. Agedum ergo diem² festum deinceps celebremus, ad natalem honorandum conueniamus frequenti multitudine, non ſolam accolæ, ſed etiam viuueria regio, quæ eft circa Iordanem, qui percipitur intelligentia. Videamus pulcherrimum hoc nouum & inauditum mysterium. Videamus id quod fit admirabiliter, & præter opinionem. Zachariam mente conſideremus: res quoque Elisabetha rurus confiteamur. Non ex obſcuris itaque parentibus, vt vel ex hoc maximus oſtendatur Præcursor, ſed vel ex valde claris, & inſignibus originem habuit. Nam alter quidem erat Aaron, propter canos & dignitatem, velte induitus ſacerdotali, paſtorali, inquam, & ſuperhumerali, talari, cincinata tunica, cidiari, & zona, quæ ex auro & gemmis, & hyacintho & byſlo erant varia ta: & ſic ingrediens in ſancta ſanctorum in vice ſacrificandi. Matri autem Saræ gloria æqualis, vel potius superior, vt quæ eſſet propinquitate coniuncta Dei matri. Ex sterilitate enim gignit per promissionem, non Iſaac, qui ſuit vocatus Dei ſeruus: ſed Ioannem, qui fuī appellatus Domini verus & germanus amicus. O ſterile vterum, qui talem concepisti filium! O terram infrugiferam, quæ talem ſpicam produxisti. Quocirca non eſt dubitanum illud Iſiae, cuius vox eſt altissima, ad eam quoque nouo quodam modo eloqui: Lætare ſterilis, quæ non paris, erupiſe & clama quæ non parturis, quod ex deferte matrice produxisti liliū caſtitatis, roſam ſpiritalis fragrantia, pratum bonorum ſeracis continentia, interdu lucentem facem Christi aduentus, Ioannem à Deo electum, militem regni cœlestis, optimum Christi Ecclesiae prœnubum, ſilentio non mandandum teſtem eius, quæ verè eſt, veritatis, Ioannem canorum præconem penitentie, eius qui in corpore eſt, Angelus Domini, indicatore agni, qui tollit peccatum mundi. Neque verò potuerit eius complecti dignitatem, eriam ſi plura nomina fueru complexus vocationis. Multa enim habet nomina, & plures cauſas, qui id, quod eft maximum, eft ſortitus præter omnes Christos Domini. Atq; honoratur quidem Iſaac quoque antiqui parentis natalis, quem cum concepifet Sara, & perifet filium in ſenectute, haec ait: Quis annunciat Abrahæ, quod Sara lactat filium?

Quocirca

Quocirca magnum quoque videtur facere coniuum in die eius ablationis. Et rurus ho noratur natalis Samponis, qui Manue erat, ipſe quoque natus ex promiſſione, vt qui proce der ex ſterili. Qui, inquit, non bibet vinum & ſiceram, & non comedet quicquam immun dum: Et ipſe incipit ſaluum facere ex manu alienigenarum. Præterea autem, vt aliorum na talem prätermittam, Samuēlis quoq; honoratur natalis, qui ea qua erant, antea videbat: quem peperit celeberrima Anna mariti ſuo Elcana, dedicatum Deo ab infantia. Sed non aſſecuti sunt, ô dilecti, Iohannis magnitudinem, quoniam alij quidem fuerit ante legem ſcriptam, alij vero post legem. Iohannes autem filius Zachariae ſacerdotis, & Elisabethæ admirabilis, exor tuſt eſt floſ präcedens Christi aduentum, in medio legis & gratiæ apparenſis. Praeluxit enim, qui intelligentia percipitur, Lucifer, ſignificans ortum ſolis iuftitiae: präcesit miles, ſignificans aduentum Regis omnium. Venit Paranymphus indicaturus ad eſſe ſpontiū. Et alij quidem aliquamdiu poſtquam nati eſſent, aut prophétarū, aut alia fecerunt miracula. Hic autem cùm adhuc ferretur in vtero, repletus fuit ſancto ſpiritu, & extitit effector rerum admirabilium. Mihi ergo videtur id eſſe eiusmodi, vt tanquam in ſimilitudine, Præcurſoris oſtentat magnificientiam. Quomodo ergo rex aliquis regaliter procedens ex regia, habet quidem pri um präcedentes quodam, qui ferunt virgas, & quodam qui ſceptra gestant, deinde Conſules, Praefides, & Duſtores ordinum, poſtrem autem quendam maiori dignitate prädicti, poſt quem statim Rex appetit, nullo intericto, reſplendens auro & gemmis perlucidis: ſic mihi cogita etiam in vero, & ſolo vniuersorum Rege Christo Deo noſtro. Eo enim per carnem ingeſtu in orbem terrarum, präceſſerūt quidem Patriarchæ, veſtote Abrahami, Iſaac, & Iacob: deinde Moyses Dei interpres, & Aaron, & Samuel, & vniuersa turba Prophetarum: ultimus autem extitit maneflus Iohannes, & statim Christus Dominius: de quo dicit: Qui poſt me venit, ante me factus eſt, quia prior me erat. Et qui erat viuimus ordine, maior dignitate extitit pro proportione. Sic ergo & Prophetis, & Apoſtolis, & aliis omnibus re vera prior eſt magnus Præcurſor, illis quidem, vt ſequens: hiſ verò, vt präcedens: Verū enim uero Euangelicam explicantes historiam, audiuitus que à Gabriele annunciantur Zachariae. Viſus eſt ei, inquit, Angelus Domini ſtans à dextris altaris incensi, & conturbatus eſt Zacharias cùm vidillet, & timor irruit ſuper ipſum. Quā eft terribilis etiam viſio Angelici & quā in loco terribili apparuit. Quā terribilis, inquit, eſt locus iſte? Nihil eſt hoc, niſi domus Dei. Neq; eſt mirum, ſi cūm eſet iuſtus ſacerdos, conturbatus eſt, & timor irruit ſuper ipſum, cūm Daniel quoque vir defideriorum, cūm vidillet, stupeſt, affeetus, & in faciem ecceſit, & ore lianti maniſt attonitus, propter Angelicæ excellentiæ ſplendorem incomparabilem. Viſus eſt ei, inquit, Angelus Domini. Quid ad haec nobis dicunt ſémichrīſtiani, qui non admittunt 3 imagines? Si ad hominem viſus eft Angelus, omnino habuit imaginem, & 3 Nota pro vſu etiā & quā in qua viſus eft. Viſus eft autem in ea forma, in qua Moysi prius in monte cultu imaginum. Sina in figura oſtenſa ſunt Cherubim, quæ erant circa propitiatorium. Si autem id quod eft in corpore, & quod caruſt, ea quæ fuit oſtenſa figura, cireuſcribitur, quomodo id quod eft corporeum & figuratum, & quod colori & tactui lubiſſit, & tres fuſcipit dimensiones, imagine non representabimus, ad evidentem demonstrationem ab eo fuſſeptræ carnis, quæ viſione non potest apprehendit? Neque verò putent ſtulti, nos diuinitatem in hoc circumſcribere, quæ neque verbiſ exprimi, neq; comprehendit potest: cuius nulla eft poſtuſa, nulla figura, nullus locus, nulla quantitas, nulla qualitas, non aliquid aliud ex iis, quæ ſunt intra fines circumſcriptionis, propterea quod sit infinita, & non potest comprehendit. Nam hic quoque eius, qui eft homo, ſolummodo eſtingentes imaginet, non materiæ expertem, & informem animam vñà omnino eſtingimus: Non enim contingit: ſed utrique conuenienter attribui mus ea quæ fuit eius propria, ei, quod circumſcribi non potest, id quod non potest circumſcribi: & ei, quod potest circumſcribi, id quod circumſcribi potest, ſicut verbum oſtendit veritatis. Reuertarum aut rurus ad propositum. Dixit autem ei Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eft deprecatio tua, & vxor tua Elisabeth pariet tibi filium. O defiderant qui à Deo präbetur, iuſsum. O valde optandam quæ affertur ab Angelo, promissionem. Aſſecutus id eft, quod optauerat: obtinuit id, quod rogarabat: inuenit id, quod quarebat, vt tolleter ſterilitas, & pulchram haberet problem, non conſequentiæ naturæ, ſed preciib⁹. Num enim maledicti erat poena ſterilitas? abſit: ſed magni mysterij ſignificatio. Nam cūm Zacharias eſſet frequentibus ad Deum intenbus preciib⁹, vt folueretur ſterilitas, arbitrio eum fortasse haec audiuerit. Non dum eft perfectum tempus, nondum venerunt dies aduentus. Tunc expecta ſterilitatem, quando veneſit ſpes omnium finium terre. Poſtquam autem veneſit tempus: Accipe, inquit, id quod eft tibi cordi per Gabrielis prädictiōnē: renouare tanquam aquila iuuentu te: Cognofce, inquit, coniugem: exaudita eft enim tua deprecatio: & vxor tua Elisabeth

H iiiij partis

pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem. Cognosce etiam nomen, quo vocabitur, vel ex ipsa etymologia tibi procedere ex alto. Dixit autem Zacharias Angelo: deinceps enim cum eo tanquam cum conseruo libere loquitur. Quomodo hoc cognoscam? Ego enim sum senex, & vix mea processit in diebus suis. Atque prompta quidem & paterna demonstratio sacerdotem facit reum incredulitatem. Præfens autem sermo non se submitens, sed procedens tanquam ad examinationem, dicit eo modo fuisse affectum Zacharia, quo Diuus Thomas. Non enim erat consentaneum, eum hoc ignorasse cum esset Propheta, & in rebus diuinis eruditus, posse Deum vel ipsam naturam innovare, & ex tene iuuenem efficere, & ea redire facilia, que videntur nullo modo posse fieri, ut in Abrahamo, & Sara, sicut in Sunamitide, & in aliis eius variis, & omne genus miraculis. Sed quoniam magnarum, & que sunt præter opinionem, expectationum promissiones, si repente audiuntur, solent aliquo modo conturbare animum; non ad incredulitatem, vt arbitror, differunt, sed festinans ad perfectionem, statim veluti caput à volupitate exclamat, & dicit: Quomodo hoc cognoscas? Ne me deciperis, ne me fefelleris, da mihi signum, præbe mihi pignus, vt Deus olim Abrahæ, ad hoc quod ipse esset pater multarum gentium, & egredierentur Reges ex eius lumbis, signum circumcisionis, & huc ante Noë, quod non induceret diluvium super terram, arcum qui est in nube: Et Moysi virgam in serpentem conuersam, & citò restitutam, ad hoc vt credere. & Egypti, quod, qui est, ei apparuerit. Respondens autem ei, dicit Angelus: Ecce eris tantus, & non poteris loqui: propterea quia non credidisti verbis meis. Adiiciendum est, tacitè, & abolutè, & citra examinationem. Accepit signum Zacharias rei conueniens: nempe sermone soluto silentium, quod ad viuum sermonem, & qui constituit, est ei patiendum: & complicatis labris, vocibus quæ audiri non poterant, laudavit datorem partus. Egressus enim, inquit, non poteris loqui, & cognoverunt quod vidisset vilionem in templo. Et ipse erat annulus illis, & permanxit mutus: partim quidem ne interrogaretur, vt pote quod sustinendum non esset, vt auditretur visio: partim autem vt qui quodammodo excessisset ex sensibus, & totus seipsum conuertens ad id quod vilum fuerat, mutus esset, inanibus, & aërem temere verberantibus sermonibus. Par autem fortasse fuerit, eum vt pote prophetæ patrem, hic quoque opus significare prophetæ, & hoc fortasse est cessatio legalis cultus ad eam, quæ sit in gratia, prolationem per exortum Ioannis. Huius ergo prætermis, quæ intercedunt, vt quæ neque ad diem pertinéant, neque ea possint vires nostræ asequi, veniamus rursus ad institutum. Et factum est, inquit, vt audiuit salutationem Marie Elisabeth, exultauit infans in utero eius. O Joannes felix infans, fetus qui sopori non potes. Qui es in utero, quomodo es in mundo? Qui nondum es perfectus, quomodo es plenissimus? Qui es semel tristis, quomodo multum habes tempus? Qui non potes cogitatione percipere, quomodo es prudentissimus? Qui loqui non potes, quomodo bene loqueris? Dic nobis, dic, quomodo cùm continearis in tenebroso loco vteri matris, nondum videndi facultatem exercetas, auditus sonum nondum admittas, vocalem sermonem nondum emittas, ambulandi motus nondum his particeps, ridendi proprietatem nondum exerceris: quomodo intueris? quomodo audis? quomodo res diuinæ contemplaris? quomodo exilis, & exultas? Responde, responde nobis, ô vir optime. Magnus est, inquit, quod peragitur mysterium: & actus est ab humana remota cōfessione. Merito innouo natura propter eum qui innovaturus ea quæ sunt supra natura. Video eti sim adhuc in utero, quoniam in utero gestari video solem iustitiae. Aribus percipio, quoniam audio vt qui nascat vox magni verbi. Exclamo, quoniam filii patris vni genitum cōsidero esse carne inductum. Exulto, quoniam vniuersi effectore video formam hominis cōscipere. Exilio, quoniam mudi redemptoris cogito corporatu. Principiū, inquit, vobis significo Dei in mundū ingressus, & aduentus corporei. Præcurro aduentū, & quodammodo vobis præ eo confessionem. Accipite psalmū, vt dicam Daudicē, & tympanū propheticē, psalteriu iucundū cum cythara. Cantate ei, & psallite ei, narrate oia mirabilia eius. Nunquid ergo, ô Joannes, super terrena ascendiſti, ad celestia proiectus es, Angelicos, & primò operantes ornatū transcedisti? Quomodo ergo quorū naturam non apprehendisti, eorum es fortius ordinē, & dignitatē? & quod eis est a seculo obſcurum, & quod minimè didicerunt, statim, tanquam post Deum traieciſti, & nobis annunciasisti, idque cum adhuc essem in matris visceribus?

Non volau, inquit, per aërem, non peruasi celos, non transcendī flammæs & incorporeas virtutes: ne hoc existimetis: sed qui est supra omnia, & in finu patris manet cum Sancto Spiritu, necnentibus alijs igneis eius ministris, tanquam aliud cœlum ingressus, in utero ſemper virginis Mariæ ſeipſum patefecit, & hæc mihi talia expofuit mysteria. Sum ergo pueri index, quod scilicet filius nobis nascitur, & filius datus est nobis (vt magnus dicit Esaias) qui quidem est ante ſecula. Sum natus ex ſterili, quoniam prodibit fetus Virginis. O opus magnificum, & ſupernaturale. O prodigium admirabile, & quod omnem

omnem superat opinionem. Qualia nobis infans nondum natus annunciat? Quanta nobis fœtus Elisabethicus diuini significauit? Exiliat tota quæ est sub sole regio: choros agat Ecclesia, fœsti præludia, natalis Christi ingressum celebrans: & latitia implaeunt vniuersa fuscipientia indicem aduentus Regis vniuersorum. Sed, ô beate Ioannes, qui maximorum es propheta maximus, qui es primorum primus inter Apostolos, qui es Martyrum Martyr excellentissimus, qui es solitudinis à Deo ordinatus patronus, qui speciosissimi sponsi es amicus dilectus, qui lucis quæ dici non potest, es parata lucerna, cui Agni inculpati fuit creditum præconium, qui paternæ vocis optimus auditor, qui prædicatus fuisti Baptista Christi, qui Herodis libidinis liber fuisti reprehensor, qui iis qui erant apud inferos, vitam præsignificasti, qui Deum significans fuisti tuba orbis terrarum: nunc quoque nobis sonum ede cœlitus sacratissimus ⁴ intercessione, & esto propitius populo tibi decantanti, & minimo tuo gregi, cum excellē-
te tuo patre, condonans rursum hoc audax mei miseri inceptum, vt quod non sit munus ob-
latum, sed tanquam inutilis serui, quod tibi offertur, debitus cum tributo, & desiderio. In
Christo Iesu Domino nostro, cui gloria, & honor, & adoratio cum patre omnipotente, & san-
ctissimo spiritu, nunc, & semper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ SANCTI PATRIS NOSTRI IOANNIS CHRYS.

ostomi Archiepiscopi Constantinopolitani Encomium
natalis venerandi Præcursoris.

Apud Simeonem Metaphrasten.



Eſti ⁵ 5 celebrandi, & publicæ lætitiae dies est opportunus, in quo mihi reuocatur in memoriam Gabrieles ministerium, & Zachariae lacerdotium. Num est enim audiisti Euangelistam dicentem, quod Zachariae obtigerat, vt sufficeret ingressus in templum Dei: & vniuersa multitudo expectabat extra templi hora suffitum. Et viſus est ei Angelus Domini stans à dextris altaris suffitum. Et conturbatus est videns Zacharias, & timor irruit super ipsum. Ei autem dixit Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua. Eſcit metum, & eius loco inicit deſiderium. Nā cùm dixiſſet, Ne timeas, nō tacuit, sed etiam precatiōis lucrum significauit (exaudita est enim, inquit, deprecatio tua). Quodnam? Leuiticæ tribus augmentū. Et ecce vxor tua Elisabeth pariet filium, & vocabis nomen eius Ioannem. O admirabile & myſticum miraculum. Merito Zacharias ratiocinando & cogitando impeditus repugnauit Angelo. Aliud enim rogabat, & aliud accepit. Pro populo precabatur, & nominabatur pater filij. Quærebatur veniā peccatorū, & vteri ſterilis accepit promiſiōne. Maluifet Zacharias curari animas fideliū, quām intumeſcere vterum Elisabethæ. Merito ergo fuit conturbatus. Erat enim homo ſeruens mutationē, etiamſi eſſet prædictus dignitate ſacerdotali. Deinde etiā apud ſe cogitabat, quoniam eſſet aliena, & admirabilis viri viuio: quoniam eſſet, qui audaci pede in ſacrum templum ascendebat: quoniam eſſet, qui à dexteris altaris suffitum altaret, tanquam qui nulli peccato eſſet affinis. Quis hic eſt, aiebat, qui alienis & diuerſis formis circum circa coruſcat, & metu meām cōpīrit animam? Nunquam enim ego vidī rem tam admirabile, hominēm alatum, an volucrem humana forma præditam? Quid hoc fit, dubito. Mei enim suffit videtur eſſe aliquis ſpeculator, & meæ intercessioni eſſe impedimento. Populi multitudino me foris oras expectat, tanquam ſcribā cœleſtis Regis, & hic me intus retinet. Per me Regi preces offerunt, veniam petentes delictorū, & incertus sum, an poſſim explere populi defiderium, & meo ſatisfacere officio: & hic conſtituit nouum mihi adſerens nuncium. Cessa deinceps tu, qui me terres. Si enim eſſes à Deo missus Angelus, ad ea quæ sunt mihi vſui, adiumento fuiles; & misertus eſſes eorum, qui foris lachrymat: affligereris vñ cum iis qui affliguntur. Recede hinc, qui me terres: filii nullam duco rationem. Cur mihi ſignificas promiſiōne? Quid enim lucrifaciet populus, si ego habuero filium? Quoniam ad eos redibit vtilitas, si Elisabeth infantem lactauerit? Quid accipient cōmodi, si ego facultatum haeretem reliquero? Recede ergo qui me terres, quicunq; ſis. Sumus iam prouecte atat, præterit tempus cupiditatis: tēpū refrigerauit calorem, fructum negauit ſterilitas, natura feci agitauit inuentus, quoniam germinabit ſenectus? Sed hæc quidem animo agitabat & dicebat Zacharias. Ei autem dixit Angelus. Ne timeas Zacharia, neque contuberis cogitationibus: ſum enim Angelus lucis, non tenebrarum. Ego sum Gabriel vnu ex principibus Regis cœleſtis, iuſſum aſtero, non mea iubeo autoritate: miſſus ſum ad tibi ſignificandū, non autē ad metum tibi inuentandū hanc iudici figuram. Ne timeas Zacharia, miſſus ſum ad tibi nunciandum, non autem ad te obſtupeſaciendum. Profers ſenectutem, & atatem non aptā generationi, &

⁵ Natiuitas celeſtis
brandi er publica.
letitia ales eſt.

matri.

matricem, quia semen non suscipit. Quis autem, licet velit, generat? Dei est donum, non inuentum hominis. Non audiuit Dominum dicentes: Ego sum, qui facio hominem, & fingo spiritum in homine? Non credis Zacharia? Quomodo formatus est Adam? Quomodo creata est Eva? Quomodo genitus est Iacob? Cum audiuit Abraham, non est spes deceptus: & tu Sacerdos non credis? Non est impossibile apud Deum omne verbum. Propter senectutem contradicis, o Zacharia, & corpus emortuum plus statius posse efficere, quam Deum? Si non vidulus Abraham, recte dubitas. Naturalem profers imbecillitatem, & cum adit diuina promissio, non credis? Qui parva pertulisti, magna sumis: & clamans, tanquam qui damnum patiaris? Tu Zacharia oras pro solo populo Iudeo. Ego autem hunc bonum tibi affero nuncium; pertinere salutem ad omnes gentes. Zacharias autem cum haec audiisset, & aspectum param auerteret, dixit respondens Angelo: Quid dicis, o Angel? Vxor mea pariet? num ego propterea orau? an suffitum moueo hac de causa? Meo fungens officio populo bonam spem afero, & peto veniam peccatorum, non solutionem desiderio sterilitatis. Volo meam leuari synagogam, non praequantem effici Elisabeth. Rogo fauiciate ut carentur animae, non ut excata vbera lacte lluant. Quid dicis, o Angel? Vxor mea pariet? Et quid lucrificante iu qui foris precantur? Nunquid cum audierint, me obruent lapidibus, dicentes, me non orare pro ipsis, & cõmuni salute, sed pro me ipso solo, & me non verbum accepisse, sed factum? Nulla mihi res est cum liberorum susceptione. Absit, hoc nolo. Quod precatus sum non accepi, & nunc mihi significas alia pro aliis. Filiorum procreationis nullam duco rationem. Non possumus ingredi sine baculo, & iubemur dare operam liberis. Senectus negavit naturam. Non ero frequens in templo ad obeundum ministerium, sed conducam nutricem propter infantem. Nulla mihi res est cum liberorum procreatione. Quero salutem populi, & gentis felicitatem, & gentium captiuitatem, & nostram prosperitatem: non autem pueri fletus, & fascias, & nutritamenta puerilia. Horum ego nullam duco rationem. Quomodo enim inueniar pater germani filii? Senectus repellit modum. Ea res est deinceps a natura aliena. Sunt dissoluta membra genitalia. Virgam, tanquam equum, tenens ingredior, & me excitas, ut matrimoniale in eanam coniunctionem? Vnde hoc sciam? Ecce membra mihi tremunt. Ecce vides amborum senectutem. Ecce apicis vteri imbecillitatem. Ecce intueris colla nostra in terram inclinata. Totum corpus emasculit. Nihil expectans aliud, nisi falcam mortis. Spicæ iam sunt maturæ ad messem. Vnde hoc cognoscam? Si ergo verum omnino dicas, o Angel, da mihi signum, gratia arræ, & credam promissioni. Accipio promissionem, si miraculi videam effectuonem. Aaron enim non credidisset, nisi virga floruisse. Moyses pro certo, & firmo non habuisset, nisi eius manus fuisse dealbata. Gedeon non intellexisset, nisi ros descendisset in vellus. Ezechias spem abiecisset nisi sol fuissest impeditus. Da ergo tu quoque signum, & saltabo iuueniliter. Da signum, ne Elisabeth profuse rideat, sicut Sara. Vnde hoc sciam Archangelus, qui haec significas? Quid mihi dicas nomen infantis, & eius qui non adest, virtutes enumeras? Ostende mihi id quod est supra naturam, ut credam id quod est præter naturam. Si celi conuexum in partem conuertatur contrariam, ego quoque renouabor. Si mare suscipiat dimensionem, Elisabeth quoque pariet. Si sol comprehendatur, sicca quoque vbera lacte fluent. Si luna cingatur moenibus, matrix quoque sicca humectabitur. Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Angelus autem dicit Zacharia: Non credis Deo omnipotenti? Ne quis Deus posse omnia? Status Domini promissionem esse infirmam & instabilem. Eum qui bonum tibi adserit nuncium, non vereris examinare ac percutiari? Vnde hoc sciam, dicas o Zacharia? Num te mittam in Aegyptum, ut terrore afficias Pharaonem? Nil facit Deus supra naturam? Queris naturæ consequentiam, non diuinitatis effectuonem admirabilem? Dic enim mihi: Vbi nam fixe sunt ignis columnæ? Cæli moles vbinam est collocata? Vbinam inueniuntur nubium cubilia? Pluviæ autem guttae vbinam contexuntur? Niuis verò cespites vbinam excluduntur? Solis currus quis est auriga? Lunæ decreto quis imponit terminum? Furens mare quomodo reueretur atenan? Tenebræ caliginis quomodo contexuntur? Horio autem quomodo formatur in matrice? Et masculo quomodo femina inuenitur levior? Vnde, inquis, hoc sciam? Eris, inquit, tacens, & non poteris loqui. O benignum supplicium, quod effect potius correctionem. Angelus enim castigat ipsam vocem, qua lapla fuerat refrenat ipsam linguam, quæ fuerat audacior. Erat enim, inquit, annuens ipsis, & permanens surdus. Pulchrit Euangelista conscripsit illud. Permanit. Permanit enim silentiu expectans vocem, quæ nascebatur. Zacharias, Ioannem: senex, infantem: Sacerdos, Prophetam. Cum dicit Angelus: Quoniam tanquam incredulus à Deo signum queris, in propriis membris porta signum quod te castiget. Eris enim tacens, & non poteris loqui vñq; ad diē quo haec fiant. Vbi est audacia temeritatis, illic est frenum discipline. Vbi calcitrauit cõtumelia, illic poenæ pronuntiatur sententia. Volebat quidem Deus, o Zacharia, te fieri præconem talis miraculi: quoniam autem corpori

S A N C T O R V M H I S T O R I A. P a r t . I . 95

Corporis imbecillitatem duxisti esse firmorem ac stabiliorem promissione Domini, eris tacens, & non poteris loqui vñque ad eum diem quo haec fiant: propterea quod non credidisti verbis meis, quæ quidem implebuntur suo tempore. Vides nihil summum, ac perfectum effici sine fide? Solum autem audiuit Zacharias haec verba, & statim egredius est ex templo, sermonis priuationem ferens mercedem incredulitatis. O miraculum. Ingressus est ut alios liberaret, & ipse exiit condemnatus. Thiribulum ferens ad ministrandum, circumferebat titulum exilio. Populus expectabat, ut aliquid boni ab eo audiret, ille autem annuebat: Nemo mihi appropinquet, nemo me interroget: fero hororum Deminica iracundia. O res admirabiles, & que lunt præter opinionem. Zacharias mutus redditur, & veluti chamo constringitur. Elisabeth autem opipare conuiuatur. Lingua obtunditur, & vterus inflatur. Quæ diserta erat lingua, sterilis efficitur; & quæ erat infertilis, mater redditur. Vxor frænatur, & mulier liberatur. Zacharias filer, & Joannes exilit. Solum enim videt sterilis virginem, & solem animaduertit Lucifer, & valde exilit Joannes in materno vtero, accusans naturæ tarditatem. Domini, inquit, sum seruus, non teneor iisdem legibus, quibus conserui. Non expectabo quoad pariar, ut præcursor sim. Ne domine partus præueniat seruū, qui partuendi doloribus in vtero inuoluitur. Ne sit naturæ cõsequentia ordinis trâsgressio. Agnoui enim qui me præmisit, ut ambularé ante eius faciem, ad parandâ viâ eius ante ipsum. Labefacto vincula naturæ, proprio enim prædicare. O res admirabiles, & que superant opinionem. Quæ in celo ignorauerunt Angeli, cognovit Joannes, qui gestabatur in vtero. Thronos latuit: & eum qui erat in matrice, minime præterit. Celauit Dominationes: & ei qui erat in ventre reuelauit mysterium susceptæ carnis Oeconomiae, & quem venit Archangelus ferens bonum nuncium, is eum narrauit in vtero. Nam cum ad nos aduenisset, sicut modo audiuit, Redemptor nostri generis, venit protinus ad suum amicum Joannem, dum adhuc esset in vtero, & licebat videre figulum lutum salutantem, Regem habitantem in tabernaculo militis, Dominum qui venerat, in seru domuncula. Quem cum ex matrice in matrice afixisset Joannes, terminos naturæ concutiens, exclamat: Video Dominum, qui naturæ impofuit terminos, & non expecto tempus nascendi. Nouem mensu enim tempus in vtero non est mihi necessarium. In me est enim qui est aeternus. Egregiar ex hoc tenebroso tabernaculo, rerum admirabilium compendio fam predicabo cognitionem. Sum signaculum, significabo Christi aduentum. Sum tuba, proferam filij Dei in carne Oeconomiam. Tuba canam, & eo ipso paterna linguae benedicam, & eam traham, ut loquarur. Tuba canam, & vterum maternum viuiscabo. Vides o dilecte, quæ sit nouum & admirabile mysterium. Nondum nascitur, & saltibus loquitur: nondum apparet, & minas intentat. Nondum ei permittitur clamare, & per facta auditur. Nondum dicit vitam, & Deum predicit. Nondum alpicio lucem, & solem indicat. Nondum paritur, & properat præcurriere. Non fert enim præsente Domino contineri, non sustinet naturæ expectare terminos, sed contendit rumpere carcerem ventris, & studet præsignificare venientem Saluatorem. Accelsit, inquit, qui soluit vincula, & quid ego fedeo vincitus, & retineor ut maneam? Venit verbum ut omnia constituant, & ego adhuc maneo detenus. Exibo, præcurram, & prædicabo omnibus. Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Et hec quidem Joannes. Elisabeth autem impletum est tempus parandi, & genuit filium, & audierunt cognati & vicini eius, & gratulabantur ei. Cur autem peperit, & genuit? Quod illud quidem est opus naturæ, hoc verò supra naturam: quodcumque peperit quidem ut mulier, sed superuenit gratia sancti spiritus, & genuit supra naturam: Aliud enim est naturæ opus, aliud gratię. Erat enim miraculum quod fiebat ab Ioanne, & non tantum habebat paterni generis, quantu Dei verbi. Hoc autem significabat Archanglus Gabriel, dicens Zacharia: Ecce vxor tua pariet filium, & spiritu sancto replebitur ab vtero matris sue, & multis filiorum Israhel conuerret ad Dominum Deum ipsorum: Et ipse procedet ante illum in spiritu & virtute. Eli: Quoniam ergo est admirabilis naturæ ortu infantis, & Zacharias quidem non credit, Elizabeth autem non dubitauit, tardè genitum præter spem habens filium, ea de causa dicitur parere, & gignere: illud quidem propter naturam, hoc verò propter fidem. Qui enim gignit, sicut prius dixi, gignit cum letitia: quæ autem parit, parit in doloribus. Quædam verò tristitia fuit in Elisabeth, vbi aderat sanctus spiritus: non erat autem obstetricis circumcisatio, nec gratia tumor onus extendens miserabilem efficiebat laborem, si conferatur cum letitia. Non enim postquam fuit natus, & ad virilem peruenit etatem, gratia accepit Joannes, sed ex ipso materno vtero amictus veste sanctificationis, præter opinionem procedit, tanquam nubes, admirabiliter: sicut dicit Angelus: spiritu sancto ex vtero matris sue implebitur: & ipse procedet ante ipsum in spiritu, & virtute Eli: ante quem procedet? ante Dominum Christum. Et ideo appellatur etiam præcursor, vñ licet ipsum audire Joannem dicente: venit post me vir, qui ante me factus est. Post me, propterea tenuis: Ante me, propter thronum. Cur ergo in spiritu, & virtute Heli dixit Gabriel precedere, Ioannem?

Ioannem? Audi prudenter: Helias Deus exponitur. Quoniam ergo Ioannes Deum habebat in se ipso, impletus est spiritu sancto ab utero matris. Spiritus autem Deus est. De eo enim multis ante annis dixit Dominus: Ecce mitto Angelum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te, & multos conuertet ab errore ad veritatem. Ea de causa in spiritu, & virtute Elii Ioannes praecedit Dominum. Quinetiam inuenies Ioannem habere multa Elii similia. Certè infans nascitur, & vox patris reuertitur. Interrogatus enim, inquit, Zacharias, quo nomine vellet vocari puerum, petuit pugillares, & scriptis, dicens: Ioannes est nomen eius. Qui non creditur verbis Angeli, nunc necesse habuit scriptis praedicare visionem. Qui tunc auditione non accepérat ea quæ dicta fuerant, nunc ea quæ sunt, manu constituit. Quamobrem, inquit, mirati sunt inueniuntur. Statim enim apertum fuit os eius, & solutum est vinculum lingue eius, & locutus est, Deo benedicens. O nouum, & alienum miraculum, nomen scribitur, & os patris quod loqui non poterat, aperitur. Ioannes vocatur, & eius qui vocat lingua componitur, ac concinnatur. Vides nos non aberrasse, cum diximus praesentem expositionem esse eiusmodi: ut ei nihil possit obici. Ecce enim ipsum iusti nomen, & os aperit silentij, & excitat linguam ad monendum difficilem. Sic enim ostenditur vox clamans Ioannis, quoniam ipsum quoque nomen fit vocis operatio: Ego enim, inquit, sum vox clamantis in deferto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. O miraculum. In populo versat Verbum, & vox praedicit: Dominus venit, & seruus prius mittitur. Rex accedit, & miles praeparatur. Gaudeamus ergo hodie, & latemur, & exultemus, quod Elisabetha peperit, & Zacharias est locutus: quod sterilis peperit, & senex clamauit: quod quæsusitus est pugillaris, & soluta est lingua sacerdotalis: quod Ioannes processit, & vox est reuersa: quod natus est praecursor, & totus mundus est letatus. Sed hic quidem oportebat finire orationem: & Zacharias non concedit clamans: Benedictus Dominus, quoniam visitauit & fecit redempcionem plebis sue. O res admirabiles. Quid dicit Zacharias? Primam vocem post resurrectionem exclamauit Zacharias, Benedictus Dominus. Quid ergo? Mortuus est Zacharias, quod surrexit? Non mortuus est, inquit, sed quiddam mortis instar sustinuit. Tanquam enim sepulchrum tenuit silentium, & fasciis alligatus fuit, hoc est, lingue vinculis. Vitam egit interea non exercens sacerdotium, & luctum sustinuit populi tristitia. Rogante enim sacerdote pro iis qui sunt in luctu, omnes pro quibus interceditur, consequuntur misericordiam. Hanc ergo, primam exclamauit vocem post figuratam resurrectionem: Benedictus Dominus Deus Israël. Ergo nos quoq; hac vocem consequentes, bonum Deum nostrum benedicentes sumus glorificemus, & per bonos mores, & bona opera eum colamus, ut bona quoque alterna consequamur. Quæ licet non nisi omnibus consequi gratia, & clementia Domini nostri Iesu Christi: Quoniam eum decet gloria, honor, & adoratio, & magnificencia, cum principijs experte eius Patre, & cum sanctissimo, & uiuifico spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum. A M E N.

*Vide oportere
nos. Denim colore
etiam per bonos mo-
res, & bona opes
& per fidem fo-
rums.*

¶ SANCTI PATRIS NOSTRI IOANNIS CHRYSOSTOMI Archiepiscopi Constantinopolitani oratio, de natali sancti Prophetæ, Praecursoris, & Baptiste.
Apud Simeonem Metaphrasten.

BENEDICTVS Deus. Ecce enim rebus ipsi ostense sunt salutationes Ioannis, quæ siebant in utero. Processerunt iusti boni nunci, qui afferebantur pedibus, venie gratia, quam cum in utero esset, significauit. Nouit mundus exultationem, quam praecursor in alio descriptis pedibus. Re vera alijs laborarunt, & vos ingressi estis in ipsum laborem. Proclamabant Prophetæ, dum expellebantur. Non libebant iusti, dum verberabantur. Periclitabatur catalogus Prophetarum. Resistebant tyranni. Reges bellum gerebant. Principes stabant in acie. Populi ira concitabantur. Totus mundus aduersabatur iustorum certaminibus. Vbi producebantur ad tribunalia, illuc flagris caedebantur. Vndique tormenta, supplicia. Vndique afflictiones & ciuitatus. Vndique tristitia & tenebre. Sed cum essent in tali ac tanta vita tristitia, annunciantur solutionem tempestatis. Ioannes enim ille magnus praecursor Domini, cum esset adhuc naturæ fasciis alligatus, ver nobis ostendit salutare: & studens voce praedicare eum, quem significauit pedibus, conatur egredi ipsos naturæ terminos: ut quæ tardè pareret agitabat Elisabetham, Saliebat simul chorum ducens, & ægrè ferens quod teneretur in utero. Exclamabat aduersus mensum conuerzionem. Tanquam iniustam custodiām quatiebat matrem. In claustra naturæ insultabat calcibus: modum nascendi accusabat, & clausis labris vociferabatur figuris, talia propemodum motu dicens Elisabethæ: Iniquè facis ô mater, quæ tardas. Prophetam gestas in utero: contines gaudium orbis terrarum: portas praecursorum Christi

Christi Regis, contines militem regie predicationis, constringis martyrem, & maiorem omnibus inter natos mulierū: & impedis velocè curforem pietatis. Iniquè facis ô mater, nō nosti futura, ignoras ea quæ sunt ventura. Lux venit, solue matutinū. Sol oritur, prius lucebit Lucifer. In foribus lux est, & voce est opus. Prope est sponsus, & iustum est, ut thalamus extendetur in Iordanē. Opus est sanguine qui mundū eniat, & oportet me agnū eminus ostendere. Inuolutū est humanū genus fascijs peccatorū. Venit qui soluit ligatos. Opus est deinceps precone, vt oēs cùm relquierint, veniant omnes: & tu in utero retines praecursorē? Non tibi venit in mentē ô mater, Adam tot secula teneri apud inferos? Non consideras Euā luctus & gemitus? Non intueris mundi tristitiam, vel potius interitum? Adhuc clamat sanguis Abelis contra Cain interpellans. His ingemiscunt vel ipsa élémēta. Propterea enim es liberata à via insecundatis, vt qui nascetur ex sterili, eum indicet qui nascetur ex virgine. Propterea ego in matrice exilij in exultatione, vt non amplius saltet in mundo diabolus. Talia ergo nondum natus Ioannes dicebat Elisabethæ: Cùm aut̄ ex ipsa processisset, & iure maiorem sufficeret illuminationē effectis ostendit effectorem, & figuratis digito ostendit factorem, magna vox clamans: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Sed quomodo illum celebrabo ortū, qui verbis nequit exprimi? Quomodo illa enunciabo, quæ mentē superant & rationē? Quādū suscipiā linguam, quæ sufficiat miraculus? Noua est & aliena concepcionis: partus sine dolore: spica quæ prouenit fine cultura: fructus sine feminis: aliena naturæ partus: ignota generatio: filius, qui non habet in terra patrē: narratio, quæ est re vera in vita incomparabilis. Virgo rursum manit, non prohibuit partus virginitate, nō corripit uterū, nō vitū attulit ei quæ peperrat. Meritò is quoq; qui est natus, matris talia præbuit priuilegia. Quæ enim habuit solus, ea illa quoq; soli dedit. Nō habuit ipse fratré ad generationē, neq; dedit matrē sororē miraculi. O Deus in homines liberalitas & munificientia. Quænam doha per mulierē cœseruta est natura? Vnde cœpit bellū, illuc Rex pacem cœciliauit. Ex quo enim est viro mater, & mater virgo, cœfauit luctus Euā. Filia soluit crimen maternū. Per ipsam enim earne suscepit, Dominus ad nos accessit. Venit aut̄ vt quæ erant tristia, mutaret in gaudiū. Venit vt dolore affectam mutaret consuetudinē. Venit vt inferna pacaret supernis. Audi aut̄ quo modo. Illic probro affectus fuerat paradyssus, hic spelunca effecta est gloriola. Illinc duo, Adam & Euā expulsi sunt à peccato, hic fines orbis terre deduci à gratia. Non habemus amplius suspectam exilij exprobationem: non extimescimus amplius flammeam rompahem: non timemus amplius claustra portarum paradyssi, non metuimus amplius mortis serpentum: non amplius à sic accipimus folia: non amplius ad sonū gressus contremiscimus. Quæ enim ex virgine facta est, adorauimus processionem: medicum naturæ asperimus. Quis enim vidit, quis audiuit? Quis eximbeccilla radice cognovit quinquā effluviis medicum? Quænam foemina visu est mater patris proprii? Quænam eū genuit, qui diuina virtute generata? Quænam eū peperit, qui videbatur quidē figuramentū, intelligebatur aut̄ esse fictor? Quænam fuit consecuta, vt haberet filium, & nullū senserit damnum virginitatis? Quid ergo dicitis ô Iudee? Quid sensu videris esse infans, cum canis tegaris malitia? Quid tuos Prophetas, vel potius meos frustra legis? Tu enim literas, ego vero res teneo. Tu testamentū, ego hæreditatem. Tu in lege gloriaris, ego aut̄ in gratia mē magnifice circunspicio. Cur pugnas cū Prophetis? Cur à Deo acceptas, & veraces eorū effugis predictions? Quādū multis ante seculis legit̄ ea quæ nunc euenerunt? Nesciebas ad homines venire Deum verbū? Quomodo ergo dixit propheta Hieremias: Hic est Deus noster, nō reputabitur alius praeter ipsum. Inuenit omnē viam scientiæ, & dedit eam Iacob filio suo, & Israël dilecto suo. Postea in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est? Sed virginem, ô Judge, non credis peperisse. Quomodo legit̄ prophetam Esaiam clamantem: Ecce virgo in utero conciperit, & pariet filium, & vocabunt nōmen Emanuel, quod est interpretatiō: nobis eum dicit? Sed quod post partum nālī virgo, hoc quoq; didicisti ab Ezehielie. Duxit me inquit, Angelus, & posuit me ad portam Orientis, & dixit mihi: Fili hominis, quid tu vides? Er dixi: Video ego portam clauſam. Et dixit mihi: Hæc est porta, nemo ingredietur per ipsam, neque egredietur nisi Dominus Sabaoth solus. Ipse ingredietur & egredietur, & erit porta clauſa. Quinetia quod qui est omnis creatæ naturæ Dominus, nascatur in vili loco Bethlehēm, hoc quoq; prius didicisti à propheta Michea dicente: Et tu Bethleem terra Iuda nequam quæ es minima in principiis Iuda: Ex te enim mihi exhibit Dux, qui pafet populu mē Israël. Tum vero quod Herodes quoq; fit infantes occisurus propter Christum, qui non potest comprehendendi, ne hoc quidem est præteritum silentio, sed sic scriptum est: Vox in Rama auditā est, luctus multus & fletus; Rachel plorans filios suos, & noluit consolationem admittere, quoniam non sunt. Hæc ergo prius didicisti, ô Judge, per prophetas, vt paratus es, vt ei iras obuiam, non vt crucem parares. Sed illis in præsentiā prætermis̄is, ad prius institutum reuer tamur. Elisabeth autem impletum est tempus patiendi, & peperit filium. Et audierunt vici

ni, & cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum est in die octaua, ut cum venissent ad circuncidendum puerum, vocarent eum nomine patris sui Zacharia. Et respondens frater eius dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes: Porro autem eius quoque patri annuebant, quemnam eum vellet vocari. Et postulans pugillare scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt viuunti. Et loquebatur aperte benedicens Deo. Infans nascitur, & vox patri restituatur. Ex quo manifestum est clamantem nasci vocem, quod vocis ipsius, hoc est, Ioannis, nomine prolatore, vox patri restituta est. Ego enim, inquit, vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Cum enim suscepisset Ioannes illuminationem sancti spiritus, effectus ostendit effectorem, & dixit ostendit omnibus affictorum, magna voce clamans: Ecce Agnus Dei qui tollit peccatum mundi. Non enim amplius ex veteri lege & figura unum est templum quod suscipit sacrificia, & eis gloriatur: sed in viuenter orbe terrarum, Ecclesia & arcus purae ac sincere clementi Deo emittunt gloriam. Accepimus enim animarum nostrarum Pontificem Iesum Christum Dominum nostrum, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Habemus enim, inquit Paulus, Pontificem magnum, qui celos percutit, Iesum Christum Dominum nostrum. Quod decet omnis gloria, honor & adoratio, cum patre, qui caret principio, & cum sanctissimo, & viuisco spiru, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

P ANTIPATRI BOSTRORVM EPISCOPI ORATIO
de sancto Ioanne Baptista, & de silentio Zachariae, &c de
salutatione sanctissimae Deiparae.

Apud Simeonem Metaphrasten.

IN TERRA natos mulierum nullus est maior Ioanne. Vei bū pronunciauit salutare. Quomodo ergo ex verbis contextā ei offeram coronam, qui talem acceptit coronam à Domino? Quomodo eum laudabo, qui anteq; nasceretur, didicit occultum mysterium? Ei enim antequam esset natus, Deus aperte tradidit gratię mysterium, gratię thelauros apud eum depositum, & ea quæ ignorabat in celo, choros ducentes Angeli, sicut nuper audiuitis, Ioannes dicebat, qui in matre gestabatur vtero. Thronos latuit, & eum qui erat in matre, Deus non praeteriit. Celavit Dominationes, & ei qui erat in vtero, reuelauit mysterium susceptae carnis Oeconomia: Et quæ veniens Archangelus ē celo tulit, bonum nuncium intrinsecus narravit scetus saliens. Nā cum aduenies, sicut modò audiuitis, redemptor nostri generis ad suum amicum, qui in vtero gestabatur, statim venit ipse quoque, cum esset in vtero. Licebat autem videre lumen salutari à filio, excipi Regem in tabernaculo militis, & venisse Dominū in seru domunculam. Quem cum ex matrice in matrice aspexisset Ioannes, preuidens, exiliens, naturæ terminos conatus est transilire. Video enim Dominum, apud te dicebat, qui imponit naturæ terminos. Non expecto tempus, quo solet fœtus gestari in vtero: tempus nouem mensum, non est mihi necessarium. Quænam mater Deum verbum persuasit ad nos aperte venire? Quis, cùm fuisse esset legatione, excitatuit ex sinu patris eum, qui est sine matre? Quænam autem est huc virgo, quæ Deo visa est præstantior viuenteris potestib; Quænam ea est, quæ eum qui capi non potest, continet in vtero? Quænam ea est, quæ fert in ventre eum, ad quæ non potest accedi? Quænam ea fuit, quæ intercessit, vt fœno humanitatis admoueretur ignis diuinitatis? Quis primi parētis renunciabit vxori id quod nūc peragit, mysterium? Quis dicet, ab ea quæ fuerat olim condemnata, intus, in ventre scilicet, habuit in fusile indicem, atque præcursorum: quæque audiuist, In doloribus partes filios tuos, eam venisse illi portantem, qui nobis annunciauit doloris solutionem? Papæ quantus honor, & quæ verbis nō potest exprimi mutationis? A paradyso separauit Deus primum creatum hominem, & ipsum cepit quæ ab eo descendit. Qui pelles in paradyso consuit, tegitur in vtero. In quam primum parentem ira percitus expulit, in eam misericordia commotus aduentauit. Quam exercitus est terram, eam calcauit, diuino gressu latram insirmans sententiam, spiram peccati conterens impollutis veligij. Hæ erant exultationes Iocannis, vel verba potius. Verba enim erant, pueri nondum nati salutationes. Quis ab ævo apud Græcos talia sapienter docuit, qualia ante saeculas narravit hic præcursor? Talia sunt mysteria huius celebratissimæ, quæ si vellem prædicare, invenerit orbi profundo miraculorum, & per aërem ingredi, narrande celestia. Quocirca te rogo à Baptista, concede mihi anchoram deprecationis, & vt qui sis vox, conserua mihi certos & stabiles sensus vocis instrumentorum. Veni enim certam habens fidem, non habens, verborum tibi suffitum offerens. Qua quidem refretus, tua narrabo certamina. Quod si etiam sita vincendum, gaudeo; est enim mihi victoria vincit à mei patrōni miraculus.

Fuit

Fuit, inquit, in diebus Herodis Regis. Ne fallatur aliquis in expositione, quod eodem nomine vtantur Euangelia. Ut enim alius Herodes, qui præcursor fuit, & alius hic Herodes, qui herbā demelit infantum, dum querit spicā pietatis. In huius diebus fuit quidam sacerdos nomine Zacharias, & eius vxor Elisabeth. Erat autem ambo iusti (Vite enim cum viro societatem habebat mulier, honeste se gerens) iugum legis ferentes, iustitia abundantes, liberos non habentes. Laesa enim matrice téporis longitudine, erat Elisabeth sine liberis, & sterilis. Ambo autem processerant in diebus suis. Natura, inquit, carebant filii, & cum procreadórum filiorum tempus definitū consumpsisset, nō spe, sed lege amissa, mores haberunt pro secundo tépore. Defecit generatio, sed preces nō fuerunt imbecillæ. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias (erat enim festu sanctu, & insigne) veste indutus, & lamina circumposita accepto incenso, ibat in sanctorum adyta. Præcurrente autem sonitu tintinabulorum, multitudine orabat ante fores, sacerdotem senem ad Deum mittens, tanquam nuncium. Qui cum fuisset intra velum, viuis est ei Angelus Domini, stans à dextris aræ incensi. Conturbatus est autem Zacharias, & non potuit vitrā progredi, propter Angelum aspectum retrocedens: diu autem mansit attinctus, hæc apud se dicens: Quid sit hoc quod videtur, dubito. Alius ad altare incensi fungitur munere sacerdotali: ego autem quo modo imponam igni incensum? Vnum solum lex iubet fungi munere sacerdotali. Est Angelus, non homo qui videtur. Neq; sic tamen in templo patet aditus: non enim didicimus vñā ministrare cū Angelis. Quid igitur de me fieri? quid agam? quænam accipiam consiliariam? Sanctōne cedam sanctis? salutabo, & accedēs incensum? Nunquid me accipiter sociū? Nū venit sermocinatus cū ministris sanctorum? Video terribilem & lætem. Venitne bonū adferens nuncium? Famēme, an bellum militans? Quod verò is quidē, qui videtur, sit satelles celestis, & non Deus, statio indicat. Esaias enim vidit Dominum sedentem. Ezechiel supra thronu alpestris incorporeum. Daniēl similiter antiquum dierum sedentem. Hic autem stat: implens ministeriū, captis partibus altaris magis honorabilibus. Hei mihi, nū propter meū peccatum etiam à populo rationē exiger? Nū magnitudo honoris erit mihi occasio maioris supplicij? Hæc ratiocinans conturbabatur Zacharias. Non latuit autē Angelum Gabrielē sacerdotis conturbatio. Quocirca ei statim placidam vocē dedit, tanquam dexteram, clamans: Ne timeas Zacharia. Prīus eius compresist timorem, & tunc bonum narravit nuncium, vt non perturbato animo acciperet Zacharias id quod ei significabatur, dicens: Ne timeas Zacharia, tibi gratus adfertur nuncius, exaudita est tua deprecatio: Vxor tua pariet filium, & vocabis eum Ioannem. Ad te enim veni de celo, non solū portans filium: sed eriam veni, cū ex libro superino didicissem nomen eius qui nascitur. In ciuium celestium numerum eū ascripsit Deus, non talē mortalis produxit vterus. Multi in nativitate eius gaudebunt. Est enim tuus quidem filius, tuum germen: fructus autem communis. Tu pater: qui nascitur, est lucerna omnium. Hæc cū audislet Zacharias, evasit simul laetus, & curiosus. Curiosa certa cogitatione cū accepisset id quod ei significabat Gabriel, respondit non cum satis magna fide: Vnde hoc sciam? Non tulus Gabriel Zacharia interrogacionem, sed nihil pendit sacerdotē: qui offert quidem suffitum, fidem autem nō habet: & cum iram vultu indicaret, hæc dixit: O Zacharia, eoru quæ dixi à me poscis rationem? A Dei ministro exigis rationem! Cū bonus tibi adfertur nuncius, pignus petis? Non gratias agens, sed examinans, diuinā dona suscipis, & dicens: Vnde hoc sciam? Ego sum Gabriel: eoru quæ dicta sunt pignus, nomen meum acceperi: & si hoc à te parui ducitur, cognosce autoritatem. Ego sum qui ait ante Dominum, & dicens: Vnde hoc sciam? Vnde hoc scies? Tu es enim, inquit, senex, & vxor tua processit in diebus suis. Tempus ó sacerdos, maiorem apud te habet autoritatem, quām Architectus temporis? Non cessas ergo Deo non fidere, & tempori cedere: sed dicens: Vnde hoc scia? Quomodo didicisti Isaac nasci ex Abraham? Quandoquidem credit, aetas confirmauit: non quoniam credidit, senectus non obediit. Si autem quod de sterili dicitur, videtur non posse fieri, quomodo tibi audebo credere mysterium virginis? Si ergo cū multis habeas similitudines, pignora exigis: quomodo narrabo eam, quæ est superior, Verbi conceptionem? Qua de causa multis ante seculis Esaias id prædictis, dicens: Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium? Ille cū credidisset, prædicauit id quod est maius: Tu autem cū ei quod est minus, non credideris, à me exigis rationem, qui ē celo ad te propter te sum missus? Sed quoniam tibi est cordi signum accipere (hoc enim petiſſi, & vñam non petiſſi) mutuus eris, & voce carebis: & hoc erit signum filii procreationis. Eris tacens, donec res verba confirmauerint. Ex generandi instrumentis ad vocis instrumenta transeat vincula sterilitatis. Voce impeditus vocem milii conceperit. Illi enim soli patris delictum cōdonabo. Est amicus Domini. Quæ vult, petit ut amicuſ. Cū hæc intus sienter, & dicentur, tempus quod trahetur, multitudine populi affectus.

I

ij

admir-

admiratione: & quæ in multa distrahebatur suspicio, vnicuiq; dictabat, id quod videbatur, donec postq; apparuerit Zacharias, silens ea docuit, quæ passus est dum latuit. Postq; autem impletus dies ministerij, abiit domum, in visceribus habens bonum nunciū, & in ore frēnum. Et hoc quidē est, vt dixerit quispiam, Præcursoris principium conceptionis. Cuius partum si velimus predicate, proximi fēti necesse est omnino meminisse. Sexto enim mente conceptionis, Nazareth venit Gabriel, ad virginem afferens patris bonum nunciū. Quā cū domi vidisset, prior salutauit, dicens: Aue gratia plena, Dominus tecum, Aue, quæ prima & sola pars infantem liberum ab execratione: Aue, quæ in mundo paris vitæ occasionem. Aue, quæ es incorrupta, sed non es expers prolis. Aue, quæ satu caruisti, sed non fructu. Aue, quæ partus dolores expectas, qui te minimè inuident. Aue, quæ tuo primo parenti Adamo exhibes defensorē. Aue, quæ fersine dolore naturæ creatæ fundementum. Aue, quæ citra labore intercedis inter mortalitatem, & diuinitatē. Aue, quæ paris Deum non nudū, & hominem non solū hominem. Aue gratia plena, Dominus tecum. Illa autem cū audiisset lētitiā, nō porrexit aures, sed vocē examinavit, dicens: Qualis est hæc salutatio? Qui per se, & non vocatus, nostrā est ingressus domunculam? Quisnam, inquit, est hic non familiaris, non cognatus, non genus ducens ad Adamo? Ex voce coniūcio, hanc esse nouam & alienam salutationem. Non adest Ioseph, voci non assentior. Cum sola prima parente, vt aiunt, locutus est ille, qui fuit primus autor malorum. Ei autem dixit Angelus: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam, quam perdidit, quæ primum fuit creata feminā. Illa sola decepit deceptionē: tu autē lola atulisti solutionem deceptionis. Paries filium, & vocabis eum Iesum. Illa autem cū partum audiisset, & filiū: Quomodo, aiebat, erit mihi istud, quoniam virum non cognōco? non contradicens, sed vt per interrogationem disseret. Quomodo erit mihi istud? Ego, inquit, sola naturam innovo? Liberorum procreationis in me soluentur rationes? Dic mihi modū & hospes: nouus enim & alienus est tuus bonus nūcius. Spiritus sanctus, ait Gabriel, superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Suscipe, inquit, ô virgo, id quod est dictum. Ne sis sollicita de eo quod est mandatum silentio. Partui fero testimonium, modū dimitto. Veni ad te nuncius, non doctor Oeconomie. Mis̄is sum præco aduentus dominici, non interpres. Quomodo, nouit ipse qui adest: adesse enim scio. In te enim profili signū internū, nō possum autē dicere modū. Quod autē non falsa dicā, testimoniu mihi fert Elisabeth, quæ in sterilitate, & senectute concepit Præcursorē. In sterilitate autem & senectute dixi eam concepisse, quod quidē est nō paruum pignus. Inter anum enim sterilem, & virginem nihil est intermedium, quod attinet ad pariendū. Hæc cū virgo audiisset, venit ad aedes Zachariæ, & cū Elisabeth inueniuit concepisse, eam salutauit: Infans autem intus respōndit: infanti enim auditio extitit auditio matris. Et quoniam Iohannes, qui intra naturæ fines coercebatur, loqui non poterat, sалиens dicebat, cum propria matre loquens per exultationes: matri autem seruatoris respōdens per lingua maternā. Cū autem Elisabeth non ferret faltus filii, spiritu sancto repleta exclamauit, dicens virginī: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Tu, inquit, es benedicta, quæ execrationis portas solutionem. Tu es benedicta, quæ portas domum sapientię. Tu es benedicta, quæ eum gestas in utero, qui ambulauit in paradyso. Tu es benedicta, cuius sanctum templum fuit venter. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex quo cū comederit Adam, vincet inimicum. Benedictus fructus, qui fuit mūdi cibis, & amictus. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Hæc, ô virgo, insans me docuit, intus propter tuam salutationem sалиens supra naturam. Hęc sunt verba Elisabethæ inspirata diuinitas. Zacharias adest, vt dixi, domi manifit: vt cui esset impositum frenum incredulitatis, accepta vocis amissione æquali conceptioni, vt qui suscepisset ortum filii, terminum condemnationis. Postquam vero ex deserta matrice processit cuius deserti, pater petitis pugillaribus, ea gratē scripti, quæ nō credens audierat: & cū filio reddidisset appellationem, vocem recepit. Talia, ô Præcursor Baptista, tua sunt, antequā nascereris myteria. Talem tibi Deus largitus est dignitatem ante conceptionē. Gabriel oratum Domini, & tuā annunciat conceptionē in templo, quomodo in thalamo te esse conceputum dixit. Pium ac religiosum populo donū in celebri festo, ortum tuum attulit Archangelus. Fuit spiritu effatus, vt qui donum Prophetie accepisti in utero. Saliens in ventre ea dicebas, quæ Moyſi, cū confessuisti, Deus significauit. Qua de causa te maiorem prophetis vocauit sponsus Ecclesiæ. Quis enim ex prophetis ex utero matris narrauit mysterium? Quis ex iustis in ipso ortu patri vocem attulit hospitalē? Tu autem simul eum, qui te genererat, à vocis priuatione liberasisti, & dignatus fuisti prophetia. Qui enim erat paulo antē mutus, spiritu sancto impletus nobis cecidit canticum: quod paululum mutatu ego opportunè inchoabo. Ille enim dicit: Benedictus Dominus Deus Israēl. Ego autem dico: Benedictus Deus Christianorum. Ipsi gloria in secula seculorum. Amen.

VITA

¶ VITA ET MORS DIVI IOANNIS BAPTISTÆ,

per D. Epiphanius Constantiæ Cyperi Episcopum scripta.

 Oannes Baptista Zacharia natus & Elisabeth, è tribu Leui emicuit. Is est, qui tanquam digito ostendit nobis Agnum Dei patris filium, qui tollit errata mundi. Hic mortali bus viam præstruxit, & fores patefecit Regni Dei. Nemo sānt inter natos mulierū maior Ioanne Baptista. Functus est autem vita, decollatus ab Herode Tyranno propter Heliadiam fratram, puta Philippi fratris sui coniugem.

¶ ITEM VITA DIVI IOANNIS BAPTISTÆ, PER

D. Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.

 Oannes Baptista filius Zacharia ex tribu Leui in Hierusalem ortus, Angelo nunciante cōceptus, prænuncius Christi, præco iudicis, propheta altissimi, vox verbi, amicus sponsi, testis Domini, lucerna luminis, terminus prophetarum, Baptismatis initii. Qui prænunciatus parentis vocem abstulit, genitus officium linguae resoluuit. Qui neclum editus Christum prophetauit, salutauit ex utero, in columba agnouit, in deserto monstrauit. Cuius vestimentum, lanugo fuit camelorum: habitatio, eremus, victus, mellis & locustarum cibus. Hic dum Herodem prohiberet fraternum violare connubium, carceralibus tenebris mancipatur. Cuius caput filia Regis ludens à patre præmium postulauit. At ille defectum male poscenti filia eius tenuit, & us tenuitas & parsitas antiqua sermone Augustam vocauit.

¶ ALIA VITA S. IOANNIS BAPTISTÆ P.R.A.

curoris Domini, per D. Ambrosum Episcopum scripta.

 N Sancti ac beatissimi Joannis Baptiste laudibus, cuius natūlē hodie celebramus, quid potissimum predicis nescio, vtrum quod mirabiliter natus sit, an quod mirabilis sit occisus? Natus enim est in prophetia, in veritate peremptus est: nascendo annunciat Saluatoris aduentū, moriendo condēnat Herodis incēstū. Vir enim sanctus, & iustus, & qui præter communē hominū natuitate ex reprobatione generatus fuerat, hoc & de Deo meruit, ne communī cū cæteris de seculo morte discederet: sed corpus quod Domino donante suscepérat, Domini confidito deponebat. Ergo Iohannes per omnia voluntatem Domini fecit, quia propter opus Domini & natus est & defunctus. Nam vt natuitatis eius seriem breueri repetamus: Cū essent pater eius Zacharias & mater eius Elisabeth atacis senectute defessi, & nulla filiorum prole gaudent, procreandi etiam illis liberost tempus florentissimum præterisit, ita vt de suscipienda iam sole ipso etiā eos vota deficerent, subita per Angelum reprobatione donantur, & nasci Ioannē Gabriel sanctus anunciat, dicens: Ne timeas Zacharia, ecce exaudita est deprecation tuā, & vxor tua concipiet, & pariet filiū. Exaudita est, inquit, oratio tua: unde intelligimus, quod Iohannem Zacharia iustitia magis orando genuerit, quā Elisabeth senectus procurando suscepit. Hinc, inquam, intelligimus, quod Iohannem obsecratio 3 creauerit, non voluptas. Cū, Ioannem oratio 3 creauerit, non voluptas, enim materni uteri vilcera etatis senectute frigescerent, & fessi corporis membra stercerent, Zadidatis gratiam perdidissent, contra impossibilitatem corporis, contra sterilitatem viscerū, Zachariae precibus, Elisabeth uterū intumescit, & concipit Iohannem, nō natura, sed gratia. Vnde de necesse erat sanctum nasci filium, qui non tam complexibus, quā orationibus gigneretur. Minus autem mirari debemus, quod tantam Iohannes gratiam in nascendo meruit: debuit enim præcursor & preius Christi aliiquid simile habere natuitati Domini Saluatoris. Siquidem Dominus de virginē gignitur, Iohannes de sterili procreatur. Ille de adolescentula, iste de iam fessa generatur. Habet ergo & huius natuitatis aliquid gloriæ atq; miraculi. Quānū enim vilior partus mulieris videatur esse quām virginis, tamen sicut Mariā suspicimus quod virgo peperit, ita in Elisabeth miramur quod ancilla procreauerit. Quod quidem factum mysterium aliquod arbitror continere, vt Iohannes qui veteris testamenti figuram gerezat, sensi mulierculæ frigido sanguine naceretur. Dominus aut̄ qui regni celestis Euangelium prædicaret, seruentis iuuençulae flore progrederetur. Maria enim conscientia virginitatis, miratur fetū visceribus inuolutum: Elisabeth autem conscientia senectutis, erubescit partum utero prægraato. Dicit enim Euangeliuta: Occultabat se mensibus quinque. Illud autem q̄ mirandum quod idem Gabriel Archangelus utriusq; natuitatis officiū reprezentat, Zacharia solutus incredulum, confidentem Marian cohortatur. Ille cur dubitauerit, vocem perdidit: hæc quia statim credidit, verbum salutare concipit. Hoc etiam in laudibus Iohannis minimè tacēdum videtur, quod nondum natus etiam prophetat, & adhuc in materni uteri finibus constitutus aduen-

Habetur in libr. eius de vītis prophetarum.

Habetur in libr. eius de patribus veteris testimoniis.

¹ Vide quod vestis eius asperitas & vittas, nec non via litas, nec non via tenuitas & parsitas antiqua ritus.

Est sermo eius lxiiij. in ordine sermonum.

² Vir sanctus & iustus hoc de Deo meruit.

³ Iohannem oratio creauerit, non voluptas.

tum Christi, quia voce non poterat, gaudijs confitetur. Dicit enim Elisabeth ad sanctam Mariam: Simul ut facta est vox salutationis tuae, exultauit in gudio infans in utero meo. Exultat enim Ioannes, antequam nascatur, & priusquam mundi oculis habitum recognoscet, iam spiritu mundi Dominum recognoscit. In qua arbitrio propheticam conuenire sententiam, que dicit: Priusquam te formarem in utero, noui te: & priusquam exires de vulva, sanctificauit te. Vnde mirari non debemus, quod a Herode missus in carcere, clausus Christu semper suis discipulis interficiaret, cum etiam clausus in utero eundem Dominum gestibus praedicauit.

*Est sermo eius
lxviiij. in ordine
termonum.*

Sancti Ioannis Baptiste natalem hodie prosecuturus, tacere vellem, & laborem atq; impeditam meam silentio coegeret. Sed enim ipsa vis nominis minimè me silere permittit. Nam nuncupatio vocabuli ipsius, pectoris nostri virget secreta, silentij nostri resoluti arcana, & quod dissimilatio recitetur, admiratione compellitur. Si enim pater Zacharias cum eum nominauit, vocem recepit: quantum magis nos cum laudamus illum, eloquum promeremur? & si illius os, cum in seculo nasceretur, aperuit, quantum magis cum pro Christo patitur, ora nostra fecundat? Cum enim Zacharias pater eius propter incredulitatem nativitatis illius ab Angelo Gabriele silentij esset tacitu[m]itate multatus, & iam diu mutus verborum dispendio mentis secreta velaret: subito nato Ioanne filio, cum apud proximos esset cœlestio quo nomine vocaretur, offerunt patri tabule, vt vocabulum eius pro sui arbitrio ipso describeret, & quod sermone non poterat, literis loqueretur: tunc mirum in modum acceptis pugillaribus v[er]o stylum figeret, lingua resoluit, ac literas sermone preuenit, & Ioannem non testatus est, sed locutus. Vide etiam igitur sancti Baptiste meritum, vocem patri redidit, sacerdoti eloquentiam reparauit. Vide, inquam, meritum, os quod Angelus alligauerat, Ioannes absolu[er]at: quod Gabriel obstruxerat, parvulus reseruavit: quamquam & ipse sic Angelus, sicut scriptum est de eo: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam. Relpicite igitur Ioannem, cum sit eius vocabuli, cuius nuncupatio reddidit nuto vocem, patri pietatem, populo faceret. Prius enim erat tacens lingua, steriles filii, priuatus officio: at ubi Ioannes nascitur, fit repente pater Propheta vel pontifex, loqua[re]ta v[er]sum recipit, prolem affectio suscipit, sacerdotem fungio recognoscit. Cum ergo tanta vis sit eius vocabili, dicturi de eo, & si tacere volumus, silere non possumus: Ipse enim Ioannes vox clamantis dicitur. Quis igitur qui vocē laudet, & taceat? clamorem admiretur, & mutus sit? Ait enim ipse de se: Ego sum vox clamantis in deserto. Vide etiam quid dixerit. Non enim ait tantum: Ego sum vox: sed & clamantis vox, scilicet ut ad fidem consequendam, vox aures penetret, clamor corda concutiat: vox regnum predicit, clamor iudicium comminetur. Magnus igitur Ioannes, cuius magnitudini etiam Saluator testimonium perhibet, dicens: Inter natos mulierum maior non est Ioannes Baptista: præcellit cunctis, eminet viuferis, antecedit Prophetas, superredit Patriarchas, & quisquis de muliere, inferior est Ioanne. Sed debemus diligenter inquirere, cui ita Dominus dixerit, hoc est, inter natos mulierum, & non potius dixerit, inter filios virorum non est maior Ioanne, cum vixi: mulieres natos sine viris habere non possint? Hoc autem dixit, quia numerosior est proles mulierum, quam virorum. Est enim mulieris filius, qui viri filius non est. Denique, sancta Maria genuit filium, qui patrem hominem non haberet. Dominus enim est mulieris filius, & viri filius non est, sicut dicit Apollonus: Natum de muliere, factum sub lege: vt qui matrem in terris habet, patrem haberet in celis. Ergo in laude Ioannis secundioris sexus generatio ponitur, vt nullius ab eo nativitas separetur. Dicit fortè aliquis: Si inter natos mulierum maior est Ioannes, nuncquid etiam maior est Salvatore? Absit. Ioannes enim natus mulieris, Christus autem virginis natus est. Ille corruptibilis vteri sanguinis effusus est, iste impollutæ vulva progenitus. Ideo autem cum Ioannis nativitate Domini generatio deputatur, ne Dominus extra veritatem videretur esse conditionis humanae.

*Est ser. eius lxv.
in ordine termo.*

Diximus superiore Dominica cum silentio nostri veniam peteremus, quod pro salute cōmuni sacerdotibus etiam tacentibus doctrina Euangelica non taceat, & quod silentium eorum suppleret diuina sententia. Semper enim diuina scriptura loquitur & clamat, sicut scriptum est de Ioanne: Ego sum vox clamantis in deserto. Non enim tantum in illo tempore clamauit Ioannes, quo Phariseæ annuncians Dominum Salvatorem dixit: Parate viam Domini, rectas facite semitas Domini Dei nostri: sed & hodie clamat in nobis, & vocis suæ tonus tristis deserteret nostrorum concutit peccatorum.

At licet sancta martyris morte dormiuit, vox tamen eius vivit: dicit enim & nobis hodie: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Semper enim scriptura diuina clamat & loquitur. Vnde & ad Cain dicit Deus: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Nulla vixi sanguini vox est, sed clamare dicitur sanguis, qui innocens effusus est, non tam vere, quam cauta, & interpellare Dominum non prosecutione eloquii, sed indignatione commissi: ac reatum suum non tam verborum accusare sermonibus, quam conscientie ipsius criminatione.

tione cōstringere. Quād enim malum factum si in verba producatur, excusationē fortasse recipit, nisi cōscientia reuocetur, non potest excusari. Conscientia enim reatu suum semper tacita fine contradictione conuinicit & iudicat. Hodieq; ergo Ioannes clamat & dicit: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Parare ergo iubemur viam Domini, scilicet nō aggerē itineris, sed fidei puritatē. Dominus enim nō terrenā semitā carpit, sed per secreta mētis incedit.

Math. 3.

Si quid igitur in hac vita fuerit moribus asperū, crudelitate durū, conuersatione pollutum, iubemur nō mundare, exquare, cōponere, vt superueniens Dominus non offendat in nobis, sed magis reperiat viam castitatis puram, procluem fidei, eleemosynis eminentē. Quod aut tali iterinere incedere soleat Dominus. Propheta describit, dicens: Iter facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomen est ei. Sed videamus ipse Ioannes qui parare viam Domino iubet, quam 7 ipse viam parauerit. Per omnia planè adueniente Christo tramitem vię sue compoluit & direxit. Nam fuit vixi: ieiunus, humilis, parcus, & virgo. Omnes enim has virtutes eius Euangelista describens, ait: Ipse autem Ioannes vestitum habebat de pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos eius. Esca autem eius erant locusta, & mel sylvestre. Quae igitur maior causa humilitatis in Propheta, quam contemptus molibus vestimentis, pilorum alperitur vestiri? Quae deuotior fides, quam præcinctum zona paratum esse semper ad omnem seruitutis obsequium? Quae præclarior abstinentia, quam spretis vias huius delitios, stridulus vesici locutus, ac melle sylvestris? Quae omnia haec quoniam prophetæ v[er]bi erant, arbitror in his ipsis prophetiam fuisse.

Nam vixi cum prænunciis Christi vestimentum habebat camelorum asperitate 8 cōtextum, quid aliud significat, nisi quod ipse Christus aduenies, v[er]sus esset indumento humani corporis, quod erat peccatorum asperitate densatum, & quod velut immundissime bestia, hoc est, gentilis populi circumdatu exuuijs, deformitatem eius ipse gestaret? Zona vero pellicea quid aliud demonstrat, nisi hanc 9 fragilem carnem nostram, quae ante aduentum Christi dominabatur ad vitia, post aduentum eius restriictam esse ad virtutem, vt quae ante luxuriantem dilatabatur in pinguedinem, nunc abstinentem attenuerat in pelle? Exitu vero eius quām beatū legimus? scilicet quod psaltria Regis filii post illam inimicā v[er]o luptatem caput eius perierit. Quid mirum, si psaltria occidit prophetam, quia luxuria semper est inimica iustitiae, & quod iniquitas sine cœlacione perseguitur veritatem. In quo facto grande mysterium cōtinetur. Nam vixi: ipsa psaltria synagoga est cōparanda, quae Christū dum luxuriantur occidit. Quod autē ipfa psaltria synagoga sit, dicit D[omi]n[u]s ad Iudeos: Cantauimus vobis, & non saltatis. Cur autē à Ioannis corpore caput ablatis sit, manifesta res est. Ioannes (scilicet scripturis adultruit) typū legis gerebat. De Dominō autem legimus, quia viri caput Christi est. Ergo cum à Ioannis corpore caput eius auferatur, Christus quodammodo à Iudeis legitur. Nam ex eo vixi: Iudei diuina non sapiunt, ex quo sine capite esse cōperunt. Iter igitur facit D[omi]n[u]s, qui inter ceteras continentias virtutes, matrimonij limitē nō excedit, nec coniugij præscriptiō terminū adulterina permixtione communacut. Sunt enim nomilli, qui cī legibus vxorum duxerint, contra diuinitatis legē sibi sicutant concubinas, non intelligentes quid contrahendo matrimonij propriis vinculis constringerentur. Qui enim legibus dicit vxore, profitetur se contra legē non esse facturū. Reū ergo ipse se statuit, qui adhibendo sibi adulteram, ius pollicitis excedit. Sed dicit aliquis, vxore non habeo, ideo mihi ancillām sicutā. Audi quid dicat scriptura ad Abraham: Ei[us]e ancillā & filiū eius: non enim heres eris filius ancillæ cum filio liberā. Si igitur ancilla filius heres non est, ergo nec filius est. Cur autem queritur tale coniugium, de quo suscepimus filius nec successio[n]is possit heres esse, nec sanguinis? Nec enim habere potest hereditatis consortium, qui non habet originis præiugium. Cur inquit, que ritur tale contubernium, de quo nati, non filii sunt matrimonij, sed testes sunt adulterij? Cur huicmodi suscipiuntur adulteri, qui patri pudori sint, non honor? Dicit scriptura: Adulterorum filii in consummationē erunt, & ab iniquo thoro fernen extirminabitur. Mulier igitur tua si talibus moribus prædicta est, vt mereatur consortium, mereatur & nomen vxoris. Praesta concubine tua libertatē, & nomen vxoris, ne tu adulteri s[ecundu]m potius quam maritus. Sed & ille iter facit Dominus Christianus, qui profelionis sua exhibet ei fidèle seruitū, & castitatem quam promisit, custodit tam mente quam corpore.

Sunt enim plerique qui singularem vitam proponentes, singuli esse non possunt, sed querunt sibi contubernia, atque vixnam fratrum. Inuenisti Christianum monachum, cui cum fratre non conuenit, & libenter ei conuenit cum sorore, qui non sequitur seniorem vtilia componentem, & sequitur adolescentiā. 10 incongrua cachinnantem, eius & si syncerè corporis sit, anima non potest esse synceris. Sed & ille clericus iter Domino facit, qui secundum Evangelium vivit, & per omnia obtemperat sacerdoti. Aliqui enim cum sint minus subdit[us], mole-

*Vide si sufficiat
sola fides ad dandā
salutē, vt heretick
negantur, in cum
ca & virtutū open
ratiō, & vitorū ex
tiripationes requi
rantur.*

*7 O heretice, cogi
ta nō via quam tu
paras Salvatori, sa
miliſit ei quā p[ro]p
ratuit Ioannes. Le[n
ge quid hic dicas
Ambrōſus, Ioan[n
nes suis ieiunis, hu
miliſ, parcus &
virgo: tu eruplos
fus, & ebrini, sa
perbus, diuitijs afo
fus, & mulier
cularū ampliib[us]
confrictus. Elige
prudens Lecto[r]
quem magis imita
tari debetas.*

*8 V[er]sus Ioannis
aperitasi*

*9 Ecce quomodo
post adueniū Do[n
mini carni cōcu
plentia & sanctis
robusto continuo
rigore strenue*

10 Cos. II.

Genes. 22.

Sapient. 3

*Hoc multū pla
et nouis sibi mā
gistris, videlicet nō
recedere a latere
iunacularum*

moleste ferunt, cùm à senioribus arguuntur. Dicunt; Grauter irascitur Episcopus, patientior esse deberet. Audi ergo optime clericē, sacerdotis exigis patientiam, & tui non exigit disciplinam? Nescis quia mihi salutis causa arguere aliquod permisum est, tibi nunquam peccare cōscium est? Dicit enim Apostolus: Incipa oportet, importunū argue. Esto ergo in omnibus subditus sacerdoti, si vis eum esse manuetum.

MORS EIVS DEM SANCTISSIMI PRÆCVR.
soris Domini, per D. Ambrosium Episcopum scripta.

Habet e libro
eius 3. de Virgī-
nibus.



Voniam Ioannis Baptista talis viri non strictim prætereunda est recordatio, interest, vt quis, & à quibus, & quam ob causam, quo modo, & quo tempore sit occisus ad uertere debeamus. Ab adulteris iustus occidit, & à reis in ludicem capitalis iecisis poena conuertitur. Deinde saltatricis præmium, mors est Propheta. Postremò quod omnes etiam Barbari horrere consueuerunt, inter epulas atq; conuiua consummandæ crudelitatis profertur edictum. Et à conuiuio ad carcerem, de carcere ad conuiuum feralis flagiti circumfert obsequium. Quanta in uno facinore sunt crimina? Extratur regifico luxu ferale conuiuum, & explorato quando maior solito turba conuenerit, reginas intimis mandata secretis, in conspectu virorū saltatura productur. Quid enim potuit filia de adultera matre discere, nisi damnum pudoris? An quicquam est tam prouum ad libidines, quam inconditis mortibus ea qua vel natura abscondit, vel disciplina velauit, membrorum operta nudare, inde oculi rotare ceruicem, cornam spargere? Meritò inde in iniuriā diuinitatis proceditur. Quid enim ibi verecundiae potest esse, ubi saltatur, strepitur, concrepatur? Tunc Rex, inquit, delectatus dixit puerā, ut peteret de Rege quod vellat. Deinde iurauit, quod vel diuidium regni si petisset, concederet. Vide quemadmodum secularis ipsi de secularibus suis iudicent potestib; ut pro saltatione etiam regna donentur. Puella autem admonita à matre sua, popocit adferri sibi in disco caput Ioannis. Quod dicit: Rex contristatus est: non preuentia Regis, sed confessio iniuritatis est, quam diuinæ habet consuetudo sententiae, vt qui geserūt impia, ipsi propria confessione se damnent. Sed propter discubentes, inquit. Quid indignus, quam ve homicidium fieri iuberet, ne discubentibus displiceret? Et propter ius, inquit, iurandum. O religionem nouam. Tolerabilius peieraslet. Vnde non immerito Dominus in Euangeliō iubet non esse iurandum, ne sit causa periurii, ne sit necessitas delinquendi. Itaq; ne iurandum violaretur, percuditur innocens. Quid prius horrescam nescio. Tolerabiliora periuria, quam sacramenta sunt tyrannorum. Quis non cùm ē conuiuio ad carcerem cursari videret, putaret Prophetam iussum esse dimitti? Quis, inquam, cùm audiret natalem esse Herodis, solenne conuiuum, puerā optionem eligendi quod vellet datam, missum ad Ioannem ob solutionē non arbitraretur? Quid crudelitati cum delitio? quid cùm funeribus voluptat? Rapitur ad peccatum Prophetam conuiuali tempore, conuiuali præcepto, quo non cuperet vel abfolui: perimit gladio, caput eius affertur in disco. Hoc crudelitati ferculum debebatur, quo inficiata epulis feritas velceretur? Intuere Rex acerbissime tuo spectacula digna conuiuo. Porridge dexteram, ne quid saeuitiae tue desit, vt inter digitos tuos riuī defluant sacri cruiorū. Et quoniam non exaturi epulis fames, non restinguī pociis potuit inaudite saeuitiae sitis, bibe sanguinē scaturientibus adhuc venis exēcti capitū profluentem. Cernē oculos in ipsa morte sceleris tui testes, auersantes conspectum delitarum. Clauduntur lumen, nō tam mortis necessitate, quam horro luxuria. Os aureum illud exangue, cuius sententiam ferre non poteras, continebit, & adhuc timetur. Lingua tamen qua solet etiam post mortem officium servare viuentis, palpitante licet motu damnabat incoustum. Portatur hoc caput ad Herodiadem: lætatur, exultat, quasi crimed euaserit, quia iudicem trucidauit. Quid dicitis vos sancte femine? Videtis quid docere, quid etiam dedocere filias debeatis? Salter, sed adulteræ filia: Quæ vero pudica est, quæ casta est, filias suas religionem doceat, non saltationem. Vos autem graues & prudentes viri, discite detestabilium hominum epulas evitare. Talia sunt conuiua, qualia iudicia perfidorum.

ITEM VITA SANCTI IOANNIS BAPTISTÆ,
Per Diuum Eusebium Emissemum conscripta.

Est homil. 1. de
beato Ioanne.

xx Venerabimur nā
tē diem Iohannis
yūica & singulari
elegititate.



Odie dilectissimi fratres, Iohannis, qui Domini præcurrit aduentum, natalem diem celebramus, quod nulli sanctorum meminimus attributum. Hodie, inquam, eius natalem **xx** diem yūica ac singulare celebritate veneramur. Vnde quia eum dignè extollere non valemus humanae vocis officio, prædicemus eum Dominicæ aufflationis oraculo, proloquente Christo: Quia inter natos mulierum non surrexit major Iohannes Baptista. Ipse hoc dicit, & ideo agnosce magnificentiam laudis, ex dignitate laudantis. Ac sic dum

dum nemo illo esse maior asseritur inter natos mulierum, datur intelligi, quod Iohannes humiorum fugit mensuram meritorum. Iuxta hæc in huicmodi eius præconiis fortasse cogitas, & dicis: quid est hoc, quod Dominus Iohannem Baptistam principi Apostolorum Petro, quod Iohanni Apololo, qui super peccatum Domini recumbebat, anteponendum esse iudicavit? Non ita est. Nam dicens: Inter natos mulierum non est maior Iohanne Baptista, non eum summis priorem, sed primis pronunciavit aequalē. Comparauit itaque eum perfectis tali laudatione, non prætulit. Sed aduerte, quia cùm dicitur: Inter natos mulierū, solus ab hoc virginis natus excipitur. Meritò ergo inter conseruos nulli secundus esse creditur, cui solus Dominus antefertur. Quæ cùm ita sint, cui nullum præpositum in præconio, vide si ei vllum sit prælaturus in præmio. Hic itaque in tantum luce sanctitatis effulgit, vt non tam Christi nuncius putaretur esse, quā Christus: & ideo interrogantibus, utrum ipse esset Christus, humili confessione respondit: Ego vox clamantis in deserto. Hoc est dicere: Non sum ego verbū, quod erat in principio Deus apud Deū, sed vox potius, id est, minister sum verbi, vt per me ad auditus hominum sensumq; perueniat. Vnde beatus Baptista pari humilitate pronunciat: Illum oportet crescere, me autem minui. Vide vocis sonū pertransiente, & verbi gloriam permanejan. Illum oportet crescere, quia cùm homo putaretur Deus erat: me autem minui, quia cùm Deus crederetur, homo erat. Illum oportet crescere, qui per omnem mundum Christi Euangeliū dilatatur: me autem minui, quia Iohannis prophetia finitur. Prophetia finem accepit, quia is qui prophetabatur, aduenit. Iohannes ergo formam venturi Domini, natuitate & conuersatione signauit: Iohannes nascitur de patre sene, Christus ex matre, mundi senescens aetate aetate, inquam, illa, qua erat fide & operibus infœcunda. Iohannes venit desperata generatione per sterilem, & Christus natura obstupefcente per virginem. Ille salutem prædicauit, hic conuulit: ille baptizauit in preuentiam, iste generauit in gratiam: ille pilis camelorū, id est, cilicio veltus incessit, & Saluator quadammodo pilis camelorum se induit, quando in se deformitatis nostræ foedæ atq; distortæ peccata suscepit, inclusum grati oneri exonerans mundū, & in se transference humanorum pondera delictorum. Consequenter ait ex præsenti sermo diuinus: Et zona pellicea circa columbos eius. Zona erat pellicea circa lumbos eius, quia in eo nihil carnale remanerat: quia in eo fluentes lacunæ sensus carnis mortificatione præcingebat, quia in lumbis eius luxuriae blandimenta rigide crucis contritio castigabat. Meritò in eo locum contagio mundana non habuit, de quo Angelus protestatur: Et spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris sue. Felix qui venturus in huius mundi labores, prius gratiam suscipere, quam vitam: prius benedictionem meruit. **xx** haurire, quam lucem. Quid mirum si in eo culpa aditum non inuenit, cuius animam fibi Deus in ipsius exordijs occupauit? Et spiritu, inquit, sancto replebitur. Magnum est de spiritu sancto illustrari, sed multò est maius impletiri. Et ideo sicut vas plenum balsamo admixtionem liquoris alterius expuit, & penitus excludit: ita in eum nil secularis maculæ introire iam poterat, in quo sanctificationis plenitudo regnabat. Hic ergo secundum presentis seriem lectionis, locusta & mel sylvestre edebat. Nihil penè in sermone Dei mysterijs vacat. Quod sectabatur agmina locustarum, hoc erat, quod congregabat populos nationum. Populus, inquam, tanquam locusta, sine intellectu in fructuosis, sine lege vagus, sine duce disperitus, incomposita libertate lascivus. Mel autem sylvestre edebat, qui in desertum gentium fidei dulcedinem requirebat. Mel sylvestre erat, peregrina & rudis illa congregationis ecclesiastica fides, quæ à cognitione viuis Dei fera atque sylvestrica, nec intra alvearium legis reperta, nec de examine patrum, vel benedictione Iudaicæ plebis assumptra, sed extra domesticū Dei populū in profundi ignorantiæ sylvis manebat, & in campus diffusa per omnem mundum paganiatis errabat. Vnde & Prophetam commemorat: Inuenimus eam in campus sylvestra. In sylvestri itaque melle significat populum extra domum Dei, nulla fide ac diuinæ agnitionis gratia mansuetum factum atque conditum, nulla spiritualis intellectus amicitate compositum.

Hic est ille qui flagitium regis Herodis, quod vxorem viuentis fratris inuaserat, publica autoritate condemnans, propter iustitiam perdidit vitam, sed lucratus est gloriam. Et nos interdum pro gratia hominum vel timore offensionum, præferimus adulacionem, & vendimus veritatem. Vnde euangelico beatus ipse Iohannes alloquo, corda nostra salutifero pulsator, dicens: Ego vox clamantis in deserto, parate viā Domini. Et nos rectas faciemus sentitatem Dei nostri, si teneamus nobis verbum veritatis, affectum iustitiae, patientie, misericordie, pacis, benevolentie. Hęc est illa via, per quam Christus incedere delectatur: Hęc est illa via, per quam humanū peccatum ingreditur. Ideo autem dicit: Ego vox clamantis, id est, vt vox tangat aurem, clamor penetreret mentem. Ego vox clamantis: vox præconijs iudicem loquitur, clamor iudicium comminatur. Et consequenter annunciat: Omnis vallis impletur, & omnis mons & collis humiliabitur. Hoc est quod alijs verbis Euangelista commemorat:

Qui

Qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Hoc totū spiritualiter implere studemus in cordibus nostris, vt quod superbia tumidum elatumque reddiderat, humilitate & mansuetudine cōplanetur. Et erit, inquit, prava in directione, id est, quod iniquitas deprauauerat, directione iustitiae corrigatur: quod malitia exasperauerat, bonitatis gratia tēperetur. Inter hęc studia inueniat in nobis Christus Dominus viam, per quam nos perducet ad patriam, vt & de nobis dicere dignetur: Et in ambulabo & inhabitaro in eis, & ero illorum Deus. Et si in illo seculo ambulauerit in nobis, in illo habitat in nobis.

Ego Homilia. 2. Beatus Ioannes à sancto spiritu etiā in maiorū suorum titulis prædicatur, non tam de verbis supra. Deteribus consecuturus laudem, quām vt magis in exemplū cresceret, dum nouis virtutibus antiquorum superat dignitatem. Felix parentum meritis, felicior suis. De huius itaq; parentibus eloqua diuina testantur, de Zacharia sacerdote grandissimo, & Elisabeth matre eius, quae sterilis confuerat. Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mādatis Domini sine querela, & non erat eis filius, sed quod esset Elizabeth sterilis, & ambo procererat in diebus suis. Cum autem Angelus Zachariæ apparuerit in templo, stans à dextris altaris incensi, turbatus est Zacharias videns, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est oratio tua, & vxor tua Elizabeth concipiet, & reliqua. Et spiritu fānctō replebitur adhuc ex utero matris sua.

Quis est iste, qui cūm nondum naferetur, jam in utero sanctificatur? Benedictionem prius quam luce percepit: gratia consequitur antē, quām vitam; & quod maximum est, Angelo nūciantē promittitur. Non immerito sic honoratur, qui cōelorum Dm̄ terris erat renunciatus preconio, & monstraturus aspectū, vt eum expectantū populorum, & sensibus prædictaret, & oculis praefarentur. Ita ergo ad Zachariam patrem eius Angelus loquitur: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est oratio tua, & vxor tua concipiet, & pariet filium. Nunquid credendum est, quod in tēplo, tanti populi sacerdos hoc petierit, vt ei filius naferetur? Nunquid credendum est, quod senex iuuentus vota presumperit? Nunquid credendum est, quod pro hoc tantopere iniugilarit publici intercessoris oratio, vt intermissionis suorū necessitatibus, donari sibi a Deo posceret desperatū nomen parentis, & aliena munus ætatis? Non ita est, sed dum ille sollicitus pro salute populi supplicat, promissus est ei talis filius, per quem populus salutatur. Dumq; ille non pro se, sed pro omnibus precem fudit, meruerunt profutur fructū posteritatis pia desideria sacerdotis. Ergo Angelus dum pro incolumitate Israēl expectat redit oraculū, nō tā seni sobolē, quām Potisci promisit heredem. Quia dum tanto prophetæ præparatur successor generis, plebi prospicitur spes salutis. Propterea de eo in Euangelio memoratur: Et multis filiorum Israēl conuertet ad Dm̄ Deum ipsorum. Erit (inquit) magnus coram Domino, & viuī & siceram non bibet. Abstinentia merita, ac virtuti, & iter arduum militare spiritus humano generi insinuare curauit. Sciuīt ¹⁵ quid non sufficeret eligentis gratia, nisi iniugilaret collaborantis industria: sanctificatus est, & nondum tamen de sola Dei electione securus, sed nihilominus agonibus ieiuniorum, & laboribus abstinentiæ atq; iustitiae diuina in se vota seruare contendit. Quid autem Euangelista commemorat: Et vxor tua Elisabeth concipiet: hinc non solum suscipere miraculum, sed mysterium debemus agnoscere. Nam dum sterili nascitur filius de Ecclesia qua ante steriles erat, gentium populus intelligit procreandus. Et ideo prophetæ quodam loco ad Ecclesiam loquitur: Lætare steriles quæ non paris, exulta & clama quæ non parturis: quia plures filii defterat magis quām eius quæ habet virum. Synagoga namq; legis vinculis, quæ viri iugo subdita, per sensum male fecunda carnalem, in Domini passione filios suos perdidit, Ecclesia totum mundum fructu sacrae generationis impluit. Sicut Ioannes aduentu suo gratiam Domini Salvatoris, ita Elisabeth mater eius partu suo felicitatem Ecclesie prædicat.

Zacharias autem sacerdos in tantum, vt diximus, non pro suscipiendo filio orauit in templo, vt hoc post Angelō promittente non crederet, & ideo pro condemnatione incredulitatis obmutuit: Ita namque de eo Euangelista confirmat: Erat Zacharias pater tacens, & permanit mutus. Quod vriue & fidem rei præsentis exprefuit, & mysterium figurauit. Sub tempore defientis synagogæ, & nascientis Ecclesia, sacerdos conticuit, cōfauerunt apud Iudeos ritus sacerdiorum, cōfauerunt in lege officia sacerdotum, & impletus est sermo propheticus de Iudeis, dicens: & non est in hoc tempore princeps, & propheta, & dux, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum: propheta conticuit, prophetia cessauit. Merito tacuerunt prophetæ, quia is de quo prophetaverunt, venit: & impletum est quod dixerat Dominus: Lex & prophetæ vsq; ad Ioannem prophetaverunt. Quid ergo opus est iam prophetis, cūm ille præfens sit, qui propheticis promitterebatur oraculus? Quis autem adhuc quasi in obscuro requirat lucernam, cūm disruptis iam tenebris successerit dies? Quis tenui luce stellæ micantis indiget, cūm se iam per totū mundum

¹⁵ Videsne hic be
rence, quod non
sufficit Dei cligē
tis gratia, nisi etiā
iniugilat collabō
ranti, induit id.
Et quid agere ha
beat homo vi duci
a in se vota cōpe
seruare?

mundum solis splendor infuderit? Quid ergo dictū sunt infelices Iudei? Alterutrum faciat, aut Christum venisse consentiantur; aut si renūt, dent prophetas, qui annuncient Christum esse venturum. Sed non opus est nūcij, quando seipsa veritas nūcijauit. Merito itaq; obmutescant Iudei, quia verbum salutis, qui Christus est, perdiderunt. Loquatur Ioannes & dicat: Ego vox clamantis in deserto. Vox erat, quia verbi Dei spiritu replebatur. Quia sicut sermo vocis quodam modo ministerio ac vehiculo ad audiētē loquente transmittitur: ita ille Christus sonans, verbi erat minister & portitor, qui ad Herodē clamabat: Nō licet tibi vxorem viuentis accipere fratris. Iam vox ista contra persecutores, & contra diabolum dirigebatur. Quid, inquit, inlectaris Ecclesiam? Quid eam tibi vis addicere, & tuam facere, cui Christus sanguinis sui dote coniunctus est? Non licet tibi vxorem viuentis accipere: Beatus Ioannes maluit mortem suam virginem, quām tacere.

V I T A A D H V C A L I A S A N C T I I O A N N I S B A P T I S T Ā,

per B. Petrum Chrysologum Archiepiscopum Ravennatensis scripta.

Portunè nobis Ioannes beatissimus ieiunij tempore penitentia docto aduenit, doctor dicto, factoq; magister verus: quod verbo afferit, demonstrat exemplo. Magisterium stat de scientia, sed magisterij autoritas constat ex vita: docēda faciens, obedientem perficit auditorem. Docere factis sola est norma doctrinæ: doctrina in dictis scientia est, in factis virtus. Scientia ergo illa vera est, quæ fuerit mixta virtuti: illa, illa diuina est, non humana. Euangelista probante, cūm dicit: Que coepit facere, & docere. Praeceptor cūm docenda facit, & auditu instruit, & informat exemplo. In diebus (inquit) illis, venit Ioannes Baptista prædicens in deserto Iudeæ, & dicens: Penitentiam agite, appropinquauit enim regnum cōelorum. Penitentiam agite: quare non magis gaudere? gaudete magis, quia succedunt humanis diuina, cœlestia terrenis, temporalibus semper, malis bona, secura anxijs, ærimis beata, mansura perituis. Penitentia agite. Penitentia plane penitent, qui diuinis præultus humana, qui seruire voluit mundo, & dominationē mundi cū mundi Domino non habere. Penitent, qui maluit perire cū diabolo, quām regnare cum Christo. Penitent, qui virtutum libertatem fugiens, captiuus voluit effici vitiorum. Penitent, & sati penitent, qui ne vitam teneret, manus tradidit morti. Appropinquauit enim regnum cōelorum. Regnum cōelorum est primum ¹⁴ iustorum, iudicium peccatorum, impiorum pœna. Beatus ergo Ioannes, qui penitentia iudicium voluit præueniri, peccatores non iudicium voluit habere, sed primum, impios voluit regnum intrare, non penam. Et tunc Ioannes vicinum cecinīt regnum cōelorum, quando adhuc puer mundus ætatum conquirebat augmenta. Modo cōelorum regnum quām proximum, iam scimus, quando mundus senectute fessus extrema, vacnatur viribus, membra deposita, amitti sensus, doloribus vrgetur, curam respuit, vitæ moritur, viuit moribus, defectum clamat, testatur finem. Nos ergo duriores Iudeis, qui fugient sequimur mundum, qui futurorum temporū obliuiscimur, presentibus inhiamus, qui in ipso positū iam iudicio non timemus, qui venienti iam Domino non occurrimus, qui volumus manere mortem, resurrectionem nolumus mortuorum: qui seruire volumus, nolumus regnare, vt tantum regnum nostro Domino differamus. Vbi est illud: Cūm orabitis, dicite: Veniat regnum tuum. Maiori ergo penitentia opus est nobis, & pro modo vulneris, modis adhibendus est medicina. Penitemus fratres, penitemus cito, quia nobis spatium temporis iam negatur, iam nobis ipsa hora concluditur, iudicij præsentia iam nobis satisfactionis locum excludit. Curiat penitentia, sententia ne præcurrat: quia Dominus quod non venit adhuc, quod adhuc expectat, quod moras facit, nos sibi temere desiderat, non perire, quos pietate tali semper est alloquitus: Nolo mortem peccatoris, sed vt reuertatur impius à via sua, & vivat. Penitentie ego reuertamus fratres, & ne de arcu reperiorum pertimeamus: quia autor temporis nescit arctari. Probat hoc Euangelicus latro qui in cruce & in hora mortis rapuit veniam, inuasit vitam, effregit paradysum, penetrauit ad regnum. Et nos fratres, qui de voluntate meritorum non quæsiuimus, acquirimus vel de necessitate virtutem: ne iudicentur, judices nostri simus: penitentiam demus nobis, vt possumus nobis auferre sententiam. Prima est ¹⁵ Vides quod ad felicitas, perpetua innocentiae securitate gaudere, inuolatam seruare mentis & corporis salutē peccatoris sanctitatem, nulla immunda mundi inquinamenta sentire, reatus conscientiam non habere, vulnera nescire peccati, gratiam semper possidere virtutem, semper sub spe viuere nec prodej folia cœlestium præmiorum. Sed ¹⁶ si quo forte nostra mens fuerit iaculo confixa peccati, si capitulo Christi, auctor tumescat ex crimine, si vitiorum sanie fragilitas humana corrumputat: tunc ægris illa, credere culpā libet quæ non sanis, penitentia medicina succurrat, serum cōjunctionis accedit, apponatur adulatio remittit. ¹⁷ Cillecum habet tunc doloris, adhibeantur suspitorum tunc fomenta, tumentis conscientiae seruor euaporet: tunc penitentiam tunc reatus vlcera lachrymis abluantur, inimunditiam corporis cilicia ¹⁸ tunc detegant. Ferat,

Ferat, ferat amaram pœnitentia curam, qui seruare debitani noluit sanitatem. Cui vita sua chara est, dura nulla est cura; medicus non sit ingratus, qui per dolorem reuocat ad salutem. Qui innocentia creditum seruat, pœnitentia non solvit viuram: Dominus hoc aperit, dicendo. Non est opus sanis medicus, sed malè habentibus. Et qui male haberent patefecit, iterum dicens: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Reuocat per pœnitentiam Ioannes, Christus per gratiam vocat. Hinc est quod Ioannes vestitu, vietu, loco, totus pœnitentia formatus incedit. Venit (inquit) Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudeæ. Pœnitentia agite. Per deserta Iudeæ pœnitentiam clamat Ioannes, qui legis cultum, prophetarum laborem, fecunditate patrum, frugem Dei sua literilitate perdebat: vnde ad pœnitentiam merito vocantur disciplinarum deserta, non hominum, non locorum; vocat clamor, ubi non assit auditor. Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum. Portuit de caprarum, sed cilicio opus non erat; sed accepit tortuissimi pilos animantis, nihil habentis recti, nihil gracie, nihil decoris, quem natura dedit labori duro, addidit magno ponderi, extrema tradidit seruitu. Tali pœnitentia magister induit debuit vestimenti: vt qui à recti detorserant disciplina, & deformes se totos formis reddiderant peccatorum, magnis pœnitentia sarcinis subderentur, ad dicerentur duri satisfactionis 17 angoribus, suspinia compunctionis laboriosa portarent, vt directi & attenuati in modu acus per angustum pœnitentia foramen ampla remissionis intrarent, & impleretur Dominici dictu: Camelum per foramen acus posse transire. Etsa autem eius erant locusta, & mel sylvestre. Locuta est castigandis peccatoribus attributa, merito pœnitentia figuratur in pastu, vt de peccati loco exiliens, in pœnitentia locum ad celum posset pennis viuæ peruvolare. Hoc propheta senserat, qui dicebat: Sicut umbra cum declinat, sublatus sum, & excussus sum sicut locusta: genua mea infirmata sunt præ ieunio, & caro mea immunita est propter misericordiam. Auditus quemadmodum de peccato in pœnitentiam excusus est vt locusta, & curuauit genua, vt pœnitentia pondera baiularet: & adjicuit mellis cibis, vt amara pœnitentia duleis misericordia temperaret.

ITEM VITA ET MORS DIVI IOANNIS BAPTISTÆ Praecursoris Domini, per eundem Petrum Chrysologum Archiepiscopum Rauennatem scripta.



Erodianæ conam cruentas epulas, coniuium sic ferale, tunc terra, tunc celum, hodie mecum vester horruit & expauit auditus. Herodes, inquit, natalis sui cenam fecit. Bene cenam: quia non luci, sed tenebris addictus est hic natalis, in quo noctis filius natus est, non diei. Natalis sui, inquit, cenam fecit principibus, tribunis, & primis Galilee. Quid egit inculta, & cæsa semper impietas? Omnes euocat potestates, vt non tam multos coniuij sui socios, quam innumeros crimini sibi testes affluerat: & tot habeat facinoris sui arbitrios, quot habuit praesides disciplinae. Cumque intraflet filia ipsius Herodias, & saltasset, inquit, & placuisse Herodi: Respondit suo turpis generi, dum patri complacet turpiori: de adulterio namq; non nisi turpis debuit procreari: quæ fractis gressibus, corpore disjuncto, disiuncta compage membrorum, fluentibus ex arte viceribus, tota patri heret deformitate formosior. Et re vera suam creditit tunc Herodes, cum talem vidit: nā putasset aliena, si pudicam vel aliquantulum peruidisset. Serpens tunc latebat in feminis, quæ reptans gressibus flexuosis lætale toto corpore virus effudit, vt discubentibus mentes furor, venenum corpora fauciaret, homines verterentur in bestias: nec vino iam tales, sed sanguine potarentur: nec pane rabidi, sed carnibus vescerentur humanis. Tales vtique, tales reddidit, quibus adhuc fumante sanguine caput intulit tunc Ioannis: vt illud Psalmista canticum probaret: Dederunt carnes sanctorum tuorum bestijs terræ: effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam. Ecce quid parvum totis noctibus prostrata coniuia: ecce quid generat quod eum mensura emitur, & sine mensura bibitur viuim. Ecce quid præcipitator caro, cum ad luxuriae facinus voluptatis inflammatur incendijs. Rogo, quid tantis cuneis artatur. Sufficit infelix caro sibi suis casibus ad tuinam, attestante Propheta, cum dicit: Ut quid irritus in hominem, interficisti vniuersi vos tanquam parieti inclinato, & macerie impulsa? Iacebat in Herode caro oppressa crapulis, ebrietate captiva, quæ titillante luxuria, & non tam ludente, quam illudente laetitia, promitteret, quicquid turpitudine peteret se daturam. Pete a me quod vis (inquit) & dabo tibi: & iurauit illi. Jurat miser, dum quicquid honestatis est & virtutis, abiurat. Pete a me quod vis. Quid peteret luxuria, nisi castitatis interitum, pudicitie necem, morte sibi semper contrariae fanitatis? Volo, vt des mihi in disco caput Ioannis. Si caput viri est, iuxta Apostolum, Christus, iam tunc novello ore antiquissimus serpens Christi Domini tendebat ad mortem. Volo vt des mihi in disco caput Ioannis. Iam tunc auditus draco in seru capite, Domini degustabat sitionem. Volo vt des

des mihi in disco. Cur in disco? Cur preciosæ gestas, quem utliter occidit: nisi quia preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius? Hoc ipsum quod vis, non agis quo modo ipsa vis, quia agit te superna ratio aliter quam vis. In illo quidem tunc ferali antro, non aula Regis, rabies tunc fera pastum suū credidit, cum caput martyris videt: toru suū sensit, cum liquorem facri sanguinis tunc, aspergit, ferculū crudelitatis suæ toto ore, totis fauibus contendit, & conatur absorbere. Sed Ioannes venit in sublimi positus, vt lucerna super candelabrum, nebras ut fugaret, dicente Domino: Ille erat lucerna ardens & lucens. Venit Ioannes, vt iudex in tribunalis resplendens, vt qui arguit adulterum, exponeret & damnaret homicidiam: & qui pie viuens incestum vocarat ad pœnitentiam reseruerat ad veniam, homicidium etiam damnaret occisus. Quam, quæfo, meretur veniam, qui in morte Ioannis ipsam pœnitentiam tam crudeliter intererit? Gratias cucurritis Herodes, Herodias, nomina nō affectio ne sociata, sed criminis, quæ vocem intercipi posse stultissime credidistis. Ego sum, inquit, vox clamantis in deferto. Vox occidi non potest, sed magis clamat angustis corporis absoluta. Sic vox Abel in suo iam effusa sanguine magis sonat, magis penetrat, magis pertinet ad corpus. Sic nunc Ioannes toto orbe clamat, totis seculis facinus vestrum cunctis refert & ostentat in Géribus. Ecce Ioannes Christi capite gloriat, qui capit putabatur adductus. Ecce eo die quo tu finisti tuū, ille sibi natalem celitus conquiuit: qui quando tuus ortus meritis in finem, tunc illius finis ortus est in natalē. Iustus enim inchoat 18 viuere, cum pro Christo meretur occidi: transferunt ista morte vita martyris, non auferunt: morte magis claruit, qui ob hoc mortuus est, vt viueret in æternū. Ecce tu iaces in morte, Ioannes viuit occisus. Tufucata murice purpuram perdidisti, Ioannes cruento fulgenti purpura semper gloriatur indutus. Tua coniuia 19 nunc participes efficiunt in pœniti, Ioannes celesti mensa cum choris vescitur Angelorum. Ille audit iugiter celestem symphoniam, tu audis inferni semper gemitum & stridorē. Ille meretricis tue, saltatricis tue adductus in pœniti, nunc regno, nūc pœniis celestibus honoratur: tu mercede sententiæ tua cum tua filia in tartaro perceperisti. Vestimentum Ioseph cum adulteria fugeret, dereliquit, Ioannes ne videret adulteram, ipsum proiecit & corpus. Joseph ne adulterii faceret, libens carcere suscepit, Ioannes vt argueret adulterium, eremum carcere coniunctauit. Joseph somnia dum reuelat, evasit ex morte: Ioannes vt Dei filium reuelaret, suscepit & mortem: Joseph dum panē preparat temporalē, ex auro torque meruit & honore: Ioannes vt ostenderet celestem credentibus panē, martyrij torquem meruit ex cruento. Merito in natis mulierū cunctis maior est hic Ioannes, qui non solū adulteras arguit, sed & licita mulierum consortia virginitatis 20 amore calcauit. Et si Ioannes tantus, Ioannes talis, tanta eremo separatus à feminis, feminari pericula nō evasit: Quis 21 est, qui inter feminas viuens evasurū se fine labore maximo, maxima fine cautione confidit, nūl is qui saneto alitur spiritu? Qui cum genitore, natoque viuā cuncta disponit secula per seū omnia spacia.

ITEM ALIA VITA SANCTI IOANNIS BAPTISTÆ, per Diuum Bernardum Abbatem scripta.

IT procul ab his conuentibus, fratres, increpatio illa prophetae Iudaica, reprobantibus conuenticula & dicentes: Iniqui sunt cœtus vestri. Hi nimis cœtus nō iniqui, sed plani sancti, sed religiosi, sed pleni gratia, digni benedictione. Cōuenitus siquidem ad audiendum Deū, conuenitis ad laudandum, & orandum, & adorandum. Sacer est cōuenitus vterq; placens Deo, Angelis familiaris. State ergo in reverentia fratres, state in sollicitudine & deuotione mentis, maximeq; in loco orationis, & in hac schola Christi, & auditorio spiritu. Nolite considerare, dilectissimi, quæ videtur, & temporalia sunt, sed magis quæ nō videtur, eterna. Secundū fidē, nō secundū faciē indicate. Terribiliter siquidem metuendus est locus vterq;: nec maior esse credendus est numerus hominum q; Angelorū. Patet vitrobis, fine dubio porta coeli scala illa erecta est, ascendunt & descendunt Angeli super filii hominis. Gigas namq; est iste filius hominis, coeli ei sedes est, terra scabelū pedum eius. Et eleuata est magnificientia eius super celos, manet tamē nobiscū usq; ad seculi consummationē. Ascēdunt itaq; & descendunt ad Deū Angeli sancti, quia caput & corpus unus est Christus. Nec tamē ubi caput, led ubi cunctum, fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ, licet nō possit caput à corpore separari. Denique & ipse ait: Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorū sum. Sed forte quis dicat: Vbi est modus Christus? Ostende nobis Christum, & sufficit nobis. Quid curiosos circumducit oculos? Num ad vindicandum, & nō magis ad audiendum cōuenit? Dominus Deus aperit mihi aurę, ait propheta: Aurem meam aperit, vt audiam quid loquatur: non oculum, vt videam vulnus eius, illuminavit. Aut certe suam mihi aperit aurem, non faciem reuelavit. Post parietem stat: audit;

Matth. 4.
Matth. 18.

Esaie, 5.

18 Quan ergo īm
pie sancti martyris
res ab Hereticis
nostris vocantur
emorū, cum mas
xime nūc viuant,
et morte bulusmo
di trasferatur eos
rum vita, non au
feratur.

19 Vide quomodo
estiam ante viuere,
sæde iudicium acri
mei sanctorū fuit
in celo, & repro
borum in inferno

20. Ioannes virgo

21 Notent hec
et ceteri nostri tē po
ris, qui semper in
ter feminas vis
unt, præcipue
eorum sacerdotes

Est sermo habia
tus per eundem in
Natiuitate s. Ioā
nis baptistæ.

Esaie, 1.

& auditur, sed nequum appetit. Audit orantes, erudit audientes. An experimentum eius querit, qui in me loquitur Christus? Ego, inquit, qui loquor iustitiam. Quid ni loquatur ore, quod ipse plasmatuit? Quid si suo vtatur, vt liber artex intrumeto? Non tantum aures eorum, sed & labia mea aperi Domine: ego enim labia mea non prohibebo domine, tu scisti. Benè enim omnia facit, & surdos facis audire, & mutos loqui. Audite ergo fratres, quid de Ioanne loquuntur: cuius solennis 24, hodiè nativitas celebratur. Ipse, inquit, erat lucerna ardens & lucens.

2. Corinth. 12.

22 Solennis hodie
Ioannis Nativitas
celebratur.
Ioann. 5.

Ecclesiast. 27.

Magnum testimonium, fratres mei. Magnus enim est cui perhibetur, sed maior est ipse qui perhibet. Ille, inquit, erat lucerna ardens & lucens. Est enim tantum lucere vanum, cantum ardere parum: ardere & lucero perfectum. Audi quid dicat scriptura: Sapiens permanet ut sol: stultus autem ut luna mutatur. Quia enim splendet luna sine furore: modo plena, modò exigua, modò nulla videtur. Mutuum lumen nunquam in eodem permanet statu: sed crescit, deficit, extenuatur, annihilatur: & penitus non compareret. Sic sic, qui conscientias suas in alienis labiis posuerunt, modò magni, modò parvunt, modò nulli: secundum quod adulantur linguis vel vituperare placuerit, vel laudare. At verò folis splendor igneus est: & cum feret acrius, etiam oculis lucidior exhibetur. Sic sapientis ardor interius, fortis luceat: et si non ei datur utrumque, curat semper ardere magis: ut pater suus qui videt in absconde, reddat ei. Vnde nobis fratres, si lux erimus tantum. Nam lucernus quidem, & magnificamur ab hominibus, sed mihi pro minimo est, ut ab humano iudicer die. Qui enim iudicat me, Dominus est: qui furorem ab omnibus exigit, splendorem verò non ita.

Lucæ. 12.

Ignem, inquit, veni mittere in terram, sed quid volo, nisi ut accendatur? Hoc nempe commune mandatum: hoc est quod exigitur ab iniurie: nec vilia, si deesse contigerit, admittitur excusatio. Cæterum singulariter Apostolis & Apostolicis virtus dicitur: Luceat lux vestra coram hominibus, nimirum tanquam accensis, & vehementer accensis: & quibus non timetur: à flatu qualibet aut impulsione ventorum. Dicatum est & Ioanni: sed illi in aure audiunt: Ioannes in spiritu tanquam Angelus eruditus: Nimirum tandem propinquor Deo, quando vox verbo vicina: cui nulla vox alia media quod foris sonet, oporteat intimari. Neque enim Ioanen prædictio, sed inspiratio docuit, quem replevit spiritus in utero matris sua, verè ardens, & vehementer accensis: quem sic præoccupauit flamma cœlestis, ut iam Christi sentiret aduentum, qui nequum sentire poterat vel seipsum. Nimirum nouis illis ignis qui recens illapsus è coelo, per os Gabrielis in aurem intraverat virginis: & per matris aurem introiuit ad parvulum: ut ab ea hora vas electionis sue spiritus sanctus impleret, & lucernam Christo Domino pararet.

Fuit ergo iam tunc ardens lucerna, sed interim adhuc sub modo, donec super candelabrum poneretur, & luceret omnibus qui erant in domo Domini. Illo enim in tempore solum adhuc potuit illuminare modium suum. Soli interim lucere matre, magnum ei pietatis sacramentum revelans ipso motu nouæ exultationis. Unde mihi hoc, inquit, vt veniat mater Domini mei ad me? Quis enim tibi indicavit matrem Domini mulier sancta? Vnde me nos? Ut facta est, inquit, vox salutationis tuae in auribus meis, exulta in gaudio infans in utero meo. Illuminatus ergo iam tunc modium suum sub quo latebat: sed quoniam non latebat: ardens lucerna sub modo, totum paulò post mundum nouis illustratura fulgoribus. Ille erat, inquit, lucerna ardens & lucens. Non ait, lucens & ardens, quia Ioannis ex furore splendor, non furore prodit ex splendor. Sunt enim qui non ed lucent, quia ferunt: sed magis ferunt ut luceant. At isti plane non ferunt charitatem spiritu, sed studio vanitatis. Vultis nosse quemadmodum arsit Ioannes & luxit? Ego verunque in eo triplicem posse arbitror inueniri: & ardorem scilicet & splendorem. Ardens enim erat in seipso vehementer austeritate conuersationis, erga Christum intimo quodam & pleno furore deuotionis: erga peccantes proximos constantia liberae increpationis. Luxit nihilominus (ut paucis dixerim) exemplo, digito, verbo, & seipsum ostendens ad imitationem, & luminare maius quod latebat ad peccatorum remissionem: & ipsas quoque tenebras nostras illuminans, sicut scriptum est: Qyoniam tu illuminas lucernam meam Domine Deus meus: illuminia tenebras meas: utique ad correptionem. Confiderat igitur hominem Angelico promissum oraculo, conceptum miraculo, sanctificatum in utero, & nouum in novo homine pœnitentie mirare furorem. Viustum & vestitum, ait Apostolus, habentes his contenti simus. Apostolica perfecio ista est: sed 23 Ioannes etiam haec contemplavit. Denique audi Dominum in Euangelio: Venit, inquit, Ioannes, non manducans, neque bibens, plane nec vestiens: Sicut enim non est locuta cibus nisi aliquorum, forte irrationalium animalium. Sic nec pilus camelii humanum est indumentum. Quid tu pilos tuos camelie depositisti? Vt inam gibbum magis deposituisses. Quid vos irrationalibes ferae & reptilia deserti cibos exquiritis delicatos? Ioannes sanctus homo, missus à Deo, imo Angelus Dei, sicut ait pater: Ecce mitto Angelum meum ante te: hic ergo Ioannes, quo nullus maior in natu mulierum,

Matt. 5.

Psalm. 17.

x Timoth. 6.

23 Vide asperitas
et vestitus, & par-
ciam vultus lo-
cūnus.

Matt. 11.

mulierum, innocentissimum 24 illud corpus sic castigat, sic extenuat, sic affligit: vos indui fe- 24 Ecce quomodo. finatis bysso & purpura, & splendide epulari. Heu hic est præsentis totus honor dei: hæc Ba- do priſi Sancti pulte reverentia, tota haec nativitas eius prophetata quondam lactitia est. Cuius enim me- carnis cœupificien moriam agitis & nimis delicati cultores: cuius celebratis natalem? Nonne illius, qui in eremo tiam robuto & fuit his suis 25 veste, confectus inedia? Quid existis in desertum videns filij Babylonis, arun- rigore calcabantur. dinem vento agitatam? Quid igitur? Hominem mollibus vestitum? Nutritum mollibus? In 25 Ecce iterum va his nempe tota versatur haec vestra celebritas, in popularis fauoris aura festanda, in gloria vestitum, & voluptate ciborum. Sed quid haec ad Ioannem? Negre enim Ioannes fecit sic, aut fuit vultus, & via dus tensitas cons. talibus inquit potuit delectari. Multi, inquit Angelus, in nativitate eius gaudebunt. Verum id quidem, multi in nativitate eius gaudent: & pagani ipsi, ut audimus, laeta est & solennis. Luke. 7.

Illi celebrant quod ignorant: sed non ita debuerant Christiani. Nunc vero & ipsi in hac beatitudine Ioannis Baptiste nativitate gaudent: sed vtinam de nativitate, non de vanitate. Quid enim est, nisi vanitas vanitatum, quicquid sub sole est: aut quid amplius habet homo de vniuerso labore suo quo laborat? Fratres, sub sole est, quicquid oculis cerinatur, quicquid huic corpore luci subiacere videtur. Quid vero illud, nisi vapor ad modicum parens? Quid illud, nisi fœnum, & flos feni? Omnis caro fœnum, ait Dominus: & omnis gloria eius quasi flos feni. Fœnum aruit, & flos decidit: verbum autem Domini manet in æternum.

In hoc verbo laboremus fratres, in quo & viuire, & gaudere possimus in æternum. Operemur non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Quis ille? Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Seminerius in hoc verbo charissimi, seminamus in spiritu: quoniام qui in carne seminant, solam habent mettere corruptionem. 26 Gaudemus inutus, & non sub sole: sed iuxta Apostolum, tanquam tristes propter humilitatem & grauitatem: semper autem gaudentes propter internam consolationem. Gaudemus dilectissimi in natali beati Ioannis, & gaudemus de ipsa nativitate. Copiosa quidem nobis in eius recordatione causa: multiplex est materia gaudiorum. Ille erat lucerna ardens & lucens: & Iudei voluerunt exultare in luce eius: ipse vero potius gaudebat in furore deuotionis, gaudebat ad vocem sponsi, tanquam amicus sponsi. Nobis in utroque gaudenduri est: in altero quidem eñobis in altero congaudendum. Ardebat enim sibi: nobis autem lucebat. Gaudemus in furore eius ad imitationem, gaudemus in lumine, non tamen ibi manentes: sed vt in lumine eius videamus lumen. Lumen utiq; verum quidem non est ipse, sed cui testimonium perhibet ipse. Venit Ioannes, ait Dominus, nec manducans, nec bibens. Incentium furoris id mihi est, & materia humilitatis. Quis enim in nobis est fratres, qui Ioannis pœnitentiam iituenta, suam non dico magnificare, sed aliquid saltem momenti reputare prælumat? Quis audeat murmurare in laboribus suis, & dicere: fati est quod patior, nedium nimis? Quæ enim homicidia, quæ sacrilegia, aut flagitia sic puniebat Ioannes in seipso? Accendatur ad pœnitentiam fratres: interrogemus conscientias nostras, & an irremur ad vltionem exigendam de nobis, vt horrendum possimus euadere iudicium Dei viventis: Quicquid vero minus est furoris, humilitas supplex puræ confessio. Fidelis est Deus, si confitemur iniquitates nostras, si miseras nostras exponamus, si non excusemus infirmitates nostras, dimittet nobis peccata nostra. Ex hoc sane, & erga proximorum delicta furorem intuere Ioannis. Hic nempe dignus est, & rationi consentaneus ordo, ut incipendum memineris à te ipso. Ab occultiis, inquit, meis munda me, ab aliis. Psalm. 18.

Nisi parce fero tuo. Genima viperatum, inquit Ioannes, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? De quanto mentis furore procedere putas scintillas istas: immo carbones desolatores? Sic neque Pharisæi parcens, Nolite, inquit, dicere, quia patrem habemus Abramam: potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Sed minus hoc videatur, si vel ipsum veretur potentis vultum, & non tota libertate spiritus arguit peccantem Regem crudelern atque superbum: sacra quadam vehementia ad hoc ipsum prodiens de deserto, si vel blanditiis eius, vel ipso mortis terrore mouetur. Metuebat, inquit, Herodes Ioannem, & auditio eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. At illi nihil ob hoc parcens, Non licet, ait, ibi habere eam. Ligatus quoque, & in carcere trusus, nihilominus stetit in veritate: & occupabit pro veritate felicitatem. Ferueat etiam in nobis zelus iste charitatis: ferueat amor iustitiae, odium iniquitatis. Nemo fratri vitia palpet: peccata dissimiles. Nemo dicat, Nunquid custos fratri mei sum ego? Nemo quod in se est, æquanimiter ferat, cum viderit ordinem deperire, minui disciplinam. Est enim consentire, diligere cum arguere possit: & sciens quia similis poena facientes maneat & consentientes. Jam vero super humili & omnino feruentissima deuotione Ioannis erga Dominum, quid loqueretur? Ande enim exultauit in utero, inde expauit in Jordane baptisatus eum, inde

Luke. 4.

26 Gaudemus in

solennitatibus

sanctorū, sed in

tus in spiritu, non

foris carnaliter

K. ij non

von modò Christum qui putabatur, sed vel ipsam corrigiam calceamenti eius soluere digna-
se esse negabat: inde gaudebat amicus sponhi, inde gratiam fececepisse pro gratia fatebatur:
illum autem non ad mensuram habere spiritum, sed plenitudinem de qua omnes acciperent,
clamitabat. Nonne Deo subiecta eris anima mea? Alioquin non ero lucerna ardens: nisi toto
corde, tota mente, & ex omnibus viribus meis diligam Dominum Deum meum. Solà enim
est charitas qua accedit ad salutem: sola quam intundit & inflammat spiritus, quem extin-
guere prohibetur. Habes quemadmodum Ioannes asserit, & in hoc ipso quemadmodum
luxerit, indicatum est, si aduerteri. Neque enim ardorem eius nosle poteras, nisi luxifer.
Luxit ergo, ut supra memini, exemplo, digito, verbo, opere scipsum: Christi indice, nosmet-
ipso nobis sermone declarans. Tu puer propheta altissimi vocaberis, ait pater, præbis
enim ante faciem Domini parare vias eius: ad dandam scientiam salutis plebi eius. Ad
dandam, inquit, non salutem, neque enim ille lux: sed scientiam salutis, vt testimonium per-
tinberet de lumine. Scientiam, inquit, salutis, in remissionem peccatorum. Num salutis
scientiam sapiens parvipendere potest? Ponamus tamen necdum venisse Ioannem: necdum
significasse de Christo. Vbi salutem quærimus? peccatum grande, quod sanguine vi-
tulorum vel hircorum délerii non potest: quia non holocautis delectatur altissimus. Memo-
ria mea infecta est feci huic amicæ: non est nouacula quæ membranam hanc radere possit,
quia tota imbibit fecem: Si peccati mei oblitus fuerit, stultus sum & ingratuus. Si in
memoria mea permaneat, arguet me in æternum. Quid igitur faciam? Ibo ad Ioannem,
& audiam vocem letitiae: misericordia vocem: serenonem gratiae: verbum remissionis
& pacis. Ecce, inquit, agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Et alibi: Qui habet
sponsam, inquit, sponsus est. Ostendit igitur quis venit Deus: quia sponsus: quia agnus.
Quia Deus, certum est quod peccata remittere posuit: sed vtrum velit, adhuc in questione
est. Vult profectò, quia sponsus est, quia amabilis est. Et Ioannes amicus sponsi est, &
sponsus nisi amicos habere non nouit. Et licet velit gloriolam sponsam, non habentem ma-
culam aut rugam, aut aliquid eiusmodi: non tamen querit talen. Vbi enim illam inueniret?
Sed talem potius ipse facit: talem sibi exhibet ipse. Audi denique quid dicat per propheta-
tam. Vulgo dicitur: Nunquid mulier si dormierit cum altero viro, reuertetur ad virum suum
priorum? Tu autem fornicate et cum amatoribus multis: reuertere tamen ad me, & ego
fusciplam te. Ecce quod possit: ecce quod velit. Sed tu fortassis times eam quam facere ve-
nit delictorum purgationem: ne vltione & scissione ossa & niedullas ossium collidat, ne
doloré inferat morte grauiorem. Audi, agnus est: in mansuetudinem venit, cum lana &
laete: solo verbo iustificans impium. Quid enim iuxta Comicum facilius distu? Tantum, in-
quit, dic verbo, & sanabitur puer meus. Ut quid ergo deinceps hæsterni fratres: & non
omni fiducia ad thronum gloriae ascendamus? Agamus Ioanni gratias: & eo mediante trans-
eamus ad Christum: quia, vt ait ipse, illius oportet crescere, me autem minui. Quomodo mi-
nu? Splendore vtique, non feruio. Retraxit radios, recolligit se: vt fieret sicut is qui to-
tum profert spiritum suum. Illum, inquit, oportet crescere, qui exhaustus non potest, de cuius
plenitudine omnes accipiunt: nesciunt minui, cui datus est spiritus ad mensuram: & danda
magis opera, vt ardore semper valeam, quam lucere. Præcesi solem tanquam sydus matutini-
num: abscondi necesse est, orto iam sole. Non est mihi nisi modicum olei quo vngar, vo-
lo illud in vase tenuis, quam lampade posidere.

¶ VITA BEATI IOANNIS BAPT.

Habetur in lib.
et in gloriam
plurimorum mar-
tyrum edito. c. 22.



O ANNES Baptista actu Herodis per Herodiadem vxorem fratris in car-
cerem colligatur. Tunc temporis à Galliis matrona quedam Hierofoly-
nam abierat pro deuotione tantum, vt Domini & Salvatoris nostri præsen-
tiam mereretur. Audiuimus autem quod beatus Ioannes decollaretur. Cursu il-
luc rapido tendit, datisque muneribus supplicat percursori, vt eam sangu-
inem defluenter colligere permetteret, nec arceret. Illo autem percutiente

²⁷ Videlicet matrona concham argenteam præparat, truncatique martyris capitum cruentum deuota suscep-
tum in primis patit. Quem diligenter in ampulla positum patriam detulit, & apud Valatensem urbem sedi-
ficata ²⁷ in eius honore Ecclesia, in sancto altari collocauit.

COM-

SANCTORVM HISTORIA. Part. III
¶ COMMENTARIVS DE SANCTO
Propheta, & Præcursor, & Martyre Ioanne Baptista.

Per Simeonem Metaphraſen.



O ANNE M. Baptista, magnum illud decus orbis terrarum laudare, desiderare quidem licet omnibus: vt pro dignitate aut laudet, nemo potest conse-
qui. Quis enim illi laudem contextet pro dignitate, quæ omnibus hominibus
elle superiorè dixit omnium opifex? Quoniam aut hie est illius amicus, & per-
fectus imitator, ei quoq; omnino grata fuerit id quod sic pro viribus. Sant' er-
go a nobis res illius narrandæ diuinæ Lucæ vestigia sequentibus. Vnde nam ortus sit, & quo-
modo, & quanam fuerit eius educatio, & quoniam fine vitæ vñus sit hic vir magnus & ade-
mirabilis. Dicenda sunt aut, nō vt narrrentur iis qui nesciunt, Quomodo enim, cùm omnes res
illius celebrantur ab omnibus? Sed vt omnino percipiamus voluntatem in eis cōmemorandis.
Sic vero habent. Temporibus Herodis, qui fuit Rex Iudeæ, sacerdotē dicit suis diuinis hic
Lucas, Zachariam quidem nomine, ex vice aut Abi: que in forte sacerdoti octaua erat. Ei aut
fuisse etiam vxore, quæ orta quidem erat ex filiabus Aaron, vt vtrinq; esset Zacharias sacer-
dos legitimus. Vocabatur aut Elisabeth. Eis vero suo testimonio tribuit iustitiam ante oculos Dei. Ipsa enim est ea quæ est verò iustitia, quandoquidem ei soli aperta sunt corda homi-
num. Et quod in omnibus eius mandatis, & iustificationibus ambularent citra reprehensionem.
Quanquam aut essent tanta virtute prediti, eos tamen dicit caruisse liberis, quod erat probro
veteribus non leue & contumendi, sed aliorum omnium grauissimum. Quod quidem vo-
bis magno debet esse solatio, quicunq; bone quidem vita vobis estis consci: saepè vero vo-
bis minus æqua & prospera succedunt res humanæ. Huic autem Zachariæ dum sacerdotali
munere funderetur, vñus esse dicit Angelum Domini stantem à dextris altaris. Cuiusnam
autem altaris? Incensi. Erat enim alterum oblationum. Et Zachariam quidem illic solum sub-
iisse in ipsa hora incensis: totam autem populi multitudinem fuisse extra vacante orationi. Con-
turbato vero & perterritus Zacharia propter spectaculum, Angelū ei soluentē metum di-
xisse. Noli timere, auditas sunt enim preces tuę. Te autem fuisse exauditum probatur, quod
& fit tibi promissus filius, & significetur quemadmodum sit vocandus, & quod propter eius ortū
predicatur gaudium. Sed quid, dixerit quispiam, est cōsequens, vt ille qui pro populi peccatis
intercedit, accipiat promissionem, fore vt ei nascatur filius? Ei certè valde consentaneus, & con-
veniens. Nam qui ab illo erat suscipiens, is erat futurus præco agni, qui tollit peccatum mu-
ndi: quemadmodum ille ipse clamat. Futurum autem eum magnū prædictum, non quidem absolutè, sed
coram Domino: Sic ut etiā ipsos parentes prius dixit iustos esse corā Deo. In quoniam autem
ipsum fore magnū dicit diuinus Lucas? Ni omnino in abundanti spiritus? Neq; enim diuinæ
gratiæ eum solū dicit futurum participem: sed replebitur, inquit, spiritu sancto, & non post ali-
quod tempus, neq; cum ad aliquam pertuererit aetatem, sed adhuc in utero matris suę. Quod
autem erit eius munus, & quidnam ager? Conuersione multorum filiorū Israël ad Dominum Deum
eorum. Adde etiam reliquam laudationē à Angeli: Et præcedet coram eo in spiritu & virtu-
te Heliae. Nam sic illi erit præcursor secundi adventus Christi, ita hic fuit primi, pari vir-
tute, & pari potestate, & eodem spiritu. Et conuertet corda patrū ad filios. Quid significans,
nisi quod efficeret, vt Iudei patrēt doctrinæ Apostolorū? Hi enim erant illorū filii, cogni-
tione sanguinis: quorū etiā prudentia vñi sunt obedire, qui tunc erant inobedientes. Eō enim
tendit illud: Et parate Domino populum copiosum: nempe quod vt populus Iudaicus pa-
rēret Christo etiā antequam Christus appareret, ab Ioanne scilicet fuerit paratus, & eius lin-
guæ præda factus fuerit. Quoniam autem tu (hæc enim dicit Angelus Zachariæ) vñus es non
credere meis verbis, & eius qui me misit, & cui alsito, virtutē non attendens, attendisti po-
tius imbecillitatem corporis, & ad hoc solūm aspexisti: imponetur tibi pœna, vocis mutatio:
& donec euenerint ea que dicta sunt, eris obnoxius silentio. Statim autem pœna affluit: &
simil cum Angeli voce extincta quoq; est vox Zachariæ. Apertum vero eius iudicium nutus:
Erat enim, inquit, eis annuēs, populo scilicet, propterea quod ei sermo deesset. Tuū ergo erat
hoc, o maxim! Præcursor, & arcane tuæ ab inicio potentie, vt & patri solueret lingua vñ-
cula ex solo nomine, & matre naturalis pedicas sterilitatis: sicut etiam multis postea pœnitenti-
tie predicatione soluisti vincula peccatorū. Verum enim uero dicitur, Zacharias quidem, ab eo iī per-
actis diebus ministerij, domum reuertitur. Elisabetha autem postea ex inopinato eluet conce-
pcionis. Et abscondit se, inquit, menses quinq; quod in senectute, tanquam præter tēpus cōce-
pisset, erubeficens. Sexto autem mense, oportet enim ea connectere quæ sunt consequentia iis
quæ sunt proposita: quæ ad eam generi attinebat. Maria, dico Deiparam, que degebat in do-
mino sponsi Joseph, qui erat in ciuitate Nazareth, cùm ei illuc allatus esset bonus nuncius

K. iii. carnis

carnis à verbo susceptionis, & propter rem nouam de natura dubitaret legibus, aperte audit ab Angelo, & alio qui confirmante id quod dixerat, & ad fidem trahente tali exemplo. Ecce enim quod cognata tua Elisabeth ipsa quoq; cōcepit filium in senectute sua, & hic est sextus mensis ei quae vocatur sterilis. Deinde paulò post consequitur Mariæ cū festinatione in montana ascensio, & eius in domum Zacharias aduentus. Festinavit enim vt gratularetur Elisabeth de bono nuncio huius nouæ conceptionis. Accedit ergo, & benignè eam salutat, seu appellat. Salutatio aut est dulcis exultatio infantis, qui est in utero. Iam enim ex ventre didicerat seruos Dominum, qui erat in ventre: & cum sensisset eius in mundum aduentum, mirandum in modum latabatur. Hoc enim aperte ostendebat letta exultatio.

Ne te lateat aut magna Elisabethæ moderatio, & submissio cum admirabili prædictione. Erubescet enim quod ad ea venisset virgo, cum id cius longè superaret dignitatē. Et ideo: Vnde hoc mihi? inquit. Sicut etiam illius filius fecit ad Domini aduentū: Tu venis ad me, dicens in tempore baptismatis. Vide autem quemadmodū virginē appellat. Eam & matrem, & dominū suā nominat: quinetiam benedictā dicit in mulieribus. Et id quod gestabat in utero, fructum ventris eius appellat admirabiliter, & præter opinionē. Quid hoc significans? Quod feminis viri minimè erat participes. Et in domo quidē Elisabetha habitauit virgo circa tres menses. Deinde ea quidem sū dōriū reuertitur. Elisabetha autem impletū fuit tempus pariēdi. Quānam vero de causa ad tres menses, & nō plures fuit cohabitatio? An omnino quod tunc esset partura Elisabeth? Si enim circa sexum mensēz quod ea conceperat, missus fuit Angelus ad virginem: ipsa autem cū apud Elisabeth venisset, menses tres apud eā permaneret, clara est, quod cūm finiti esset tēpus conceptionis, quod nonus mensis circumscribit, in domū suā virgo reuertitur: & fortasse hac de causa, quod vniuersa multitudo erat ventura in ædes Zachariæ, cūm instaret tempus pariendi Elisabeth: pudor autem virginalis hæc minimè sustineret. Vndēna vero venit in mentē Elisabethæ, vt infantī imponeret nomen Ioannis; quod re vera erat nouū, & ab eorū genere alienū? Vndēnam aut, nisi re vera ex spiritu sancto, & ex virtute eius qui nascetur: neque enim ei hoc significauit maritus. Quomodo enim, cūm ei esset adhuc lingua præpedita? Ceterè etiā postq; hoc scripto significauit Zacharias (nuto enim non poterat) admirati sunt, inquit, oēs. Propter quāmā aliam causam, q; propter parentū cōuenientiam circa nomē infantes? Simulatq; ergo scribens nominavit, lingue quoq; dissoluta sunt vincula, & cōpīt loquī. Sed cur inaudit timor omnes qui circumhabitarat? Quod oportebat clara præcūtare miracula, & propter prōmissionem eius qui erat nasciturus, & propter tam eximium illius partū, vt ab initio fide digna, preclarē appareret. Significat aut hec quod id quod subiungitur, quod admiratio & metus inuaserit omnes, scilicet eos qui audiebat. Quisnam erit, dicentes, hic puer? Verum enīm uero ne hæc quidem nos prætereāt, neq; socordia accusēmūr, in iis in quibus debemus potius conserre studiū & diligentiam. Vide enim quemadmodū lingua Zachariæ depositis quibus alligabatur vinculis, non solummodo loqui-
tur, sed etiam, vt propheta, cōpīt futura pulchrā prædicere: atq; adeo dū ipso filio prædicere, qui eius lingue vincula emiserat, & ea relaxauerat. Prædictis enim eum futurum prophetat altissimi, & præstium esse ante eius faciem, paratur aut esse vias eius. Sed hæc quidem sic. Consequebatur autem, inquit, Ioānni pro ratione etatē, sp̄iritualis quoque gratiae accessio. Hoc enim sibi vult Euangelista, dicens: Puer autem crecebā, & confirmabatur spiritu, & que sequuntur. Quinetiam eum dicit fuisse versatum in solitudinibus usq; ad tempus, quo se demonstrauit Israēli. Sed quāna de causa noluit cōuersari cū populo, & peregrinationis amicus fuit, & solitudinis? Ne euansceret populi in eum reverentia, vt quæ obfuscat, & flaccescat conuersationis affiſfactione: quinetiam vt dum argueret, facilis admittetur: & dum testimonium ferret, esset fide dignus: nūc quidem Iudeorum arguens improbitatem, partim autem Christo ferens testimonium. Verum enīm uero Zacharias quidem senex & sacerdos, vt à patribus de eo tradita tener narratio, cūm vitam produxisse fuitque ad ipsum Dei & Salvatoris nostri ortum secundum carnem, & cūm maternis vlnis (& diuinam submissionem) eum vidisset gestari: & sic ab ea sepe in templum introduci, & eum esse Deum minimè ignorasset: prōpterea ei concedit, vt ingrediatur in sancta sanctorum, cūm cognouisse eam esse Deiparam, & vt illuc stet, ei largitur propter excellentiam. Sed hæc quidem ita se habebat. Ea autem res clariores ex Iudeis (ita enim vult quæ traditur narratio) ad iram accedit, & efficit, vt in senem grauitate infaniant. Etenim audiebant, inquit, ab eo Regem creatæ nature ad humanam venisse generationem. Metu ergo ne Regi parerent, concipiū laborem, vt ait Esaias, & parvū iniquitatem: & cūm essent proclives ad malitiam, & ad effundendum sanguinem, non minus quam aquam ē manu, vna nocte in templum irrumpentes in conspectu (proh dolor) altaris occidunt Zachariam. Deinde etiam sanguis locum admodum cruentasset, & cædem factam planè argueret, terra effossa abscondunt mortuum patricidæ, vt qui

cædis

cædis quoque scelus vellet abscondere. Hoc autem est re vera difficile, est enim scelus factū quidem facile: postquam autem factum sit, celatu difficile. Et sic quidem narratur fuisse occisus Zacharias. Aliud quoque traditur non minus receptum, quod propter puerorū cædem ab Herode factam is quoq; fuerit interemptus. Postquā enim in omnem partem peruult edictū, quod iubebat interfici pueros in Bethleem simul & in montanis, vt communi cæde horum puerorum, euri etiam vñā interimeret, qui erat sufficiturus mortuorū: & sic ipse metum excepit principatus, ea enim de causa omnes pueros fuerat aggressus occidere (Proh dolor, ad cuiusmodi cæpta impelluntur, homines propter gloriæ cupiditatem) tunc quærebatur quidem filius quicquid Zacharia ad cædem, vt qui nuper esset natus: non inueniebatur autem. Etenim quomodo Ioseph iubebatur fugere in Ægyptum cum Maria, & puer: ita etiam Elisabeth quandam speluncam ingressa cum infante, in ea habitatbat. Quoniam ergo insans ab eis apprehendi non poterat, totam iram iū qui puerum quærebāt, effundunt in Zachariā: & cūm in templo inueniissent (etenim rufus vice sua attendebat altari incensū) interficiunt celantem filium, vt qui eum nollet eis ad cædem tradere. Et sic duplēm assequitur coronam, quod & Deo ministrans mactat apud ipsum altare: & quod cum infantibus primus Christo sacrificatur. Cum hæc sic processissent (& post multos quidem annos) ē viuis Monarcha excelsis Augustus: Tyberius autem, qui Monarchiæ ab illo suscepit dominatum, quindecim iam annos in imperio transfigisset: quoniam Herodis alienigenæ Regino in quatuor principatus diuiso, & totidem numero filiis distributo: qui quidem erant, Archelaus, & Herodes, & Philipus, & Lysanias: cūm prima quidem tetrachia esset Iudeæ, eam autem administraret Archelaus, qui erat primus inter filios: Cumque omnibus sceptro Romano collum inclinatibus post primam descriptionem, ducesque & præfides, quibus Reipublicæ cura mandabantur, Roma accipientibus, Pontius Pilatus tunc præses esset Iudeæ, qui quoniam Tyberio Cesari erat intimus, ideo præmium sue in eum amicitia, hanc acceperat administrationem (Oportebat enim cum venisset Christus, cui imperare erat repositum, vt ait propheta, cessare principes ex Iuda) Et Galilæ quidem Tetrarcha esset Herodes, vt sacram dicit Euangelium: Philipus autem eius frater esset Tetrarcha (oportet enim, tanquam ornamento aliquo, ipsiis vti eloquij) Iureæ, & regionis Trachonitidis: & Lysanias Abilinæ: sub Pôrisibus Anna & Caipha, Ioannes definitum expectans tempus (vt sacra dicunt eloquia) quo se Israēli ostenderet, morabatur adhuc in solitudine, quam habitauit vix solutus a falscijs, exercens vitam Angelicam, & liberam ab omnibus impedimentis, & omni supellestile. Non enim teat, non mensa, neque aliquo ex ijs, quæ sunt huiusmodi, indigebat: Non terram arauit, non fulcū proficidit, non pudore vultus, quā quidem meam, & paternam noui poenam, panem comedit. Sed arborum quidem summa frondes alimentum parabant: ex pilis autem camelī rude, & sine arte confectum induebat vestimentum: vt eos qui erant in mundo, ad quos nō ita multo pōst venit, doceret vietus tenuitatem, & instrueret, vt & humana despiceret, & eam, quæ re vera erat apud antiquos, exercerent frugalitatem: quia prius Adam honoratus, minimè opus habuit vestibus. Clarum est enim ei post transgressionem opus fuisse vestibus. Cum autem fēpus iam dictum aduentasset, & seipsum Israēli patefecisset, cuiusmodi erat ad afferendam admirationem homo, qui triginta annos habitarat in solitudine: & se vēluti pērpetuō damnauerat exilio: & cum nullo omnino hominē verari staruerat, & ab inuente aetate vitam elegerat monasticam, vt qui tunc primū veniret in conspectum hominū? Statim enim, vt iam diximus, ab incunabulis lubenter versatus fuit in solitudine, nulla re humana omnino indigens, simul cum moribus loquentem formam, & vestem attrahens: vt qui fuisse filius pontificis, & testimonium de eo ferentem Esaiam aperte induceret. Illud enim: Vox clamantis in deferto: de eo scilicet dictum est: Nouis quidem Helias ostensus ex omnibus, vel potius omnibus persuadens se habere illo aliiquid amplius, quatenus plus est omnino verari in solitudinibus, quām in ciuitatibus, in quibus erat Helias. Ea de causa erat Iudeis mirandū in modum venerabilis, & tolerabant eū reprehenſiones. Quoniam enim eō increpans, & voeans genimina viperarum, etiā manū effent valde prompti & propensi ad cædem, eos non adegit ad insianam? Verum enīm uero attendendum est, quām fuerit Iudeis Baptista: admirabilis. Eis enim iniecit suspicionem, ne ipse re vera esset Christus. Et ideo extitit vox illa, quæ ex alto testimonium filii tribuebat ei, qui baptizabatur: & columba quæ aduolauit, & apud illum solum manifest. Illum autem nihil ex his extulit, neque vñquam visus est primas partes sibi vendicare, sed sibi potius extremam afflictione humiliatatem. Quid enim sibi vult illa calceamenti corrīgia, nisi quod omnino recusat se cum Iesu cōferrī, & disceret se non esse idoneum, qui solueret corrīgam eius calceamenti? Et alioqui cūm à Iudeis, misis ad eum legatis ex sacerdotibus & Leuitis, interrogaretur: cōfessus est, inquit, & nō negauit: & confessus est, se nullo modo esse Christum: etiā illi ad exprimendam Baptistæ confessionē, quod ipse esset

K iii aperte

aperte Christus, quid non faciebat? Ed enim cum alijs hæc tendebat interrogatio: Quid tu baptizas, si tu non es Christus? Quin etiam à proprijs discipulis Christo inuidentibus, & propter Baptismum non nihil vellicantibus (ad eum enim sensim accedentes, & ad æmulationem accedentes; qui tu testimonium tulisti, aiebant, ecce is baptizatus) ille ne tantillum quidem abducebatur, aperte autem dicebat, seipsum non esse Christum, sed missum. Christum verò & Agnum Dei vocabat, & se quidem oportere minui, illum autem augeri confitebatur. Non erat autem Iudeis solum venerandus Baptista, & verè dignus, qui haberetur in admiratione: sed etiam ipsi Herodi, & ei magis, quād Iudeis, quād ei non solum pudorem, sed metum quoque iniecerat. Timebat enim, inquit, Ioannem, quod sciret virum factum, & iustum eum esse. Quin etiam eum audiens multa faciebat, & eum lubenter audiebat. Nam illud quidem habebat ex conscientiæ condemnatione: quod eum timeret, inquam, cùm prauè & sceleratè viueret: hoc autem ex virtute dicentis, quod omnino eum lubenter audiret. Et sic efficit quidem virtus, ut can illi quoque reuerentur, qui sunt ab eo omnino alieni. Sed reuerat magnam vim habet intemperans cupiditas, & res est omnium efficacissima ad animam redigendam in seuitutem: Sicut etiam hunc Herodem miserè admodum afficit, dum non secus Regis ac mancipio, proh dolor, ista est: Qui despœcta sua vxore, ea autem erat filia Areæ, Regis Arabum, & contemptu habitu eius amore, plurimi faciebat amorem Hérodiadis. Eam enim cùm esset vxor fratri Philippi, duxit præter leges, cùm iam haberet semen fratri. Illi enim solis permittebatur hoc facere, quorum fratres reliquerat vitam absque filiis. Permittebatur autem omnino hoc consilio, vt semen suscitaret fratribus. Propter hæc ergo Iocannes Herodem reprehendens, vñsus est furdo canere, & loqui in aurem mortuo: et si solitus esset prius eum lubenter audire, & sciret eum in magna haberi reuerentia. Sed amor Herodias, qui, vt diximus, eum inuaderat vehementius, efficiebat vt nihil faceret verba Ioannis: & illum quidem coniecit in carcere: Herodiadis aurem gratiore, præbuii audientiam, & liberâ dedit potestatem sui explendi desiderij. Ceterum Baptista, vt qui esset propheta, vel potius propheta superior, cum præcognouisset se per Herodem quidem mox excessum ex hominibus: Suos autem discipulos hominé quidem solum existimare esse Christum, ipsum verò esse Christo longo intervallo præstantiore, vellet aut hoc corrigeré iudicium, vt quod non rectè haberet, quoniam neq; defiderat aßertionem, neque præter veritatem volebat ornari gloria, quid facit? Cùm ille elegisset duos ex suis discipulis, mittit ad Iesum, qui rogaret: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et hoc statut facere, non ipse volens discere, sed illos daceri potius. Quomodo enim opus habuilem dicere, quem nouerat ex vtero antequam ex eo prodiret, & quem doctus à patre aperte prædicauit in omnibus? Quibus cùm venissent, & hæc Christo dixissent, ille quidem primùm nullam dat lingua respotionem, sed facies portius respondens, & ipsum esse ostendit quem quærebant, signorum magnitudine: quoniam ea ipsa hora multa signa fecerat: deinde verò etiam per veib; adiiciens respotionem: Euntes renunciare, inquit, Ioanni ea quæ audistis & vidistis. Quænam autem ea sunt? Cæcum correcțio, leproforum mundatio, surdorum auditio, mortuorum resurrectio: & quæ deinceps consequuntur. Propter quæ diuinè subiungit: Ecce beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Quid hoc dicens, aut quid volens ostendere? Quod vel eius superclia (vt ait diuinus David) examinant filios hominū, & quæ ab eis agitantur in cordibus, eius oculos minimè effigiant. Ipsi enim aperte erant qui scandalizabantur. Postquam autem i; rediſerit ad Baptistam, volens Christus ijs quoque mederi, quæ turbæ circumfentis animum perturbabant (iam enim rectè se habebant Ioannis discipuli) Verisimile namque erat turbam dubitasse, nū hæc dicta essent à Ioanne ambidente, vtrum is sit qui venit, an alium fortè expectate oporteat, vt qui vel propter carcerem in metum incidisset, vel etiam poenitentia ductus esset eorum, quæ prius dicta fuerant: Has, inquam, dubitationes Christus corrigens: Quid existis, inquit, vñsus in desertum? Arundinem vento agitatram? aut, Eum qui in mollibus est vestitus? vel prophetam tantum? Hæc autem post discipulorum Ioannis reuersione, sicut diximus. Neque enim eis præsentibus volebat laudes contexere Baptiste, quoniam assentantis potius, quam vera dicentis existimata essent ea quæ dicta sunt. Ad quid ergo exemplum arundinis, quæ vento facile agitur, quām vt ostendat hominem facilem & mobilem, venti campū: vt est in prouerbio: & mentem quæ facile duci & transmutari potest: quæ seruit temporibus, & citè ab eis transfertur? Non ergo à priore illa mente, & sententiæ traductus est Ioannes: quoniam cum adducto exemplo pugnat ex diametro. Est enim ille firmus & solidus, arundini quæ facile circumfert omnino diffimilis. Quid autem illud, in mollibus vestibus? Eos innuit qui viuunt in delitijs. Probabile enim erat Iudeos cogitare, q; qui primū fuerat firmus ac robustus, & ass; ijetus laboribus, deinde delitijs vñsus, tūc eualeferat delicatus, & inierat fœdus cū mollicitate: Quorū neutrum fuisse Ioannis animi, & vita, certum testimonium est, & vestis & carcer. Nō

enim

enim condemnatus cest illum habitare, si sciuisset seruire tépori, & cedere Regibus se iniquè gerentibus: cùm præseri ei non esset necesse loqui gratiam, sed solum tacere sufficiebat, vt omnibus mediis observaretur, & coleretur. Quomodo autem accipierendum est illud: Eū esse plus quā Prophetam? An quod conspectus sit propinquus Christi aduentui ad homines? Mittam enim, inquit, Angelum meum ante faciem tuā. Quod quidem nihil aliud significat, quām proximè. Nam i; quoque qui in progrediendo procedunt continenter Regibus, i; felicitate & maiorem, quām ali; habent autoritatem & sunt ei coniunctiores.

Et sufficit quidem lingua Dominica ad ferendum Ioanni testimoniū de excellentia inter homines: & quod nulla mulier ei maiorem peperit. Inuenies autem qui velit veritatem quoque rerum idem dicere, si illius mensam cogiret, si illius viuendi rationem, si excelsam illius mentem. Tanquam enim qui è celo venisset, sic terram obibat, corpus tanq; superuacuum, & otiosam aliquid inferens, & eius ferè nullam curam gerens, hymnis & precibus aſſiduè deditus, propemodū quidem nec terrā tangens: ad celū aut mente sublatus, & Deum solum purè contingens, nullam rem humanam vendicans, sed nouā vite viam ingrediens, vt qui esset simul tranquillus, & vehemens. Etenim cum populo quidē Iudeorū strenuè & fortiter, cū Rege aut liberè, cum suis verò discipulis comiter admodum & benignè loquebatur, non leuiter quidem, & temere, sed vñquodq; feliciter, vt oportebat. Quomodo ergo non erat hominibus maior, qui sic erat affectus? Quid autē sibi vñl id quod subiungitur: Minor quidem, in regno autē celorum maior? An ne nimia laudes Iudeis aliquam parerent absurditatem, & darent eis occasionem Christo præferendi Ioannem? Minor autem omnino & ærate, & multorum opinione, seipsum vocat. Erant enim quidam qui ei non solum tribuebant humilitatem: sed & voracem, & vimpotem non verebant eum vocare. Sed iam ad eius quoque mortem est transeundū, quam ille subiit propter reprehensiones, vi, qui perpetuò aduersus peccatum decertauerit, non timens dies (vt dicam cum diuino Davide) non formidans vultus Régum, qui Deum & leges despiciunt: sed aperte arguens eos seruos voluptatis, qui alijs (ð iura & leges) volent imperare. Nam postquam iam fuisset inclusus carcere (eo enim illuc dimisso, digressi sumus) Herodes faciebat cœnam in suo hatali proceribus & tribunis, &c, vt sacrum dicit Euangeliū, primis Galileæ. Deinde in cœna oblationes, & honestæ recreations. Oportet enim eas quoque dicere, quibus Rex vñsus est apud eos qui inuitati fuerant. Accedit pueri saltans, non plebeia aliqua, aut vna ex vulgo, sed quæ nominata fuerat filia Regis, & illius ipsius Regis qui coniugio excepérat. Nec erubescet Regina filia, cariq;, vt videbatur, virginem introducens, & saltantem producens in conspectu toti masculorū, rem pudicis oculis non solum injucundā, sed etiā vitandā. Sed id consulto agébat, vt cognosceretur quām esset honesta ea, quā Rex duxerat, & ex fructu arbor, & ex filia mater aperta euaderet: Et ipsa quidem per illam: qui duxerat autem, per vtrāmq; laudandus videretur, & beatus. Vide vero mali quoque accessionem, Patri placuit id quod siebat, propter quod oportebat eum magis pudore affici: & si placuit, ð Regiam munificiam, vt policeretur se ei, regnum suū esse diuisurum, ad remunerandam rem tam publicè vtilem, & magno studio dignam: & quod est deterius, cùm nec illa petijsset, sed ipse eam ad rogandum incitaset.

Illa autem laudis quoq; & glorias mouetur cupiditate, & rem petit longi maiore, vt quæ cùm esset foetus viperæ, didiciset ab ipsa matre pertitionem. Querit enim non dimidium regni sibi promissum, neque aliquid eiusmodi: sed rēm, proh dolor, quæ omnia regna terra superaret, & cum quæ ipsa quidem mundus potest conferri, si eius spēctes pretium: nempe, caput viri, quod tu quoque prius, qui serius es potius quam Rex, in maximo honore habuisti: vt ipsa dicunt Euangelia, & nos prius ostendimus. Nunc autem propter à ratione alienū tui animi motum, & eius reprehensiones, in vincula coniugis virum illum venerandum, & non solum coniugis, sed etiam intermis: & illud caput malis vendis amoribus, tales, ð infelix, gratias ei largiens, cuius tu turpi amore tenebaris. Quis vero fuit hic prætextus ne iufurandum transfilis, iusti interemptio? Claram est enim te esse pollicitum regni tui dimidium ei datum. Hoc autem quid est aliud, quām opes, pecunia, jugera terræ, gloria ad tempus, quorum ipse erat Dominus? Hec enim si te ex equo effente diuisa, tuum conservassent iufurandum. Viri autem cædes, viri dixi, imo vero plusquam viri, quid cum his commune habebat apud eum qui temperanter vivit, & rectas leges sequitur? nisi hoc tibi erat regnare, ð optimè, subieſtos nulla de causa interimeret. Tu autem præstulisti te molestè ferre, vt qui neceſſe habuisses iusti viri cædem permittere, iufurandi, & non legum solum custos diligens. Sed satis intellexit est te ad nouercæ, vt aiunt, flere tumulum, & præ te ferre te illud dare inuitum, quod magis gaudebas, quām i; qui petebant.

Infurit autem caput plenum sanguine, iniurias quidem tetrum spectaculum, & quod eminem coniujij lœtiā poterat in dolorem conuertere: matri autem puellæ maximam afferens

afferens voluptatem. Talem enim sitiebat eum videre, qui eam prohibebat ne viueret ex sui animi sententia, & zelo linguam habebat non minus gladio a cutam, licet mutam. Diuina enim quædam res est virtus, & qua vinci non potest, vt quæ etiam post mortem eius qui eā possedit, adhuc dominetur. Qui enim erat adeo turpis, & abominandus, & voluptatum feruus Rex, qui cædem talis viri, tanquam vniuersitati & contempti, iussu fecerat, vide quemadmodum post illius mortem euadit timidus, & meticulosus. Adeo certè timidus, vt eum qui erat mortuus, putaret propè esse morte superiorum: Cum enim de Iesu audijisset, Euangeliū inquit, Herodes, & quænam faceret miracula: Hic est, inquit, Ioannes Baptista, hic furexità mortuis. Huius autem rei probatio erat. Virtutes enim dicebat operari in eo: Domini signorum & miraculorum sic vocans operationem. Postquam autem fuit interfectus diuinus ille Ioannes, & magna contentionem petendum caput, præmium saltationis donatum fuit illi debacchanti iuuençula: & id per ipsam habuit, mater illa cùm id accepisset, quod ardenter sitiebat, profunde infudit, & apud se tuò abscondit: vt ex ijs, quæ à patribus sunt tradita, narrationibus, scriptisque, licet dñcere. Magnus enim timor, & magnitudo eius quem habebat odio, efficiebat, vt ipsa sibi caueret. Neque permittit caput coniungi cum corpore, dubitans ne sic refurget, & ad priores rediret reprehensiones: Sed si, inquit, apud me caput rectè abscondatur, id non facile poterit refurgere. Postquam autem curæ fuisset eius discipulis, vt reliquum corpus in quadam loco insigni honorificeat, & id ad Iesum venientes omnia ei renunciant. Ille autem, vt pote ex eo dolore affectus, non amplius patitur manere in regione, sed illinc surgit protinus, & vñā cum suis discipulis nauem confidens, venit in desertum quendam locum Thebaidis, & se, & illos quietè recreans, & veluti consolans tristitiam. Atque diuinus quidem Ioannes, cùm præter alia bona quibus erat locuples, etiā quod a Christo accepatur, testimonioum fuisset honoratus, colorum quibus erat dignus, fortius fuit habitacionem, cùm tringita duos annos, & sex mensēs peregriset in terra. Herodem autem Dei iustitia, etiā vt plurimum soleat esse tarda ad supplicium, carmen hoc fortasse insigne scelus habens odio, haud ita diu post inuadit. Postquam enim ille suam vxorem propter vehementem amorem in adulteram, & odio habuit, & repudiauit, ea non ferens contumeliam, venit ad Aretam suum patrem, qui erat Rex Arabum, vt ante dictum esset, eique & insolentiam, & alia omnia (vt semel dicam) exposuit, & pergit, vt vlcisceretur rem, que mulier est intollerabilis. Ille autem, neque enim eius solum, sed suam potius propriam existimat contumeliam: bellum commovit aduersus Heroden. Et cùm rem rectè gesisset, & illius exercitum valde cædisset: & alios quidem occidisset, alios verò redigisset in seruitutem: & subiectis flammis omnem est populus regionem, reuertitur. Et res quidem Herodis ita se habuerunt. Ceterum huius adulterae, & illegitimæ vxoris Herodis quomodo? Ipsa in longissimum quidem tempus vitam producit. Cum suam autem vidisset filiam acerbo fine primum vitam terminasse, sic ipsa quoque recedit ijs, quæ illi sunt, omnino seruata supplicijs, & bixitura tota feciunt iustissimum calicis, qui est in manu Domini. Filia autem illius, quam quidem diximus perijisse ante matrem, cùm ad quendam locum proficeretur, & tempore hyemis oportet eam flumen traijere, quoniam erat glacie concreti, id transibat pedibus. Cum autem glacies non sine Dei munere omnino esset disrupta, ipsa quidem vsque ad caput defluit milera, tunc quoque veluti saltans laniationibus, non in terra, sed in aqua. Caput verò & glacie confractum, & valide amputatum, relinquit supra gelu, admirabile iudicium Dei iudiciorum, ipsum quoque diuissum à reliquo corpore, non gladio, sed glacie. Sed hæc quidem ita se habuerunt: & infame illud, & scleratum caput propositum erat spectaculum omnibus, ea quæ fecerat in memoriam reuocans spæctatoribus. Quenammodum autem illud verò sacrum, & magna intentione quærendum caput, in profundo terræ (sicut prius diximus) à Baccha illa abscondit, admirabiliter rursus eluxerit, & manifestum euaserit fidelibus, iam ad declarandum accedit oratio. Duo monachi ex Oriente profecti cùm eos teneret desiderium fruendi conspectu sacrorum locorum Christi passionis, veniunt Hierosolymam: Alteri eorum dormienti apparens Baptista, ostendit quisnam eset: & cùm ad Herodis, inquit, Regis domum veneritis: illuc enim est meū caput conditum: à vobis maximè curandum es, vt id tollatis. Manè ergo accedens qui visione viderat, ea comiti communicat. Ille autem id quod visum fuerat, inanem dicit esse visionem, non veritatem. Ipsum enim fortasse movebat ad incredulitatē affectio emulationalis. Ea ratione & negligebatur id quod imperatum fuerat, & ad effectū minimè deducebatur. Sequenti ergo nocte ligillatiū accedens preco veritatis vtrisque mandat eadē, dicens: nihil opòrtere dubitate: sed omni incredulitate deposita & socordia, curam gerent eius quod fuerat imperatum. Cum ergo ambo id quod visum fuerat, rursus sibi inuicem significasent, & soluta est incredulitas, & ab utrisque via simul est confecta: Præcursorre rursus (vt semel dicam) illa eis dirigent e, & bong duce eis effecto. Breui itaque ad locum peruenient, & inueniunt

inueniunt sacram caput, cuius amputatio fuerat pena temperantiae, & ideo non merebatur abscondi, sed potius prodire in lucem, ad sanctificationem, & utilitatem multorum.

Cùm id ergo sustulissent monachi, vt iussi fuerant, & in sarcum ex pilis confeatum id immisissent: quod quidem fortasse factum fuerat de illius sententia, vt caput imitaretur indumentum totius corporis, que vtebatur in solitudine: statim se parant ad redditum, rē verè desiderabilem, & supra milia auri, & argenti (vt cum diuino David dicam) fidelibus afferentes. Figulus autem quidam illo tempore, ex ciuitate quidem Emesa genus ducens, sed tanta labiorum inopia, vt ipsam odio haberet patriam, vt quæ eum non posset aleare, ob idque charum eriam solum, nempe patriam ipsam derelinqueret, & quasi secum habitantem, paupertatem fugerer: hic cùm erraret in via, incidit in monachos, à quibus diuinus thesaurus, nempe Præcursoris caput exportabatur. Cùm ergo ille viuā cum eis colloqueretur, & simul iter faceret, illi tradunt ferendum hoc excelsum & venerandum caput. Ignorante autem figulo quidnam esset, quod eius fidei commissum fuerat, illi apparuit Præcursor, & in eius conspectum fugiēs: Relictis, inquit, tuis comitibus, auge cum eo, quod habes in manibus. Hoc autem facit, Monachorum quidem, vt est verisimile, frigiditatem condemnans & socordiam, vt qui rem tantam homini alieno & ignoto credidissent: Figulo vero hanc præbens occasionem, & rem gērendi rectius, & vita melioris. Nam cùm ille obedijisset, & latuisset, & cum tali thesauro domum esset reuersus, fuit deinceps florens opibus, & bonorum bonis per totam vitam repletus. Quo modo enim non erat futurus, qui non vt ille comedie Chreimylus Plutum domū introduxerat, eccecum penitus, & cui non est fidendum: sed veras diuitias, thesaurum, inquam, qui non exinanitur, secum habebat habitantes? Non oblitus autem ille quum male prius rem suam gereret, sacrum illud & venerandum caput in omni honore habuit. Et hoc quidem tota vita sua fecit. Cùm autem esset deceſſurus, vbi illud impoſuſet in hydria (sic enim forte dispensabat, qui eius, qui propter me pauper est factus, patipertatem æmulabatur in omnibus) & deinde extrinsecus eam arca inclusisset, & pulchrè signaculo obſignasset, deponit apud fororem, ei quæ euenerant omnia aperiens, & quemadmodum veluti quodam inexpugnabile malum aliquando ipsum atterebat paupertas: propter spem autem rebus mutatis, ad eas quas nunc habet, opes peruenit, & bonorum affluentiam. Causam autem mutationis dicebat suisse caput quod in vase ostendebat inclusum: quod mihi, inquit, maiorem attulit utilitatem, quām quod vulgo celebratur, cornu copia. Cūm sic dixisset, diligenter präcepit, vt in omni quidem honore illud haberet: id verò quod celabatur, ipsa non prius aperiret, quām ijs quos nouit modis Præcursor ipse id faciendum significaret. Hoc autem iussit, fortasse considerans, quod qui suum Dominum, cùm adhuc esset intra vterum, non ignorauit, sed in ventre exultando eum significauit, is etiam post mortem capta, tanquam ventre, vtens seipsum cùm vellet esſet declaratur. Atque quandiu quidem, sorori inquit, vixeris, vide vt omnis honor, & cultus ei seruerit: postquam autem videt tuum appropinquare deceſſuri, apud aliquem virum pium est hic tibi deponendus thesaurus. Sic ergo mulier, quandiu habuit quidem corpus, alacritati fertiensi, curauit mandata fratris, & in seruendo venerando capitri non fuit negligens. Postquam autem peruenit etiam ad senectutem, & ad necessarium exoluendum debitum mors eam vocabat, implet hic quoque mandatum: & apud quandam, qui non solum pietatem, sed etiam castitatem sibi vendicabat, deponit thesaurum, ea mandans similiter, quæ sibi quoque mandata fuerant. Ad multis ergo eodem modo donum trahens, deinde etiam ad quendam Eustachium monachum quidem & presbyterum, sed diuerſe ab orthodoxis sententiae, & non conuenientem cum ijs qui de fide recte sentiebant, bonum illud venit: cùm ignorassent, vt arbitor, ijs qui deposuerant, sententiae diuerſitatem. Ei verò non hoc solum, sed mens quoque erat peruerla, & mores conueniebant ei quod sentiebat. Idque facile probari potest. Quæ enim faciebat id quod apud eum celabatur, & quæ diuina signa operabantur, sibi impōbre ille impius adscribebat, & sibi simul, preciosissimam thecam habens tanquam marsupium, & non minus quæ siebant, quām quæ immittebantur, cauponans, vt qui omnino simularer, & ea ad se traheret. Non oportet autem omnino admirari, si viro tali tam p̄fiosum caput Baptista sustinuit committi. Quid enim, qui & in improbæ mulieris manus prius venire, & ab ea abscondi: multò autem magis qui etiam illam ipsam sustinuit habere causam amputationis? Tandem verò fuit eidens quænam esset eius sententia. Fauebat autem Ario, & eodem morbo quo ille laborabat. Propter ipsam itaq; hæresim eadē hora expellitur ex ciuitate Eritenorum, valde quidem rogans, & obsecrans, vt vnum solum diem sibi liceret manere in monasterio. Cùm non fuisset autem exauditus (Neq; enim oportebat, cùm diuinus non permetteret Præcursor, futurum malum egregiè prospiciens: Volebat enim scleratus diuinum caput secum accipere, vt rursus furaretur, & sibi attribueret quæ ab illo siebant miracula, & sic procurare, vt hæresis recte se habere, & Deo grata esſe

¹ Vide hic magnū
contra hereticos
testimonium, quod
sanctus precurs
or Domini caput
suum noluit diu mas
nere apud monas
cbum Arianum.

ille quidem malus male statim expellitur: ² caput autem rursus ita ut erat, manerit in monasterio. Cum autem post multos qui praeferunt, diuino quoque Marcello prefectura eius monasterij fuisset credita, visum est magno praeconi veritatis seipsum ostendere. Ostensio vero fuit admirabilis, & digna, que a fidelibus audiatur hominibus. Sic autem habet, ut ille ipse, cui fuit declaratum, Marcellus expulxit. Erat quippe media hebdomada diuinorum ieiuniorum, & decimus octauus mensis Periti dies: Regnabant autem Valentianus, & Marcius in primis pij Imperatores: Ecclesiae vero praeerat Vranus. Visae sunt, inquit, mihi in fomis apertæ eis omnes portæ nostri monasteri: & ego conturbatus putabam me abire hoc animo, ut portas clauderem. Deinde rursus mihi sum visus videre fluuium in portâ irruenter, & mirari, videntem esse tantus aqua impetus. Cum haec autem in animo versarem, audiebatur sonus multitudinis populi, & classiū, quæ ab Oriente veluti cerebantur super aqua, quæ ad nos quidem procedebat. Vnaqueque autem classis propria lingua vtebatur: Ecce, dicebat, magnus ille Precursor Christi Salvatoris nostri, & Baptista Ioannes ostenditur. Cum ego autem starem ad portam meridionalē, & illa statim est aperta, & ingressæ sunt acies. Ego vero simul, relicta porta, currens sum ingressus: & stans in initio scaliarum, vidi ipsos ingrediens monasterium. In ijsdem autem scalis mihi adhuc stanti visa sunt duo atria, vnum quidem vergens ad occafum, alterum vero ad meridiem: & magnum templum situm erat in medio eorum. Vnamquamque autem classem videbam ingredientem in atrium, quod vergebatur ad occidentem. Deinde etiam cum ad templum adorarent, statim abiuerunt ad portam meridionalē, & sic defluerunt ab itinere. Deinde etiam audiui vocem aliorum rursus clamantium: Ecce magnus Ioannes Baptista. Cum ad hoc sustulisset oculos, aspexi illum in eo templo, quod vi deram. Praeterea autem duo quidam vna cum eo aderant, vnius quidem à dextris, alter vero à sinistris. Iam vero vnamquamque classem ad ipsum accedentes benedicebat: & postq̄ illecessarunt accedere, me quoq; subiit desiderium ad ipsum veniendo, & similem percipiendi salutationem, & benedictionem: me autem continuo parumper, quod nollem illis portis ingredi, per quas ingressus erant illa classes: & quoniam non videbam aliquę labra ori eius admodum, nisi soli pectori: tandem nihilominus in eius quidem conspectu veni anterius, sed tremebundus, & timidus, & humi figens oculos. Deinde etiam humili procubens prehendo eius pedes. Ille vero me erigit, & barba placide tangens, & os ori admouens amplectitur, & preterea vas proferens lacte plenum, id tradit mihi, subiungens: Hoc tibi erit ad benedictionē. Deinde cum sic visum esset progedi, eū praecedebam: & simul ipse, & qui cum eo erant, conuenierunt in hoc nostrum monasterium. A me autem cum attendissem, ante ipsum conspectu fuit coluna ignis: & cum vidissim, non parvus mihi metus incubuit. Et statim ē summo sum excitatus. Non multum tempus intercessit, quod mox fui à somno iterum captus, & quæ visa fuerant ad finem peruenient. Nam erat quidem vespera diei vnius ex ieiunijs. Ego autem dixi monachis: Vnuſquisque vestrum vnum psalmum bis dicat. Qui cum sic facerent, vni ex fratribus (erat autem ei nomen Isaacius) cum sustulisset oculos, ignis aperiē ardens vltus est in speluncā. Cum ex eo autem esset timore affectus, vox eum recreavit, dicens: Noli timere: Ecce enim datus sum vobis: Tu vero surge, & progredere, habens stellā tuā viē bonā ducem futuram. Vbi autem illa absorpta fuerit, si effoderis, nequaquam carebis eo quod est promissum: sed me omnino inuenies in regione. Et haec quidem vox extiit. Ego autem terrore affectus & experitus statim surrexi, & vidi proxime stellam ante oculos, quæ iter inuenient me praecebat. Ego vero ibam eam sequens, donec illa stetit super concham speluncæ, vbi etiā defossum fuerat caput Præcursoris. Cum ego haec omnia spectasse, & iam fidem animo conciperem, procumbens in genua, adoravi Dominum, & suffumigans vehementer oravi. Deinde in manus accepto ligone, cepi vehementer fodere. Haec autem mihi facienti, visus est quidam locus calce validē aedificatus vñq; ad quinque cubitos. Cum pergerem fodere, a me audiebatur quidam sonus quasi fictilium. Cum autem iam solum tangerem, video erisamenta, velut arena: & simul etiam vna ergreditur tegula, sub qua tabulam aspexi nuceā. Quam cum sustulisset, sub ipsa inueni preciolam hydram. Et deinceps distrahebar metu, simul & gaudio. Animo tamen confirmatus (ō manum audacem) & tremebundus hydram aperio, & hancum caput contrecto. Deinde cum id eriam, sicut oportebat, ² adorarem, fuius operi hydram. Nondum sinem accepserit id quod siebat, & ad nos accedit Archimadrita, & diaconus, Gennadius, inquit, qui cum nobis occurrit, in ostio speluncæ, & ea dixit, quæ dici conuenerunt, narrat visionem, quam viderat in somnis. Ea autem ita se habebat. Putabam, inquit, nos ambo stare in hac speluncā, in ipsa vero positum esse panum cumulus. Atq; erant quidem illi hordeacei, sed æquæ puri atq; sol. Erat autem eis imposta quædam quoque particula. Eos examen hominum veniens in speluncam a nobis accipiebat. Neque vero eis deficiebant omnino panes qui dabantur, neq; ij cessabant venire. Postquam autem panes iam

ad fi-

ad finem venissent, ij visi sunt volare in nostris manibus: & sic ij qui accedebant, ipsos participasse. Haec cum audiisset, statim apud me versabam, quænam esset somnij significatio. Videbatur autem hoc ab illo vñsum esse non sine Dei nūmine, neque solam in se nudam continere visionem. Deinde baptistæ diuinum ad nos aduentum aperio. Quæ cum audiisset, vehementer me rogauit, ut visu locum apprehenderet. Ego vero illum statim ei ostendi. Posthac nobis ē spelunca simul exequuntibus, ipse considerabam, quidnam esset nobis faciendum: & mihi optimum visum est hęc etiam aperire Stephano (erat autem is Archimadrita Daromij) ut hęc ab eo rursus deferrentur ad Episcopum. Accedentes ergo ipsum quidem non inuenimus præsentem: iuerat enim ad monasteria quæ sunt in regione. Cum itaque cogitassem, oportere accerere diaconum Cyriacum, qui erat Archimadrita eorum, quæ in ea regione erant, monasteriorum, & precursoris res ei aperire, sic feci. Ille autem statim venit acceritus. Consecutum quoque est aliud pertinens ad ea quæ sunt proposita. Narrat enim ipse quoque nobis somnium, quod noctu viderat. Erat autem illud quoque valde consonans visioni Cennadij. Postquam vero ad eum delata sunt res præcursoris: Quid ergo, inquit ille, nobis est faciendum? Episcopo, inquam, est significandum: expedite enim. Postquam autem intelleximus, non adhuc adesse dictum Archimadritam Stephanum, per quem volebamus ut id ei significaretur, quinque dies postea expectauimus. Quid deinde consequitur? Erat quidem sabbati vespere. Nobis autem ambobus fedentibus, & simul sermocinantibus, vehementer percussus in genua tanta vi infector, ut ne possem quidem moueri, neque omnino aliud aliud facere. Diaconus ergo Cennadius videns me tam male affectum: Quid vero? non tibi dixi aiebat, oportere ad Episcopum accedentes nos ea illi statim significare, quoniam non veniebat Papa Stephanus? Atq; ipse quidem mansi plaga adhuc magis magisque castigatus. Gennadius autem & Cyriacus postea quācum ministerium suum ad finem deduxerunt, simul ad me accedunt vbi eram iacens, & dicunt: Jam te scire oportet, quod diuino Ieanni sumus polliciti, nos hęc Episcopo esse significatores prius quam sol orioretur. Ego vero: Recte dixi, estis polliciti. Nondū id quod dixeram, finem accepere, & mihi cessauit, & dissoluta est plaga. Cum statim ergo die sequenti cum Cyriaco, & Juliano monacho accessissimus, significamus omnina Vranio Episcopo, qui iam egrediebatur ex Matutinis, dicentes: Magnus Ieannes Baptista ostenditur. Ei autem, cum audiisset, succurrerit admirari: & cum proprius accessisset: sed nemo, inquit, sciat, neque quis eum tangat omnino. Cum vero rogasset Cyriacus: Quando ergo tu quoque venies? Die crastino, inquit. Cum itaque postridie venisset, vt fuerat pollicitus, simul cum præbyteris & diaconis, vbi sumus in loco, ipsi quidem præcedentes adorabant. Malchio autem præbytero (erat is vñus ex ijs qui sequebantur Episcopum) proh dolor, venit in mentem, vt minimè crederet. Et quānam, inquit, ratione credendum est id esse? caput simul ostendens & tangens Præcursoris. Postquam autem pilos quoque simul retigit, manus illi protinus est arefacta, & hydriæ ori adhaesit. Eam autem recipere, aut illinc extrahere omnino non licebat. Quid ergo postea est consecutum? Fiunt ab omnibus preces & orationes vehementissimæ. Et manus quidem vix tandem fuit relaxata à vinculis, quæ non cadebant sub aspergum. Mansit vero admodum imbecilla, & non parvus reliquias ferens castigationis. Episcopus ergo cum omnibus qui erant cum ipso accepta hydria, quæ magras opes, diuinum nempē celabat thesaurum, in Diaconico, quod vocatur, sancte reponit Ecclesia. Et fuit is illi, donec templum fuit ab eo aedificatum. Verum enim uero cum haec iam esset facienda de officio, magnus ille præcursor fuit etiam præcursor ad misericordiam, & imitator eius, qui fuit ab eo baptizatus. Presbytero enim, qui non crediderat, apparet in somnis: Si in processione, inquit, meæ depositionis manum tuam hydriæ imposueris, nullam amplius pœnam senties, sed eam habebis deinceps omnino validam & sanam. Cum sic fecisset senex, non fuit promisso frustratus, sed manum habuit, & cum ipsa animam quoque valde sanam: diuinus ergo Iohannes præcursor solis iustitiae, stellæ Luciferi, patris Apostolus, Baptista filii, cognitor sancti spiritus, diuinæ administer economia, Euageliorum principium, vox Verbi, pœaco Regis, tuba salutis, sponsi promisus, inuentor continentia, dux & princeps castitatis, lucerna lucidissima, Præcursor & Baptista, vigeſimo quidē quinta mensis Octobris, Quadragesimo & Sexagesimo septimo anno, Imperij sceptra tenentibus imprimis pij principibus Valentianiano, et Marciano, depositur quidem in Ecclesia Emesenorū in suo templo. Inueniuntur autem vigesimo quarto Februarij sextas Indictionis. Ad gloriam magni Dei & Salvatoris nostri I E S V Christi. Quem decet cūmis gloria, honor, & adoratio, nunc, & semper, & in secula seculorum.

A M E N,

SANCTI PATRIS NOSTRI IOAN-
nis Chrysostomi Archiepiscopi Constantinopolitani Oratio,
de amputatione capitis venerandi Praecur-
oris, & Baptizæ.

Per Simeonem Metaphrasten.



V R S V S fuit Herodias, rursus perturbatur, rursus saltat, rursus querit caput Ioannis Baptizæ sceleratè ab Herode amputari. Rursus ambit Iezabel vineam Naboth rapere, & sanctum Eliam persequi ad montes. Exstimo autem non solum me esse in extasi, sed etiam oës vos, qui auditis vocem Euangeli, mecum admirari Ioannis quidem loquendi libertatem: Herodis autem leuitatem: & impiorum mulierum beluinam insaniam. Quid enim audiuius? Herodes enim apprehendit Ioannem, & posuit in carcere, propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui. His merito vituperauerit aliquis Herodis leuitatem ab infelicibus disceptam & conuulsam mulieribus. Quid verò dixerit, aut quomodo explicauerit quipiam intemperantem mulierum illarum improbitatem? Mihil quidem videtur nulla esse in mundo fera, qua posuit conferri cum mala muliere. Sed numc à me verba sunt de mala. Scio enim esse multas moderatas & bonas, quarum me vita oportet meminisse ad aedificationem, & amorem eorum, quae sunt bona & honesta. Nulla ergo fera est in mundo cōferenda cum mala muliere. Quid inter quadrupedes est leone vehementius? Sed nihil est. Quid verò inter serpentes est dracone crudelius? Sed nihil est. Imò verò & leo, & draco illi in malo cedunt. Ei autem quod dico, fert testimonium sapientissimus Salomon, qui dicit se malle habitare cum leone & dracone, quām cum mala muliere, & loquaci. Et ne putas prophetam dixisse ironice, accurate & diligenter dicens ex rebus ipsis. Danielē in lacu leones fuit reverenti: Iustum autem Naboth Iezabel occidit. Cetus Ionam seruauit in vtero. Dalida autem Sampsonē tradidit alienigenis. Dracones, & aspides, & Ceratæ Ioannem formidârunt. Herodias autem ipsum in cena interfecit. Corui Heliam in monte aluerunt: Iezabel autem ipsum post beneficium persequebatur ad cædē. Quid enim dicere? Si tu es Helias, & ego Iezabel: haec mihi faciant dij, & hec addant, si non cras hac ipsa hora ponam animā tuam, tanq; viuis ex mortuis. Et timuit Helias: Et ambulauit pro anima sua, & abiit in desertū viam quadraginta dierum: & venit sub Armathen: & petijt ut anima sua moreretur: & dixit. Domine Deus sufficiat mihi nunc: accipe animam meam, quoniam non sum melior quām patres mei. Hei mihi, propheta Helias timuit mulierem, qui pluviā orbis terræ gestabat in lingua. Qui ignem ē celo deiecit, & precibus suscitauit mortuos, timuit mulierē? Certè timuit. Nullū enim vitū confertur cum muliere mala. Ei autem quod dico, fert testimonium Sapientia, dicens: Non est caput super caput serpentis: & non est malitia super malitiam mulieris. O malum diaboli arma acutissima. Is per mulierem ab initio Adamum sauciat in paradyso. Per mulierem, Davide qui erat mitisissimus, incitauit ad dolo occidē Vriam. Per mulierem, sapientissimus Salomonem vulnerauit ad transgressionē. Per mulierem, filio Heli sacerdotis humili prostrauit. Per mulierem, Joseph vinclū inclusit in carcere. Per mulierem, totius mundi lucernā Ioannē occidit. Quid autem dico de hominibus? Per mulierem, An gelos ē celo deiecit. Per mulierem oës interficit. Mulier impudens nulli parcit. Non honorat Leuitam: non colit sacerdotem: non reveretur prophetam. O malū quoquis male peius mulier praua. Etiamsi sit pauper, plena est improbitate. Quid si habeat opes, operem ferentes improbati duplex malū. Fera est quae nō potest curari. Scio apides blanditijs manueferi, & leones, & tigres, & pardos sicures heri & mites. Mulier autem mala si afficiatur cōtumelia, iñsanit, adulazione aut & blanditijs infolebit. Si maritum habeat diuitēm, eū verbis labefactans, ad cædē fraudē faciendam incitat, sicut Herodias Herodem: & si maritum habeat pauperem, ad iras & pugnas eum excitat. Esi vidua, omnes p̄rā se habet contemptū. Domini enim metu lingua non frænatur. Non ad futurū apicī iudicium: non ad Deum intuetur: non nouit seruire leges amicitiae. Male mulieri nihil est maritū suum tradere ad mortem. Iustum quidem certè Iob eius vxor tradidit ad mortē blasphemiam, dicens: Dic aliquod verbum aduersus Dominum, & morere. O improbam naturam: o impiam voluntatem. Non misera est vidēsū mariti viscera à senuentibus pustulis, tanquam à carbonibus scintillas emittentibus, vſtulata, & tota carnes pollescas à vermis. Nō inflexa est ad misericordiā, vidēs eum omnino circuagi, & laborare, pati, difficultatē crebri & interrupti spiritus. Nō mota est miseratione, vī dēs eū qui aliquādo fuerat in regia purpura, sic iacentē in sterquilino nudo corpore. Nō meminuit veteris cū eo confuetudinis, neque quām multa, & gloriola per eum fuerat consecuta;


& quantum propter ipsum floruerat. Sed dic aliquod verbum aduersus Deum, & morere. O grata mulieris: o malagma dolores præmolliens: o lex amicitiae coniugalis. Cū tu ægrotas, tale ne vñquam verbum est elocutus: & non precibus, & benefac̄is morbum absterit & expurgavit? Non enim sufficiebat ei, quæ erat ad tempus disciplina: fed etiam & aternū conciliabat supplicium per blasphemiam. Nescis quòd omne peccatum dimittetur heminibus: quod autē est contra spiritum sanctum, non remittetur neque in hoc seculo, neque in futuro? Vis videre aliam quoq; cōiugem eiusdē improbitatis? Vide mihi Dalidā. Illa enim cū virum fortissimum totoncū Sampsonem, tradidit suum maritum alienigenis: suum thori conforitem, quem fouebat, cui blandiebatur, cui assentebatur, quem simulabat se plus quām se amare: quæ heri fouebat diligens, hodie sepelijt decipiens: quem heri diligebat, hodie decipiebat. At non erat formosus. Et quis fuit illo tempore formosior? Qui septem capillos ferebat in capite, portans imaginem gratiæ, quæ habet septem lumina. At non erat fortis. Et quis eo fortior, qui terribilem leonē solus in via suffocauit: & vna alii maxilla decem milia prostrauit? Quinetiam erat sanctus, & adeo sanctus, vt ipse aliquando sitiens, in aquæ inopia precatus fuerit, & ex mortua quæ ab eo tenebatur maxilla aqua scaturierit, & ex ea sitis hauserit medicinam. Et eum qui erat tam formosus, tam fortis, tam sanctus, cū propria vxor vinxisset, tanquam hostem, eum tradidit alienigenis. Quomodo autē factum est, vt eum qui erat tam fortis, supererat mulier? Ex ipsius mariti bonitate. Mysterium enim eius virium noctu suffurata, eu nudis loris validis alligauit. Et ideo tibi precipit Sapientia: Causa à tua thori cōsorte, ne ei aliquid reueles. Quenā, dic mihi, fera aduersus suū masculū talia est machinata? Quenā draconis feminæ suum maritum tradit ad cædē? Vides quām aptè dixerit Sapientia: Non est caput super caput serpentis: & non est malitia supra malitiam mulieris. Et vt semel dicā: Qui mulierem habet malam, sciat se iam accepisse mercedem suarum iniquitatum. Neque hoc dicitur sine teste. Audi Sapientiam dicentem. Mulier mala dabitus viro iniquo pro malis operibus. Sed de malis mulieribus haec hucusque dicta sint. Oportet autem nos quoque meminisse bonarum, maximè properas eas quæ adiunximus. Cur ergo bonæ? Quod bonorū virtutes vident tanquam proprias: & illorum labores tanquam suos reputant. Bona mulier, & hospitalis fuit illa beata Sumamita, quæ cū rogasset maritum, Elisæo ædificauit domunculā, vt transiens absque impedimento posset rēquiescere, ei posito lecto, & candelabro, & mensa: lecto, inquam, non fine vestibus, sed qui stragulas vestes habebat prophetæ conuenientes candelabro, non sine candelā, sed cum oleo quod lucem irrigabat: mensa, non defecta panibus, sed cibis abundante. Quid autem dixerit quispiam de beata illa vidua, quæ suscepit Eliam prophetam? Cui nihil impedimenti attulit pecunia inopia, propter opus bonæ voluntatis. Cui non aderat frumentum, non vinum, non aliquid aliud terrenum ad confolandam paupertatē: non ager frumenti fertilis eisem panis afferebat: non bōtrum suauissimum ei vitis producet: non dulcissimum fructum arbor ei ferebat. Quornodo enim, cū ne locus quidem agri vnius palmi erat ad serendum, neque solum vnius cubiti ad plantandam vineam: sed in tempore mēfis per agros curva incendens, spicas quæ ē manibus mēlorum excidebant, colligēs, pro modo temporis vnius anni reponēbat alimento. Ad hanc abiit Elias tempore famis, quando vniuerla terra propter humoris egoſitatem, propemodum feriabatur, & siccitate apeſiebat: quando cœlum inflammabatur: & aër erat æneus: & nubes refrenabantur: quando non erat herba, noui flori, non germe baccharum, non aurā roſida, summas aristas agitabantur: quando fuerunt attenuati fluchi, & fontes vbera aquaq; nimio aſtu conſtrinxerunt: & mare ſalsum penitus effectum est, repreſiſ, quæ id ingradiebantur, dulcibus aquis & pluviis: tunc inquam, abiit Elias ad pauperculam, ad viduam. Qualia autem patiatur vidua etiam letis rebus, scitis. Dimisit propheta diuitias, quibus erat copia panis: & eī monte descendens, venit ad ipsam. Cur autē qui ignē de celo verbo dimisit, non ad le potius panes detulit? Nō poterat? Poterat certè. Sed hoc non fecit. Quanobrem? Ne hospitalitatē fructibus priuaret viduam, & vt aliqui pugillum farinæ, & modicūm olei multiplicaret, per benedictionē. Non enim tantum venit propheta vt aleretur, quanq; vt aleret papperculam, vt probaret cor occultum, & boha voluntate præditum. Hoc facit Deus: Nam cū posuit omnes qui sunt in mundo, per se nutrit, sustinet dationem, vt cordā quæ sunt bona voluntate prædicta in tempore hospitatis per fructus discernat. Quando autē nulli fuerint, qui ipsos debeat excipere, aut nutrit per aues, vt Elias in monte: aut per prophetā peregrinum, vt Danielē in lacu: aut per animal marinū, vt Ionam: per cetū: aut ipse per se pluit alimentū, sicut patribus nostris. Nā cū nō essent qui eos deberet excipere, māna pluit ē celo, & aqua ē petra scaturit. Quando autē fuerint sancti in mundo versantes cū alijs, dexterā suā manū retinabit: & si eos videt affictos, emicet vt per id quod in ipsis cōfertur beneficiū, dē locum multis volentibus adipiscendas salutis. Abiit ergo Elias ad viduā, quæ nihil aliud habebat nisi pugillum farinæ, qui vix ei &

sius filio sufficiebat in tempore prandij. Et quid ei dicit? Sume mihi parum aquae in vase, vt bibam. Cum ea autem iret, clamauit post eam: Sumes etiam mihi frustum panis in manu tua. Illa autem id quod non habebat quidem, dixit: quod verò habuit, est confusa. Viuit Dominus si est mihi panis, nisi pugillus farinæ, & parum olei in lecytho. Mirandum est, quod in tali ciborum inopia non negauit eas, que ei aderant, reliquias paupertatis. Quam multi nunc, qui aurum habent & argentum, si rogentur, renunt amicis benefacere: et si etiam blanditijs deliniantur, inficiantur se habere. Quam multi, qui si rogado inflexi fuerint ad dandum, coisciunt literas ferro valentiores: & manum quæ sulpiciunt, alligant schedulis satiatores & fideiussores auri requirentes. Illa autem vna voce pugillum farinæ non negauit. Et quid ei dicit Prophetæ? Festina, & fac mihi primum panem subcinericium: postrem autem tibi, & filio tuo. Tentatio erat verbū prophetæ, probatio cordis, examinatio voluntatis. Erat autem cor illius beatæ quodammodo positum in trutina, & dubium quoniam vergeret ad filij ne sui benevolentiam, an ad hospitalitatem erga prophetā. Illa verò eligit potius fe, & filium adducere in angustias, quam prophetā non sulpiciere. Sciebat enim quod qui sulpici prophetā in nomine prophetæ, mercenari prophetæ accipiet: Et qui dat poculum frigidæ in nomine discipuli, non perdet mercem suam. Quid est autem quod dixit prophetæ: Festina? Adeóne eluticbat, vt opus esset festinatione? Non omnino. Sed tacitè significabat, beneficētiā hilariter & spontaneè, & nō cum dolore & necessitate impendi debere: hilarem enim datorem diligit Deus. Festina, & fac primum mihi, quomodo Abraham in aduentu Angelorum festinavit ad boues, & tulit vitulum, ut acciperet agnum. Et quomodo Sara festinavit ad panes subcinericiorum, ut acciperet panem, qui est occultus in celis. Festina, & fac, sicut Abraham, Deo sacrificia. Nō prius tibi, et tunc mihi, sive Cain, & Ophni, & Phinees filii Heli sacerdotis, qui Deum contemnebant, primi accipientes primitias donorum, quæ Deo offerebantur. Tunc ipsa quidem festinante fecit, quod iusta fuerat. Ille autem cum illum accepillet panem subcinericum, & gustauit, & eius domum implevit bonis. Non desierit enim, inquit, pugillus farinæ ex hydria, & oleum ex lecytho, donec dederit Dominus pluiam super terram. Quare eosque? Oportebat enim cum noua gratia venissem, tanquam pluvia, veterem legem suum accipere. Vides quemadmodum fructus hospitalitatis percepit bona mulieres? Bonorum enim laborum sunt gloriosi fructus: & non potest radix excidere prudentia. Audiuitis, mulieres, malarum mulierum actiones, & bonarum virtutes. Illas ergo odio habete, has verò diligite, vt eorum cursus infinitentes vestigia, annumeremini in eundem chorum sanctorum. In Christo Iesu Domino nostro; Cui gloria & potentia, in secula seculorum. A M E N.

SANCTI PATRIS NOSTRI ANDREAE

Hierosolymitani Archiepiscopi Cretæ, Oratio de amputatione capitis
venerandi Prophetæ, Precursoris, & Baptista.

Per Simeonem Metaphrasten.



PSA etiam senectus, vt plurimum exilit, robورata à prompto, & alaci animi studio: imbecilla quoque roboratur, & confirmatur oratio, quæ vires ceperit ab incitatione auditorum. Hoc ipsum nunc quoque nostræ vñi venit orationi, quæ ad suscipiendum quidem argumentum encomiorum impelliatur ab ijs qui sunt congregati. Sed quando considerat eum qui est laudans, veretur suas educere copias. Et oratio quidem (vt dicam Apostolicè) est imbecilla, & contexta ex instrumentis, quæ sunt planè debilia. Encomiorum autem argumentum, eo magis cuiuslibet orationis superat facultatem, quod ex illa cum natis mulierum comparatione maiorem præstatiæ adeptus est: adeo vt sola & prima illa voce opus habeat primi, & solius secundum naturam Dei verbi, virtutis, & potentiae. Atque eiusmodi quidem est argumentum, & sic se habet. Nostra autem orationis imbecillitas quantâ sit, fuit yccunq; ostensum. Et nobis quidem proponit argumentum Ioannem, qui est maximus inter natos mulierum: quo ex ijs qui à seculo exsisterunt, nullum maiore, nec ex Patriarchis, nec ex Prophetis, pronunciauit verbum salutare. Oratio autem, Verbi, quod fuit ante secula, vocem laudare aggrediens, ad suas verò vires respiciens, illud propemodum amplectitur silentium, quod Zanchias sustinuit in adytiis propter incredulitatem: donec ipsa nostru præuenient sermonem soluerit silentium, vt quæ verè sit vox Verbi, quod est secundum naturam. Hoc autem dabit omnino, tanquam vox ipsius verbi, non vt ipse maiore gloriam cōsequatur (quænam enim ei gloria accesserit, cui à Dño talis fuit cōtexta corona, qualis ex terrigenis nullus fuit redimitus) sed vt nos illius laudibus deducatur ad imitationem. Hoc enim vult Deus, qui glorificat eos qui ipsum glorificat: & extollit eos, qui ipsum extollunt. Cōsequenter autem pro cœmio & quæcumq; esse arbitrator.

vt præsentis diei scopum explicemus pro viribus, ne inutiles, ac sine fructu hinc domum revertamur. Is autem est Baptista loquendi libertas ad Herodem, quam hodie apériens liber Evangelicus, aperte enunciāt. Illam dico loquendi libertatem, in quam nulla cadit reprehensione, vt quæ tota apparuerit pura, & minimè mixta iis quæ sunt creatæ naturæ. Libertatem, inquam, quæ tam plena fuit, & tam redundans, vt nihil interesse arbitraretur inter priuatum, & Regem (est enim in vtrisque communis redargutio, quando actio ipsa similem exigit reprehensionem: quinetiam illam, vt quæ esset Dei Prophetæ, conueniens erat despicer: quid enim aliud faceret, qui zelo incitatibus eius præceptorum?) puraram, chronam, diadema, & omnia quibus se iactant, qui sunt inflati tumore inanis gloriae: liberè autem dicere veritatem & absque vilo timore, & nihil retinendo, aperire legi autoritatem, quoniam volebat ostendere optima esse legis constitutionem. Quomodo enim qui est inter legem & gratiam intercessor, legis gloriam despiceret, cum legem defenderet? Quod autem legis defensor fuerit Domini baptista, quis est adeo stolidus, vt non hoc quod reliqua præcedit, statuat esse prium caput eorum, quæ ab illo restè facta sunt? Qualis verò esset ei zelus, & quam vehemens & inflammatus, declarabit Euangelium.

In illo tempore audiuit Herodes Tetrarcha de Iesu, & dixit pueris suis: Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis: & ideo virtutes operantur in eo. Ipse enim Herodes tenuit Ioannem, & ligauit ipsum, & posuit in carcere, propter Herodiadē vxorem fratris sui. Dicebat enim ei Ioannes: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Et cum veller eum occidere, timebat turbam, quoniam cum habebat tanquam prophetam. Cum ageretur autem dies natals Herodis, saltauit filii Herodiadis in medio & placuit Herodi. Quamobrem cum iure iurando est ei pollicitus se daturū quod petijsset. Illa verò inducta à matre sua: Da, inquit, mihi hie in disco caput Iohannis Baptiste. Et dolore affectus est Rex. Propter iuhurandum autem, & propter eos qui simul accumbebant, iussit dari. Et misso spiculatore, decollauit Ioannem in carcere. Et allatum est eius caput in disco, & datum est pueræ, & illa tulit ad matrem suam. An non tibi videtur zelo suis incitatus, & omnium qui zelo mouentur, zelo incitatissimus? adeo vt ne vsque ad occisionem quidem prodiderit veritatem, neq; de zelo remiserit aliquid, idq; apud Regem contendens. Cogita enim quanta res erat vide hominem pilis camelī indutum, & zona pellicea succinatum. Regem autem superbum, supercilium attollentem, in alto sedētem, sed quem viuctum tenebat tyrannus voluptatum. Cogita quantum intersit inter Regem, & priuatum: inter bellatorem, & Eremitam: inter eū qui cōcionatur in ciuitatibus, & eū qui versatur in solitudinibus. Si vis aliquem ex ijs qui ante hunc virum in lege refulerunt, producamus, vt videamus quis zelo fuerit feruentior. Ut verbi causa illum qui inter zelo accensos est magnus Phinees, qui Seromafte Madianitidem confixit vñi cum Israëlite. Sed res non sunt pares, nec in similibus rebus fuit contentio. Nam ibi quidem est ad multis scelus peruererat, non erat tamen vir aliquis eximius & excellens, in quem ille suum zelum intendit. Hic autē Rex, & quid aliud nisi in lingua serens mortis sentientiam, & accepta occasione spirans cædem in eos qui erant in eius potestate? Quid verò ille magnus, & magno zelo accensus Elias, qui quadriugem igneum currum egit, & super terram sublimis sublatus est: & ecclœ quidem frēnum imposuit, vt diuturno tempore non plueret, & in terra esset famæ triū annorum: & semper clamabat: Zelans zelui Domini. Et quomodo iram non ferens, exilium & fugam, tanquam domum propriam, & solitudinem amplectebatur, non secus atque ciuitatem? Cuius autē mulieris? Libidinose, furore percitæ, quæ colebat idola, deosq; & dæmones adorabat: In quibus etiam fecit inselcisima mulier, vt peccaret Israël. Sed hucusque quidem nobis currens oratio, Ioannem ostendit & mulatorem præstantiorem, quam ij qui præcesserunt, quod illi quidem improuisam, hic verò manifestam, & ante oculos mortem habebat. Sed rogabunt fortè aliqui ex ijs qui feliſ delectantur, quid fibi vult, quod loquendi libertate, & zelo, tanquam magnifico aliquo & splendido ornamento, coronatur sacrosanctum caput Baptista, perinde ac si desit virtus aliqua aut actio glorijsior, quæ poslit ornare Domini Praecursum? Et quis eq̄ue fuit virtutibus supra modū plenus, atq; magnus ille Joannes, qui solus ex omnibus inter natos mulierum, Sacerdos, & Baptista fuit electus ab eo, qui est solus, & primus Pontifex, & qui omnes purgat spiritu, & igne baptismatis? Habet quidem ô dilectæ, oratio multa argumenta recte factorum. Ioannis: sed non vacat, relicto diei argumento, ad alia nunc excurrere: quoniam non est hæc lex Encomiorum. Ego autem magnarū, & admirabilū, quæ illi insunt rerū, & quibus in signiter cognoscitur, dimisso splendore, ad quæ accedi non potest, statui veluti quoddam parvum condimentum oportere vobis proponi, qui 3 festo ^{3. Ecce festum dæ} collationis Ioane nis Baptista.

in illo, inquit, tempore, audiuit Herodes Tetrarcha famam de Iesu, & dixit pueris suis: Hic est Ioannes Baptista. Ipse surrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in eo. Hæc quidē postea. Quæ autem antea fuerunt, qualia? Herodes quidem adulterabat vxorem fratri Philippi. Ioannes autem Herodem arguens, prohibebat ne se iniùe gereret. Quomodo, & quā ratione? Non licet tibi dicebat, habere vxorem Philippi fratri tui. Hoc Herodem ad furorem concitauit. Hoc fecit, vt is cædem spiraret. Sed non celebris ille & magnus inter prophetas, aut timore est repressus, aut cessavit reprehendere. Sciebat enim legem, quæ hanc de medio tollebat libidinem, non licet tibi habere vxorem Philippi fratri tui. Legi, inquit, Dei refiſſis, tabulis quæ sunt à Deo impressæ characteribus, repugnas præscriptis Mosis. Non licet tibi habere vxorem Philippi fratri tui. Et ille quidem à ratione alienæ voluntariae cōgrefſionis obrutus delictis, neque sè potuit erigere, neque apſexit ad lucem veritatis: sed manit granatus crapula libidinis. Hic autem perfeuerauit corrigerē, docere, admonere, vt consentaneū fuit Dei prophetam facere. Ille vero, et si, vt dicit Euangelium, sciret eum esse virum iustum, & sanctum, & eum libenter audiret, & audiens eum multa faceret: nihil eorum aut intellectus, aut voluit intelligere. Non prophetam ijs quos oportuit afficit honoribus. Non legis grauitatem vel tantillum est reuerentia. Neque si nihil aliud, supplicia quidem certe, quæ ab illa aduersus eos qui sunt tales, intentat, ipsum villo pudore affecerunt. Dicam id quod est maius, & maximè cognitum. Ne illum quidem Achab, alterum mulieris mancipium est imitatus, qui tunc habebat Iezabel magistrum multorum Deorum cultus: sicut nunc hic Herodiadē libidinis & intemperantiae. Nam ille quidem cùm audiſſet ab Helia Thesbita iram quæ accendebatur in eum à Domino, & mala quæ ei & suis erant aperte euentura: & reprehensionibus aperte eserit consciacutus, propter improba & nefaria quæ perpetrata facinora: non succenſit, non se insolenter gesit, non probrum duxit, aut contumeliam prophetæ reprehensionem: sed vt Dei prophetam, & diuina loquenter, illum quidem in honore habuit: hæc vero, tanquam Dei præcepta, prosecutus fuit reuerentia. Quid autem facit? Audi libros Regum. Et dixit, inquit, Dominus Helia Thesbita: Surge, & descend in occursum Achab Regis Israël, & loquere ei dicens: Hæc dicit Dominus: Quoniam tu occidisti Naboth, & & fuisti eius haeres, propterea haec dicit Dominus: Inducam super te mala, & inflammabo post te, & exterminabo ex Achab mingentem ad parietem. Et alia quibus iram minis intērat, non aduersus illum solum, sed etiam aduersus Iezabel. Quomodo tentauit, inquit, facere malum coram Domino: & quomodo eum transtulit Iezabel vxor ipsius? Is, inquam, cùm hec audiſſet, quid facit? Non cædem spirat: non ad iram incitatur: sed in corpore affectus ad tristę se conuertit habitum: & suū magis agnoscit vitium, non se superbe & insolenter gerens aduersus reprehensionem prohibitat. A sermone enim, inquit, compunctus est Achab à facie Domini. Et egressus est flens, & scidit tunicam suā: & ieunauit: & facio est indutus. Quid ergo, quæ omnium nostrum conuersionem expectat Deus, qui tardus est ad percutiendum, & velox ad seruandum? Audi scripturā. Et dixit Dominus: Vidili Helia, quomodo cōpunctus fuit Achab à facie mea? Propterea non induc malum in diebus eius. Vidisti summam iram? Vidisti celestem mutationem? Non oportebat Herodem hæc scientem hoc modo se gerere? Non si hoc nolebat, suum scalam de Ioanne reuererit testimonium? Certe non ita se gesit. Quid ergo, ad cædem transtulit libidinem. A nuptialibus ad cædis instrumenta mentem tradidit seculeratam. Mali mores, scopus & instituti, quod non potest caſfigari. Oportebat enim, si sui nolebat vitium dimittere, at prophetam saltem non tangere, cum sciret eum iustum, & sanctum: & ſepe eum audiret, & multa propter ipsum faceret, & lubetor ab eo doceretur. Sed qualis fuit ei finis confiliorum: & ad quem improbatis impetum eū ducens, incitauit cædem spiras libido, audiuimus Euangelistas. Et cùm fuifit, inquit, dies opportunus, quando Herodes in eius natalibus faciebat cœnam suis proceribus, & tribunis, & primis Galilei: & ingressa eset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisse Herodi, & ijs qui simul accumbebant, dixit Rex puellæ: Pete à me quod volueris, & dabo tibi, vsque ad dimidium regni mei. Quamobrem cum iureuando promisit ei dare, quod petiſſet. Illa vero egressa dixit matri sua, Quid petas? Illa autem dixit, Caput Ioannis Baptista. Et ingressa cum festinatione ad Regem, petiuit dicens: Volo vt mihi das protinus in disco caput Ioannis Baptista. Et dolore affectus est Rex: propter iufurandum tamen & propter eos, qui simul accumbebant, noluit ei abnuere. Et statim misso spiculatore, iussit Rex afferri eius caput. Ille autem eū decollauit in carcere: & attulit caput eius in disco, & dedit ipsum puella: & puella dedit matri eius. O acerbos natales & cœna cæde plenam. Conſeruati tibi hinc honorem? Has ad tuum natalem adduxisti delitias? Tale tibi parasti coniuium? Eiusmodi fluentis sanguinis oportebat cœnam temperare coniuiis? Sichonostri tribunos, & tā benignè excepti amicos? Tu neq; Daudé es imitatus, qui à Nathan fuit reprehensus, & penitentia, non aut insolentia a se peccatum depulit; Neq; Saulé,

qui à magno Samuele, præſente toto Iſraelito populo, fuit quidem reprehesus, sed propter suam in prophetam reuerentiam, nihil ei mali fecit. Non animaduertili ḥ miler, te Achab in Naboſt ſcelus condupicafte, quod ille quidem propter vineæ cupiditatem, tu autem propter mulieris adulterationem, & fraterno cubili paratas infidias, & quod est omnium extre-um, cædem prophetæ, idq; in die deliciarū, & in mysterio natalium, quod tunc celebrabatur. Vtinam non es es natus, neq; in lucem veniſſes ſuper terram. Vtinam periſſet ſemen ex quo germinaſti: & vterus, ex quo es egressus. Dic enim: Qua de cauſa interficiſti prophetam, qui vera tibi dixerat, & te reprehendat de iis quæ non erant facienda? Cūm in promptu habere posſes, vt malum cogitans relipſiceret, & declinaret a ſcelere: aut mitem ad arguendi libertatem dirigens, temperanti cogitatione adhibita, id quod est prætantius, amplectereris, & in hoc ipſo victor fieres; prolapsus es ad contrariū, malo malū addens, non vt oportuit re-pellens. Eriti reprehensiones quidem aegrè ferens, ed deducitus es, hoc aperit arguit te fuſſe alienum à disciplina. Diligere enim oportebat, non occidere, vt videtur Salomon, eum qui reprehendit: ne ipſe quoq; audires, Odio habuerunt in portis eum qui reprehendit, & fermō nem sanctum ſunt abominati. Si autem cūm velles ſeruare iufurandum, cædem præpoluſiſti vt qui fugeres baratrū periuiri: at oportebat regiam prudentiam, iuſta intelligentia trutina alterius cum altero expendere comparationem, & ſtarre à meliori parte: Inconiderata autem mente factū eft à te contrarium. Quis fuit qui ab initio te coegerit irare? Quid puella Mænædis ſalutationi cōmune eft cum occiſione prophetæ? Quænam eft ſocietas iræ cum lætitia? Sin vero propter iufurandum, vt ipſe opinaris: at ne ſi quidem oportebat calulum ſententiae permittere ebrietati. Lætitia enim erat tēpus, nō cædis. Reſq; erat planè abſurda, & peruerſa. Opus erat tempore ſobrio, & mente quiera ac tranquilla: futura enim erat non leuis rei iactura. Verum enī mueror si quid ex tuis malis in te latens erat anteoccultum, id aduersus te manifestū reddidisti, cæde aperiens flagitium, cuius arguebaris. Quid enim necesse erat eum qui in occulto prohibebat adulterare, reprehendente ducere in triumphum? Tu igitur dū cædem facis, argueris libidinis. Ordinem coniuij confudisti, ḥ homo. Nam cūm cōiūcio ſta-tuifſes excipere, confuſo coniuias afficiſti moleſtia. Quid facis ḥ miser? Pro cibo, hoc adeſum caput Baptista introducis? Pro craterē, tale merum fundis cōiūciis? Tale poculum. Rex ſuis ſēperat confiliariis? An non vides, quantum ſit malum intemperantia, & actio libidinosa? Ad te parum redi, ſi vis, & intellige, quod nihil hominem tanto afficit detramento, aut extēnum tantum depaſcit hominem, quantum ira ei dominans. Tu aut cūm ex redundantia quādam cōpiā his mentem coniuxiſſes, animæ ſenſum redigisti in ſeruitute. Atqui orniū eārum quæ ſunt in nobis animi perturbationum, has duas maximè generales deſcribiunt ijs, qui ſunt in his rebus traſtandis sapientes; nempe iram, & cupiditatem. Quarū vtrāq; in te dominatum obtinens, tyramnicō nō priuato impetu, regnabit infeliciter. Cupiditas quidem ſine vlliſ machinis adhuc obſeffam tuā mentis arem capiens, & animi qui regi non potest, effeſta veluti prafes. Ira aut te tam diu in ſeruitute redigens, donec in profundum inferorū, & in profundam malorum charybdim präcipitauit. An non hæc eft via eorum qui iniqua perpe-trant? Aliter ne putas eos, qui ſic capti fuerunt, à iuſtitia puniendos examinari? Sed rurſus au-diamus vocem Euangeli. Cūm enim, inquit, agerentur natales Herodis, ſaltauit Herodiadis filia in medio, & placuit Herodi. O amentiam: ſaltatio adolescentula, Regis cepit prudentiā. Fracti manū motus, & pedum celeritas, & membrorū traſtus, ſirmū & validū Regis ſenſum eneruărunt. Non audiuisti Alexandrum Philippi filium, ſeptem Darij filias ad ſe ad conſuetudinem eſſe adactas, regaliter aegrè tulisse, & magnum illud & temperantiae plenum dictum eſſe elocutum: Turpe eſt nos, qui viros vicimus, vinci à mulierum pulchritudine. Adeo eſt incautus? adeo intemperans? Non audiuisti diuinam vocem, quæ dicit: Vide te mors aſcedat per fenellas. Dico autem ſenſus, quibus homo internus illaqueatur. Quid eorum quæ ad voluptate pertinet, non habet ſaltatio Corybantica? aut Muſica instrumenta ad demulcentia coparata, ſambuca, & cythara, & nablæ, & tibia? Qua autem non eſt plenutim turpitudine corporis, quod celerriter mouetur, & membra, quæ tanquam turbo rotantur? quae ſunt reuerā ſimulachra eorum qui ſunt correpti à daemone. Tu aut cūm his, tanquam ſeruū hinnulus, eſſes telis conſolus, & tanquam volucris viſco implicatus, neq; vt caprea ſeruatū eſt ex retibus, neque vt auiſ liberatus eſt a laqueo: ſed tibi ſuit laqueus mulieris ſaltatio, & fouea præcepſ, furor ille quo in eam fuisti concitatus. Et ſaltauit, inquit, filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi, & dixit. Pete à me quod volueris, & dabo tibi. Et cum iureuando pollicitus eft ſe ei daturum quod petierit: vſque ad dimidium regni ſui. Esto, placuit tunc tibi puella quæ ſaltauit: Oportebat te aliquid munificè largiri puella, ſed eorum quæ licent, & dari poſſunt, non eorum quæ ſunt nimis excellentia: eorum quæ voluptate afficiunt coniuias, non eorum quæ moleſtia, non caput ſancti Prophetæ.

Sed propter iusurandum, inquit, & eos qui simul accumbebant, noluit ei abnuere. O amorem, & prætextum, qui est planè sine ratione. Si enim petiſſet, vt à regno excederes, quemadmodum elles executurus quod ei iuraueras? Si autem petiſſet etiam vt matris effoderetur oculi, aut etiam imperatset, vt omnino recederes ab eius consuetudine, impleſſes ne quod petiſſet? Sed propter iusurandum, inquit, & eos qui simul accumbebant, noluit ei abnuere. Id enim quod dicitur, ed deducit necessitatē inexcusabilem. Quid ergo feciſſes, si ex iis quae dicta sunt, vnum propofiſſer? Sed vt videtur, omnis qui facit peccatum, est seruus peccati. Nam qui voluptati ſuam ſubiecit rationem, fit quidem, fed non aperte ſeruus motiuū animi. Qui autem irę impulſione vtur vt ei deferruat, ſuam aperte indicat affectionem, vt qui morū euētu illud aperiat quod ſuggerebat affectione, cui ſubiectus fuerat, ira non prius definiens, donec voluptatis rete inſecum hominem condemnauerit. Vides in quantum tibi prolapsa fit absurditatem prolatio iusurandi? Magna infania, mentis cœcitas, & vecordia hanc tibi peperit ſtultitiam. Pete à me quod velis, & dabo tibi vñque ad dimidium regni mei. Adeo eras incautus, adeo leuis & facilis, vt non dimouereris ſucepta cogitatione, neque perſpicere te, id quod non oportebat, admittere citra examinationem? Conſidera quod tibi redierit, & quā parum in te eſſe conſilij arguerit, quōd temerē iuraueris. Et acilē autem abripi ad alſentiendū, diſco non eſſe Regis iudicium. Proſuſi autem oris morbus intemperans, quem cum ipſe ſubiit, quod non erat iudicatum, tanquam iudicatum, ſucepisti (talis enim eſt mens effrenis, & incauta oratio), non eſt eius quod bonum eſt, & honeftum iudicij cogitationes moderantis; fed mentis non prohibentis facere quae ſunt contraria, quae eſt etiam priuata ſenſu, qui eſt ſecundum naturam. Sed Herodes quidem qui tam leuiter & miferè eſt inductus, hoc retulit, vt eius ſemper fieret miſera commemoratio. Quid verò puella iniquitatis, eſca adulterij, ha- mu Herodis, laqueus in quem ille prolapsus offendit, & captus nō effugit? Dixit, inquit, ma- tri ſue: quid petam? Cūm verò ab illa docta fuifſer: Da mihi, inquit, hic ſtatim in disco caput Ioannis Baptiſtae. Vide Euangelistam ea ſemper quae vera ſunt adducentem. Quid enim di- cit? Herodias autem ei inſidiabatur, & voletab eum occidere, & non poterat. Herodes enim timebat Ioannem, ſcienſ eum virum iustum & sanctū, & eum audiens multa faciebat, & lu- benter eum audiebat. Vides etiā ante iusurandum ſeclerata isti ſcēmas mentem ſuiffe ini- micam & infestam prophetæ? Et quid hoc testimonio poſſit eſſe euidentius? Libertatē enim loquendi, & zelum Ioannis ostendit, propterea quod Herodem reprehenderet; & quia longo tempore in profundo ab ea alebatur, iram producit in conſpectum auditorum. Hoc enim ſi- mul ſignificat & ostendit illud: inſidiabatur. Nam illud quoque: Non poterat: oſtendit He- rodis in Ioannem honorem & reverentiam, & quod eum ſanctū habebat & iustum; & eum audiens multa faciebat, & lubenter eum audiebat. Si autem ſuperiorum fiat comparatio cum inferioribus, ea magnam in ſe habent differentiam, & res non ſunt æquaſ, vt quas temerē ageret is, in cuius eæ erant poreſtate. Nam prima quidem, nempe loquendi libertas, & zelus, & reprehendio, Regis increpabant amentiam, & ipſum ſe iniquū gerere, & fratris violare cu- bile, conducibiliter aperte arguebant: & tamen in honore habere, & reverentia Dei prophetam, tanquam iustum & ſanctū, tunc locū habuit. Quæ autem deinceps ſunt confecta, ſunt diſimiila omnino & diſcrepancia, & nullo modo coſiderenda eum prioribus. Quónam autē de cauſa, & propter quid? Temulentus enim diuerit ad leuem & ſruolum prætextum, quaſ propugnaculum ebrietatis. Quo factum eſt, vt propter frigidum iusurandum, & conuiuari reuerentiam, nefario coniubitu maiorem pareret iniquitatem: vt qui tanquam in ſcēna ludens actum illum exerceret, ratus fore vt lateret oculum qui minimè falli poteret. Quónam modo? Dolore, inquit, affeſtus eſt Rex. Sed propter iusurandum, & eos qui ſimul accumbeant, noluit ei abnuere. Quid hac ſimulatione eſt magis abominandum? Quid autem illo iusurando eſt miſerius ad impietatem? Nam cum ei liceret magis pio prætextu, & regio ſenuſ iusurandum expellere, malum malo perfecit. Miſſo enim ſpulatori iuſſit abſcindī caput Ioannis, & dari puelle. Vidisti hebetudinem ſummarū, & leuitatem? Non oportebat potius pulchrē pe- lierare, quām improbē ſeruare iusurandum? aperte mentiri, & prophetam non tangere? deli- Eti veniam petere, quem iuſtē vera dicentem effici injuſtum occiforem prophetæ, & ſibi iu- ſum recondere iudicium, & gehennam feri filium? Si enim petiſſet, vt in Deum peccaret, & idola erigeret, & eorū qui eius parebant imperio, ſanguinem libaret, filiosq; & filias, matrefq; & fratres, & vxores etiā ſacrificaret, quomodo de his factum repulſet iusurandum? Quomodo autem id auiſus eſſet implere, cūm Iudea eſſet Romanis ſubiecta, cuius ipſe male gerens te- trarchatum, Rex erat? Sed ille quidem ſic incitatus, ſuit irretitus à miſera puelle. Illa autem cum eſſet inſtrumentum ad improbitatem inuentum, & in ſe haberet imprefiam tota matris malitiosam & ſecleratam mentem, induit perfonā eius cui debetur, & tanquam debitum in- excusabile peti à Rege petitionem: Da mihi hīc, & protinus in disco, dicens: Quid dabo?

Non

Non aurum inquit, non gemmas pellucidas: nō ſi quid ex iis quae ſunt in regia eſt ſumptuo- sum & preciosum: fed caput Ioannis Baptiſtae. Quid dicens? Das caput, quod vel ipſi reueren- tur Angelii? Das illud caput, ſuper quod cūm verbum baptizaretur, ſpiritus in ſpecie columbe ſedens volauit? Das pro parua voluptatis remuneratione illius caput, cuius dextera eum qui ſedet à dextera patris, baptizans ſanctificata eſt? Illud caput nefarij ludi exoluſ mercedem: cuius lingua in hodiernum vñque diem ſtet clamans: Non licet tibi habere vxorem Philip- pi fratri tui? Hoc tu caput das in disco puelle, quoniam tuum amorem accedit ad adul- terium, & ſauciavit cor falſationibus? Quid facis miſer? Pers has lege, quas qui ſeruat, ſe ini- quę gerit? Ea decernis qua à Deo ſeparant, & ei quod eſt iustum, dānum adferunt? Vnde tibi hoc impium & nefarium iuſſum? Quānam lex impia hæc diſtauit? Apage. Hæc nō ſunt Dei mei, aut legis Moſaiſa. Non audiuiſti dicentē Prouerbiorum ſcriptorem? Libera eos qui abducunt ad mortem, & eme eos qui occiduntur? Si dixeris: Nescio hoc: Scias quod Domi- nus nouit corda omnium, & reddet vñiciuq; ſecundū opera ſua. Quid tibi congregas materiam ad æterni ignis conflagrationem? Sed propter iusurandum, inquit, & eos qui ſimul accumbunt, hoc facio. Pulchrē. Et quid te ab initio coegerit hoc polliceri? Quis te autem villa ratione admiferit, aut leviter laudauerit? Non præuifa enim res eſt, qua in rebus obſcuris & incertiſ ſit cum iureuendo promiſſio, quando fine diſtinzione profertur, quod ratio nō ac- ceperit vñtrinque examinationem ad conſerendum id quod eſt bonū & malum. Quod prius quoque vñu venit Iephtha magno illi & celebri Duci, qui inconfiderat eouit, & illud Deo promiſſo, quod inopia conſilij non potuit preuideri, propter inopia iudicantis rationis, & mentis diſcretionis, qua eſt in rebus agendis. Oportebat ergo te, cūm puelle iuſſes, diſtinguere quoque & definire aliquid, quod eſſet dignum ſaluatione: non aut caput Precurſoris, quod nullis potest exæquari diuitiis, prodere mercedem nefarij ſpectaculi. Quid enim tibi, qui Rex eras, volenti priuofum aut magnificū decerat, quod dareſ ſaltatrici pro mercede ſal- tationis? Sed cūm alio modo velles à te depellere reprehensionem nefarij cōcubitus, malu- iſti permittere puelle, vt illam peteret mercedem, qua eſt tu putas, tollebas reprehensionem. Id autem erat caput Baptiſtae, cuius, cūm eſſet Prophetæ, fuisti interſector, præter expecta- tionem quidē & voluntatem duorum conuictus ſcelerū, adulterij, & caidis, cum malo vñu in- duces id quod eſt longe pefſimum. Quoniam eſt hæc amentia? Quia te induxit, vt ſic Deū offenderes, & cædem faceres in tempore laetitiae? Tu quidem existimabas, de medio tollens Baptiſtam, ſimul etiam cum eo ſublaturum eſſe reprehensionem. Ille autē eſti habiter in ſe- pulchro, & lateat ſub terra, nihilominus in te expromit reprehensionem, dupliſter propter duplex crimen in tuā exclamans vanitatē. Existimabas quoq; te illius cæde eſſe animi mo- tum vehementius accenſurum, ceftrumq; amoris quo eras ſtimulatus, auſtūrum, & inflam- turum eſſe voluptatem vehementius. Huius autē rei eſt apertum iudicium, quod non ſtatim quidem obſtruxeris aures ad abominandam illā petitionem, neq; ciō refilieris, & deplora- uoris, egrē ferens impudentē ſaltatricis appetitionem, nec valde ſiuſlaueris, dicens: Veh, mihi, ſi tam breuis, & tam nullius momenti delectationis tantā tradidero mercedem, cui nullus in regia poſſit par eſſe theſaurus. Cur enim, cūm oporteret, ad te redeundo, confidenter contra- ria obiectione negare petitionem, non repugnaſti, & Rex, puelle petitioni, dicens: Non per Deum, qui in Moyle loquebatur, non dabo: neque pro vili & breui ſpectaculo talē dabo mer- cedem. Pr̄iū, enim inereticis eſt tanq; vniuſ panis, vt dicit Prouerbiū. Quamobrem, nē tantilium quidē agrē tulisti, aut renuille, erat ſignū animi ſua ſponde aſtentientis. Oportebat enim voce ſtatim emitendo vehementer deplorare, & ſlebiliter ſiuſlare. Facillimē enim po- nam iuriſurādi abiurafset, & illara negatione depulſiſ periculum periuri. Quónam modo? Contra iusurandum intulisti iusurandum, & prius ſecundo euerſiles. In ſanguinem autem Baptiſtae & Prophetæ noſſe, tale iusurandum admittere, nedū exequi, fuert proſecto viri ſobri ac temperanti, & qui ſcīt abſq; ira ferre reprehensionē: quomodo rufus non agrē tu- liſſe, nec tristem vultum oftendit, aut quod fuifſet modeſtus, de re parumper deliberasse, arguit te cupidē iusurandum admifſe. Quod cūm nolles, aut vt verius dicam, non poſſes in- telligere, protinus immitē tulisti ſentientiam, vt illud caput amputaretur, quod in hodiernum vñq; diem tuam arguit ſummarū iniquitatem: Nam cūm liceret non iurare incuſate, neque iu- ſurandi permittere ebrietati: fed toruē & asperē impudenter illam puelle & oculos perſtrin- gentē apſicere, vt terrore vultus ei timorem inquietu, ed redigereſ inſelicem, vt ne ea quidē quae ſunt pro pedibus poſſet inquietu, nedū impudenter exigere ea, quae ſunt abominanda, fe- cisti contrarium. Tam faciles aures præbuſti Mœnadi, perinde acī: hanc & non aliā expecta- res ab ea peti mercedem ſceleris. Ita caprus fuit Rex Iudaorū. Sic in eum eſt debaccata illius mentis præcepſ amentia; ad hunc stuporem ebrietatis eum deducens dæmon, præci- piauit, inſeliciter impelliens, vt illud caput amputaretur, quod longo tempore non tulerunt la- tibula

tibula terrae in sinu occultare: quod adhuc distillans sanguine, non est veritus Herodes appossum, tanquam cibum in disco aspicere. Sed illud quidem etiam amputatum clamat, & non sustinet tacere, sed adhuc libet te arguens adulterantem, clamat: Non licet tibi habere vxorem Philippi fratis tui. Frustra ergo iesclus est a te perpetratum. Inanis fuit consiliaria. Vana etiam fuit petitio sataricis. Et tu quidem, qui seruasti iusseradum, semper fuisti condemnatus. Iniquitates enim virum apprehendunt. Illa autem praeter flagitium adulterij, cædis quoque perpetravit facinus. Mulier enim infipiens, inquit, nescit pudorem: sed occurrit ad petram inferni. Libidinosa autem lena saltatrix, viam cum matre in cæde petulanter insultans, nullam hinc aliam adepta est vtilitatem, nisi flammam gehennæ, in qua merito lait pœnas. Infipietia enim pedes deducunt eos qui ea vtuntur, post mortem ad inferos: veltigia autem eius non fixantur. Tales sunt actus eorum qui se iniquè gerunt: hunc fructum dat libido suis amatoribus: haec præmia largitur impudicis vehemens voluptati intemperantia. Hæc audite, qui buscunq; vsus & congressio intercedit cum cæteris, & quicunq; vitam agitis coelibem & separatis: & prouerbiorum pascamus sermonibus, & eis aures nostras perlonent. Quid autem oportet dicere apud eos, quibus ut ea non ignorent, est innatum? Sumus enim omnes dociles Dei in Christo, vt ait Euangeliista Ioannes. Vt innam nos quoq; qui hic sumus sacer collectus conuentus, talen essemus consecuti gratiam, vt non egremus eo qui sit docturus aut increpaturus: sed solum sufficeret exemplum, vt Herodis amentiæ omnem effugeremus imitationem: & neq; præ otio ac socordia, turbulentarum appetitioniæ vehementer mentem dederemus impetribus: neq; rursus voluntatum blanditiæ inescatus animus attraheretur ad consensum: qui quidem peccati mortem concupiens mortem ipsam parit. Quid ne nobis accidat, nos semper conseruerimus, perpetuò effecti oculus, qui nulla clauditur dormitione, non nobis non animaduertentibus draco suffuretur thesaurum. Accipiamus ergo omnes simul doctorem Salomonem nos munientem verbis præseruantibus, & fufus persequentem offensiones quas accipiunt simpliciores ab infidis mulierum. Dicit itaque: Noli adhibere animum mulieri male: Mel enim distillat à labris mulieris meretricis, quatenus ad tempus pinguefaciat guttur tuum. Senties autem postea felle amarius, & magis acutum, quām gladium anticipem.

Sed ne aut faciem adferat, aut molesta videatur oratio, adjiciam pauca quædā iis quæ dicta sunt, quæ iis quidem qui norūt, in memoriā reuocet: iis autem qui ignorant, nō leue præbeant cautionem. Bibe, inquit, aquas è vasis tuis, & ex puteis fontis: & simul delectare cum muliere à iuuentute tua. Nam si in eius amicitia simul versans vitam transfigas, multiplicaberis. Et rursus: Ne sis multum apud alienum, neq; te vñh complectantur non propria. In conjectu enim oculorum Dei sunt viæ viri. Ne dederis formum tuis oculis, neq; dormitaueris tuis ciliis, ut serieris tanquam caprea ex recibus, & tanquam avis ex laquo. Et rursus: Ne te vincat concupiscentia pulchritudinis, neq; palpebris tuis confidas, ne attraharis ab eius oculis. Mulier enim virorum pretiosas naturas animas. Viæ autem interiorum domus eius, deducentes ad promptiæ morti. Tu autem fili audi me, neque declinet ad vias tuas cor tuu: & ne aberres in semitis eius. Multos enim vulnerauit & deiecit, & fuit innumerabiles quos occidit. Tu autem oculos tuos in eam defixeris, sed resilias: neq; diu illuc moreris. Sic enim transfilies a quam alienam. Ab aqua autem aliena abstine, & à fonte alieno ne bibas, ut viuas longo tépore, & adiumentem tibi anni vitæ. Atque sufficiunt hæc quidem ad castigandum eos qui sunt habetiores, quibus nos satis communis oratio prouerbiorum, quæ viri illius diuini linguam defendit modestam, venerandi, inquam, Baptiste, qui hanc nobis mensam appofuit, non sanguine coagulat, nō recenter occisi caput proponente tanquam cibum, non simul cum cruce effundenter viñi in crateribus. Hæc sunt præmia Herodis vinolentia. His rebus ille instruit conuiuum. Ille conuius talia miscet pocula. Sed non ita: is qui nostro præfet conuiuio. Absit. Contra enim animi magnitudinis & temperantiae cœnam nobis apposuit: cuius impleti obsoniis euasimus meliores. Quonia autem Ioannis erga Herodem constantia magna transmissio pelago, in portu tranquillu, secundis eius ad Deum preciu auris peruenimus: répus est lassis velis intra portu fuisse remos orationis. & quum est autem, ut arbitror (nam hoc solent etiam nautæ facere) ut nos quoq; iusta facientes, epilogi paruam annexamus orationem, scripturæque floribus virum coronemus. Si is tamen vir est dicendus, qui inter natos mulierum apparuit maior. Hic enim est quæ in multis scripture locis variè contineri inuenimus, si eam ut apis diligenter obeamus. Multas enim eius appellations attulit nobis reru cõsideratio, quæ vñcunt; adiecto quod par est testimonio, ostendit q; meritò ei nomina fuerint impolieata. Argu prima quidem est eius appellatio, Filius. Ne timeas, inquit, Zacharia, ecce Elisabeth pariet tibi filium: & multi in nativitate eius gaudebunt. Elisabeth autem impletu est tempus pariendi, & peperit filium. Infans. Et factum est, postquam audiuit Elisabeth salutationem

Marise

Mariæ, exultauit infans in vtero eius: & impleta est spiritu sancto Elizabet. Et Ecce enim postquam facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans in vtero meo. Puer. Et tu puer Propheta altissimi vocaberis. Puer autem crescebat, & inualecebat spiritu. Et erat in desertis: & quæ deinceps sequuntur. Magnus. Hic erit magnus coram Domino, & vinum & siceram non bibet: & spiritu sancto repletebit adhuc ex vtero matris suæ. Ioannes: Et factum est in die octauo, venerunt circuncidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Et Zacharias pater eius petitis pugillaribus scriptit: Ioannes est nomen eius. Homo. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Propheta. Quid existis in desertum videre? Propheta? Etiam dico vobis, plus quām Prophetam. Omnes enim prophete, & lex vñq; ad Ioannem prophetarunt. Elias. Et si vultis suscipere, ipse est Elias, qui est venturus. Et ipse precedet in spiritu & virtute Eliæ. Magister. Venerunt autem Publicani quoq; vt baptizarentur, & dixerunt ei: Magister quid faciemus? & cætera. Præparator. Præbis enim ante faciem Domini parare vias eius. Et Parare viam Domini. Praeco. Fuit Ioannes baptizans in deserto, & prædicans baptismum penitentiæ in remissionem peccatorum. Et prædicabat dicens: Venit post me, qui est me fortior: & quæ sequuntur. Vox. Quis es, vt respōsum demus iis qui nos miserunt? Quid dicas de te ipso? Dixit: Ego sum Vox clamantis in deserto. Baptista. Venit Iesu à Galilæa ad Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Erat autem Ioannes baptizans, & cœdebat omnes, & baptizabantur. Confessor. Et confessus est, & non negauit: & confessus est. Non sum ego Christus. Testis. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Trinitatis subscriptor. Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendenter, & manente super ipsum, ist est qui baptizat in spiritu sancto & igne. Et ego vidi, & testimonium perhibui, quod hic est filius Dei, Iustus & sanctus. Herodes autem timebat Ioannem, sciens eum esse virum iustum & sanctum. Apostolus, hoc est, missus. Vos ipsi mihi testimonium perhibetis, quod dixerim: Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum. Euangeliista. Multa quoq; alia admonens evangelizabat populo. Prænubus. Qui habet sponsam, sponsus est: Amicus autem sponsi, qui stat & audit ipsum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Lucerna. Ille est lucerna ardens & lucens: Vos autem voluntis exultare ad horam in lumine eius. Reprehensio Herodis. Dicebat enim ei Ioannes: Non licet tibi habere vxorem. Philippi fratis tui. Herodes autem cùm reprehenderetur ab ipso propter Herodiadem, inclusus iplum in carcere. His Ioannes vocatus est nominibus, his fuit honoratus. Habuit autem actiones conuenientes his appellacionibus. Ioannes ille, quo non surrexit maior inter natos mulierum. Hic est verè lucerna, de quæ magnus canit David, cœnam tanquam ex persona Dei patris: Parauit lucernam Christo meo. Super ipsum autem esflorebit sanctificatio mea. Hic est magnus ille Elias, non Thesbites, sed qui fuit medius inter legem & gratiam: & licet tempore sit ab illo secundus, prioris tamen Christi aduentus præcursor: qui cum eadem qua ille præcessit inspiratione & virtute, vt Archangelus prædictus Zacharia. Cui Zacharia? Cuius sanguis clamat plus quām Abelis. Hic est qui prius exultauit: & priusquam prodiret in lucem, agnouit suum Dominum in vtero. Hic instrumento vtens lingua sua matris, foetu sine patre, cùm adhuc in vtero gestaretur, prius est allocutus. Vnde hoc mihi, dicens, vt veniat mater Domini mei ad me? Hic cùm conuertit corda patrū ad filios, & incredulos ad prudentiæ iustorum, parauit Dominus plebem perfectam. Fructus ex promissione. Bonus Gabrielis nuncius, Germen præter atate. Sterilis flos genitalis. Propheta ex propheta. Ciuis deserti. Alipes orbis terrarum. Astru Solis. Lucerna lucis. Regis miles. Sponsi pronubus. Seruus Domini. Vox verbi. Sacerdos eius qui est sacerdos secundum ordinem Melchisedech: quandoquidem dignus est habitat ut sacerdotis officio fungetur in eius baptimate. Qui patrem audiuit, filii baptizauit, spiritum aspergit. Legis silentium. Gratia intercessor. Corona prophetæ. Prophetarum conclusio. Regis præco. Præcursor veritatis. Porta penitentiæ. Virginitatis ornator. Salutis preparator. Temperantie legislator. Frenum eorum qui se iniquè gerunt. Dux eorum qui iuste vitam agunt. Ioannes ille magnus, nomen à Deo vocatus. Que è cœlis per vocem Archangeli scriptis mandata fuit nominis appellatio. Vox orta ex tacente. Qui per id quod vox carebat pater, sterilitatis suffulit infæcunditatē. Qui loquenti digo agnum ostendit. Magna gloria continetia. Qui erat in corpore expers carnis. Qui in luto margarita. Qui in vase fictili pretiosus thesaurus. Qui inducit securum ad secundam animarum sterilitatem. Quæ solitudine gaudet, turrit Ecclesiæ. Os quod non potest tacere. Quæ vñbique tonat, vox clamantis in deserto: parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Quæ Deum effatur lingua: cuius vox etiam post decepsum reprehendet Herodem, & eum qui venit, prædicat, dicens: Regnum celorum apud propinquat. Ei gloria & potentia in secula seculorum. Amen.

ALOYSII LIPOMANI VERON.
ORATIO SEV ENCOMIVM DE
exportatione pretiosar Manus dexteræ sancti Ioannis
Præcursoris ex Antiochia.

Per Simeonem Metaphrasten.

4 Vides aliud fid
fum celebre Præ
cursoris, nēpe ex
portationis manus
suis.



CCE ad nos rursus venit sacrosanctus Christi Præcursor, abundè fluenta emittens fumarum gratiarum: & rursus dies alius + celebris redditur, qui maiora & potentiora aia ostendit argumenta, quām quē sunt in aliis eius festis: & eos qui festis delectantur, euebit ad exceliorem miraculorum considerationem. Eccō solis iustitiae clarus, & omni ex parte lucidus lucifer resplenduit, ius radis intrans totam Ecclesiam plenitudinem, & suū festum lātificans. Venit autem nō prius, per suā nativitatem, neq; vt deinde per factā ab Herode ipius capitisi amputationē: neq; vt postea, per arcana eiūdē mirifici capitisi revelationē, sed per manum. Illam, inquit, matutinum, quā fuit vel ipsis Angelis venerabilis, quāe cœlesti lumine illustratur, & sancti spiritus gratia adumbriatur: quāe quicquid erat quidē graua & terrenum, in terra depositum, & ad incorruptionem traducta est per vitam cōtinuentem, quāe erat supra hominē: quāe prius quidē inigratis Iudeis ostendit Agnum Dei, & securim ad arborum radicem positam, & excisio nem inimicatur peccatoribus. Nunc autem cū illa ipsa apparuerit, & præstantiori quadam modo manus euaserit barbaricas, à quibus videbatur teneri tanquam captiuas, æquum est vt in festi lātitia pīe & reuerenter afficiatur cætus eorum qui festum lubenter celebrant: & nubes quidē quā interiecit animā impeditunt, eius, illa quā intelligentia percipitur, illuminatione discutiat & dissoluat: alacri aut pede, & exultate spiritu, ad ea quā sunt vel ipsis Angelis desiderabili mysteria, festinet. Hoc est enim festum celebrare, paratos esse ad próptō & alaci animo occurrēndū iis quāe sunt venerabilia: & extrinsecus figuris & motibus, fidei & affectionis internum ardor ostendere. Hie ergo mihi adsit omnis ordo eorū qui sunt honorificè in excelsis remoti à materia, & eorū qui sunt adhuc hoc circundati puluere: & cōmuni contexta chorea, luminosum, & perquām clarum cōstituamus theatrum, eo duce vītes, qui inter natos mulierum est maximus. Nā etiū humānē naturā supererat terminos per vitam à carne & corpore alienā: vt qui tamen nostrarum naturaliū particeps fuit proprietatum, & letari nostris de felicibus & celebrationibus: & bonam accipiens voluntatē, copiam remetit remunerationem. Cæterū eius quidē conceptū & ortum, & vitā quam egit in solitudine, & eius ad Iſraēl ostensionē, & veridicum testimonium, per quod Dei Agnum ostendit, & ipsum primū & postea venientem per diuinā autoritatem, & humānē natura pronunciavit susceptionē: & quemadmodū ex alto vocatus venit ad Iordanem: & cūm purum, & ab omni labo alienū, & quāuis purgatione superiorem baptizasset, illo contata ostendit fontem sanctificationis, & que de ipso Iudeis, is qui fuit ab ipso baptizatus, per arundinis & mollium vestū amictus similitudinem, ad eius dixit cōmendationem: eius vita à rerum superfluuī cura abhorrentē simplicitatem, & in virtute firmitatem & constanciam, & eum veteri Heliæ aqualem, & moribū similem tacitē significans, & quæcunq; sunt his consequentia. Euangeliorum quaternio ostendit apertius iis qui hæc scrutantur diligenter. Quāe autem præsenti conuenienti celebrati, ea sunt annūcianda & docenda, vt cum argūmento feli hic congruat, nostrumq; in hoc recte studium conferatur. Ille in Mofacis educatus documentis, & assidue meditans in lege Domini, eius custodiē & obseruationi omnia postponebat, solum aut vt in eius perseueraret iustificationibus plurimū ponebat studij. Cum vero Herodes vir libidinosissimus, qui erat Galilee Tetrarcha, decreta legis transgredivis, fratris Philippi vxorem, cūm sibi non licet, propterea quidē Philippus ex illa liberos suscepserat, duxisset in matrimonium, & eset illud quidem scelus legis eius. Dei autē contemptio, horum verò ad dererota adhortatio & inductio: tunc tanquam fortis Athleta Ioannes recte institutus, & in laboribus prius exercitatus, veritatis armis & telis munitus, acie quidem struit aduersus tyrannum. Quāna verò ea erant? Non licet tibi habere vxorē fratri tui. O libertatem quāe nō potest perterriti: & fiduciā quāe non potest everti. O os diuinū, & lingua quāe à Deo mouetur: quāe in ipsum cor reprehensionum figens aculeos, fecit vt ille superbus & insolens clypeum abiiceret, & fugeret. O manum venerandam, & sanctam, quāe ad sermonum mota elocationem, reprehensionū quoq; angebat asperitatem, & fiduciā ostendebat & audaciam. Mos est enim iis qui verbis contendunt, manum simul cum ore mouere, & sermoni eius quoque motum adhibere, & per vtrumque ostendere, quām sit confidens & interritus si qui loquitur. Hinc factum est, vt in carcere & vincula coniiceretur, cūm vesana mulier nefarium amatorem suum ad id compulisset. Deinde dies festus natalis, potusque

5 Hec est ratio,
propter quam san
ctorum reliquias
veneramus, quā
sancti spiritus gra
tia admembranur.

6 Vides Santos
letari nostris lana
dibus, & celebra
tionibus copiosam
remetiri remun
cationem.

S A N C T O R V M H I S T O R I A . P a r . I . 133

potusq; copiosus & immoderatus, cūm nimium vinum eū qui celebrabat conuiuiū, devoluisset ad delirū. Potus aut̄ quāe est delectatio? Saltatio filie, quāna erat instar meretricis, & petitio mercedis, & merces, Prophetæ interfictio. Ex qua Regis facta tristitia, propter cestrum, quod eū oblidebat intrinsecus: obtēperatio tamen & submissio, & adulterius iustū Prophetam prolatio sententie: & paulo pōst caput in disco allatū, & libidinosæ, & adulteræ mulieri traditum. Quid hac inhumana actione inhumanius, & magis nefariū? Quid hoc beluino facinore magis infanū & beluiniū, hominē ex ipso matris utero sanctitate circumdatum, qui tēperantia erat amplexus, castitatem ascierat, inedia se exercuerat, ab omni congreſione hominū se separauerat, solitudinem tanq; ciuitatē, habitauerat, qui simul cum agri bestiis versabatur, camelī pilis tegebatur, pellicea zona cingebatur, sic ues, id quod sua sponte nascebatur, habebat alimentū, carebat nutrimenti, carebat vēnslibus, & planē carnis erat expers, qui totus quoq; cernebatur remotus à materia, quād hæc materialis coagmentatione esset inedia attenuata & emorta, & ad materię vacuitatē traducta propter insignē continentia: eum, inquam, pro iustitia, pro veritate, & ne lex in aliquo violaretur laborantem, dari mercedē mulieri adulteræ? Sed quāna modo hæc quidē permisā sunt ab eo, qui omnia sapienter administrat, sc̄iūt iij quibus datus est spiritus, ad hæc aliqua ex parte cognoscenda. Huius autē discipuli cūm corpus à capite diuīsum sustulissent, honoratæ mandarunt sepulturæ, ne si hoc quoq; post decūlum videbatur à libidinosis & voluptrariis, esset maior fomes inuidie, & majoris feceleris materia intemperantibus. Sic ergo corpus quidē sepultum occultabatur, cūm neq; quisquā illud tunc perscrutari studuisse, neq; ipse manifestasset. Sed quandoquidē ad hūc locum perueni, volo de hoc propheticō tabernaculo, & de manu quāe ei coaluerat, quiddam quād à veteri pendet narratione, huic sacro theatro explanare: & quāe de his audiūmus & cognouimus, & quāe veteres tradunt historia, explicare fūsū: & vñdēnam diuina hæc gratia translata est Antiochiae, & vñbinā fuit repolitū translatū prophetici illud tabernaculū: & quisquā fuerit modus huius traſlationis, & quis rursus ablacionis & exportationis. Herodes qui infantes oéciderat, cūm Iudaicū multon principatū traduxisset ad regnū, parebat quidē Romanis. Cūm multis autē modis quereret, vt eis vidēretur benevolus & fidelis, effecit, vt Romani eum benignis aspicerent oculis, & nec fore vt ab eis deficeret, ullam haberent suspicitionem. Is vñclarior est sua in eis benevolentia, inter alia condidit ciuitatē sicut non procul ab Hierosolymis, distante tantū itinerē viuis diei, ēa vocans Sebaste, latīne Augustā, vt Augusti Cæsarīs appellatione significaret suā in eū benevolentia & seruitutē. In ea, qui post illū obtinuit principatū, Tetrarcha Herodes fixit regiā, in qua etiā fuit illud cōiūniū quo Propheta fuit occisus, & iuxta quā fuerat in vinculis hic lacer propheti in quād tenebrolo reorū domicilio. Cuius ex transforo referunt sepultū fuisse corpus præconis veritatis. Quo etiā in loco dicunt prius fuisse alterū sepulchrū prophetæ Elizei, adeo vt duo loculi videbentur simul iacentes in uno & eodem loco. Ibi quoq; templū maximū olim extactū fuerat, quod propter ea quāe in ipso fiebant miracula, & pulchritudinē, fuerat incōparabile. Cūm eius autē teatrum tempore deflūxisset, sub dio relīcta sunt eius aedificia, adeo vt una sola illæa remanerit domuncula, quāe vocabatur sacrorum vasorum custodia, in qua etiam inclusi loculi Prophetarum conservabantur absque vñlo detrimēto. Cūm autē Lucas Euangelista circumquā, omnes obiret regiones, ybi etiā obeundo venit Sebaste, Antiochiae tactus desiderio, vt qui in ea esset natus, magnō quidē tenebatur studio sacrum illud Præcursoris corpus tollendi integrum. Cūm autē posset, quoniā diligenter seruabatur, ablata manu dextera, eam portauit in suam ciuitatē, loco alīcuius alterius beneficii, & aliarū dūtiarum, ei quāe ipsum aluerat, hanc feddens mercedē educationis. Ab illo ergo tempore sita erat manus illa apud Antiochenos, in magnō honore habita, & iugis quāe in ea habitat 7 gratię fidem faciens miraculis. Cūm autē Iulianus tyrranicē clauim arripiisset imperij, quoniā eos qui ipsum pīcesserat persecutores & Dei hostes, contendebat superare sceleribus, & eorum qui pro Christo decerārant, quæcunq; erant reliquiæ, aut integrum tabernaculū, aut aliquid aliud ex iis quāe sunt pura noītræ fidei signa, ea omnia 8 igni mandabat & cineri: magnō deinceps studiō venit Antiochiam, simul quidem immunda peracturus mysteria in ara simulachrorum, quāe sita est ad Daphnem, & simul etiā perscrutatur, & si Sanctoū aliquid in ea inueniatur repositum, id igni mandatur. Cūm ergo sœvum renunciatum esset eius decretū, qui erant Christianarū partium, sacram manum Præcursoris clam in quāda turre ciuitatis, quāe vocatur Gonia, id est angulus, studuerunt includere, ne capi posset ab idololatra. Qui autē pontificalē sedē tenebat Hierosolymis, cūm auditione accepisset exercrandā decretū, nec tyrranū omnino moraturū, qui ad facēa loca ascendet, & quāe in eis erant preciosissima corpora igni consumenda mandaret, hoc diligenter curat, & magnum adhibet studium, vt loculo sublatū Præcursoris tabernaculum transmitteret seruandū in ciuitate Alexandrina, alio quodam communī corpore pro eo.

7 Miracula quā
sanctorum pīgnos
ribus sunt, fidem
factūt grātia spī
ritus sancti quāe in
illis habitat.

8 Ecco cui assimi
lantur, qui sancto
rum reliquias igni
mandant & cinge

M repleta

repleta depositione. Postquam autem Antiochiae omnia perscrutatus ille impius, ea est aggressus quae fieri non poterant, cum abiconsa manus nusquam compareret, eo ille sceleratus deliderio frustatus, & in reliquo propheticum corpus furore percitus, qui id scrutarentur, statim misit vsq[ue] ad Hierosolyma, vt Precursoris igni mandarent tabernaculum. Quod cum ad finem esset deductum, & commune, quod pro illo sepultum fuerat, corpus ab iis qui milsi fuerant in cinere esset redactum, illinc soluens duxit exercitum ad obsidem Edelem, utpote quod qui in ea habitabant, planum esset eos stare a partibus Christianorum. Aliunt autem quendam ex suis famulis, qui liberè cum eo loquebatur, & erat ei valde coniunctus, ex animo vero res Christianorum colebat, & honorabat: eum a cepto prohibuisse, & ad bellum aduersus Persas gerendum incitasse, ciuitatem, cum velleret, in potestate eius venturam pollicens. Et sic confuso obtemperas profectus est ad bellum contra Persas gerendum. In quo plaga diuinitus immisit perculsus vita finiti miserabiliter. Postquam autem ad fideles imperatores redierunt sceptrum Romanorum, & redditu fuit libertas Christianis: necliebatur quidam vbi nam esset preciosa manus ab iis qui Antiochenam habitabant ciuitatem. Sed haud ira diu post per diuiniorē reuelatum fuit vitione, vbi nam esset abiconsa. Quam cum fideliter ex eo loco sustulissent, in ea honoranda erant insatiables. Cum autem non parum effluxisset temporis, Imperator Iustinianus inter alia que p[ro]p[ter]e gesit, fecit etiam tale quid. Hanc enim miraculorum effectricē Precursoris dexterā ex Antiochia, & Domini & Dei nostri tunicam, qua erat in ciuitate Marafemere, & maximè venerandū caput ex Emea translatū ad regiam ciuitatem: que quidem ostendebantur obfignata signaculo sancti Imperatoris Constantini, ad hoc vt non amplius ex eis auelleretur ab iis qui amplerentur. Ablatis ergo signaculis, cum templū Precursoris quod in Hebdomo est ab eo ædificatum, per Domini tunica, & ciusmodi sacras sanctificasset reliquias, rursus remisit suis obfignatas signaculis eō unde venerant, foliā dexteram prophetice relinquens non signatam, vt quae vngeneretur vnguentis, & suflolleretur in festo exaltationis. Et sic quidem de his relatum est a veteribus, aliis alia de manu narrantibus: conclusa tamen in vna & eandem fidei notionem, & expellentia oīm incredulitatem, aberrante nemine procul à veritate. Quod si oportet etiam alicuius meminisse miraculi, Antiochia nobiscum ei quod dicemus feret testimonium: quod quidem auditione à nobis acceptū est ex quibusdam qui illuc sunt verati. In caverna delitescebat quidam draco in eius finibus: quem qui habitabant ciuitate in deos referentes, anniversario honorabant sacrificio. Id autem erat: Puella virgo, quę paulo ante peruererat ad pubertatem, & propter non pollutā virginitatem conseruabant draconis sacrificiū. Qui erat autem modus sacrificij? In eo ipso loco, in quo erat caverna draconis, Antiocheni publicè confluentes, & frequens effecti theatrum cum puellā circumduxissent, prebebant deuorandā draconis. Is vera prospersus ē caverna, & insperatum & incredibile apparet miraculum, serpens & repens suis pedibus, & naturali qui est intus spiritu incurvatus, & instar vnde tumefactus, hianti ore, & dilatato thorace accipiebat sacrificium & lacerabat dentibus. Pro more autem fors obtigerat cuiuslibet Christiano, vt suam daret filiam draconis sacrificandam: qui stimulis fauciatus naturalibus, ex corde suspirabat ad maximū Precursoris. Et vt filia à morte seruari posset, tale quid excogitat. Cum magnam vim auri apud se abcondisset, petit ut sibi permitteretur adorare manum sanctam ab eo qui illa seruabat. Is autem concessit postulatum. Cum vero is in his esset & quod offerebat aurum latenter, tanquam sub praetextu adorandi, humi effusisset, recte profecis ad dorando. Aditus autem vt qui audis oculis ad aurum aspiceret, curvir[et] ad illud colligendū. Illi autem qui perierat vt sibi liceret adorare, cum se incurvasset, & totum se in loculum inclinasset, diuino fauciatus desiderio, cum venerandæ dexteræ pollicem osculando, & labra ad mouendo mordicus dentibus abcondisset & occultasset, à templo quām primum recessit. Cum autem iam dies aduentasset sacrificij, & ciuium eorumque qui circumhabitabāt, collectū esset theatrum, accedit pater puellam adducens ad sacrificium. Et cum suistet prope draconem, & eum vidiserit vasto ore hiantem, & horrendis sibilis eos qui audiebant, terrentem, & sacrificij desiderantē, sacrū illū & venerandū digitum in mediā gulā jaculatus, eius iactu statim quoq[ue], mortem ei attulit. His sic gestis, pater quidam viuā filiam domū reducit, & lachrymis simul & gudio plenus, & admirabilem, & quæ præter opinionem acciderat, filiā narrans redemptionem. Qui autem circunstebat populus insigni miraculo obstupefactus, ingentes Deo agebat gratias. Quo factum est, vt Precursori templū illuc confruerent, vbi factū fuerit miraculum, quod nominarunt ἡρόμενον, id est, suspensum, sive propterea quod supra terram sit solū templi elevatum, sive quod ad tantam edificiorum sublimitatem eius sit extensa latitudo, vt confidentibus prop̄e videatur pendere in aere. In quo cum hunc sacram & mirificum digitum deposuerint, eum festis honorant anniversarijs, miraculū quod factū fuerat, per commemorationem transmittentes ad posteros. Dicitur etiam aliud quoque mirū tale fieri signum. Huius scilicet sancte manus aliquādo quidem extendi digitos, aliquando vero contrahiri: quoniam

⁹ Nota temp[or]is laus
et reliquias sanctorum
etis.

exten-

extensione quidem significari fertilitatem fructuum, contractione autem inopiam & penuriam.

Cum autem multi quā ante nos fuerunt, Imperatores hanc manum desiderassent quous modo possidere, nec timere, vt tantum bonū maneret apud barbaras gentes quae partes illas occuparent, captiuum, augebatur quidem ac vigebat eius rei desideriū: sed modus quo id possiderent, nullus modo inueniri poterat. Et cum eis aliquando visum esset dando pecunia talē comparare thelaurum, aërem, vc est in Proceris bio, pugnis cædebant. Desiderabatur ergo ab omnibus, à quibus nomen Christi est inuocatū, & quicunque in eius rei versabatur cogitatione, Deum rogabat gemitibus inenarrabilibus, ut benignis oculis suū aspiceret populu, & eius eum efficeret pollesſor & spectator. Quoniā autem diuinæ prouidentiae sunt omnia præfinita, ei qui omnia præscivit ante mundum cōditum, despiciēti tempora nostræ inscience, placuit per multas suas miserations, vt in hac quoq[ue] generatione reuelaretur hoc magnū & insigne miraculum, in qua Constantinus & Romanus, qui digni sunt magnis laudibus, ab ipso ortu pureis falcis inioluti regebant habendas imperij. Id autem est venerande Precursoris manus exportatio & reuocatio. Modus autem reuocationis est valde mirabilis, & præter opinionem. Nā vir quidam qui erat relatus in fortem diaconorum Antiochiae ciuitatis, lob nomine, supernè inspiratus, & diuino zelo repletus apud le cogitabat: Posse esse Precursoris suffratus dexteram eam donū desideratū largiri Christianis? atq[ue] adeo ad talē processus experientiam. Pulchrum tēplū, & excellū sub nomine Petri Apostolorū principis positum est in ea ciuitate. In hiū us vespibulo cū luam is fecisset habitationē, cū facrorū quę illic erant vasorū custode initis amicitiam, vt ea de causa tentaret cum ipso tota nocte venerandū manus asidere loculo. Postquam autem petitioni nō annuit is cui credita fuerat custodia, inopinatū quid cogitās, ad aliam transiit machinationem. Cum sumptuosa & lauta mensa eum exhilarasset, & amicē eum ad bibendum initando, ad profundū, & morti similem somnū deduxisset: & per quandū senestrā intempiesta nocte se in tēplū demissif, sensim, & sine strepitu sacro aperto loco (ō rem & factū & auditū terrible) accipit preciosam, quae desiderabatur dexterā: & summo silentio reversus, diligenter quidē apud se seruat, quod furatus fuerat, ne cognosceretur ab aliquo Barbarorum. Hinc egreditur Antiochia: & iter init magno metu affectus, ne res fieret manifesta inimicis, ad exequendū propositum multis saepē vicos precibus. Locum autem loco, & ciuitate ciuitate cōmutans festinavit ad exitum. Cumq[ue], letiferas, & difficiles illas vias sic peruersisset, peruenit ad fines: Romanos, magnū quidē illum metu excuties, audacius autem ac cōfidentius festinans ad Regiā ciuitatē. Postq[ue] vero fidelis Imperator eius rescuuit aduentum, & re admirabilis fuit obstupefactus, Christo quidē nō poterat agere gratias pro dignitate, vt quē inspecto honore sacra Precursoris manus excipitur, cum eum spectat, & sicut ipse vox clamantis in deserto parare vias hymnis, lampadis bus & vnguentis,

¹⁰ Vides cū quidē
ratum impedit gaudium: eos autem qui hoc sanctū cum hymnis, lampadibus & vnguentis
essent suscepit, & ad ipsum allaturi, emisit: & sicut ipse vox clamantis in deserto parare vias
Dñi, & semitas rectas facere iussus erat: Ita etiā ipsi Christianā ingrediēti ciuitatē, & à qua
eius gratia nō longē aberat, pararent honesti & decori ingressus. Cū ergo appropinquaret

Chalcedonem, nauis quide emissa est imperatoria, & Pontifex cum sacerdotibus, & quicunque
ex senatu erant clari & illustres simul, vt sacrū illum thesaurū inferrent in Regiā: cum quibus
fidelib[us] quoq[ue] multitudine vrbe egressa, mari ei nauigārunt obuiā, vt eum deducerent. Postquam
autem fuit suscepitus in manus Pontificis, & eius ferebatur vlnis, & in mare ascendit, licebat vi-
dere ipsam quoq[ue] aquæ naturā placidam & tranquillam, molibus fluētibus ante nauem existen-
tientem, & ad Imperatores eius cursum dirigente. Porro autem aliquid quoq[ue] accidit, aliis ma-
gis admirabile, & dignum manu veneranda Precursoris. Aderat enim dies festus ¹¹ sanctorū
luminū, in quo vera illa lux Iordanis fluenta cōplete tens humanę naturę cōtritionē reforma-
uit. Et quoniam precedente die ieunio prepurgamur, accedit vt in ipsa hora vespertina, in
qua mos est Christianis peragere sanctificationē, diuina manus aduenerit: quā cum Christi a-
mantissimus Imperator, tanquā cœlestē donū, & ab interitu alienū suscepisset, & amplexis
esset, desideriū, & fidei lachrymas effudisset, reponit in medio tēplorū Regaliū: adeo vt oēs
crederet illū ipsum adesse Baptistā, etiā sub aspectū nō caderet, & propositas aquas sua sancti-
ficaret dexterā. Hinc canebantur hymnodie spiritus, illata ¹² lumina templū illuminabāt, om-
nium oculi ad sacram capsam erant aperti, & aspectū hauriebāt sanctificationē. Sic quidē cū
festū sanctorum Theophaniorum, & sic etiā sequens, in quo facit Precursoris memoria est
altius nobis tradita, quippe qui diuini baptismatis mysterio infervierit, peregrinem & cele-
brauimus, judicauimus par esse manus quoq[ue] honorare depositionem ¹³ festis annuis, ha-
bitatibus festis ¹⁴ Precursoris.

¹¹ Dies festus san-
ctorum luminū, id
est, Epiphanius Dñe-
ni aderat.

¹² Nota illata lucis
temporū illud
luminabāt, ex oculis
spectu ea
sphaeris habebat san-
ctificationē.

¹³ Vides quomodo
de additū aliud festum
annū p[ro]cessus
cedentibus festis
Precursoris.

¹⁴ Advertis quod
in sancto regia
circundata virtutibus,
quæ admirantur sancti spiritus virtutem, ¹⁴ quæ in ea habitat.
tus sancti spiritus.

ALOYSII LIPOMANI VERO

135

Quodnam ergo est hoc templum hodie pulchrius? Quænæ ades diuina venerabilior & magnificientior hac, in qua hic lacer & diuinus thesaurus repositus innumerabilium lumen splendore cum cœlestibus contendit spectaculis? Sub quibus quæ supernè descendunt gratiae sancti spiritus, dispensantur pro modo vniuersaliter, fidei corū qui laudant & celebrant animabus in Christo Iesu Domino nostro. Cui gloria & potentia in secula seculorum. Amen.

¶ DECOLLATIO BEATISSIMI IOANNIS

Baptistæ, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

Habetur in martyrololio eius sub iiiij, kalend. Sept.

^a Ergo sepelire mortuos opus plementis est postquam ex discipuli sanctorum loannis hoc fecerunt.

ditur, & in singulis quoque à planta pedis usque ad verticem diffunditur hoc venenum. Sed & alter nihilominus in viuferam dilatatur aetatem ab ea scilicet die, qua sua quenque copicit, usque ad eam qua communis eum recipit mater. Alioquin vnde graue iugum super omnes & totos filios Adam, idque à die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulture in matrem omnium? In cordibus generamur, in tenebris confouemur, in doloribus parturimur. Ante exitum miserias oneramus matres: in exitu more viperio laceramus, mirum quod non ipsi pariter laceramur. Primum vocem plorationis edimus, merito quidem, ut pote vallem plorationis ingressi: ut nobis illud sancti Job ex omni parte possit aptari. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletus multis miserijs. Quam verum verbum hoc sit, non nos verba docuere, sed verbera. Homo, inquit, natus de muliere: nihil abiectius. Et ne forte ex ipsa sibi voluntate corporeorum sensuum, quam de sensibilibus hauriat, blanditur: in ipso statim introit, de exitu quoque terribiliter admonetur, cum dicitur: Breui viues tempore. At ne spaciolum illud, quod inter ingressum & egressum relinquit, sibi liberum putet: repletur, ait, multis miserijs. Multis, & multiplicibus, inquam, miserijs corporis, miserijs cordis, miserijs cum dormit, miserijs cum vigilit, miserijs quaquaerunt se vertat. Nimirum ipse quoque natus ex virgine, in modo factus ex muliere sed benedicta in mulieribus, qui loquitur ad matrem: Mulier, ecce filius tuus: etiam breui viuens tempore super terram, & nihilominus multis est repletus miserijs in illa breuitate, appetitus infidis, interrogatus contumelij, pulsatus iniurij, vexatus supplicij, conuictijs lacrantes. Tunc hanc sufficere dubites ablatione, que reatum omnem prime praevaricationis absoluat? In modo vero non sicut delictum, ita & donum. Nam peccatum ex uno in condernationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Et graue quidem omnino delictum illud originale, quod non solum personam infecit, sed & naturam personale tamen cuique grauitat est, cum iam laxatis habenis exhibemus vndeque membra nostra arma iniquitatis peccato non modò iam alieno, sed & proprio crimen compedit. Singulare vero est grauisimum, quod committunt in Dominum in maiestatis, cum viri impij virum iustum iniuste occiderent, & sacrilegas manus in ipsum Dei filium iniecerent crudelissimi homicidæ, in modo si fas est dicere etiam deicidæ. Quid duo præcedentia ad tertium? Ad hoc expalluit, & expauit tota machina mundialis, & penè in antiquum chao sunt omnia reuoluta. Ponamus aliquem de regni principibus terram, regiam populus in vastitate hostili: ponamus alium, cum esset de coniuvio & confilio regis, vnicum eius filium proditoris manibus suffocasse: Nunquid non primus respectu secundi innocens videbitur & immunis? Sic est omne peccatum, quantum ad hoc peccatum: & tamen hoc peccatum in se pertulit, qui seipsum fecit peccatum, ut de peccato damnaret peccatum. Per hoc enim omne peccatum tam originale, quam personale detulum est, & ipsum quoque singulariter eliminatum est per seipsum. Argumentum mihi est à maximo, quod duo minorata sunt explosa. Et ecce argumentum, Peccatum multorum cult, & pro transgressoribus rogavit, ut non perirent: Pater ignosc illis, quia nesciunt quid faciunt. Volat irrevocabile verbum tuum Domine, ne revertetur ad te vacuum, sed faciet ad quod misisti. Vide nunc opera Domini, quæ posuit prodigia super terram. Flagellis cœsus est, spinis coronatus, clavis confosus, affixus patibulo, opproprijs saturatus: omnium tamen dolorum immemor: Ignosc, ait, illis. Hinc multæ miseria corporis, hinc multæ misericordia cordis, hinc dolores, hinc miserationes, hinc oleum exultationis, hinc sanguinis guttae decurrentis in terram. Misericordia Domini multa: fed & miseria Domini multæ. Vincente miseria misericordias, at misericordie miseria superabunt: Vincant misericordie tuae antiquæ, Domine, vincat sapientia maliciam. Magna enim illorum iniquitas: sed numquid non maior pietas tua, Domine? Multū per omnem modum. Nunquid redditur pro bono malum, ait, quia foderunt foecum animæ meæ? Planè foderunt impatiens foecum, occasione plurimas indignationis, & per maximas ministrantes. Sed quid horum foecum ad abyssum mansuetudinis tuæ? Retribuentes mala pro bonis foecum foderunt: fed charitas non irritatur, non precipitat, nunquam excidit, non in foecum ruit, & pro retributis malis curvulat bona. Absit ut mulce morituræ exterminet suavitatem vnguenti, quod de tuo corpore fluit: quia apud finum tuum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Mulce morituræ, miseria sunt: mulce morituræ, blasphemæ sunt: mulce morituræ insultationes sunt: quas tibi reddit generatio prava & exasperans. Tu autem quid? In ipsa elevatione manu tuarum, cum iam sacrificiū matutinum in holocaustum vespertinū transfret, in ipsa, inquit, virtute incensi, quod cœlos ascendebat, terram operiebat, inferos respergebat, exaudiens pro reverentia tua clamans: Pater ignosc illis, quia nesciunt quid faciunt. O quam multus es ad ignoscendū, & q̄ magna multitudo dulcedinis tuae, Domine, & quam lōge cogitationes tuae à cogitationibus nostris, & quam firma est etiam super impios misericordia tua. Mirares, Ille clamans, ignosc, Iudei, et cœfige. Molliti sunt sermones eius super oleum: & isti sunt

Job, 14:

Teann. 19.

Lucce, 23.

Hierem. 12.

funt iacula, & charitas patiens, sed & compatiens. Charitas patiens est, sufficit. Charitas benigna est: cumulus est. Noli vinci à malo: charitas abundans: fed vince in bono malum: superabundans est. Non enim sola patientia, sed & benignitas Dei ad penitentiam Iudeos adduxit: quia benigna Charitas etiam quos tolerat, amat, & amat tam ardenter. Patiens charitas dissimulat, expectat, sustinet delinquentem, & benigna trahit, adducit, cœerti facit ab errore viæ suæ: denique cooperit multitudinem peccatorum: 6 Iudei, lapides estis, sed lapidem percutitis molliorem, de quo resonat tinnitus pietatis, & ebullit oleum charitatis. Quomodo potabis, Domine, desiderantes te torrente voluptatis tuae, qui si perfundis crucifigentes te oleo misericordiae tuae? Patet igitur quia haec passio potentissima est ad exhaustenda omnium genera peccatorum. Sed quis seit si data est mihi? Mihi data est, quia alteri dari non potuit. Nunquid Angelo? Sed ille non eguit. Nunquid diabolo? Sed ille non refurgit. Denique non in similitudinem Angelorum: abist autem vt in similitudinem dæmonum: sed in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, exinanuit semetipsum formam serui accipiens. Filius erat, & factus est tanquam ferus. Non solum formam serui accepit vt subfester, sed etiam mali serui vt vapularer, & serui peccati, vt penitam solueret, cum culpam non haberet. In similitudinem, inquit, hominum non hominis: quia primus homo nec in carne, nec in similitudine carnis peccati creatus est. Christus enim vniuersali hominū miseria prelensis & profundus se immergit, ne subtilis ille diaboli oculus magnum hoc pietatis reprehenderet Sacramentum. Ideo habitu, & omni habitu inuentus est vt homo: nec in eo, quantum ad naturæ debitum, signum aliquod singularitatis apparuit. Quia enim ita inuentus est, id est crucifixus. Paucis autem reuelauit seipsum, vt essent qui crederent: reliquis autem absconditus est: quia si cognouissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent. Ad hoc etiam illi singulari peccato ignorantiam copulauit, vt sub aliqua iustitiae umbra ignorantibus posset ignosci. Duo autem in hæreditatem nobis reliquerat ille vetustus Adam, qui fugit à facie Dei, laborem scilicet & dolorem: laborem in actione, dolorem in passione. Non hoc ipse audierat in paradyso, quem accepit, vt operaretur & custodiret illum: operaretur destabiliter, custodiret fideliter, & sibi, & posteris suis. Christus Dominus laborem & dolorem considerauit, vt traderet eos in manus suas, in modo se magis in manus eorum infixus in limo profundi: & intrauerunt aquæ istæ usque ad animam eius. Vide (ad patrem inquit) humilitatem meam & laborem meum, quia pauper ego sum, & in laboribus à inuenture mea. Laborauit sustinens, manus eius in laboribus feruerunt. De dolore vide quid dixerit: O vos omnes qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus. Verè languores nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portauit: vt dolorum, pauper & dolens, tentatus per omnia absque peccato. Et in vita pauci uam habuit actionem, & in morte paf-
fionem actuum sustinuit, dum salutem operaretur in medio terra. ¹ Proinde memor ero, ⁱ Ecce quod Domus & Salvator quād diu fuero, laborum illorum, quos pertulit in praedicando, fatigationum in discur-
ro, tentationum in ieiunando, vigiliarum in orando, lachrymarum in compatiendo. Re-
cordabor etiam dolorum eius, conuitorum, sputorum, colaphorum, subsannationum, ex-
probrationum, clauorum, horumque similium, quæ per eum, & super eum abundantius trā-
fierunt. Facit ergo mihi fortudo, facit similitudo: sed si acceperit, etiam imitatio, vt se-
ribi ut hec omnia facias. Quæ tamē hereticis nostris ab
horrent. Quinimo pollutum dixerim, quod conculauerim filium Dei. Sunt plerique qui laborem & do-
lorem patiuntur, sed necessitas in causa est, non voluntas: & hi non sunt conformes imaginis Domini nostri
filii Dei. Sunt qui ex voluntate sustinent: sed non est eis sors, neque pars in sermone isto.
Vigilat tota nocte luxuriosus non solum patienter, sed & libenter, ut suam expletat voluntatem: vigilat raptor vestitus ferro vt diripiatur praedam: vigilat fur vt domum perfodiatur alie-
nam. Sed hi omnes, & horum similes longe sunt à labore & dolore, quem considerat
Dominus. Homines autem bonæ voluntatis, qui Christiana voluntate diuitias paupertate
commutârunt, vel etiam non habitas, tanquam habitas contemptur, relinquentes om-
nia propter ipsum, sicut & ipse reliquit omnia propter ipsos. ² Sequitur eum quocunque ie-
rit: Huiusmodi autem imitatio validissimum argumentum mili est, quod passio Salvatoris,
& similitudo humanitatis in meam transeunt utilitatem. Hic enim sapor, hic fructus laboris
est & doloris.

Vide ergo quam magnificauerit facere tecum illa maiestas. De omnibus quæ in celo & nisi imitatus cum
sub celo sunt, dixit & facta sunt. Et quid facilius dictu? Sed nunquid solo verbo factum est,
& sequaris eius vestigia. Qui enim
(est ipse) me sequatur. Et Apost. Petrus: Christus passus est pro nobis & cœ-
scens.

Triginta & tribus annis super terram visus, & cum hominibus conuersatus, etiam habuit in factis calumniatores, in dictis insultatores, non habens vbi caput suum reclinavit. Quare hoc? Quia verbū à sua subtilitate defēderat, & grossius accepérat indumentū. Nam caro factum fuerat, & ideo grossiori opere vtebatur. Sicut autem cogitatio vestit sibi vocem corpoream ablque sui diminutione, vel ante vocem, vel post vocem: sic filius Dei assumpsit carnem non commixtionem passus, neque diminutionem, nec ante carnem, nec post carnem. Apud patrem inutilib[il]is, sed hic manus nostra tractauerunt de verbo vita, & quod erat ab initio vidimus oculis nostris. Hoc autem verbum, quia carnem purissimam & animam sanctissimam vnerat sibi, liberè moderabatur actiones corporis sui, tum quia sapientia & iustitia erat: tum quia nullam habebat prorsus legem in membris suis repugnante legi mentis sue. Meū verbum nec sapientia, nec iustitia est, sed tamen vtriusque capax: & possunt ei haec abesse & adesse, abesse autem facilius. Familiare enim magis iam nobis in carnis nostrae seruire vicijs, quam actiones & passiones eius ordinare pro eo, quod omnis actas ab adolescentia prona est in malum, inter flagella quoque & gladios, etiam sub discriminis mortis ad suas ambias voluptates. Fælix, cuius cogitatio, hoc est verbum nostrum, omnes actiones suas ad iustitiam dirigit, vt & intentio sana sit, & operatio recta. Fælix qui passiones corporis sui propter iustitiam ordinat, vt quicquid patitur, propter Dei filium patiatur: quatenus & à corde tollatur murmuratio, & in ore veretur gratiarum actio, & vox laudis. Qui sic extulit se, iste collit grabatum, & vadit in domum suam. Grabatum nostrum corpus est, in quo prius lauguidi iacebamus, seruientes desiderij & concupiscentiarum nostris. Nunc portamus illud, cum spiritui obediemus cogimur: & mortuum nostrum portamus, quia corpus mortuū est propter peccatum. Ambulamus tamen, non currimus: quia corpus quod corruptum, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Ambulamus etiam in domum nostram. In quam domum? In matrem omnium, quia sepulchra eorum domus illorum in æternum. Vel potius in domum nostram, quam habemus ex Deo non manu factam, & eternam in celis. Qui sub hoc onere ambulamus, posito eo, quid putatis, quod curremus? quo volabimus? Planè super pennas ventorum. Ampliatus est nos Dominus Iesus per laborem & dolorem nostrum. Amplectamur eum nos quoq[ue], vicarijs quibusdam amplexibus propter iustitiam, & iustitiam suam, actiones ad iustitiam dirigendo, passiones propter iustitiam sustinendo. Dicamus quoq[ue] cum sponsa: Tenui eum, nec dimittam. Dicamus etiam cum Patriarcha: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Quid enim iam superest nisi benedictio? Quid post ampliandum nisi oculum restat? Si sic adhæremus Deo, quomodo non iam clamare liberet: Osculetur me osculo oris sui? Ciba nos interim, Domine, lachrymarum pane, & potum da nobis in lachrymis in mensura, donec perducas nos ad mensuram bonam, & confortam, & coagitatam: quam dabis in sinus nostros, qui es in sinu patris super omnina benedictus Deus in secula. A M E N.

DIVI GREGORII NISSAE PON-

tificis, In diem natalem Domini nostri Iesu Christi oratio,

Petro Francisco Zino Veronensi
interprete.

A N I T E tuba in nouilunio, inquit David, in insigni die solennitatis vestre. Celestis autem doctrinae mandata omnia, sunt instar legis ijs qui intelligunt. Quamobrem, quoniam adeo insignis dies solennitatis nostræ, nos item obseruemus legem, & efficiamur sacre celebratatis buccinatores. Legalis autem tuba, vt declarat Apostolus, est oratio. Dicit enim, incertum tubæ clangorem esse non oportere, sed sonis distinctum, vt ea que dicuntur perspicua sint. Edamus igitur & nos fratres, clarum aliquem sonum, qui non minus exaudiatur, quam si ederetur cornea tuba: quandoquidem & lex in umbra figuris ante depingens veritatem in tabernaculorum celebritate tubis vt caneretur, mandauit. Et præfens celebratatis argumentum veri tabernaculi mysteriorum est. In hac enim humanum ei tabernaculum figitur, qui propter nos formam hominis induit. In hac tabernacula nostra, que morte corruerant, instaurantur ab eo, qui ab initio construxerat ædificium. Nos etiam ea verba Psalmi cum vocali Daudie plaudentes dicamus: Benedictus qui venit in nomine Domini. Quomodo autem venit? Non nauigio, aut curru aliquo, sed incorrupta virginitate in vitam humanam traecit. Hic Deus noster, hic Dominus, & illuxit nobis, vt dié hæc solennè constitueret in condensis usque ad cornua altaris. Quod autem mysterium, fratres, in ijs que dicta sunt, contineatur, nequitquam ignoramus: scimus enim viuieras res procreatas esse veluti templū quoddam Domini, à quo

Gen. 3:20

Cantic. 2.

Psal. 80.

Cor. 14.

Psal. 117.

² Natiuitatis Domini solennis dies etiam antiquitus habebatur.

procreatæ sunt. Verum quia superinducto peccato obstruta erant ora illorum, qui vistiuerant, & exultationis vox obticuerat, & dies festos celebrantium cōsensus distractus erat, cū humana natura cum beatarum mentium natura in celebrando non conueniret, idcirco venerunt Prophetarum, & Apostolorum tubæ, quas lex cornæs vocat, quia ex vero vniuersi cōfectæ sunt. Hæ spiritu sancto inflata continuum veritatis sonum protulerunt, vt auribus eos, qui propter peccatum obscuruerant, patefactis, per frequentiam inferioris tabernaculi cū excellentibus illis mentibus, quæ ad altare superius astant, concinnantē, vna solennitas celebratur. Diuina enim illius altaria cornua, sunt eximia & præstatae celestis naturæ virtutes, & Principatus, & Potestates, & Throni, & Dominationes, quibuscum per tabernaculi excitationem in celestib[us] coniungit[ur] humana natura, renouatione corporum condensata. Nam condensari, & ornari, & indui, idem est, vt illi qui hæc intelligent, interpretantur. Agite igitur, ad spiritualem choræ animos nostros excitemus, nobisq[ue], choi ducem, & principem & coryphaeum Davide proponamus, & vna cum illo dulcem illam emittamus vocem: Hæc est dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemus in ea. In hac tembre incipiūt minui, & crescente spendor, noctis termini contrahuntur. Neg[ra] enim casu, aut sponte sua cōtingunt hæc, fratres, in hac die & solenni, qua humanæ vitæ splendet diuina vita. Sed per ea ² In hac die sœ

² tenuis.

Math. 3:2

A. 17.

quæ cornuntur, mentis aciem intendentibus arcant quoddam ostendit natura, ac tantum nō vocem emittens docet eos, qui audire possunt, quid sibi velit, quod in aduentu Domini dies augetur, & nox immunitur. Mihi enim video ea sic loquentem exaudire: Considera, homo, qui hæc aspicis, ex ijs quæ videntur, ea tibi aperiri quæ recondita sunt. Vides noctem ad summam longitudinem peruenisse, & cum progrederi viterius nequeat, confistere, ac regredi? Cogita exiōsam peccati noctem, quæ malis omnibus artibus aucta, ad summum malitia cumulum venerat, hodie recisam esse, ne longius serperet, atq[ue] illuc deinceps redigi, vt planè deficiat, ac deleatur. Vides vberiores lucis radios, & solem solito sublimiore? Cogita veræ lucis praefuentem Euangeli radijs torti orbem terrarū illustrare. Quid autem humanæ vitæ non ab initio, sed extremis temporibus Dñs apparuerit, hæc meritò fortasse causam qui piam existimat, quod qui malitiam vt tolleret, humanam vitam erat ingressurus, expectauit necessariò, vt omne ab inimico satu, propagatumq[ue] peccati germinaret, ac tum dénum, vt legitur in Euangelio, radici securim admovit. Nam & qui præstant medendi facultate, dum febris adhuc corpus exurit, & ex causis morbi efficientibus paulatim intenditur, obsecundat morbo, quoad vis ad summum perueniret, nec cibi subsidiū vllum ægrotanti præbent. At vbi malum constituerit, patefacto iam toto morbo, tunc artem adhibent. Sic animorum ægrotantiū mediecius expectauit, dum malitia morbus, quo natura hominum victa laborabat, se totum aperiret, ne latens aliquid, incurvatur remaneret, si curasset id solùm, quod cernebat. Itaq[ue] nec Noë tempestate, cum omnis caro in iniuitate corrupta esset, aduentu suo medicinam attruit, quia nondum Sodomiticæ sceleris gerinen pullulauerat. Nec tempore euerionis Soodorum Dñs aduenit, quoniam in humana natura multa adhuc mala latabant. Vbi enim impius Pharao? Vbi indomitus Ægyptiorum malitia? Nec tunc igitur tempus fuit, vt huic vitæ se Deus commiseret. Oportebat, vt Israélitarū iniquitas pateretur. Oportebat, vt regnū Aleyriorum, & superbia Nabuchodonofor adhuc in vita latitans ostenderetur. Oportebat, vt piorum cedes, tanquam scelerata, spinosaq[ue] planta, ex mala diaboli radice prodiret. Oportebat, vt Iudeorū Prophetae occidentium, & à Deo mislos lapidibus obruentium, ac Zacharia tandem inter templum & altare interfecto, piaculum admittentium rabies detergeretur. Ad sceleratorum germinum numerum addi & infantum ab Herode patratam cædem. Cùm igitur malitia vis se tota effusidet, multisq[ue] luxurians modis creuiflet in animis eorum, qui singularis sceleris scelere insignes exitantur, tunc Deus, vt ad Athenienses Paulus ait, ignorantiae tempora despiciens, in diebus ultimis aduenit, quando non erat intelligens, nec requirens Deum: quando cuncti declinauerunt, & facti erant inutiles; quando conclusa erant omnia sub peccato; quando iniquitas abundabat: quando vitorum tenebrae ad summum usq[ue] terminum venerantur. Tunc apparuit gratia, tunc vera lucis nituit radius, tunc in tenebris, & vmbra mortis sedentibus, orruis offi iustitia Sol. Tunè humanam carnem induitus multa serpentis capita perde contruit, ad terramq[ue] allidens conculcauit.

Ne quis autem mala, quæ nunc in vita sunt, respiciens, falsa nos dicere suscipetur, quod in extremis temporibus splenduisse nobis Dominum asseramus. Nam (objiccat aliquis) qui tempora, quibus malitia retegetur, expectavit, vt illam auctam, cum multaque radicibus euelleret: sic etiam tollere, atque abolere cunctam, debuerat, vt nulla ipsius in vita reliquia remanerent. Nunc autem & homicidia, & furtū, & adulteria, & reliqua omnia flagitia, & sceleris debachantur. Is ergo, qui hæc spectans sic objicit, insigni, pœnulatoque exemplo quæstione ipsem soluat. Quemadmodum cùm serpentes interficiuntur, non continuò reliquas partes

N ij vna

Num. 14.

Esaiae 9.

Esaiae 7.

Exod. 33.

Lucce 14.

vna cum capite mori videmus: sed cum interierit caput, illa tamen adhuc vitam retinent, nec vitali priuantur motu: sic accidit in draconis interitu. Etenim ingens cum esset admodum sera, quippe que singulis hominum etatibus exquererat, qui multiplex eius caput, id est, vim illam malorum inuentricem multa in se capita continentem sustulit, ceterarum ipsius partium traecus neglexit, vt interfecit ferè motum posteris ad exercitationis occasionem relinquere. Ecquod igitur collisum, & effractum est caput? illud, quod impio consilio mortem intulerat, quod mortuus mortiferum homini virus iniecerat. Quomodo rem qui mortis euerit imperium, vim que in capite serpentis erat, vt air Propheta contribuit. Quod autem huius serp in humana vita reliquit fuit, quodque, quoad hominem viatorum motionibus permutentur, squama peccati vitam irritat, atque aspera reddit, potentia quidem, et non penitus actu, iam mortuum est, cum eius caput contusum, & inutile factum sit. At ubi tempus transierit, & ea qua mouentur constitent, aduenientq; vitae huius absolutio, quam expectamus, tunc & cauda, & extrema pars inimici, mors ipsa nimurum deltruetur: atq; ita delabitur omniu[m] cuncta malitia, cum omnes in vita per resurrectionem reuocati, qui iusti erunt, ad cœlestem quietem accedent: qui autem peccatis obnoxij, in gehennam ignem detrudentur. Sed ad praesens gaudium reveruntur, quod pastoribus nunciant Angelis, celi enarrant, & Magis Propheta spiritus, multis, varijsq; rationibus predicat, ut etiam Magi gratia precones siant. Nam qui solem suum oriri facit super iustos & iniustos, quiq; pluit super malos & bonos, cognitiones radium, & rorem spiritus alienis etiam linguis demisit, ut ad cœlariorū testimonio magis etiam apud nos veritas confirmaretur. Audiuitis ariolum Balaam meliori nomi afflatum in sic alienigenis predicente? Orieatur stella ex Iacob? Ecce tibi, qui ab eo genus duxerunt, Magi ex predictione ipsius nouum obseruat ortum stellarū: quae præter aliarum stellarū naturam, & mortus, & status est particeps, & ad utilitatem hac virtutis vicissitudine. Etenim cum ceterae stellarē partim in orbe non errante, semel infixa statum immobilem sortita sint, partim nunquam cessent à motu: hec & mouetur, dum Magis se decum præberet: & stat, dum illis ostendit locum.

Audit Esaiam clamantem: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis? Disce ab eodem Propheta, quomodo natus sit puer, quomodo datus sit filius. Num iuxta naturæ legem? Minime vero, inquit. Legibus enim naturæ non paret, qui naturæ Dominus est. Quomodo igitur natus est puer? Dic. Ecce, inquit, virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emanuel. Quod si interpretaris, significat, nobiscum Deus. O rem admirandā! Virginitas efficit, & permanet virgo. Cernis nouum naturæ ordinem? In alijs mulieribus, quædū aliqua est virgo, non est mater. Nam posteaquam est facta mater, virginitatem non habet. Hec autem vtrūq; nomen in idem concurrit. Eadem enim & mater, & virgo est. Nec virginitas partum admetit, nec partus virginitatem soluit. Decebat enim, ut qui in vitam humanam introibat, ut homines integros, incorruptosq; seruaret, ab incorrupta sibi deseruiente integritate initium duceret. Nam hominū confusione expertem connubij, incorruptum appellat. Hoc mihi ante magnus ille Moyles per eam lucem, in qua sibi Deus apparuit, videtur cognovisse, qui cum rubet arderet, nec tamen consumeretur. Ascendam, inquit, & video visori emi hanc magnam: non loci motum, ut arbitror, per ascensum declarans, sed temporis transitum. Quod enim tunc per flamam & rubum significabatur, progradientem tempore, quod intercedebat, per spiculam in mysterio virginis apertum fuit. Quemadmodum enim illuc est rubus, & tangit ignem, & non comburitur: ita hic est virgo que lucem parit, & non corrupitur. Quod autem per rubum, virginis corpus quod Deum suscepit, intelligatur, ne te similitudinis pudeat. Nam omnis caro propter peccati susceptionem, & ob id ipsum tantum, quod est caro, peccatum est. Peccatum autem in scriptura vocatur spina.

Ac ne à proposito longius euagemur, fortè non erit intempestivum, si incorruptæ matris testem eum, qui inter templum & altare fuit occisus, proferamus. Hic est sacerdos Zacharias, non sacerdos solum, verùm etiam Propheta. Ac prophetæ quidem potestas in Euangelij libro declaratur, cùm viam hominibus muniens diuinam gratiam, ne virginis partus incredibilis putaretur, minoribus miraculis fidelium affensem sic exercevit, ut feminæ steriles, & viam ætate confessus filium susciperent. Hoc mirandi virginis partus proœmium fuit. Etenim sicut Elisabeth, quæ sterilis ad senectutem peruerenerat, non potestate naturæ fit mater, sed ei diuino consilio filius nascitur: sic quod in virgineo partu non credendum videtur, si referatur ad Deum, credibile est. Quoniam igitur ex virginitate prouenientem præcedit puerus sterilis, qui ad vocem illius, quæ Dominum ytero gerebat, antequam in lucem prodiret, in alio matris exiliu, simul ac natus est. Praecursor verbi, propheticus spiritu Zacharia silentium soluitur. Quaecunque autem differuit Zacharias Propheta, ad futurum spectabant. Hic igitur diuino nomine ad occultorum cognitionem deus, cùm virginis mysterium in partu incorrupto non ignoraret, in sacro templo virginem matrem à loco

loco virginibus per legem assignato non semouit, Iudeosque docuit, naturam humanam vna cum reliquis omnibus rerum omniū effectori, & Regi ita subiectā esse, vt arbitrio suo cam ipse regeret, non autem ab ea regeretur: itaque in manu ipsius esse, nouam ortus ratione mortali, quæ matrem esse virginem non impediret: quomodo eam se à virginū loco non exclusisse. Locus autem ille erat spatiū quoddam inter tēplum & altare. Cum igitur audiuerint Iudei rerum omnium Rege in vitam humanam diuino ordine prodīsse: metuentes ne Regi subderentur, sacerdotem, qui haec de ipso partu testificabatur, ad ipsum altare sacrificatēm interfecerunt. Sed longè à proposito aberuimus, cùm ad Bethleem, de qua in Evangelio, oratione recurrere nos oportet. Nā li verè pastores sumus, & proprijs gregibus inuigilamus, ad nos vtiq; spectat Angelorum vox, quæ magnum hoc gaudium nunciat. Oculos igitur in cœlestem exercitum intendamus, triplum ipectemus Angelorum, diuinum ipsorum cantum audiamus. Quidnam plaudentium sonus? Gloria, clamant, in altissimis Deo. Cur diuino numeri, quod in altissimis cernitur, gloriani tribuit? Quoniam, inquit, & in terra pax. Ob hoc spectaculum gaudio perfusi sunt Angeli. In terra pax. Quæ prius detestabilis erat, quæ spinis, ac tribulū plena solitudo, quæ damnatorum exilium, quæ belli regio, hec pacem fulcepit. O rem admirabilem. Veritas de terra orta est, & iustitia de celo prospexit. Talem de-
dir hominum terra fructum suum. Et haec sunt pro bona in hominibus voluntate. Deus hu-
manæ naturæ commisceret, vt ad subiimitatem diuinam hominem tollat. His auditis, in
Bethleem proficcamur, nouum spectaculum contemplemur: quomodo partu suo virgo læ-
tetur, quomodo laetor infantulum. Sed prius auscultemus, quid de ipsa memoria prodūt
sit. Virginis pater (vt ex historia quadam incerti autoris acceperit) fuit insignis quidā ciuius obser-
vantia legis, & vita probata in primis nobilis, qui sine filii ad senectutē peruerenerat, cùm
minus idoneam ad dignitudinem vxorem haberet. Habebat autem matribus ex lege honor
quidam, quo carebant feminæ quæ liberos nullos suscepérat. Quapropter & haec imitata id
quod de matre Samuelis scriptum est, in sanctum sanctorum ingreditur, & supplex Deum o-
rat, ne legis benedictione linat excidere, cùm nihil vnuquam admiserit contra legem. Quòd
si 3 mater euaserit, se quodcumque pepererit, ei dedicatur. Quoniam cùm voti compos-
fecta filium suscepit, eam vocavit Mariam, vt ipso etiam nomine testaretur acceptū mu-
nus à Deo. Illam igitur, cùm iam grandiuscula esset, nec vberē matris amplius indigeret, du-
cens ad templum Deo reddidit, & studio & promissum exoluit. Sacerdotes autem, quandiu
paruula fuit, ad Samuels similitudinem in sanctis ædibus educarunt: sed cùm iam adolesce-
ret, consulebant quidam agerent de sacro illo corpore, ne Deum offendenter. Etenim natu-
ræ legi illam subiiciebat, vt cuiquam in matrimonio collocata seruiret, absurdissimum videba-
tur. In ista enim & sacrilegia fuisse, si munera Deo sacrati Dominus homo fieret. Legibus e-
nim erat constitutū, vt maritus dominaretur vxori. Mulierem rursus inter 5 sacerdotes in tē-
plo versari, atq; in sanctis ædibus conspicí, nec lex, nec grauitas permittebat. Deliberantes
igitur in hanc tentacum diuinus conuenerunt, vt eam connubij nomine cuiquam despon-
derent: qui tamen ad custodium eius duxerat est idoneus. Ad hoc autem munus aptissimum
inuentus est Ioseph ex eadem tribu, & patria, qui erat & virgo. Sacerdotum ergo consilio
Ioseph pueram sponsam accipit. Quæ tamen coniunctio sponsalia non est egressa. Tunc ad
virginem misus est Gabriel, qui ei diuinæ voluntatis arcum aperiret. His autem faustissi-
mis verbis vsus est. Ave grata plena, Dominus tecum. Contraria haec est oratio illis voci-
bus, quas prima mulier audivit: tunc enim illa doloribus propter peccatum dannata est: nunc
autem in hac per gaudium dolor expellitur. In illa molesta partum præcesserunt: huic par-
tum lætitia prænuntiatur. Ne timeas, inquit. Quoniam omnibus mulieribus timor adfert par-
tus expectatio, dulcis partus promissione timor eximitur. In utero, inquit, concepies, & paries
filium: & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eo-
rum. Quid autem Maria? Audi pudicam virginis vocem. Quomodo erit mihi istud, quoniā virū
non cognosco? Angelus partum nunciat: at illa virginitati inhæret, & integratatem Angelicę
demonstratione anteponēdā iudicat. Nec Angelus sibi nō habet, nec à proposito recedit suo. In-
terdixi, inquit, mihi cōsuetudinē vi. Quomodo istud erit mihi, quoniā virū nō cognosco? Hęc
Marię vox declarat ea, que ex historia incerti autoris cōmemorauit, nō esse penitus absurdā. Si
enim liberorum causa ducta fuisse à Ioseph, quomodo paritum Angelo prænunciari, se re-
nouam & alienam audire p̄ se tulisset, cùm ipsa quoq; se obtrinxisset, naturę lege, vt aliqui
mater esset? Verū quia carnem Deo consecratam tanquam sanctum aliquod oblatū munus
operebat in tacta, integrāq; p̄fæcta, idcirco, Licet, inquit, 'Angelus sis, licet ē celo venias,
licet id quod ostenditur naturam superet humanam, tamen me virum cognoscere nefas est.
Quidnam sine viro mater ero? Ioseph enim sponsum noui, sed virum non cognosco. Quid
ad hæc auspex Gabriel? Quem thalamum statuit puro impollutoque conubio? Spiritus
Lucce 14. 149

³ Vide votum etiā
sub conditione &
missum a matre
Domine nostro,
& illius obserua-
tionem.

⁴ Nota instar esse
sacrilegij si virgo
Deo dedicata hos
mini iungatur in
matrimonio.

⁵ Hoc lo. un. bōd
di nō habet apud
hereticos, nā ineq-
uorum sacerdotes
feminas Jemj ce-
pmixtas reperi-
vides etiā annia
que legi tempora
juſte in ſu. virgo
natiem.

sanctus, inquit, superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. O beatum veterum illum, qui bonitatis praestantia ad se traxit animi bona. In reliquis enim omnibus vix animus purus Spiritus sancti praefentiam capit; hic autem caro sit spiritus receptaculum. Sed & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Quid significat arcanus hic sermo? Christus Dei virtus est, & sapientia, ut dicit Apostolus. Virtus igitur Altissimi, qua Christus est, per adventum Spiritus sancti formatur in virgine. Quemadmodum enim umbra ad praecedentium corporum figuram effingitur sic forma & indicatrix divinitatis Dei in virtute iustus qui paritur ostendetur. & imago.

**Lucæ i.
i. Corinth. ii.**

Psal. 47

Efaies

sæcundus, inquit, superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. O beatum vterū illum, qui bonitatis præstantia ad se traxit animi bona. In reliquis enim omnibus vix animus purus spiritus sancti præsentiam capit: hic autem caro sit spiritus receptaculum. Sed & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Quid significat arcanus hic sermo? Christus Dei virtus est, & sapientia, ut ait Apostolus. Virtus igitur Altissimi, quæ Christus est, per aduentum Spiritus sancti formatur in virgine. Quemadmodum enim vmbra ad præcedentium corporum figuram effingitur: sic forma, & indicium diuinitatis Dei in virtute ipsius qui paritur ostendetur, & imago, & signum, & adumbratio, & splendor exemplaris per admirabilem rerum effectiōnē demonstrabitur. Verūm hortatur nos Euangelium, ut in Bethleem oratione reuertamur, & quæ in antro sunt mysteria videamus. Quidnam est hoc? Puer pannis inuolutus, & positus in præsepio: & virgo post partum, ac incorupta mater complectitur filium. Emitamus illā Prophetæ vocem: Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri. Num haec, quæ vidimus de Christo, fortuna & cauū contigerunt, & scripta sunt, an hifloria subest aliqua ratio? Quid sibi vulnus haec Domini in antro sedes? haec in præsepi reclinatio? Cur tempore descriptionis tributorum in vitam ingreditur? An perspicuum est eum, quem admodum à legis execratione nos eripit factus ipse pro nobis execratio, & liuores nostros in se transfert, ut eius liuore nos curemus, sic etiam vicitigale fieri, ut nos à grauissimo uestigali, quod ab homine mors exigit, liberaret? Quid vero speluncam vides, in qua paritur Dominus, cæcum hominum vitam, & sub terra demerfar cogita, in qua nascitur ille, qui in tenebris ambulantibus, & in regione vmbrae mortis sedentibus se offendit. Pannis autē obvolutus, & fascijs constringitur, qui peccatorum nostrorum catenas subit & vincula. Præsepe verò, in quo verbum giginit, bestiarum est domus, ut cognoscat bos posseforem suum, & animus præsepe Domini fui. Per bouem intellige illum qui legis iugis subiectus est: per alium autē, quod est animal ferendis oneribus natū, ēiū qui simulachrorum cultus onus est criminis. Cæterū commune rationis expertiū animalium pabulum, & vita fœnum est. Producēs, inquit Prophetæ, fœnum iumentis. Quod autem ratione præditum est animal, uesticur pane. Idcirco in præsepi, quod est animalium ratione vacantium sedes, è cœlo delapsus vitae panis propinquit, ut & quæ à ratione remota sunt animalia, rationis cibo nutriantur, atque ita ratione decorrentur. Medium igitur in præsepi se inter bouem & asinum vtriusque Dominus locat, ut medium parietem maceriaz solens, duos condat in semetipsō in vnum nouum hominem, ab altero graue legis iugum eripiens, alterum simulachrorum cultus onere liberans. Sed oculos ad mirabilia celorum spectacula tollamus. Ecce enim non Prophetæ solum, & Angeli gaudium hoc nobis denunciant, verūm etiam cœli rebus suis admirandis Euangelij gloriam prædicant. Ex Iudeis, ut ait Apostolus, Prophetæ Christus ortus est. Sed eius ortu non illuminatur Iudeus. Peregrini, & à testamentorum promissione, benedictione, patrum alieni sunt Magi, qui cognitione populum Israélitum antevertunt, & celestem agnoscentes lucem, & in spelunca Regem non ignorantes. Hi munera afferunt, illi infidias struunt. Hi venerantur, illi persequuntur. Hi gaudent inuenient, quem exquirerant, illi nunciatiū ipsius ortum reformidant. Videntes enim, inquit, stellam supra locum, vbi erat puer, gauisū sunt gaudio magno valde. Herodes autem sermonem audiens turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Hi et tanquam Deo thus offerunt, & auro dignitatem regiam colunt, & prophetica quadam gratia per myrrham mortis dispositionem subfigificant. Illi verò cunctos infantes vnu in locu coactos interacione tollendos censem. Quod eos mihi non solum crudelitatis, verū etiā summe dementie videtur coarguere. Quid enim sibi vult ista puerorum trucidatio? Cur ausi sunt homicidae fess tanto scelere obstringere? Quoniam nouū quoddā, inquiunt, mirandumq; cœli portentum Regis indicū Magis nunciavit. Quid igitur tum? Aut portendeti signo fidem habes ut vero, aut quod rumore tactatur, vanum putas. Si talis est, qui cœlos sibi fecerit inservire, prouisus est supra manum tuam. Sin autē in potestate tua est, ut ille vel viuat, vel moriat, eum frustra pertimescis. Qui enim id agit, ut imperio tuo subiunctus ipse sit, pro quo molierit infidias? Cur horrendum illud datur mandatum? Cur impia fertur sententia, ut miseri infantes trucidentur? Quid peccarūt? Quid morte, aut supplicio dignū admiserūt? Crimen vnum duntaxat habent, quod nati sunt, & in lucē editi. Et propterea necesse fuit, ut ciuitas carnificibus completeretur ut cogeretur matrum multitudi, & infantium populis ut adfert etiam patres? & generis propinquitate coniuncti ad saeum facinus congregarentur? Quis oratione calamitatem describat? Quis acerbitatē enarrans oculis aspiciendam proponat? mixtam illam lamentationem, luctuosum questum puerorum, matrum, propinquorū, patrum ad minas carnificum miserabiliter exclamantium?

Quis dicendo possit exprimere carnificem gladio contra puerum irruentem, & toru-
trucique vultu contuentem, ac verbis crudelibus alloquenter, yna quidem manu corripien-

tem infantulum, altera vero gladium adigentem? Matrem porrò ex altera parte filium ad se trahentem, obijcientemq; ceruicem suam acuto gladio, ne miserum filium carnificis manu necatum proprijs oculis intueatur? Quis explicet ea, quae patres agunt, revocationes, suspiria, postremos filiorum complexus? ne praetertim cum idem à multis fiat eodem tempore? Quis variam, multiplicemq; calamitatem, & conduplicatos puerarum dolores partus exponat? & accerimuras quas admouebat natura facies? Quomodo puer infelix & vberi simul inhereret, & per viscera latalem plagam acciperet? Quomodo misera mater filium infinitis ori subderet vbera, & finu sanguinis eius exciperet? Manus autem impetu saepenumero carnifex uno gladij tenui filium & matrem confauiciabat, & unus sanguinis riuus ex matris plaga, & ex mortiferio vulnere filii mixtus decurrebat.

Iam verò cùm nefaria Herodis sententia non solum nuper geniti necaréntur, sed etiā illi qui alterum agebant annum, raperentur ad mortem: (scriptum est enim, eum iussisse bimulos, & minores interfici) videre erat matres non paucas, quæ eo temporis spatio duos filios enixerant. Quodnam igitur rursum in his spectaculum cernebatur, cùm duo carnifices circa matrem vnam efflent occupati, vnuſq; propè currentem filium ad se raperet, alter autem latantem adhuc infantulum è gremio matris evelleret? Quid tum faciat mater infelix, cùm natura bifaria in filios diuelatur, & vtroq; filio maternis visceribus ex aequo faces admouente, nesciat, vtrum ex carnificibus prius sequatur, cùm vnuſ ex hac, alter ex illa parte pueros ad cædē trahat? Præcurratne ad nuper genitum, confusos, indistinctosq; gemitus emitentes? At inhibetur ab altero iam loquente balbutientice lingua matrem inclamante, Quidnam agat, quòd se verat? vtrius voci voce sua respondeat? verius gemitum gemitu excipiat suo? vt vtrius descat necem, cùm vterque naturæ stimulis æquè miseram feriat? Sed amoueamus aures ab hisce quæstib; us, & ad latiora, diei⁹, 7 festo magis conuenientia cogitationem conuertamus: licet Rachel, vt inquit propheta, clamans filiorum cædem deploret. In die enim festo, vt ait sapiens Salomon, malorum decet obliuisci. Quæ autem nobis celebrat dies hac est potest, in qua madas diaboli tenebras discutiens iustitia sol per naturam nostram illicet mundo? in qua qui cecidit, excitatur? qui victus est, in gratiam recipitur? qui electus est, reuocatur? qui è vita excidit, ad vitam redit? qui seruitutem seruit, regni dignitatem assequitur? qui mortis vinculus constrictus est, ad regionem viuentium reuertitur? Nunc, vt Propheta testatur, æreæ mortis portæ confringuntur, ferrea comminuuntur vincula, quibus antea genus hominum in mortis custodia conclusus detinebatur. Nunc, vt cecinit David, recluditur porta iustitiae. Nunc per totum orbem vna voce festum celebrantium clamor exauditur. Per hominem mors, & per hominem salus. Primus in peccatum lapsus est: iacentem secundus suscitauit. A muliere mulier defensa est. Prima peccato aditum patetfecit: hæc, vt testamenti patet aditus, misstra fuit. Illa serpentis consilium est secura: hæc serpentis interfectorum exhibuit, & lucis autorem in lucem edidit. Illa per lignum induxit peccatum: hæc per lignum gratiam intulit. Lignum autem Crucis intellige, cuius fructus est semper virens, & gustantibus vita fit immortalis. Nullus autem hanc gratiarum actionem Pafchatis tanto mysterio putet conuenire. Sic enim cogitet: Pafcha quidem diuinæ dispositionis esse finem: qui tamen finis consequi nequeat, nisi principium antecedat. Quid igitur antiquius est? Ortuſ nimirum morte. Et si igitur huius bona sunt, pars tamen bonorum ipsius ortus. Quod si quis munera, que in Euangelijs commemorantur, enumeret: si recenseat miracula curationum, in inopia & fame ciborum copiam, mortuorum è monumentis excitationem, subitam atque improbusam effectionem vini, expulsione daemonum, varias affectiones ad valetudinem reuocatas, claudorum saltus, illitos luto cæcorum oculos, diuinam doctrinam, leges latas, arcana similitudinem, significationem, hæc omnia huiuscè dici gratia comprehenduntur. Hec enim bonorum, que deinceps consecuta sunt, omnium initium fuit. Qamobrem exultemus, & letemur in ea. Negligamus, vt hortatur propheta, exprobationem hominum, nec despectione ipsorum finamus nos vinci, qui diuinæ dispositionis, & prouidentie rationem irrident, quasi non decuerit Dominum subire corporis naturam, nec in hominum vita nascendo versari. Ignorant enim rei mysterium, quo Dei sapientia nobis salutem afferre constituit. Eramus sponte peccatis nostris venditi, & instar eorum qui argento vñœunt, viata nostraræ inimico mancipati. Quid tibi à Domino optandum fuit? Nonne vt eripereris è feritate? Cur igitur curiosè requiris modum? Cur benemerenti benemeridi rationem præscribis, non fecis ac si quis benemerito succenseat medico, quod se non hac, sed illa ratione curauerit? Quod si diuinū consilij rationem curiositate ductus exquiris, hoc tibi satis sit intelligere, non vnum aliquod bonorum, sed quicquid boni cogitatione ac mente concipitur, illud esse diuinum. Numen potens, iustum, bonum, sapiens, omnia denique nomina & notiones, quibus natura diuina declaratur. Considera igitur mihi: nū in hoc beneficio, quo nos af-

us: *Diesseßt No*
ait *sells Dominih*

fecit, cernantur omnia, quæ dicendo percurri, bonitas, sapientia, iustitia, potètia. Vt bonus deser-
torem amavit. Vt sapiens rationem inuenit, qua seruitute oppresum in libertatem vindicaret.
Vt iustus in seruitute continentem, & émptionis iure posidentem non coégit, sed seipsum pro-
illo, qui vicius erat, tradidit, & tanquam vas & sponsor debitum ipse perfouit, vt eum qui ob-
strictus est erat, liberaret. Vt potens, non vicius est in inferno, nec eius caro vidit corruptionem.
Neque enim fieri poterat, vt vitæ autor ac Dominus à corruptione vinceretur. At turpe, in-
quies, fuit, eum in vitam humanam ingredi, & carnis molestias experiri. Imò verò hic appa-
ret muneris amplitudo. Etenim cùm alter è tantis malis homo liberari non posset, beatitudi-
nis Rex glorianam suam cum vita nostra communauit. Ac puritas quidem ad nostras fordes
se démisit. Sorde: tamen ipse puritatem non attigerunt. Lux enim, vt in Euangeliō legitur,
in tenebris fulit, tenebrae autem eam non comprehendebant. Nam tenebræ præfentia splé-
ndoris euanescunt Sol in tenebris non obscuratur. Quod mortale est, absorbetur à vita, quem-
ad modum scribit Apostolus: non autem vita à morte consumitur. Quod corruptum fuit, cum
incorrupto seruator: corruptio autem ad corruptionem non accedit. Idecirco communis
rerum omnium procreatrum concentus exurgit Dominum luum vna voce collaudantium;
sic omni lingua cœlum, terraestrum, atq; infernorum exclamante: Dominus Iesus Christus
in gloria est Dei patris laudandus in eternum. Amen.

FRAGMENTVM VITAE DOMI-

ni nostri Iesu Christi, mundi redemptoris, per D. Ignatium Episcopum

Antiochenum scripta.

**Est pars Epistola
la eius ad **Teallia
nos ex **Himyrna
lcripta.
Rom. 2.
Ioan. 8.
Ioan. 64******

Math. 27

Plat. 192

Math-22.

Zach ja?

Palae



V R D I eftote fratres, cùm vobis loquitur quispiá abfq; Iesu Christo, filio Dei, qui progenitus est ex Davide, qui ex Maria, qui verè natus est, & ex Deo, & ex virgine, sed non eodē modo, neq; enim idem est Deus & homo. Verè accepit corpus: verbū enim caro factū est, & in hoc mundo conuersatus est tunc peccato. Quis enim ait, ex vobis arguit me de peccato? Māducavit & bibit vēlēt, & mortuus sub Pontio Pilato. Vēlē autem non opinione crucifixus est ac in tribus celestibus & terrestribus, & infernis: celestibus quidem, vt incorporeis tribus vērō, Iudaeis & Romanis, & ijs hominibus qui per id temporis praefato do crucifixus est Dominus: infernis autem, vt eorum multitudine, qui cum Dōcerunt: Multa enim inquit, sanctorum corpora dormientium resurrexerunt, mōræfactis. Et descendit ad inferos solus: aescendit vērō cum multitudine. Et sci- que a seculo erat, & medium parietem eius dissoluit. Et resurrexit intra tres & eum patre, & quadraginta diebus conuersatus cum Apostolis, assumptus est ad dēlēt à dextris eius, expectans donec ponantur inimici eius sub pedes eius. Die er- hora tercia, sentientiam accepit à Pilato, permittente patre: hora sexta, crucifixus est spirituū inter solis occasum, sepultus est: sabbato, sub terra manet in sepul- bolarerat eum Ioseph ab Arimathea. Illuciente dominica die, surrexit à mortuis, & dicitur est ab eo: Sicut fuit Ionas in vētre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: sū hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Continet igitur es, pafionem, sabbatum, sepulturam: dominica dies resurrectionē. Non nulli autē, a athei, id est, infideles, dicunt eum opinione factū hominem fuisse, non verè cor- te, & opinione mortuū esse, nec re vera passum esse: cuius nam causa ego vincit us beatijs depugnare exopto? ergo gratis morior: ergo mendacia de cruce Domini vanus propheta qui ait: Videbunt in quem compunixerunt, & plangent super dilectū. Ergo infideles illi non minus quam qui crucifixerunt eū. Ego verē e, sed re vera spem habeo in eum qui pro me mortuus est: à veritate enim alienū m. Vere igitur peperit Maria corpus, Deo in eo inhabitante: vereq; natus Deus virgine, corpus perinde patibile atq; nostrū induens. Verē conceptus est vtero, omnes in vtero cōfirmat: sibiq; fecit corpus ex virginis sanguinibus: verū absq; dñe: in vtero gestatus est, vt & nos, certo spacio temporis: & verē natus est, vt & lactatus est ac nutritus, & communī cibo ac potu, sicut & nos, vsus est: & ang- ginta, baptizatus est à Ioanne verē, ac non opinione: & tribus annis prædicato factis signis & prodigijs, tandem à pseudouidæis & Pilato præside iudex iudi- ellatus, colaphis cæsus, confutus est, spineam coronam purpureamq; vestem demnatus est, ac crucifixus verē, non opinione, non imaginariē, neque fallaciter: è & sepultus est, resurrexitq; à mortuis, sicut ipse alicubi orans dixerat: Tunc ait scita me, & retrubuam illis. Et pater qui cum semper exaudit, respondens, ait:

Exur-

Exurge Deus, iudica terram, quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus. Qui ergo refusarunt eum patet infeliciam nos per eum resuscitatus est: sine quo veraciter vivere nemo potest.

circuit eum pater, ipse etiam nos per eum resuscitatus est: sine quo veraciter vivere nemo poterit: ait enim: Ego sum vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet; & omnis qui viuit, & credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet in aeternum. Fugite ergo impias & Deum abhegantes haereses: diaboli enim sunt adiumentos serpentis malorum actorum, qui per mulierem sed duxit Adam patrem generis nostri. Fugite vero malas quaque eius soboles: Simonem priuogenitum ipsius filium, & Meandrum, & Basiliudem, & vniuersam eius malignitatem colluuiem, hominis cultores, quos maledictos Hieremias propheta diebat. Fugite etiam illos imitulos Nicolaitas, falsi nomini, voluptatum amatores, calumniatores & fycophantes. Fugite item peruerter illius nepotes, Iudeotum, & Cleobulum, qui generant fructum mortis, de quo si quis degustauerit, statim morietur, non morte temporali, sed eterna. Hi non sunt plantatio patris, sed progenies maledicta. Omnis autem, Dominus inquit, plantatio quam non plantauit pater meus celestis, eradicetur: nam si essent patris rami, utique non essent inimici crucis Christi: sed rami sunt eorum qui occiderunt gloriam Domini: nunc autem crucem negantes, & passionem eius bescentes, Iudeorum operiuntur iniuriam, eorum qui Deo rebelles extiterunt, & Dominum occiderunt: parum enim, si eos prophetarum interfectos dixeris. Verum inuitauit Christus ad suam incorruptibilitatem, per passionem suam ac resurrectionem, qui estis membra eius. Saluto vos ex Smyrna, unde cum iis quae mecum sunt, Ecclesiis 2 Dei: quare propter Iesum Christum portio, exoptans Deum assequi: permaneatis in concordia inter vos, & in oratione. Decet enim velutrum vnumquemque, & praepicebat presbyteros, Episcopum refocillare, in honorem Dei patris, & in honorem Iesu Christi atque Apostolorum. Depre-
cor vos in charitate, me audiatis, vt ne sim vobis in testimonio quod scriperim. Et vero o-
rate pro me, vestrarum charitate in misericordia Dei egente, vt merear sortiri mihi a signatam confequi, ne reprobis inueniar. Salutat vos Smyrneorum & Ephesiorum charitas. Estote no-
stri memores, Ecclesiæ 4 quæ est in Syria, de qua non sum dignus duci, ultimus eorum qui ibi sunt. Valete in Domino Iesu Christo, subiecti Episcopo, humiliter & presbyteris atque diaconis. Omnes in uicem diligite corde inseparabili. Salutat vos meus spiritus, non solum nunc, sed & cum Deum adeptus fuero: adhuc enim in periculo sum, sed fidelis est pater Iesu Christi, vt amplectat petitionem meam & vestram, quo inueniamur in culpabilibus, Vestrarum utilitatem in Domino percipiam.

1 Ex hoc loco habe-
tes nos esse cùm be-
reticis communis-
cam, ut sed ab eis
longe fugiendum.
Id est principi-
um Apostoli Pax
lata ex Joannis.
2 Vide hereticis,
Ecclesiæ Det-
riti iniquibilis, vt afa-
teris falso, cù Ignra
tis salutem Trala-
llanos cum pre-
sentibus Ecclesiæ;
que & presentes
vt id sacret eum
requirantur.
3 Collige ex hoc:
quod mandat Epis-
copum adeo venu-
rati, episcopalem
dignitatem esse sua
per omnes gradus
Ecclæ.
4 Si saluat eös,
Ecclæsa quæ est in
Syria, ergo Ecclæ-
sa quæ est in Syria
est visibilis.
5 Habes biu dicere
gradus in ordi-
ne ecclæstico,
quibus laici debet
esse subiecti.

¶ ITEM DE DOMINO NOSTRO IESU
Christo per Paulum Orosium historicum.

NNO ab urbe condita DCCXXV. ipso Imperatore Cæsare Augusto quinque, & Lucio Apuleio Consulibus, Cæsar victor ab Oriente rediens, ostauo Idus Ianuarij urbem tripli triumpho ingressus est: ac tum primum ipse Iani portas, sopitis omnibus, finitisque bellis ciuilibus, clausit. Hoc die primum Augustus consulatus est. Quod noinen eundis ante inuiolatum, & viisque ad nunc cæteris inausum Dominus, tantum orbis licite usurpatum apicem declarat Imperij: atque ex eodem die summa rerum ac potestatum penes virum coepit esse, & manet, quod Graeci μοναρχικον vocant. Porro autem hunc eundem esse diem, hoc est, octauum Idus Ianuarias, quo nos έπιφανειαν, hoc est, apparitionem sue manifestationem dominici Sacramenti obseruamus, nemo credentium, siue etiam fidei contradicent, nescit. De quo nostræ istius fidelissime obseruationis Sacramento uberius nunc dicere, nec ratio, nec locus flagitat: vt & querentibus resuuisse, & negligentibus non ingessisse videamur. Hoc autem fideliter commemorasse ideo par fuit, vt per omnia venturi Christi gratia, præparatum Cæsaris imperium comprobetur. Nam cum primum, Caio Cæsare auunculo suo interfecto, ex Apollonia rediens urbem ingredieretur, hora circiter tercia, repente liquido ac puro, ferenoque die circulus ad speciem coelestis arcus orbem solis ambijt, quasi eum unum ac potentissimum in hoc mundo, solumque clarissimum in orbe monstraret, cuius tempore venturus esset, qui ipsum solem solus, mundumque totum & fecisset, & regeret. Deinde cum secundo è Sicilia receptis à Pompeio & Lepido legionibus, triginta seruorum millia Domini restitueret, & quadraginta quatuor legiones, solus imperio suo ad tutamen orbis terrarum distribuisset, ovansque urbem ingrellus, omnia superiora populi Romani Imperator debita donanda, literarum etiam monurrentis abolitis, censuisset: in diebus ipsius fons olei largissimus, sicut superius expresi, de taberna meritoria per totum diem fluxit. Quo signo quid evidenter, quam in diebus Cæsaris toto orbe regnanti, futura Christi nativitas declarata

est? Christus enim lingua gentis eius, in qua natus est, vinctus interpretatur. Itaque cum eo tempore, quo Cæsar perpetua tribunicia potestas decreta est, Romæ fons olei per totū diem fluxit, sub principatu Cæsaris, Romanoq; imperio per totum diem, hoc est, per omne Romanī tempus imperij Christum; & ex eo Christianos, id est, vinctū, atque ex eo vincēt, de meritoria taberna, hoc est, de holpita largaq; Ecclesia affluenter atq; incelsabiliter procellos, restituēdosq; per Cæsarem omnes seruos; qui tamen cognoscerent Dominum suum: ceteroq; qui sine domino inuenirentur, morti, supplicioq; dedendos, remittendaq; sub Cæsare debita peccatorum in ea vrbe, in qua spontaneum fluxisset oleum, eudentisēmā his qui prophetarum voces non audiebant, signa in celo, & in terra prodigia prodiderunt. Tertiō autem, cum virbe triumphans quintū cōsulū ingressus est, eo scilicet die, quem suprā nominauimus, cum Sc̄ Ianum post ducentos annos primum ipse clausit, & clarissimum illud Augusti nomen affumpit: quid fidelius ac verius credi aut cognosci potest concurrentibus ad tantam manifestationem pace, nomine, die, quam hunc occulto quidem gestorum ordine, ad subsequitum præparationis eius prædestinatum fuisse, qui eo die quo ille manifestandus mundo post paululum erat, & pacis signum prætulit, & potestatis nomen affumpit? Anno vero ab vrbe condita. 752. Cæsar Augustus ab Oriente in Occidentem, à Septentrione in Meridię, atque per totum Oceanī circulum cunctis gentibus vna pace compotis, Iani portas tertio ipse tunc clausit. Quas ex eo per duodecim ferē annos quietissimo semper obficerat otio, ipsa etiam rubigo consignauit: nec prius vñquam, nisi sub extrema senectute Augusti pulsatae, & Atheniensium seditione, & Dacorum commotione patuerunt. Clausis igitur Iani portis, Rempub. quam bello quæsierat pace ènuntire atq; amplificare studens, leges plurimas statuit, per quas humanū genus libera reuerentia disciplina morem gerere. Domini appellationem, vt homo declinauit. Nam cum eodē spectate ludos, pronunciatum est, à quodā Mīmo: O Dominum æquū & bonū! Vniuersiq; quasi de ipso dictum esset, exultantes approbavissent, statim quidem manu vultuq; indecoras adulaciones repressit, & in sequenti die gravissimo corripuit edicto, Dominūq; se posthac appellari ne à liberis quidē aut nepotibus suis, vel serio, vel iōto pafus est. Igitur eo tempore, id est, eo anno, quo summisimam verisimilā pacem ordinatione Dei Cæsar compofuisset, natus est Christus: cuius aduentui pax ista famulata est, in cuius ortu audiētibus hominibus, exultantes Angeli cecinerunt: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis. Eodemq; tempore, hic ad quem rerū omnium summa concesserat, Dominum se hominū appellari non pafus est: immo non aūsus, quō verus Dominus totius generis humani, inter homines natus est. Eodem quidem anno, tunc primū idem Cæsar, quem his tantis mysterijs prædestinauerat Deus, censum agi singularū vbiq; prouinciarū, & censeri omnes homines iusti, quādo & Deus homo videri, & esse dignatus est. Tunc igitur natus est Christus, Romano centū sciam aſcriptus, vt natus est. Hæc est prima illa clarissimaq; profesiō, quæ Cæsarem omnī in principe, Romanosq; rerum Dominos figillatim cunctorū hominū edita aſcriptione signauit, in qua se, & ipse, qui cunctos homines fecit, inueniri hominem, aſcribiq; inter homines voluit. Quod nunq; penitus ab orbe condito, atq; ab exordio generis humani in hunc modū, ne Babylonico quidem vel Macedonio, vt non dicam minori cuiquam regno conceſsum fuit. Nec dubium, quin omnium cognitioni, fidei, inspectioni, pateat, quod Dominus noster Iesus Christus hāc vrbe nutu suo auctam defenſamq; in hunc rerū apicē prouexerit, cuius potissimū voluit esse, quum venit, dicendus vtiq; ciuiis Romanus, census profiſione Romani. Postquam igitur Natus Beli filius in Babylone regnare coepit anno quadragesimo tertio, natus est fanthus ille Abraham, cui dicitur fuit reprobationes, ex cuius femine promissus est. Christus: deinde nunc primi istius Imperatorum omnium, Augusti Cæsaris, (quānus & pater eius Cæsar meator imperij potius, quām imperator extiterit) istius, inquam, Cæsaris, poſtea quām imperare ceperit, emenso propemodum anno quadragesimo secundo ratus est Christus, qui Abraham sub Nino primo rege fuerat reprobatus. Natus est autem septimo Calendas Ianuarij, quando pri- mū incrementa omnia anni venientia incipiunt. Ita factū est, vt cū Abraham, 43, natus sit anno, sub fine, 42, nativitas Christi conueniret, vt iam non ipse in parte tertii anni, sed in ipso potius tertius annus oriretur. Qui annus, quantis, quām nouis, quamq; inusitatib; bonis abundauerit, satis etiam me non proferente compertum haberi arbitror. Toto terrarum orbe vna pax omnium, non cessatione, sed abolitione bellorum, clausæ Iani gemini portæ, extirpati bellorum radicibus, non represi, census ille primus & maximus fuit: cum in hoc vnu Cæsaris nomen vniuersa magnarū gentium creatura iurauit, simulq; per communionem cœſus, vñius societatis effecta est.

Igitur anno ab vrbe condita septingentesimo quinagesimo secundo natus est Christus, salutare mundo afferens fidem, verē petra medio retum polita: vbi cōminueretur, qui offendere

cap. 2.

Lib. 7. cap. 2.

Lib. 7. cap. 3.

fenderet: qui crederet, saluaretur: verē ignis ardens, quē qui sequitur illuminatur: qui tentat, exuritur. Ipse est Christus Christianorum caput, Saluator bonorum, malorum punitor, ita dexter omnium, qui formam subsequiturus verbo & opere statuens, quō magis doceret patientes in persecutionibus, quas pro vita aeterna exciperent, esse oportere, mox vt virginis partu editus mundo apparuit, de passionibus suis coepit. Namque eum Rex Iudea Herodes sūnū vt natū Math. 28 comperit, necare decreuit, plurimosq; tūc parvulos, dum vīnum infectatur, occidit. Hinc malignis improbus currentibus, digna punitio est. Hinc in quantum tranquillè agitur mundus, credentium gratia: in quantum perniciose inquietatur: blasphemantum poena est, & securitatem pro- 7 Intellige, bene securitatem pro- mitit fidelibus, & opera bona fidēi confona subjecuta surint, alias fidēi sine operibus non prodeat ad salutē, Iacobo teste.

per omnia Christianis fidelibus, quibus aut aeternā vitā requies in ruto, aut etiam huius in lucro est. Cæterū & tunc capta eversa q; vrbe Hierosolymorū, sicut prophetæ prænunciauerunt, extintisq; Iudeis, Titus, qui ad vindicandum Domini nostrī Iesu Christi sanguinem, iudicio Dei fuerat ordinatus, vīctor triumphans, cum Vespasiano patre Ianum clausit. Igitur & si sub extremis Cæsaris temporibus apertus est Ianus, tamen per multa ex eo tempora, quānus in procinetu esset exercitus, nulla bella sonuerunt. Vnde etiam ipse Dominus Iesus Christus in Euangelijs, cū temporibus illis in summa tranquillitate, viuērū mundus ageret, cunctasq; gentes pax vna velaret, & à discipulis suis interrogatus esset de conclusione temporum subsequentium, inter cetera sic ait: Audituri autem estis prælia, & opiniones prælitorum, videte ne turbemini: oportet enim haec pīrū fieri, sed nondum est finis. Confluerunt enim gens contra gentē, & regnum in regnum: & erunt pestilentiae & fames, & terrae motus per loca. Hæc autem oīa initia sunt dolorū. Tunc trādēt vīs in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Hoc autē diuina prouidentia docens, & credentes præmonendo firmauit, & incredulos prædicendo confudit. Anno igitur Tiberij decimo septimo, cū Dominus Iesus Christus voluntarie quidem se tradidit passiōi, sed impīa Iudeis apprehensus, & patibulo suffixus est, maximo terremoto per orbem facta, saxa in montibus scissa sunt, maximarūq; vrbium plurimē partes plus solita cōcūſione ceciderunt. Eadem quoq; diē ad horam diē sextam, sol in totum obficiatur, tetraq; nox subito obducta terris est: & sicut dictum est: Impiaq; aeternā timuerunt secula noctē. Vsq; adeo autem neq; lunam lumini solis, neq; nubes oblitissime manifestum est, vt decima quarta eadē tota lunam celi regione interiecta, longissimā à conspectu solis abfuisse, vt stellas tunc diurnas horis, vel potius in illa horrenda noctē, toto cœlo fulsisse referuntur. Quod non solum sanctorum Euangeliorū fides, sed etiam aliquanti Græcorum libri attestantur. Jam hinc post passionem Domini, quem Iudei, quantum in ipsis fuit persecuti sunt, continuas clades Iudeorum, donec exinaniti dispersi, & incelsabiliter strepunt. Tiberius siquidem iuuentutē eorum per speciem sacramenti, in prouincias grauiorū celi relegauit, teliquos gentis eiusdem, vel similia lestantes, vrbe subiugit, sub pena perpetuae servitutis, nisi obtemperassent. Sanè Asia cū ciuitates illo terrae motu dirutas, tributo dimisso, propria etiam libertate donauit. Postquam vero pafus est Dominus Christus, atque à mortuis resurrexit, & discipulos suos ad prædicandum dimisit, Pilatus Praefes Palestinae prouinciæ, ad Tiberium Imperatorem, atq; ad Senatum retulit de passione & resurrectione Christi consequentibusq; virtutibus, que vel per ipsū palam facta fuerant, vel per discipulos ipsius in nomine eis fiebant, & de eo quod certātē crescentē plurimorum fidei Deus credēretur. Tiberius cum suffragiis magni fauoris retulit ad senatum, vt Christus Deus haberetur. Senatus indignationē fuit, cur non sibi prius secundū morem delatum esset, vt de suscipiendo cultu prius ipse decerēt, consecrationem Christi recusavit, edictoq; constituit, exterminando esse vrbe Christianos: præcipue cū & Seianus praefectus Tiberij, suscipiendae religioni obſtinatisimē contradicēret. Tiberius tamen edicta accusatoribus Christianorum mortem comminatus est. Itaq; paulatim immutata est illa Tiberij Cæsaris laudatissima mortalia in poenam contradictoris Senatus:

¶ DE EODEM EX EVTRPIO.

De terrae motu vero, qui in die Dominica passionis fuit, scribēs inter ceteros & Phlegonis Habetur in septi- qui olympiadas enumerat, in tertiodécimo sermonē eisdem verbis asserit hæc. Porro Romanarū in quarto anno ducentesimā secunda Olympiadū facta est defectio solis maxima, & nox hora tractatū de Tiberio Cæsare. sexta diei facta est, ita vt etiam stellæ in cœlo apparet. Terrae motus etiam magius in Bithynia factus, plurimā Niceā partē vrbis subuerit. Pilatus autem Praefes, qui lētentiam damnationis in Christum dixerat, postquā plurimas seditiones Hierosolymis exceptit ac fecit, De Cæsare Callī tantis irrogante Caſo angoribus coarctatus est, vt sua se transuerberans manu, malorum cōgula, pendium mortis celeritate quæſierit.

ITEM

ITEM DE EODEM, EX DIVO
Dionysio Areopagita.

Habetur in epis-
tola eiusdem ad
sapientem Poly-
carpum contra
Apollophanem
scripta.

Sed forte dicturus Appollophanes est, haec vera non esse : Ac istud quidem Perlarū lacer-
dotum monumentis reseruata historia continet : Magi; nunc vñq; triplicis mitri, id est,
solis memoriā celebrant. Verūm liceat illi sanè his per ignoriam, siue per hæstinationem
fidem nō accommodare. Age itaq; illū rufus aggredere. Quid de illo qui tempore crucis do-
minice factus est, solis defectu dicturus ? Eramus tunc ambo apud Heliopolim , amboque si-
mul incidentem mirabiliter soli , lunæ globum notabamus (non enim eiusce coniunctionis
tunc aderat tempus) ipsamq; rufus ac hora nona ad vesperam ad solis diametrū supra nature
vires restitutam. In memoriam autem illius reuoca & aliud quiddā. Nempe enim vt ipse nō
ignorat , eā lunæ incidentiam ab Oriente cœpsisse , & vñq; ad solaris corporis finem perueni-
ſe, ac tum deum resiliere notauiimus. Neq; verò eadem ex parte, vt assolet , & incidentia illa
& repurgatio facta est, sed ex aduerlo diametri. Hæc sunt quæ tunc réporis contigere , natu-
ram profecto superatia, ac soli Christo possibilia, qui autor est omnium, facitq; magna &
stu-
penda, quorum non est numerus. Ea si fas tibi est, & si potes, Appollophanes, refelle, etiā con-
tra me. Nempe enim præfensa vñā tecum affui, vñaq; aspexi , ac dijudicau omnia, dignaque
sum admiracione profectus. Deniq; tunc necio quo afflatus spiritu ad diuinationem quoque
prorupit Appollophanes, atq; ad me conuerfus, haec inquit, o præclare Dionysii, diuinatarum sunt
vicissitudines rerum.

VITA DOMINI NOSTRI IESV

Christi mundi Redemptoris, per beatum Gregorium Archiepiscopum
Turonensem scripta. In qua etiam de beata virgine eius
matre, de Cruce, Clavis, Lancea, Tunica, ac
Imaginibus Salvatoris insignis men-
tio habetur.

Habetur in opere eiusdem in gloriam beatorum Martys, edito.



V OD in Bethlehem nasciturus erat Dominus, ostendit propheta, inquiens: Et tu Bethlehem Efrata nō es minima in milibus Iuda: ex te enim prodiet Rex, qui regat populum meum Iraël. Hoc enim & Natanāil ille à Cana Galilea afferens, dixit: Rabbi, tu es filius Dei, tu es Rex Iraël. Ipse est & salus mundi, de quo & ille Simeon ait: Nunc dimicatis Domine seruum tuum in pace: oculi mei salutare tuum. Nato ergo Domino noltro Iesu Christo secundum Bethlehem in diebus Herodis Regis, iuxta fidem Euangelicam Magi ab Oriente Ierusalem, dicentes: Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? vidimus enim stellam, & venimus adorare eum. Et reliqua. Est autem in Béthlehem puteus no Maria gloriofa aquam fertur haustile. Vbi saepius apficiuntibus miraculum illatur, id est, stella ibi mundis corde, quæ apparuit Magis, ostenditur. Venientibus recumbentibus super os putei, operiuntur linteo capita eorum. Tunc ille, cuius inuenitur, videt stellam ab vno pariete putci super aquas transmigrare ad alium in olo solent se super cœlorum circulos stellarum transferre. Et cum multi apficiant, ab idetur, quibue est mens sanior. Nonnullos vidi, qui ea afferebant se vidisse. Numen nostrum retulit, quod eum quinque viris apfexit, sed duobus tatum apparuit. Numen noster Iesu Christus in allumpta carne de virginē, multa populis miracula ostendere. Haustos enim latices in vini saporem conuertit. Cœcorum oculis deumen infudit. Paralyticorum gressus, ablata debilitate, direxit. Febres egrotatiū, et refinxit. Hidropicum, compresso tumore, fanavit. Lepram discedere faci oris lauit. Mulierem dæmonio inclinatam inuidentibus Iudeis erexit. Super aquas ascensibus aquis incesit. Profundum mulieris tactu fimbriæ salutaris auertit. Mulier alia fecit, quæ sacra Euangeliorum narrat historia. Tamen cum multis salubribus mandato restaurasset ad vitam, tres ab infernali morte reductos vitæ restituit, id magogii filiam resuscitauit in domo, vnicum vidua surgere iussit ad portæ egrediarum vocauit ex monumento. Igitur Iudei furore succensi fallis accusationes iustum, tradiderunt morti, & crucis afflxione damnauerunt. Quem Deus reseruit a mortuis tertia die solutis doloribus mortis: quoniam impossibile erat eum retineri, sicut ait Apostolus Petrus. Post hæc promittēs paracletum, & imbuenis doctrinis Apostolos, vīctor ascendit ad cœlos, venturumq; se ad iudicandum Angelis testan-

testantibus reprobmittens , dicente Apostolici actus historia : Hic Iesus qui receptus est à vobis , sic veniet , quernadmodum vidilis eum euntem in celum . Post admirabilem igitur cap. 4: Dominice ascensionis gloriam , quæ contrito diabolicae malignitatis capite , mentes fideliū ad contemplanda cœlestia animauit , sancti Apostoli Domini & Saluatoris nostri cum beata Maria matre eius erant in una congregati domo , omnia ponebant in medio , nec quisquam suum aliquid esse dicebat , sed vnuſquique cuncta posidebat in charitate , sicut faceret Apostolicae assertioſis narrat stylus . Post hæc dispersi sunt per regiones diuerſas ad prædicandum verbum Dei . Denique impleto à beata Maria huius vitæ cursu , cum iam vocaretur à ſeculo , congregati ſunt omnes Apostoli de singulariſ regionibus ad domum eius . Cumq; audiffent , quia eſter afflumente de mundo , vigilabant cum ea ſimul : & ecce Dominus Iesu aduenit cum Angelis suis , & accipiens animam eius tradidit Michaëli Archangelo , & recessit . Dilucido autem leuauerunt Apoſtoli cum leuctro : corpus eius , poſueruntque ille- lud in monumento , & cuſtodiabant ipiſum , aduentum Domini prætolantes . Et ecce iterum aſtricit eis Dominus , fuſceptumque corpus sanctum in nube deferri iuſſit in paradyſum . Vbi nunc refumpta anima cum electis eius exultans , æternitatis bonis nullo occafuris fine perfiruit . Crux Dominica , quæ ab Helena Auguſta reperta eſt Hierosolymis , quarta Cap. 5: & ſexta feria adoratur . Hunus reliquias , & merito , & fidei Helena comparanda Re- gina Radegundis experijt , ac deuotè in monaſterio Pietaueniſ , quod ſuo studio conſtituit , Ecclesiſ collocauit . Mihi pueros iterum Hierosolymam , ac per totam Orientis plagam , quiccumque eſt epiſchepa ſanctorum Martyrum , confessorumque cunctorum reliquias detulerunt , quas in arca argentea cum ipſa cruce ſancta collocatas feruauit , multaque exinde miracula conſpicere meruit : de quibus illud primum exponam , quod ibidem Dominus in diebus paſionis ſuę dignatus eſt reuelare . Sexta feria ante ſanctum Paſcha cum in vigilijs ſine lumine pernoctarent , circa horam tertiam noctis apparuit ante altare lumen parvulum in modum ſcintillæ , deinde ampliatum hue illucque comas fulgoris ſpargere coepit gradatim in altum conſendens : effectaque pharus magna obſcuræ nocti , vigilantium plebeiculæ lumen præbuit ſupplicanti . Illeuſcente autē celo , paulatim deficiens , data terra luce , ab oculis mirantium euauit . Ego autem audiebam ſepiſ , quod etiam lychni qui accendeantur ante bellum virtute diuina in tantum exundarent oleo , vt was ſuppositum ple-

hac pignora, ebilium virtutum clara, ut in hac pignora, ebilium virtutum clara, ut
tumque repleant: & tamen 3 iuxta stultitiam duram mentis nunquam ad hęc credenda mo-
tuebar, donec bruta segnitatem ipsa ad præsens quæ offensa est virtus argueret. Ideoque quæ
oculis proprijs viderim, explicabo. Causa deuotionis exigit, vt sepulchrum & sancti Hi-
larij vilitans, huius Reginæ adirem colloquia, ingressusque monasteriu confusatata Regina,
coram adoranda cruce, ac facis beatorum prosternor pignoribus. Denique oratione facta fur-
rex. Erat enim ad dextram lychnus accensus, quem cum stilis frequenter defluere confe-
xisem, testor Deum, quia putauit quasi vas esset fractum, quia erat ei concha supposita, in quā
oleum defluens decidebat. Tunc conuersus ad Abbatissam aio: Tantā te retinet mentis i-
gnauia, vt integrū cicendile laborare nō possis, in quo oleum accendatur, nisi effactum quo
defluat ponas? At illa: Non est, domine mi, sed virtus est crucis sanctæ quam cernis. Tunc ego
ad me reuersus, &c ad memoriam reuocans quæ prius audieram, cōuersus ad lychnum in mo-
dum ollæ feruentis magnis fluctibus exundare confexi, vt per oram ipsam vndis intumef-
centibus superflueret, & (vt credo) ad incredulitatem meam arguendam magis ac magis au-
geri, ita vt in vnius hora spatio plus quam vnum sextarium redderet vasculū, quod quartariū
non tenebat. Admiratusque filii, ac virtutem adorandæ crucis deinceps prædicauit. Puella
quēdam Chrodegildis nomine, dum post mortem patris in urbis Cenomanicæ territorio desi-
deret, oculorum amissione multetur. Postquā autem ex iuſſione Chilperici regis adhuc bea-
ta Radegunde Regina superstite, ad antedictā monasterij trāfuisser regulam, ipsa beatissima
ostendente, ad sanctū prostermitur s crucem, ibique cum reliquis sanctumonialibus vigiliis,
explicās, dato mane iſdem diſcedentibus probrata solo in eodem loco quietuit, apparuitq; ei , Becc crucis ado-
per visum quasi apperiret aliquis oculos eius, & vnū sanitati redderet, cūm aliis adhuc labo-
raret. Ita subito ad ostiū reserata sonū expargefacta, viuīus oculi lumen recipit. Quod nō ambi-
gitur per crucis virtutem suisſe præstiri. Energumeni, claudi, & alij quoq; infirmi persepe in
hoc sanātur. De his haec tenuerūt, ab Helena Regina post ipsius sacrae crucis inuenitionē reperti sunt:
qui beata mēbra tenuerūt, ab Helena Regina post ipsius sacrae crucis inuenitionē reperti sunt:
& de duobus quidem frenum Imperatoris muniuit, quō facilius, si aduersæ gētes restitissent
Principi, hac virtute fugarētur. De quibus nō est ignotum, Zachariā vaticinasse prophetā: Erit,
inquit, quod in os equi ponitur, sanctū Domini. Eo autem tempore Adriaticum mare magnis
fluctibus mouebatur, in quo tam freuentia erant naufragia, ac demersio hominum, vt vorago
hauium diceretur. Tunc prouida Regina condolens excidia miserorum, vnum ex quatuo
clavis

*Nota de Adriatia
o mati scitu dīg*

пд

clavis deponi iubet in pelago, confusa de Domini misericordia, quod saevas fluctus commotiones facile posset reprimere. Quo facto redditur mare quietum, tranquillaque deinceps nations uigantibus flabria praestantur. Vnde usque hodie nautae sanctificatum 6 mare venerantur cum ingressi fuerint, ieiunijs, orationibusque & psalterio vacantes. Clavi ergo Dominici quodam quoctuor fuerint, haec est ratio. Duo affixi erant in palmis, & duo in plantis. Sed queritur, cur plantæ affixa sunt, quæ in cruce sancta dependere visæ sunt potius quam stare. Sed in stipite erecto foramen factum manifestum est. Pes quoque parvulae tabulæ in hoc foramine interius est: super hanc verò tabulam, tanquam stantis hominis sacræ affixa sunt plantæ. Quarit etiam, quid de his clavis fuerit factum. Duo sunt, ut suprà diximus, aptati in freno: Tertius proiectus in fretum: Quartum afferunt esse defixum in capite statuae Constantini, quæ ciuitate, ut aiunt, tota excelsior suspicitur, scilicet ut tota ipsa ciuitas, cui eminet, munitione latutis quodammodo galea coronata esset. Magnam afferunt virtutem esse huius freni, quod ambi nequaquam potest, quod Iustinus Imperator publicè expressus est, ac suis omnibus patefecit. Illus enim à quodam Mago propter pecuniam armis, quam sibi dæmonis umbra intolerabilis attulerat, per duarum curricula noctium sustinuit insidias. Sed cum tercia nocte frenum capitl collocasset, locum insidiandi inimicus vtrè non habuit: repertumque autorem insidarum Imperator gladio percusserit. Nobis verò quæ sit virtus ligni eius, hoc modo manifestum est. Aduerit quidam qui nobis pallulum holosericam valde vertutum exhibuit, dicens: Hierosolymis Crucem Domini huic involutam fuisse. Quod cum apud rusticatatem nostram incredibile haberetur, ac rimaremur sollicitè, vnde ei tanta fuisset gratia, ut ista meruisset, cum sciamus in templo quo sacrum hoc lignum adoratur, non solum exinde nihil quenquam mereri, sed etiam importunitus accedente verberibus arceri, respondit: Quando, inquit, Hierosolymam abiij, Tutei Abbatem reperi, qui magnam cum Sophia Augusta gratiam habuit: huic enim omnem Orientem quasi præfetto commiserat. Me huic subdidì, à quo cum ab Oriente regredere, & sanctorum pignora, & hanc pallam, in qua eo tempore sancta Crux involuebantur, recepi. Postquam mihi vir ille retulit, & hanc mihi pallam tradidit, præsumpsi, fateor, eam abluere, & frigoretis potum dare, qui mox opitulante virtute diuina fanabantur. Scideba etiam exinde plerunque particulas, & dabam religiosis pro benedictione. Vni verò Abbati partem diuisi, qui post duos ad me annos rediens, cum sacramenta afferuerit, duodecim ab ea energumenos, tres cœcos, duosque paralyticos, fuisse factos. Mitto cuidam ipsam pallam: In os posuit, quæ cum dentes, lingua, quæ eius attigit, statim vocem eloquimque restituit. Quod nos fideliter credere ipsa Domini promissio illicit, dicens: Omnia quæcumque petieritis in nomine meo, credite, quia accipietis, & veniet vos. De lancea verò, arundine, spongia corona spinea, columnaque, ad quam verberatus est Dominus redemptor Hierosolymis, aliquid dicendum est. Ad hanc columnam multi fide pleni accedentes, corrigas textiles faciunt, eamque circumdant, quas rufum pro benedictione recipiunt diuersis infirmitatibus profuturas. Ferunt etiam ipsas Coronæ fentes quasi virides appareri, quæ eti videantur aruisse folijs, quotidie tamen reuirescant virtute diuina. Prodit & ex monumento quo Dominicū iacut corpus, mira virtus, quod saepius terra naturali candore radiante repletus, & exinde iterum ablata aqua conspergitur. De qua tortile parvulae formantur, ac per diuersas mundi partes transmittuntur: de quibus plerumque infirmi sanitates hauriunt. Illud est mirum, quod saepissime accessus serpentiū vitant. Sed quid ego temerarius de his loqui audeo, cum fides retineat, omne quod sacrofaneum corpus attigit, esse sacramum?

Cap.7.

Cap.8.

⁷ Vide etiam auct. 7
cam ligneam adorari que dominum cum continet vestimentum.

Cap.16.

De tunica verò beati corporis non confuta, desuper contexta per totum, quæ iuxta Dauidicum vaticinium sub sorte iacuerat, fides Evangelica pandit: Ait enim: Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortes. De hac verò immaculati agni tunica quæ audiui, silere nequo. Ferunt autem in ciuitate Galathæ, in Basilica quæ ad sanctos Archangelos vocatur, retineri. Est enim haec ciuitas ab vrbe Constantinopolitana quasi milibus centum quinquaginta. In qua basilica est cripta abditissima: Ibiique in arca lignea hoc vestimentum habetur inclusum. Quæ arca à deuotis atque fidelibus cum summa diligentia adoratur, & non immorit digna quæ hoc vestimentum retineat, quod Dominicum corpus vel contingere meruit, vel velare. Dignum autem videtur, vt & de Iordanie, in quo Dominus baptizatus est, aliquid memoremus. Igitur à monte Phamo duo consurgunt fontes, quorum unus Ior, alter Dan vocatur. Qui ab utraque parte Phamadae vrbis, quæ prius Cæsaræ Philippi vocabatur, descendentes, sub ipsa vrbe tam fluentis coniuncti, quam nomine, vñà Iordanem efficiunt, qui usque Hierico ciuitatem, & vltra defluit. In eo habetur locus, in quo Dominus baptizatus est. In uno etenim reflexu aqua reuoluitur ipsa, in qua nunc leprosi mundantur. Cum autem aduenerint, saepius lauantur in flumine, donec ab infirmitate purgen-

purgentur. De publico tamen, dum ibi commemorati fuerint, victimum accipiunt: sanati autem ad propriæ descendant. Ipse quoque Iordanis ab eo loco in quinto miliario mari cōmixtus mortuo, nomen amittit. Mare enim mortuum ab hoc dicitur, & quod ab incendio Sodome, vel reliquarum vrbi est verlatum: & aqua ipsa asphalto permixta est, vnde à nonnullis mare asphalti appellatur: in quo qui natare nescit, super aquam fertur, & circa eum sulphur adhæret.

Igitur, ut diximus, in ipso primo Iordanis egressu Phamada ciuitas sita est. In qua habetur statua ex electro purissimo fabricata, in qua Redemptoris nostri forma dicitur esse expresa.

Cap.20.

Nam ut plerosque audiri, qui eam contemplati fuerant, mira claritas in eius facie continetur.

Sed ne cui hoc videatur absurdum, narrare quæ de ea Caesariensis refert Eusebius, non pigebit.

Ait enim: Mulierem quam sanguinis profluvio laborantem à Saluatore curatam Evangelia tradiderunt, huius vrbi ciuem constat fuisse: domulque eius in ea nunc ostenditur. Prae-

foribus verò dormus ipsius basi quædam in loco editiore collocata monstratur, in qua mulieris ipsius velut genibus prouoluta palmas suppliciter tenebant imago ærea videtur expressa.

Astat verò alia ærea nihilominus fusa statua, 8 habitu viri stola compèt circundati, & de-

⁸ Habet ex hoc lō
co imaginū vñliā
clū & antiquum
ēst, quæ si Deo dis
pliceret, hæc Dō
mini imago tene
runtis nō suisse.

extram mulieri porrigentis. Huius ad pedem statuae in basi herba quædam tioia specie nascitur.

Quæ cùm exorta fuerit, excrescere usque ad stolæ illius æreae indumenti fimbriam solet.

Quam cùm summo vertice herba crescentis contigerit, vires inde ad depellendos omnibus morbos languoreque conquerit: ita ut quæcumque fuerit illa infirmitas corporis, basi exiguo

inadefacta salutaris graminis depellatur: nihil omnino virium gerens, si ante quæm æreae fimbriæ summitatem crescens contigerit, decerpatur. Hanc statuam ad similitudinem vultus Iesu tradebant. Quæ permanxit etiam ad nostra usque tempora, sicut ipsi oculis nostris inspe-

ximus. Et nihil mirum, si ei qui ex gentibus, crediderant, pro beneficiis quæ à Saluatore fuerant consecuti, huiusmodi velut munus videbantur offerre: 9 cùm videamus etiam nunc &

⁹ Vides non solum
Saluatoris Democ
tri & Pauli, ima
gines solitas fusiles
designari.

tabularum eius Pea
tri & Pauli, ima
gines solitas fusiles
designari.

hoc inimicus semper humani generis æmulus extat. Nā Iudeus quidam cùm huiusmodi ima

¹⁰ Ecce quō nō sō
lum principie
re cōsiderat illū,
qui nos genuisque nostrum humiliavit. Et sic nocte veniens, telo ipsam imaginem verberat,
elisamque de pariete, opertam veste ad domum portans flammis parat exurere. Sed res mira fuere imagines,

apparuit, quæ de virtute Dei exisse non potest ambigi. Nam de vulnere, vbi imago transfoſſa sed & longo poſk

fuerat, sanguis effluxit: quod ipſe iniquus spiculator oppletus furio non sensit. Cūm autem tempore tā in Ecc

per obscuræ noctis tenebras domum suam fuisse ingressus, lumine adhibito cernit se totum

languine cruentatum: timensque ne scelus suum patetuerit, abiectam à se tabulam abdidit in te. Quid ergo lō

obscurus, nec aſus est vtrè contingere quod iniqꝫ præſumpit ¹¹ auferre. Venientes autem trahere hereticos

Christiani diluculo ad domum Dei, imaginem non inueniunt, stupentesque ac rēquirentes

quod fuerat factum, crux vestigia deprehendunt, quæ sequentes, ad domum Iudei acce

dunt. Denique sciscitari de tabula, nihil certi cognoscunt. Rēquirentes autem eam sollicitè, in

non tant a mirantur, nec aſus est. Quid ergo lō

angulo cellulæ Iudei reperiunt. Qua Ecclesiæ redditæ, surem lapidibus obtruerunt. Est & apud contra eorum pro

Narbonem vrbum in Ecclesia seniore, que beati Genesii martyris reliquias plaudit, pictura, phanatores.

quæ Dominum nostrum, quasi precinctum linteо indicat crucifixum. Quæ pictura ¹² dum ¹³ vide & aliud

afsiduè cerneretur à populis, apparuit cuidam Basilio prebytero per vium persona terribili

lis, dicens: Omnes vos obiecti estis varijs indumentis, & me iugiter nudum apicis: vadé

quantocius, & cooperi me vestimento. Et persona non intelligens visionem, data die, negaua

quam ex ea rememoratus est. Rursumque apparuit ei. Sed & illud parviperit. Post terum

autem diem secundæ visionis grauiter excriuciato eo verberibus, ait: Nonne dixeram

tibi, ut cooperires me vestimento, ne cernererit nudus, & nihil ex hoc à te actum

est? Vade, inquit, & tege linteо picturam illam, in qua crucifixus appa

reō, ne tibi velox superueniat interius. At illi commotus, & val

de metuens, narrat ea Episcopo, qui protinus iusit defu

per velum expandi. Et sic obiecta nūc pictura con

spicitur. Nam est patimur detegatur ad

contemplandum, mox demilo ve

lo contegitur, ne detecta

cernatur.

DE CIRCUNCISIONE DOMINI
nostrī Iesu Christi, quæ facta est octauo die. Et breuis
laus magni Basiliij.

Apud Simeonem Metaphraſten.



M B R A M quidem futurorum bonorum, non ipsam autem rerum imaginem, legem habere scripturæ magnus pronunciauit Paulus. Quomodo enim pictores ad exemplar & ad formam animatam aspectum intendentes, primū quidem atramento, eius quod depingitur speciem in tabula adumbrant: deinde diuersos colores artificios & adumbrat figuræ adjiciens primarium exemplar referunt per imitationem quæ fit ad imaginem: ita etiam lex spiritus, tanquam ad viua exemplaria, & ad res in quas non cadit interitus intuens ad bona quæ sunt reposita in cœlis, ipsorum quidem umbras & figuræ, per Moysen & vetus testamentum, prius obscuræ & exiliter descriptæ. Per Christum autem & nouæ pietatis & veritatis dogmata, veluti floridiores & splendidiores colores adjiciens, coelestium, & quæ sub aspectum non cadunt, bonorum imaginem, subiicit eorum qui vident oculis. Quomodo autem cum imago perfecta est coloribus, & suam accepit pulchritudinem, quæ prius delineata fuerat, umbra defletur, & euaneſcit: ita etiam quæ nunc absconsa sunt, in cœlis postea reuelatur, ipsa quoq; imago rerum cessabit & abolebitur. Siue enim, inquit, Prophetia abolebuntur: siue cognitio-nes cessabunt. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Quando autem venient id quod est perfectum, tunc quod ex parte abolebitur.

Potiquam ergo vetera quidem præterierunt, noua autē facta sunt omnia, & umbræ quidæ & figuræ sunt aboliæ: evidentes autem rerum imagines per gratiam spiritus & Apostolicam exortæ sunt sapientiam, legis deinceps figuræ & umbras negligamus, ipsius autem rerū expriſſioris formæ curam geramus: & quod dicit diuinus Apoltołus, eorum quidem quæ retro sunt obliuiscientes, ad ea autem quæ ante sunt nos exténdentes, ex instituto persequamur brac-ium superne Dei vocatiōnis, vt non sumus amplius parvuli fluctibus agitati, & omni vento doctrinæ seu spiritu circumacti, neque tanquam infantes loquamus, aut fentiamus, aut cogite-mus, quomodo Iudei qui infantilia sapiunt aut despiciunt: sed in virum perfectum ad menſū ætatis plenitudinis Christi perueniamus, peragendo & contemplando eius legē spiritualiter. Ad hoc enim vnigenitus Deus Verbu carne fuit induitus. Ad hoc Deus Dominus internos apparuit se pro infantie gerens, vt infantilem & imperfectam nostram cogitationem ad sen-tum perfectum, & qui virum decet, transmutaret. Quamobrem legales quoque expiations, & obſeruationes, & alias adumbratas traditiones, & octauo quoque die circuncisionem subiicit, qui est supra omnem efficiens. Quo factum est, vt cum in his debitum pro nobis exoluerit, ab omni legali seruitute, & quæ parvulus conuenit nos liberauerit consuetudine. Erat enim necessarium & ineuitabile mandatum circuncisionis, non solum quatenus est lege antiquior, & ab Abraham accipit initium, & ab ipso Moys & lege, & ijs qui deinceps sunt secuti Propheta, confirmata est & deducit ad posteras generationes: sed etiam quod ea necessarij à Deo data signum melioris circuncisionis & spiritualis, in omnes suum iugum impoſuit, donec eius legislator, cum æquè ac nos pro sua benignitate fuisset carnis particeps, & se ad aliorum demittendo similitudinem fuisset circuncisus, & deinde meliorem ostendiserit circuncisionem, nempe eam quæ est in baptismate, eam de cœtero, vt quæ esset imperfecta & inutilis, abolevit, & vt cessat effectus.

Circuncidit ergo Iesus ex lege quam tulerat, die octauo, nō vt doceret circuncidi, sed vt faceret cœſare circuncisionē: vel potius vt veteris quidæ & inutilis euelleret anticipationē: noui autē & salutaris aperiret potentia, vt aboleret quidē eam quæ est secundū carnē: produceret autē eā quæ est secundū spiritū: & illius quidem argueret imbecillitatē, huius autem ostenderet fortitudinem. Circuncidit Christus. Non enim venit ad dissolendum legē tanquam alienam, sed tanquam propriam, & à se compositam, eam re ipsa adimpletur. Tanquam suum dogma & Dei mandatum venit adimpletur literam, & spiritum prædicaturus. Et quomodo quispam pistor optimus, cum in se, sicut dictum est, veritatis umbram prius figurasset, & ita imaginem expresſisset pulchritudinem, per ipsam recta erigit, & deducit ad archetypū exēpliarū perfectionem, idque apertissimè a quæ diuinissimè. Etenim quæ est secundū carnē circuncisio, non describit solum, & adumbrat peccatorum depositionem, & eam quæ est in baptismate Christi circuncisionem: sed etiam tanquam in umbra describit ipsam vniuersi resurrectionem & alterationem: per quam omnis carnalis hominum sensus & co-gitatio circuncidit & execatur, & in aliam vitam transformatur. Huius velutique

dam

dam obscura & adumbrata præfiguratio erat ea quæ est secundū carnem circuncisio. Quocirca ea quoque octauo die fuit primum constituta: vt potè quidē octauus dies octauum, vt arbitror, eccl̄um tacitè significet. Cum ergo rerum imago, vt dictum est, & quæ est in spiritu circuncisio, nondum locum haberet, necessaria forē elī exultimata secundū carnē circuncisio. Cum autem ea quæ in spiritu sancto per Christum manifesta feret, per ipsum oportebat omnino quoque aboleri eam quæ erat in carne circuncisionem. Etenim si hæc circuncisionis quæ in carne fiebat, & animalium sacrificiorum ratio aut lex fuisset perfecta, vt quæ posset perficere eos qui illa ritè peragebant, ea nullo tempore aut modo potuisset dissoluī. Verbum enim Domini, inquit, manet in æternum. Quoniam autem data erat ad paedagogicam institutionem corum qui erant habitu imperfecti & infantes vñque ad tempus correctio-nis, cum id quod est perfectum sue tempore refusisset, oportebat omnino, id quod est imperfectum & minus, aboliri & supprimi. Oportebat oriente sole, lunam & stellas obscurari & minui: & aperta vera circuncisione & cultu, umbrosas veritatis imagines & figuræ cedere. Propterea ergo Deus verbum cum primis esset caro factus, hodie octauo die in corpusculo circuncidit. Ut cum literæ debitum pro nobis exoluisset, legē spiritus quæ manet in æternum, induceret: & id quod est minus, eo quod est præstantius, occultaret & tegeret. Proprie-ta Sacerdotium quoque quod est secundū ordinem Melchisedech, prælatum est facer-do-tio quod est secundū ordinem Aaron: vt umbræ quidem cessarent, liberè autem ageret ve-ritas: & vt legalium quidem traditionum imperfectio & infanta euaneſceret: Euangelicorum autem dogmatum exoriretur perfectio & magnificentia. Ideo cum Petrum quoque & Paulum diuinissimorum mystarum summos, & omnes sacros Apostolos & Discipulos lege literæ prius instituisset, & exercuisse, in ea quæ est secundū carnem circuncisione, traduxit ad eam quæ est in spiritu & baptismō circuncisionem: vt cum etiam spiritū seruitus per ipsos aboleuisset, spiritum gratiæ & filiorum adoptionis per diuinum baptismum in nobis excita-ret in Christo Iesu. Ideo omnes quoque diuinissimos Sacerdotes, tam alios quam Magnum quoque Basiliū eo tempore magnum in Ecclesia excitauit Sacerdotem: qui nō corpore per-ualit cœlos, sed contemplatione & spiritu est primus sacrorum Antistes, & qui erat in princi-pio Deus imitans Iesum Christum: & in velum ingreditur intimū, & illinc legem spiritus, & dogmatum magnificentiam magno ore detinat: & legem literæ eiusque quæ est in carne circuncisionis angelica abolens & cœſare faciens grandiloquentia.

Hic est Basilius, qui est magni & præclarū nominis, qui est fax Catholice Ecclesie: qui Sol insignis veritatis: qui illustrat omnem terram radijs suæ Theologie: qui in actione est inimi-cabilis: & in contemplatione talis, vt ad eum nequeat vilius peruenire: qui vita perfectus, & sermone sapientissimus: qui virtus est omnibus numeris absolutorius: & in diuina & humana doctrina est planè consummatus, & cui nihil deest: qui omni mundana sapientia & scientia prius exercitatus, eas deinde subiecit vestigis Discipulorum Iesu: qui omnem librum veterē & propheticum summe & sacrosancte meditando perlegit: & per ipsos ad perfectissimā Iesu Christi fidem reditā deductus fuit & confirmatus: qui Euangeliō quidē ducit aut introductore usus est ad propheticam veram cognitionem, diuinam autem Prophetarū dictione ad sacri Euangeliū accuratā notitiam: & per utrumque sublatus est ad purissimam diuinitatis agnitionē. Hic est sublimis & excelsa Ecclesie Dei columna, luminare Theologie, ornamentum Hierarchiæ patris homo verisimus, vnigeniti nuncius acerimus, sancti spiritus Oeconomus, & scriba fidelissimus, sapientia partus, plenitudo intelligentiæ, penarium cognitionis, ludus do-cendæ pietatis, sacri & diuini confilii erudit, & Christi potentiae & virtutis, turris infracta & immobiles. Hic est qui Dei timorem, & præceptū Domini & virtutem, omnes homines docet magnus Basilius, Dei verbi tuba vel maximè regia, quæ sua vocis magnitudine omnes fines orbis terre comprehendit. Hic est qui eam quæ est in spiritu & diuino baptismo præcla-re predicauit circuncisionē, & qui si vilius alius ex Theologis, cœſare fecit eam quæ est in carne circuncisionē. Quocirca eius ad Deū è terra & corpore solutio & transitus, non casu nec temere, vt inconsideratè exultauerit quispam, inter diuinum Christi natale & baptismum con-currat hodie cum Iesu circuncisione: sed quomodo in laudando & extollendo Christi ortū & baptismū, eā quæ sit in spiritu circuncisionē exultit beatissimus, in sacra eius cōmemoratione, ipse quoq; dignus est habitus, qui vñ extolleretur per resolutionem ad Christum: & statutū ¹ Dies resolutionis ut annis eo die honoraret commemorationib; & celebritatibus. Quamobrem san-ctissimam eius memoriam hodie vniuersa sanctorum Ecclesia, in omni parte vniuersi orbis is celebriſſimis terra peragens, & glorificans gratiisq; Deo laudationibus, eum qui in sanctis suis glorifica-tur, simul laudat & glorificat Christum. Vt quæ ab omni hærefi per ipsum fuerit liberata, totius autem pietatis dogmatib; confirmata, & vt quæ à quolibet quidem qui aliena sen-tit doctrina fuerit liberata; soli autem Dominicæ fidei & doctrinæ se adiunxit.

Etenim per huius instar tonitriu sonantem Theologi linguam, attonitus quidem fuit; & sublatu Arrius. Eunomius autem dissolutus, & tanquam ardentibus fulminibus eius contradictionibus, in cinerem fuit redactus & consumptus. Sabellius autem interiit, & est deletus. Et Macedonius quidem qui aduersus sanctum spiritum insaniit, Basilius spiritu eiusdem fuit, & perire Apollinaris autem amentissimus, & insipientissimus diuinis eius dictis conuincitur, & ad perpetuam transmittitur ignominiam: & vt semel dicam, quaevis enata zizania, & quaevis Deo inuicarum haeretum differentia, quas & longum ante ipsum tempus adtexuit, & quas post eius ad Deum excellsum tempus est editurum, omnes diuini Basilij Theologiae igni mandatae, exuruntur & consumuntur, non minus quam holocausta & ara Heliæ & ligna, igne qui per orationem fuit e cœlo demissus. Hic excelsus Basilius, non solum Cœsarienium Ecclesie, cuius etiam fuit creatus Episcopus, neque suo solum temporis, & suæ ætati, sed etiam omnibus vniuersi orbis terra regionibus, & civitatibus, & toti huic seculo, & omnibus hominibus fuit uelitis, & maximè salutaris magister. Atque quisham quidem fuerit eius ad initio ortus, & educatio, & quod studium in sacris disciplinis, quomodo autem à Graeca disciplina transierit beatissimus ad Christianam philosophiam, & vita optima, & oratione puleerrima omnes ferè superauerit, tam qui ante ipsum fuerunt philosophos, quam qui post ipsum: & deinceps quo modo ad sedem eiusdem Archiepiscopalem, & tanquam tota lucens lucerna positus supra candelabrum sancte Ecclesie, sacris quæ actione exequebatur verbis viuens orbem terræ illustravit: & quæadmodum cum Hæresiarchis & veritatis aduersarij fortiter pugnâs, tanquam lupos Arabicos à sacro suo grege expulerit: & cum impijs quidem decertans Imperatoribus, cum inquis autem manus conferens Præsidibus, præclarissima victoriae trophæa aduersus omnes exerxit, & cum in bonis pacuis & pinguis, & sacrorum miraculorum ostentationibus, verborumque & legum celestium ac diuinarum expositionibus, Christi oves tanquam bonus pastor ipse pulchre paupifet, & tanquam sanctus Pontifex, simplex, impollutus, à peccatoribus separatus, & ipsis cœlis, si mihi quid est audacter dicendum, effectus altior, ipse in Euangeli effet multorum salutem operatus, postea ab hoc humili solutes tabernacula, & in loco tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei, 2. in voce exultationis & confessionis soni felium celebrantium peruasillet, cum primogenitis cœlestis Sion filiis vna ac cubuerit, & cum eis quiescat: Cum de his omnibus à sacris, vt arbitror, Theologis sit satis philosophatum, eaq; satis laudata fuerint, superuacaneū existimauit de his loqui prolixius. Nos autem glorificemus diuini patris memoriam. Hodie hymnis & diuinis inspiratis laudationibus. Preceptoris virtutes celebremus pro dignitate. Quicunque ab eo didicimus honoreare virtutem, eum tanquam verum patrem honoremus sicut debemus: vt qui in Christo Iesu nati sumus per Euangeliū, & ab eius doctrina internum nostri cordis hominem, tanquam Dei filij, habeamus formatum. Quomodo autem honorabimus? Circuncidamur, non carnem quidem nostri præputij, vt vetus ille Israël: sed internum cordis hominem. Circundamur, omnes occultas animi perturbationes & mentis, eas auferentes, aut morte afficientes, & vna cum Christo prompto & alaci animo morte affecti, & simul cum eo crucifixi, & conseptuli in expoliatione corporis peccatorum carnis, in circuncisione Iesu Christi in baptismo: quomodo magnus quoque Doctor nobis præcipit, & in alijs diuinissimis suis admonitionibus, & in exhortatorijs ad baptismum orationibus. Sinamus ergo eam quæ est secundum carnem circuisionem. Refurgamus ad baptismum. Prætercurramus vmbram, accurramus ad veritatem. Moylen despiciamus, ad Ioannem exeamus. Modò enim clare sonat: Vox clamantis in deserto, & ad se conuocat orbem terræ. Modò vox præcurrit verbum, & pronubus sponsum: & nuncius Regis præmittitur, & præit ad dirigendas vias eius, & ad populum Domino preparandum, accedit ad Iordanem. Nunc Iesus postquam ex lege fuerat carne circuata octauo die, venit ad Ioannem triginta annos natus, vt aqua baptizaretur: vt cum literæ infantilem fecisset cessare circuisionem, lege statuerit eam quæ est in spiritu perfectionem. Nunc magnus ille præco & præcursor, magna voce turbis præcipit in deserto, vt agant penitentiam: quoniam appropinquauit regnum celorum. Vbi enim Rex, illuc est omnino cum eo regnum. Quoniam ergo Rex celorum ad aquam baptismatis appro pinquauit, necessarij simul quoque cum eo aderat regnum celorum. Nunc autem is quoque qui nomen aut cognomen habet regni celorum, post magnum illum Baptistam hodierno die qui est dies sue resolutionis, dum & commemoratur, & tacet, & loquitur: omnes populos ad baptismum adhortatur. Paremus ergo vias Domini Dei nostri, dirigamus semitas eius. Christo omnium Regi qui appetit in Iordane corda digna reddamus per opera penitentie: & cum eo conseptuli per baptismum, & in vite constituti nouitate, vna cum eo conglorcemur & conregnemus in secula. AMEN.

BASILII

BASILII EPISCOPI SELVCIAE

Iauriaæ oratio de transfiguratione Dei, & Saluatoris
nostrí Iesu Christi.

Apud Simeonem Metaphraten.



OL in terram modò emittens radios, stellaru quidem choris contigit. Lunæ autem lumen obscurat: insigni splendore impediens, ne cernantur luminaria: noctis autem cursum reprimit, luce tenebras separans: omnia aut veluti nigra ueste exuens, ea lucis gratia induit, & ostendit terga continentis coronata floribus, & mare purpuræ speciem praeferebant: & cum sit vnu, creatæ quæ cernitur naturæ illuстрat facie. Verum enim quod est tantus, ad summâ vñq; lucē nondū peruenisse arguitur. Nam & mortales oculi eum aident intueri, & sape subtercurrentes nubes splendorē discutit, & vñbrosa arbor fulgorē prohibet, & nox freta lege eius qui eam creauit, in æquilibrio tempus cum sole partitur. Quoniam enim vita hominū est & laboriosa, & constringit laboribus: propterea diem quidē extendit Creator ad operandum: nos aut aduentans & defessos intueniens, eos tradit lecto relaxationis: membra quidē somno soluens, dans aut naturæ præfinitum tempus viriū paulatim colligendā. Magna est igitur, vt dixi, & splendida lux solis, sed quæ vñbus solum hominū aequali responder proportione. Non est aut huiusmodi lux Domini. Non est enim fas creatæ naturam conferre in creatore. Neque enim ex collatione radiorū solis honoratur, neq; noctis successione occultatur: sed ea est hominibus admirabilis, & Angelis ad eam nō patet aditus. Hac luce induitus Christus Dominus, tanquam trophæ gestas, venit è cœlo in secundo suo aduentu ad homines. Tunc enim mutata bellī figura, ueste visitoris induitur. Sic enim dicit Propheta describens bellī figurā: Quæ sunt rubra uestimenta tua? Ius enim bellī eius, qui bellū gerit, ueste cruentauit. Quoniam enim Deo totius sui concilij, & œconomiae est scopus, qui eius in homines declarat benitatem, variè perficit voluntatem, & ad vñsum hominū humiles figuræ induit. Sic in paradylo ambulans eum qui primus formatus erat, se abfondente hominē vocat ad colloquium. Sic inter eum ad homines loquentem nubes intercessit: & cum in nouissimis diebus apprehendisset humitatem, semper apparuit conuenienter legibus naturæ ex iis quæ patiebatur, naturæ assumpçō fidē fecisse. Huiusmodi sunt, præsepe, partus, fasciæ, circuncisio, purificatio, & lege constituti pretij solutio, erux post hac, pafio, & mors. Sed sic quidem fuit prima carnis susceptra œconomia, humili figura se ad vñsum hominē accommodantis. In tempore autem secundi aduentus mutat figuram, non amplius humile vt prius, sed terribile faciens, & præclaram. Illius ergo aduentus gloriam volens aperire discipulis, dicebat: Sunt quidā ex yobis, qui mortem non gustabunt, donec viderint filii hominis venientem in gloria patris sui. Atque vos quidem intuentes ad eam quæ nunc est, figura humilitatem, propter ignorationem rationis, eius quæ cœlatur sapientiæ non peruidetis profunditatem, & mensura cognitionis à vobis sumitur ex mensura aspectus: Tanto enim tempore sum vobiscum, & non cognovisti me. Aperiā ergo vobis aliquam partem eius, quod spectari non potest, spectaculi, & spem futuram deducam sub affectum. Locutus sum vobis de passione, & obtrupuit animus. Dixi oportere me crucifigi, & illius consideratione metu fractus est animus. Dixi, si quis vult post me venire, abneget se ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Affectionem enim probat Crucis societas: sed memoria passionis robur quoque soluebatur. Dixi, Quid enim prodest homini, si totum mundum lucretur? & eo sermone vestrum timorem non amouit: sed ita mansit animi perturbatio, quasi amouerit non poscit. Rursus introduxi iudicem, qui non corrumpit muneribus, qui de nis non condonat delicta, dicens: Quod enim pretium dabit homo pro anima sua? & apud vos fuit dubia oratio. Dixi, Veniet filius hominis in gloria patris sui, & existimat̄ me narrare fabulas. Quoniam ergo fuit inefficax oratio, res docebunt. Sunt aliqui ex iis qui hic stant, qui mortem non gustabunt, donec viderint filium hominis venientem in gloria patris sui. Futuri mei aduentus nōdū est tempus. Oportet enim fixam esse crucem, vincit inferos, mortuis proponi decreta libertatis: cum ex mortuis resurrexero, in celos ascendere, omnibus proponi certamen prædicationis, per prædicationem dominatum obtinere Euangeliū, & tunc apparere eum qui in Euangeliū annunciat̄. Sed vobis meis discipulis studeo prius donare imaginem mei aduentus, vt cum ante tempus spectaculum oculis hauferitis, ea quæ præcesserint, vobis fidem faciant futurorum. Sunt aliqui ex his qui hic stant. Quinam? Non enim omnes. Non enim nunc publico spectaculum: manet id quod vñsum fuerit mysterium, etiam postquam vñsum fuerit. Hæc cùm dixisset, inquit, assumit tres discipulos suos.

Petrum, & Iacobum, & Ioannem. Hos adhibens spectatores, alios reliquit auditores. Et cum duxisset in montem excelsum. Recepit excelsum: ut etiam mons haberet descendens ex celo imicationem. In montibus celo vicinis (vt Paulus predicabat) apiebatur in nubibus in occursum Domini in aerem. Nunc quoque; quae sit locum, qui viua cum nubibus extollitur. Atque spectatores quidem erant parati. Oculi autem erant propter ipsum aperti, & anima cum timore parturiebat spiritus & aculi desiderium. Cum sic aut futurum expectarent, repente transfiguratus Christus coram discipulis, & mutatus eius forma: & cum lucis induisset tunica, fulguris prae se ferente speciem ostendit apectum. Omnia miraculum. Ex humana forma ferebantur radii, qui emittebantur diuinis operationibus. Videlicet sol, qui non prius didicit, ut qui doctus sit ab eundo alterius luminis illustratione. Constatisti sol, aliquando victoriam expectans Hebraicam. Reueritus es Iesum ducem, qui imperauerat, in conseruo honorans Domini appellationem. Nunc vidisti lucem, quam non prius videras. Hoc spectaculum narrantes scriptores Evangeliorum, alius alio trahit distinctionem, ut qui verbis non posset exprimere spectaculum. Alius enim dicit utique: Resplenduit facies eius, sicut sol. Alius vero: Resplenderunt eius vestimenta, sicut nix. Iis enim, inquit, quae videmus, a similitudine. Vnde autem vincatur creatura quoque; natura, non inueniens similitudinem eius quod cerebatur. Testantur oculi: lingua enim dicere non didicit. Spectaculum autem splendore eorum quae videbantur, fulguris instar prestringens oculos, significauit orbis terrae futurum iudicem. Vnde sunt autem vobis cum praelentes ea quae sunt viuorum & mortuorum ad virtutem primitae, vt viuorum simul & mortuorum iudicem Dominum praedicent presentibus. Moyses enim, virtutis dux, & legislator, morte excedit est vita. Helias autem diuino zelo accusatus, ignis auriga efficietur: & cum curlo vestitus esset per aerenem, leges naturae transfilii, via inueniens morte superiorem. Cum in hunc locum peruerteris, fac ut in memoriam reuoces Domini rogata, & responsa discipulorum: cum alij quidem Heliam, alij vero unum ex prophetis, alij vero prophetam nominarent, viderent autem eum adorari a prophetis. Moyses supplicat, Elias inclinat, & Dominum esse, non seruum testatur eum qui adorat. Sed Petrus etiam si haec videret, nondum docetur, ut cuius effet obstupefacta ratio magnitudine miraculorum. Nam propter spectaculi desiderium, omnium obliuiscitur, & loco alligatur superatus a nimio gaudio. Faciamus, inquit, tria tabernacula: tibi unum, Moyse unum, & Eliam unum. Arguit suam ignorationem, Dominum unde cum seruis enumerans. Existimauit subiectos esse Deo aequales honore. Sed non mansit Petrus in hoc virtute ignorantiae: Nam cum tonitru desuper erupisset, cum timore curat ignorantem, propemodum cum strepitu hoc exclamans: Cur seruos cum Domino coparatis? Vultis scire differentiam? Hic est filius meus dilectus: Illos creauit seruos, hunc filium ex mea genui effecit. Meus est filius, etiam si serui forma propter vos est induitus. Habet lucem, ad quam accedi non potest, etiam si propter vos habet moderatos radios. O beatos oculos, qui Christum contemplantur induiti instar sponsi. O beata lumina, que terribilem diuinum in miti cernunt specie. Quae enim cernentes trementes Angelii, ea leti videntur homines. Quemam enim vis oculorum potest diem terribilem subire iudicij? quando terra quidem mouebitur, & mare, quod hominum ex Adam orta ebulliet corpora: quatenus vero celi cum Angelis timore non ferentes. Cöplicabitur enim celum tanquam Rege transiente: repente vero cōtrahent satellites vestibuli peripetafmatrix. Ablato autem celo, Angelicarum quidem potestatis cum splendore se offerent ordines, mille millia Angelorum, & decies mille millia praecurrentes. Videbitur autem descendens Dominus in signi luce fulgoris instar illius omnia. Quis ergo eorum quae videbatur sufficiet spectaculo? Quis metu poterit dimetiri? Si enim repentinam non ferimus fulguris coruptionem, sed ea qui cernit, in humum saepe deicit: quid dixerit quispiam exorientem eum videns, qui fulgorat? quid sonitus tubarum vocabunt mortuos & sepulchrus: quando rupentur capsae monumentorum vindictos emitentes: quando iudicabuntur proposita facta, & cogitata: quidam vindictus adducetur diabolus, de quo tyrannicarum sumentur poenit cognitio- nū: quidam separabitur greges hoīum, vt sciat quis cuius sit pars attribuendus, quinam sit futurus Christi iudicis, ac condēnati latronis: quoniam simul viventes, & mortui cōfluent. Erit enim una oīm adoratio, quandoquidē celeritas resurrectionis faciet eorum qui immutabuntur corpora in cursu aequalia, conuenienter voci B. Pauli: Nos qui viuimus, qui relieti sumus, non praeueniemus eos qui dormierunt. Nec erit mortuus nisi qui viuunt, propter sepulchrum tardior. Et omnes eius sententiam expectabunt cum timore, nescientes, an sint audituri. Venite benedicti patris mei: abite in tenebras exterioribus, quae sunt parate diabolo, & Angelis eius, quando trutina appendens opera, res circumscribet fine cōuenienti. Huius ergo spectaculi imaginem dedit Dominus Apostolis. Cuius nos terrorē reputantes, mores mutemus ante id tem- pus, bonis actionibus fiduciam cōparemus, & ante tēpus iudicij meditemur defensionem, ne una condēnemur cum inimico qui iudicatur: sed cum diligente Christo in celum ascendamus, heredes Dei, coheredes autem Christi. Quoniam ei gloria in secula seculorum. AMEN. ANDRÆ.

SANCTI PATRIS NOSTRI EPHRAIM

Syri oratio de Transfiguratione Domini & Dei, &
Saluatoris nostri Iesu Christi.



XAGRÖ messes, & laetitiae, & ex vinea fructus esculenti, & ex scripturis doctrina viuifica. Ager habet uno tempore vindemiam. Ex scriptura autem semper scaturit doctrina viuifica. Ager quando est mesis, minuitur. Et vitis, quando fuerit vindemianta, efficitur abiecta, & humili: Scriptura autem quotidie metitur, & spica interpretum in ea non deficiunt. Quotidie vindemiantur, & botri eius, quae est in ipsa, vineæ nunquam consumuntur. Accedamus ergo ad hunc agrum, & viuificis eius fulcis fruamur, & ex eo metamus spicas vitæ, nempe verba Domini nostri IESV Christi, qui dixit: Sunt hic viri, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in gloria sua. Et post sex dies assumit Iesum Simeonem Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit eos in montem excelsum valde, & transfiguratus est coram ipsis. Et resplenduit facies eius sicut sol, & vestes eius fuerunt albæ sicut nix. Viri enim, quos dixit non esse gustabunt mortem, donec vidissent locum eius perfectionis, sunt hi tres Apostoli. Et cum alii multiplet, duxit eos in montem, & ostendit eis quomodo sit venturus in die nouissimo in gloria sua. Duxit autem rursus eos in montem, vt ostenderet eis, qualis sit filius iste, & cuius. Quando enim interrogauit: Quoniam me dicunt homines esse filium hominis? Dicunt ei: Alij quidem Eliam: alij vero Moysen, aut unum ex prophetis. Propterea eos sursum ducit in montem: & ostendit eis se non esse Heliam, nec Moysen, sed Deum Eliam, & qui sanctificauit Moysen in utero matris: neque unum ex Prophetis, sed Dominum Prophetarum, & qui eos miserat. Et rursus ostendit eis esse effectorem celi & terre, & se esse Dominum viuorum & mortuorum. Etrursum eos duxit in montem, vt eis ostenderet se esse filium Dei. Si enim dixisset eis: Ego sum filius Dei: non eis persuaseret propter carnem quam gestabat, & quod cum eis conuerbat. Videbant enim Mariam, quae eum perperat, & quod Ioseph qui aluerat, nomine vocabatur pater eius: & quod quidam vocabant frates eius. Et rursus similiter esurit, & comedit: Sitiit, & bibit: Laboravit, & requieuit: Et dormitauit, & dormiit: Et tiruit, & sudauit: haec autem diuinæ nature minimè conuenient. Propterea eos ducit in montem, vt pater loquatur, & ostendat eis eum esse suum filium in veritate: & vt ostendat eis regnum suum ante mortem suam, & gloriam suam ante ignominiam: vt quando captus fuerit, & crucifixus a Iudeis, sciant eum non fuisse ab eis crucifixum propter eius impotentiam: sed quod ei ita placuisse propter suam gratiam ad mundi salutem. Et rursus suam eis ostendit gloriam ante suam resurrectionem: vt quando surrexit a mortuis in gloria naturæ suæ diuinæ, sciant eum non acceperisse tanquam mercedem sui laboris gloriam, vt qui ea indigeret: sed eum illam iam olim habuisse ab æterno cum patre, & cum spiritu eius: sicut dixit: Pater glorifica me gloria quam habui, antequam mundus esset apud te. Hanc gloriam suæ diuinitatis quæ erat obscura, & ignota suæ humanitati: ostendit Apostolis suis in ascensiōne montis. Facta est enim facies eius, sicut sol, & vestimenta eius alba sicut lux. Duo soles in monte videbant oculi discipulorum, unum ex consuertidine, & alterum præter consuetudinem. Unum qui eis lucebat, & mundum totum illuminabat in firmamento: & unum qui eis illuminabat faciem, Iesu inquam. Hoc autem dixit: Facta sunt vestimenta eius alba. Etenim ostendit quod ex toto eius corpore, eius gloria scaturit: & ex toto eius carne resplenduit eius facies, & ex totis eius membris resplenderunt radij. Non enim sicut Moysen, eius facies resplenduit extrinsecus: sed ex ipso scoriebat eius gloria, & in eo manebat. Ex ipso oriebatur lux eius, & in eo cogebatur. Neque enim abiit in alienam partem, & ipsum dimisit: quoniam non venit ex alio obliquio, & eum exornauit. Neque eam vtendam pro tempore accepit. Totam tamen abyssum diuinitatis suæ eis minimè ostendit: sed quantum poterant contemplari pupillæ suorum oculorum. Et apparuerunt eis Moyses & Elias simul cum eo loquentes, & sermones eorum, quos cum eo loquebantur, iij erant: Agebant ei gratias, quod vera fuisse verba Prophetarum in eius praesentia: offerebant ei adorationem pro salute quam fecerat in mundo propter genus humanum, & quod mysterium quod ipsi prius descripserant, ipse se ipse impletet. Fuit ergo laetitia prophetis & Apostolis in ipso ascensiōne montis. Laetati sunt Prophetæ cum vidissent humanitatem eius, quam non nouerant. Laetati sunt autem Apostoli quoniam cum vidissent gloriam diuinitatis eius, quam non cognoverat. Et cum audirent vocem patrificis filio testimonium, per ipsam cognoverunt fuisse ab eo suscepitam humanitatem, quæ quidem erat apud eos obscura; et sique fidem fecit: cum voce patris, gloria corporis eius: que

quæ apparuit, ex ea quæ in eo fuit vñita diuinitate immutabiliter, & inconfuse. Et signatū fuit trium retinonium, in voce paterna, Moyleque, & Elia, qui quidē illi astiterunt tanquā seru: & aspiciebant alter alterum, Prophetae Apóstolos, & Apóstoli Prophetas. Videbunt illic alter alterum principes veteris, principes noui. Vedit Moyses sanctus Simeonem sanctificatū. Vedit Oeconomus patris procuratōrē filij. Ille quidē scidit mare, vt populus ambularet in mediis flūtibus. Hic autem excitauit tabernaculum, vt adificaret Ecclesia. Vedit virgo veteris virginē nūcui. Elias Ioannem. Qui alcedit curru ignis, eum qui recubuit super pectus flammæ. Et factus est mons in figura Ecclesie. Et vniūt in eo Iesus duo testamente quæ suscepit Ecclesia. Et nobis significauit ipsum esse datorem duorum. Vnum accepit eius mysteria: Alterum magnificat gloriā suorū factorum. Dixit itaq; Simon: Bonum est nos hic esse, Domine. O Simon, quid dicas? Si hic manserimus, quis implebit verba Prophetarum? Quis obsignabit verba præconum? Quis peraget mysteria iustorum? Si hic manserimus, illud: Foderunt manus meas, & pedes meos, in quo implebitur? Diviserunt libi veltimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, cui adaptabatur? Dederunt in cibum meum fel, & in siti mea potauerunt me aceto, cui acciderit? In mortuis liber, quis confirmabit? Si hic manserimus, Ade chirographum quis scinderet? & eius debitum quis exolueret? & indumentum glorie eius quis restituere? Si hic manserimus, quæ dixi tibi, quomodo hient? Ecclesia quomodo adificabitur? Claves regni cœlorum quomodo à me accipies? Quem ligabis? Quem solues? Si hic manserimus, celibant omnia, quæ dicta sunt per Prophetas. Dixit rursus: Faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Moyli vnum, & Heliae vnum. Simon missus est ad adificandam in mundo Ecclesiam: & faciet in monte tabernacula: Modò enim Iesum humanè attendebat. Et nunc Iesup̄n colloca cum Moyle & Heliae. Ilico autem ei ostendit se non opus habere eius tabernaculo. Ipse enim erat qui patribus eius fecerat tabernaculum nubis in soliditudine. Eis enim adhuc loquentibus, ecce lucida nubes eos adumbrauit. Vides Simon tabernaculum sine labore, tabernaculum quod arct̄ æstum, & non habet tenebras: tabernaculum quod fulgurat, & resplendet? Admirantib; autē dīcūpulis, ecce vox quæ à patre exiit, è nube est audita, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui: ipsum audite. Cum vox patris reuerſus est Moyses in locūm fuit: & Helias reuerſus est in regionem suam: & Apóstoli proni ceciderunt in terram: & Iesus stetit solus, quoniā vox patris non implebatur in eis quæ ferebat testimonium, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit ipsum audire. Docuit eos pater fuisse impletā Mosis dispensationē, & ab eis esse audiendum filium. Ille enim tanq; seruos locutus fuit, quæ iussi fuerat: & ea prædicavit, quæ ei dicta fuerant: & omnes icidem Prophetæ, donec venisset is cui reposuit est, nempe Iesus: qui est Dñs, non seruus dominans, & non parens imperio: legislator, & non es cui lex datur: filius, nō verna: natura, & non adoptione. Apóstolis itaque id quod erat obscurum, effectit pater in monte manifestum. Qui est, eum qui est significat, Pater aperit, & declarat filium. Ad hanc vocem Apóstoli proni ceciderunt in terram. Erat enim tonitru terribile. Quamobrem vox eius terra tremuit, & ij ceciderunt in terram. Ostendit eis patrem appropinqua, & eum vocasse filium. Voce sua eos etiam excitauit. Quomodo enim vox patris eos deiecit, si etiam vox filii in virtute sua diuinitatis eos fecit surgere: quæ quidem cūm in eius carne habitet, & in ea sit vñita immutabiliter, ambo in vna hypostasi, & vna persona inconfuse manent circa diuisionem. Non enim sicut Moyses, decorus fuit extrinsecus. Sed tanquam Deus, fulgebat in gloria. Moyses enim facie eius apparitione vñctus fuit deco: Iesus autem toto suo corpore, tanquam sol suis radiis, resplenduit gloria sua: diuinitatis. Clamauit autem pater: Hic est filius meus dilectus, eum audire: non separatus à glorio filij diuinitatis. Vna est enim natura pater, & filius cum sancto spiritu, vna potentia, & vna essentia, & vnum regnum, & in vnam clamauit vocem in vili corpore, & in gloria terribili. Et Maria ipsum vocabat filium, non separatum corpore humano à gloria eius diuinitatis. Vnus est enim Deus, qui in corpore apparuit in mundo. Gloria eius significat diuinam gloriam, quæ est ex patre. Et gloria eius significauit humanam naturam, quæ est ex Maria: ambas naturas quæ conuenierunt, & vñtate sunt in vna hypostasi. Vnigenitus ex Patre, & ex Maria vnigenitus. Et qui diuidit, diuidetur à regno eius. Et qui confundit eius naturas, peribit à vita eius. Qui negat Mariam Deum peperisse, non videbit gloriam eius diuinitatis, & qui negat eum gestasse carnem peccato non obnoxiam, efficietur à salute, & à vita quæ data est per eius corpus. Ipsæ res testantur, & diuinæ eius virtutes docent eos qui possunt discernere, cum esse verum Deus: & eius perfections significant, eum esse verum hominem. Et si hoc non perficiunt habent, qui sunt mente imbecilla, iuent poenias in terribili eius die.

Si non erat caro, cur Maria in medium est producta? Si non erat Deus, Gabriel Dominum quæmnam

quæmnam vocabat? Si non erat caro, quis in vñita diuinitate immutabiliter, & inconfuse. Et signatū fuit trium retinonium, in voce paterna, Moyleque, & Elia, qui quidē illi astiterunt tanquā seru: & aspiciebant alter alterum, Prophetae Apóstolos, & Apóstoli Prophetas. Videbunt illic alter alterum principes veteris, principes noui. Vedit Moyses sanctus Simeonem sanctificatū. Vedit Oeconomus patris procuratōrē filij. Ille quidē scidit mare, vt populus ambularet in mediis flūtibus. Hic autem excitauit tabernaculum, vt adificaret Ecclesia. Vedit virgo veteris virginē nūcui. Elias Ioannem. Qui alcedit curru ignis, eum qui recubuit super pectus flammæ. Et factus est mons in figura Ecclesie. Et vniūt in eo Iesus duo testamente quæ suscepit Ecclesia. Et nobis significauit ipsum esse datorem duorum. Vnum accepit eius mysteria: Alterum magnificat gloriā suorū factorum. Dixit itaq; Simon: Bonum est nos hic esse, Domine. O Simon, quid dicas? Si hic manserimus, quis implebit verba Prophetarum? Quis obsignabit verba præconum? Quis peraget mysteria iustorum? Si hic manserimus, illud: Ex Ægypto vocau filium meum; in quo est adimplētum? Si non erat caro, Iohannes quem baptizauit? Si non erat Deus, Pater è celo cui dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui? Si non erat caro, quis iejunauit, & esurit in deserto? Si non erat Deus, descendentes Angeli cui ministrabant? Si non erat caro, quis fuit initiatus ad nuptias in Cana Galilæ? Si non erat Deus, quis mutauit aquā in vinum? Si non erat caro, panes in cuiusnam manibus erant? Si non erat Deus, quinque millium hominum turbam præter mulieres & pueros in soliditudine quis pauit quinque panibus & duobus piscibus? Si non erat caro, quis dormiit in nave? Si non erat Deus, quis ventos & mare increpauit? Si non erat caro, Simeon Pharisæus cum quo comedit? Si non erat Deus, peccatrici delicta quis condonauit? Si non erat caro, supra puteum ex itinere defesus quis fedebat? Si nō erat Deus, aquam viuam quis dedit Samaritanæ, & eam arguit, quod habuisset quinque maritos? Si non erat homo, quis gestabat indumenta hominis? Si non erat Deus, quis faciebat virtutes & miracula? Si non erat caro, quis spuit in terram, & lutum fecit? Si non erat Deus, ex luto oculos cæcorum quis coegerit alpicere? Si non erat caro, in Lazari monumento quis flebat? Si non erat Deus, mortuum iam quatriduum quis iubendo eiecit? Si non erat caro, super pullum quis sediit? Si non erat Deus, cuinam cum gloria ibant turbæ obuiam? Si non erat caro, Iudei quem apprehenderunt? Si non erat Deus, quis terræ imperavit, & eos pronus humi fecit? Si non erat caro, quis colaphis cædebat? Si non erat Deus, abscondit auriculam à Petro quis medicatus est, & restituit in locum suum? Si non erat caro, cuiusnam facies spuma accipiebat? Si non erat Deus, quis spiritum sanctorum insufflauit in faciem Apostolorum? Si non erat caro, quis stabat coram Pilato in iudicio? Si non erat Deus, quis Pilati vxorem terrebatur in somnis? Si non erat caro, cuiusnam vestes exuerunt, & diuilerunt milites? Si non erat Deus, sol quomodo fuit obscuratus in cruce? Si non erat caro, quis erat in cruce suspensus? Si non erat Deus, quis terram mouit à fundamentis? Si non erat caro, cuiusnam pedes & manus fuere clavis confixi? Si non erat Deus, templi velum quomodo scissum est, & petræ ruptæ sunt, & sepulchra sunt aperta? Si non erat caro, quis clamauit, Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti? Si non erat Deus, quis dixit: Pater ignosce illis? Si non erat caro, quis in cruce pendit cū latronibus? Si non erat Deus, quomodo dixit latroni: Hodie mecum eris in paradyso? Si non erat caro, fel & acutū cuinam obtulerūt? Si non erat Deus, infernus cuiusnam voce auditu contremuit? Si non erat caro, cuiusnam latus pupigit lancea, & exiit sanguis & aqua? Si non erat Deus, quis portas inferorum cotriuit, & vincula disrupt? Et cuinam iussu mortui è sepulchro egredi sunt? Si non erat caro, Apóstoli quæmnam viderunt in cœnaculo? Si non erat Deus, quomodo clavis foribus est ingressus? Si non erat caro, cuiusnam clauorum & lancea plágas Thomas contrectauit manibus? Si non erat Deus, cuinam clamauit, Dominus meus, & Deus meus? Si non erat caro, in mari, Tyberiadis quis comedit? Si non erat Deus, in cuiusnam iussu impletum est rete? Si non erat caro, quæmnam viderunt Apóstoli affumi in cœlum? Si non erat Deus, cœlum cuinam fuit apertum: & potestates quæmnam in tremore adorarunt: & patet cuinam dixit: Sede à dexteris meis, & quæ sequuntur? Si non erat Deus & homo, falsa est de cetero nostra salus: falsæ sunt etiam voces Prophetarum. Sed veri fuerunt prophetæ, & à mendacio aliena eorum testimonia. Dixerunt enim ea quæ iussi fuerant. Spiritus sanctus per eos est locutus. Quocirca castus quoque Iohannes qui super pectus flammæ recubuit, confirmans voces prophetarum, de diuinitate differens, in Euangeliis docuit, dicens: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Qui est ex Deo Deus verbum, & ex patre filius vnigenitus: Qui est eiudicē cum patre essentia? Qui est ex eo qui est? Verbū ante secula, ex patre genitus sine matre ante omnia secula ineffabiliter, idem in nouissimis diebus nascitur ex filia hominis, ex Maria virginē, sine patre carnē induitus, ex ipsa carnem gestans, & homo effectus, quod quidem non erat, manens Deus, id quod erat: vt mundum saluum faceret. Et ipse est Christus Dei filius, vnigenitus ex patre, & ex matre vnigenitus.

Conficeor eundem esse perfectum Deum, & perfectum hominem, qui in duabus naturis, in hypostasi, seu persona vñitus cognoscitur, & circa diuisionem, confusioneque & mutationem,

tionem, carnem induit animatam, & animam ratione præditam, & intelligentem, factus est omnino iisdem quibus nos obnoxius affectionibus præter solum peccatum. Idem terrenus & cœlestis, temporalis & aeternus: qui coepit, & qui est sine principio, expers temporis, & subiectus temporis, creatus & increatus: patibilis & imparabilis. Deus & homo, in vtrisq; perfectus, vnum duo, & in duobus vnu, Vna persona patris, & vna persona filij, & vna persona spiritus sancti, vna diuinitas, vna potentia, vnum regnum in tribus personis seu hypothalibus. Sic glorificamus sanctam Unitatem in Trinitate, & sanctam Trinitatem in Unitate. In quo pater clamauit de celo: Hic est filius meus dilectus; ipsum audite. Haec suscepit sancta Dei Ecclesia Catholica. In ipsa sancta Trinitate baptizat in vitam aeternam. Eam sanctificat honoris aequalitate. Eam confitetur citra divisionem & separationem: & eam adorat non errans, & glorificat. Ipsam in tribus personis Unitatem decet gloria, gratiarum actio, honor, potentia, maiestas, patrem, & filium, & sanctum spiritum, nunc & semper, & in secula seculorum.

A M E N.

CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALE.

xandini Oratio de Transfiguratione Domini & Dei, &
Saluatoris nostri Iesu Christi.



VI benè quidem sciunt decertare, spectatorum delectantur plausibus, & spe præmiorum excitantur ad eam quæ illis det victoriæ: qui autem diuina dona aequi desiderant, & spei sanctæ parate siunt participationem, quæ propietate in Christum suscipiunt certamina, lubenter quidem admittunt. In vita autem se recte gerunt, non præferentes otium, quod nullam consequitur mercedem, neq; ignauam amantes timiditatem: sed se strenue & fortiter gerentes aduersus omnem tentationem, & persecutionum insultus plurimi facientes, & pro ipso Domino patæ magnas reputantes diuitias. Meminerunt enim beati Pauli, qui scribit non esse condignas passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ est reuelanda in nobis. Vide ergo pulcherrima dispensatione nunc vnum Dominum nostrum Iesum Christum, ad vtilitatem & ædificationem sanctorum Apostolorum. Nam eis quidem dixit: Si quis vult post me venire, abneget seipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim vult animam suam salvam facere, perdet illam. Qui autem perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Et salutare quidem est præceptum, & decens sanctos, & quod supernam gloriam conciliat, & alacritatis animi, & gaudijs sortem comparat. Eligere enim pati propter Christum, minimè carer mercede: inò vero efficit aeterna vita & gloriæ participes. Sed discipulos, qui virtutem ex alto nondum acceperant, consentaneum erat vtique in humanas incidere imbecillitates, & tale quid apud se cogitantes, dicere: Quomodo negabit quis seipsum, aut quomodo qui suam perdidit animam, cum rursus inueniet? Quod autem iis qui hoc passi fuerint, erit præmium quod ei respondeat? Aut etiam quorūnam erit donorum particeps? Ut tales ergo cogitationes & verba eis adimat, & eos veluti transfundat, et transmutet ad animi magnitudinem, eius que ipsis danda est, gloriæ ingenerans desiderium: Dico vobis, inquit, sunt quidam ex iis qui hinc stant, qui non gustabunt mortem, donec viderint regnum Dei. Num eis eò vñq; vita extendetur mensura, ut ad illa perueniat tempora, post quæ in consummatione seculorum descendens de colis, restituat sanctis paratum eis regnum? Sed ipse quidem hoc præstare poterat. Omnia enim potest: nec est aliquid quod non possint efficere eius potentissimi natus. Regnum autem dicit ipsum gloriæ spectaculum: in qua ipse quoque videbitur illo tempore, in quo resplendet in terra. Venit enim in gloria Dei patris, & non in ea quæ est in nobis, humilitate & abiectione. Quomodo ergo fecit miraculi spectatores eos qui promisum acceperant. Ascendit in montem, habens ex eis tres electos. Deinde transmutatur in quendam excellentem, & diuinum splendorem: adeo ut eius vestis videretur resplendere instar luminis. Deinde Moyses & Elias Iesum circumfistentes, de eius decessu inter se loquebantur, quem erat adimplerurus in Hierusalem, hoc est, eius que est cum carne, Oeconomia mysteriorum, & salutarem passionem, quæ, inquam, futura erat in cruce. Verum enim est, quidam lex Moysis, & sermo sanctorum prophetarum, Christi prius ostenderunt mysterium: Illa quidem in figuris & vmbbris ipsum propemodum describens in tabula: hi autem multifariam, multisq; modis prædicentes, quid suo tempore videbitur in nostra forma, & quid pro salute & vita omnium non recusabit pati mortem in ligno. Quid autem Moyses & Elias aderant, & simul loquebatur, id siebat hoc consilio, ut ostenderetur, legem & prophetas esse veluti satellites Domini nostri Iesu Christi, ut qui ab ipsis fuerit ostensus Dominus, per ea

per ea quæ significarunt, quæ erant inter se conuenientia. Non enim disident à lege ea quæ dicuntur per prophetas. Et hoc est, ut arbitror, quod inter se colloquebantur Moyles sanctissimus, & Propheta optimus: Is autem erat Elias. Potest autem aliud quoque considerari. Quoniam ex turbis alijs quidem dicebant eum esse Eliam: alij Hieremiam: alij vero vnum ex prophetis: ducit eorum principes, ut vel ex hoc videant, quid interficit inter dominum & servum. Potest hanc autem aia quoque potest dici consideratio. Quoniam enim eum assidue accusabant, quid legem transgredetur, & existimabant eum esse blasphemum, ut qui sibi vindicaret eam quæ ei non conueniebat, nempe gloriam patris: & dicebant: Hic homo non est ex Deo, quoniam sabbatum non seruat. Et rursum: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia. Et: quid homo cùm his, facis te ipsum Deum: ut ostenderentur vtraque crimina profecta esse ex inuidentia: & eum neutri eorum esse affine: & neque id quod à se sit, esse legis transgressionem, neque vindicationem gloriæ non sibi conuenientis, quid dicat le esse aequalem patri, eos qui veroque eorum clari fuerunt, producit in medium. Etenim Moyles dedit legem: & poterant considerare Iudei, quid legem non negligisset concularunt, ut ipsi existimabant: neque eum qui ipsam transgrediebatur, & erat inimicus ei qui ipsam tulerat, honoraserit.

Porrò autem Elias Dei gloriæ zelo erat incitatus. Qui, si Christus fuisset Dei hostis, & se ipsum quidem dixisset aequalem patri, non fuisset autem id quod dicebat: si deniq; non faceret ut oportebat, non ei affuerit ipse, & obedijisset. Potest vero cum ijs quæ dictæ sunt, alia quoque causa dici. Quoniam autem ea est? Ut sciant eum vitæ mortis habere potestatem: & superis & inferis dominari. Propterea in medium adducit qui viebat, & eum qui erat mortuus. Apparentes enim non racebant, sed loquebantur de gloria, quam erat impleturus in Hierusalem, nempe passionem & crucem: in his autem etiam resurrectionem. Sed beati qui dem discipuli parum dormitant, ut pote quid Christus vacaret orationi. Certo enim consilio, & certa dispensatione humani necessitatibus seruiebant. Deinde cum essent experienti, sunt spectatores tam venerande, & tam admirabilis mutationis. Arbitratus autem fortasse beatus Petrus aduenisse tēpū regni Dei, in monte quidē versari deligit: dicit autem tria esse facienda tabernacula, nesciens quid dicere. Non erat enim tempus consummationis seculi, neque in praesenti tempore sunt sancti futuri participes spei eis promissæ. Dicit enim Paulus: Qui transformabit corpus humilitatis nostræ, ut sit ipsum conforme corpori glorie eius, Christi scilicet. Cum ergo dispensatio adhuc esset in principio, & nondum esset finita, quomodo erat consertaneum Christum qui venerat propter charitatem in mundum, definire pro eo velle pati? Seruauit enim eam naturam, quæ est sub celo, cum subiisset mortem secundum carnem, & eam delevisset per suam à mortuis resurrectionem. Nesciebat ergo Petrus quid diceret. Cæterum præter admirabile & arcانum Christi gloriæ spectaculum, aliquid quoque aliud factum est, utile & necessarium, ad confirmandam in se fidem, non solis Discipulis, sed etiam nobis ipsis: Desuper enim ex alto exitit vox Dei & patris dicentes: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit: ipsum audite. Et dum facta est, inquit, vox, inuentus est folus Iesus. Quid ad hanc dicit dura ceruicis Iudeus, qui est contumax, & repugnans, & cor habet quod nullam suscipit admonitionem? Ecce præsente Moyse Pater iubet sanctis Apostolis, ut eum audiant. Quid si eos voluisset fequi præcepta Moysis, dixisset: Seruate legem. Nunq; autem ne hoc quidem dicit Deus & Pater. Sed cum adesset Moyles, & eius propheta Elias, iubet eos ipsum audire potius. Ne autem calumniarent aliqui veritatem, dicentes quid patre eos iusserit audire Moysem, & non omnium nostrum Salvatorem Christum, necessariò Euangelista annotavit, dicens, quid cum vox illa exitit, inuentus est Iesus solus. Quando ergo sanctis Apostolis Deus pater, tanquam ex nubibus desuper præcepit, dicens: Ipsi audite: Aberat quidem Moyses, Elias autem non aderat; solus vero erat Christus. Iusit ergo ipsum audire: ipse enim finis legis, & prophetarum. Propterea Iudeorum populum allocutus est, dicens: Si crederetis Moyli, credetis vtique mihi. Ille enim de me scripsit. Quoniam autem & per sapientissimum Moysem datū præceptū concrenere, & quæ per sanctos Prophetas dicta sunt nihil ducere perpetuò perseverarunt, iure sunt abalienati, & exturbati à bonis, quæ promissa sunt ipsis patribus. Obedientia enim melior est, quam sacrificium: & auscultatio, quam adeps agnorum: sicut scriptum est. Et ita quidem se habent res Iudeorum. Nobis autem qui eius aduentum agnouimus, omnia omnino bona aderunt: per ipsum, & in ipso Christo. Per quem, & cum quo Deo & patri gloria, & potentia cum sancto spiritu in secula seculorum. A M E N.

SANCTI PATRIS NOSTRI IOANNIS

Archiepiscopi Constantinopolitani, cognomine Chrysostomi, De occurso
Domini nostri Iesu Christi, & de Dei parente, &
Symone.

Per Simeonem Metaphrasten.



ON soli fert carnem Dominus noster Iesus Christus, sed etiam ex lege circunciditur: ut afferat prætextum Iudaicæ incredulitatی: venit enim ad legem pro lege, ut Discipulos liberet per fidem legis: & accipit carnem, & circunciditur cum Iudeis. Fuit carnis particeps, sicut etiam particeps circumcisionis: Confirmavit cognitionem, vt non negarent eum qui venit. Ex semine David Christus expectatur, ostendit argumentum cognitionis. Si enim etiam cum esset circumcisus, dixerunt: Nescimus unde sit. Si non fuisset carne circumcisus, excusationem rationi consentaneam habuisset eorum negotio: Quando ergo impleti fuerunt dies octo, ut puerum circunciderent. Erat Iesus expectans augmentum instrumenti. Quando impleti fuerunt dies octo: iubet enim lex circuicidere puerum octauo die. Et si venerit dies octauus, venit in mediū Medicus: & fumit ferrum, & exercet artem: & cessat sabbatum in circumcisione. Rogemus ergo Iudeos, sabbatum est remissio: Perfectum otium est dies. Quia de causa octauus ejicit leptum? Quamobrem fit octauus supra septimum? Sed Iudei quidem non norunt Iudaica. Ecclesia autem nouit Christum & disciplinas Iudaicas. Circunciditur enim infans die octauo, quoniam octauo futura erat resurrectio seu Dominica, circumcisionis totius mundi. Cur enim non iussit Moyses sexto circuicidere? Cur non nono aut decimo? Est ergo manifestus octauus quo surgit Dominus. Si quis ergo non credit resurrectioni, est corde incircuncisus propter incredulitatem, à Deo alienatus. Circuncisio autem fidei est vera cognitio & sensus. Propterea & dilecte, circumcisionis traditur fidelibus ratione sancti baptismatis, & suppeditatur simul cum cognitione. Sanctum verò baptismum est typus Christi resurrectionis. Transiā carne ad spiritū, & ab eo quod est corporeum, ad deductionem spiritus: & inuenies illic quidem carnale circumcisionem: hic autem spiritalem peccatorum purgationem. Octauus verò est circumcisionis. Illa autem est etiam resurrectio: resurrectionis verò figura baptismi: à partis ad maiora: à corporis ad spiritualia. Venient ergo Iudei & proficiant. Oportet enim proficer a carnalibus, & non manere in eis. Dominus ergo noster Iesus Christus, qui non venit vt foluerit legem, sed vt adimpleret, fuit circumcisus cum Iudeis. Impleti sunt ergo octo dies, ut circunciderent infantem: & vocatum est nomen eius Iesus, quod fuit ei vocatum ab Angelo, priusquam ipse fuisse conceptus in utero. Nam nos quidem vocamus postquam nati sumus: Iesus autem vocatur, priusquam ipse fuisse conceptus in utero. Iesus verò fuit vocatus, quoniam fungebatur munere seruacoris. Et quando impleti sunt, inquit, dies purificationis eorum secundū legem Moysis: Cuiusnam purificationis? Mariae & Ioseph. Iusfit enim lex purgari mulierem quae recens pererat: conferuare dies, & in eis non progredi. Quando ergo impleti sunt dies purificationis eorum secundū legem Moysis. Atqui non necesse erat virginis. Sed tamen lex fuit impleta. Deduxerunt eum Hierosolymam, vt filteret Domino: quomodo scriptū est in lege Domini: Vbi est purgatio corporis, dicit secundū legē Moysis, vbi autē silitur sanctus, quomodo scriptū est in lege Dñi. Non quod lex Moysis non efficit lex Dñi. Nam quæcumq; loquitur propheta spiritu sancto differens, non ipse loquitur, sed dominus suggredit. Quoniam tamen purificatione habebat figuram corporale, dicit lex Moysis. Quoniam autem silebat primo genitum, dicit secundū legem Domini, honorans id quod factū fuerat. Quemadmodum scriptum est in lege Domini. Omne masculinū aperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur. Hæc ergo oratio & lex tota & causa legis, posita est propter eum qui erat aperturus vulvam. Uniusversa enim primogenitor animalium & hominum, nunquam aperuerunt vulvam: sed erant solidū primogenita. Quem autē virgo peperit, ipse solus vulvam aperuit. Vide ergo simili tonus legis descriptione, propter eum qui erat nasciturus ex virginē. Undenam autem poterant Iudei eam intelligere? Nam cùm sint carnales cogitatione, longè abest ut possint intelligere cursus ortus spiritualis. Deinde ascendunt vt dent hostiam secundū quod dictū est in lege, patraturum, aut duos pullos columbarum. Fiebant hæc autem quoq; ex lege typicē, vt nihil decesset ad legis implementum. Veniamus iam de cætero ad expositionem Euangelicam. Et ecce homo in Hierusalem cui nomen erat Symeon: & homo ille iustus & pius: & erat spiritus Dei in ipso: & is accepterat responsum à spiritu sancto, se vitam non prius esse finitum, donec videret Christum in carne. Erat senex, expectabat promissum: manebat intus in téplō, illud dicens apud se: Vbicunque sit natus, omnino huic veniet. Is venit in spiritu in téplum illa hora quando'

quando parentes obtulerunt puerum. Nam sepe quidē veniebat, sed suo proposito. Tunc vero à sancto spiritu deductus, venit oportunè, ad implendū promissum. Is accipit in vlnis iesum, & beneditixit Deū, dicens: Nunc dimittis seruū tuū Domine, secundū verbū tuū in pace. Vnde dimitis? Ex carcere huius vitæ: est enim res molesta, & plañe serua vita. Ille ergo venit vt dimitteretur. Si quis autem dannū esse putat hinc recedere, is nondū est fide perfectus. Dicebat autem: Nunc dimittis seruū tuū Domine, secundū verbum tuum in pace. Qui enim mundū factus est pacē, accessit. Venit enim pacificator, qui terræ cœlū coniungit, & terrā cœlum constituit. Per Euangelicā doctrinam clamat Symeon: Nunc dimittis seruū tuū Domine, secundū verbum tuū in pace: Quoniam viderunt oculi mei salutare tuū. Quid est quod dicit. Nam prius quidem credebant cogitationi, & cognoscebant ratioinatione. Nunc autem viderunt oculi mei. Quod enim cor meum expectabat, viderunt oculi mei: consummatus sum. Quid autem vidi, inquit: Salutare tuum. Quale? Quod parati ante faciem: non viuis populi: neq; filius Israëlis: sed ante faciem omnium populorum. Est enim natus magister omnium. Lumen ad reuelationem gentiū, & gloria plebis tuæ Israël. Hic gloria, illuc reuelatio. Illic principiū doctrinæ, hic consequens disciplina. Et gloria populi tui Israël. Sed omnino dicit quiq; ipsam: Et vbi sunt Israëlitæ? Habe Petrum, habe Paulum, habe Ioannem, Habe tria milia, habe quinque milia, habe Ecclesiam Hierosolymitanam. Habe eos qui crediderunt ex gentibus: erat enim gens inter eos qui crediderunt. Nisi enim Dominus reliquerit nobis flemen, facti essemus sicut Sodoma: & Gomorrhae similes facti essemus. Deinde, Reliqui mīhi septem millia virorum. Sic in populo conseruabatur semen fidei: & non perierat totus populus: abit, neque interierant omnes Iudei. Nam nunc quoq; in hoc beato statu & vocatione, Multi quidem vocati, pauci verò electi. Vocavit enim Christus vniuersum orbem terræ, & parauit sanctum coniuvium Euangeli. Sed cùm venerit, ingredietur & faciet electionem. Diligenter scrutatur eos qui recumbunt, & si inuenierit aliquem non habentem vestitū nuptialem, dicit ei: Amice, quomodo hoc intraisti? Quamobrem & illic facta est electio, & hic fuit electio. Non enim quoniam vocati sunt, ex eo debemus nos in foliente gerere, vt qui id quod est perficere obtinuerimus. Lapsus enim primorum fuit nostra cautio. Sic & dilecte, populus non omnino periret, neq; totus fuit incredulus, neque totus fuit persecutus Apostolos. Sed crediderunt per Apostolos tria simul millia, preter mulieres & pueros: & fuit Hierosolymis Ecclesia decies mille hominum. Tempore enim nondum euerlo, & neccū erat Israël, & nondum diruta Hierusalem, aedificata fuit Ecclesia: & fuerunt Ioannis verba euidentis veritas: Illum oportet augeri, me autem minui. Symeon ergo cùm esset propheta, dicit gloriam populi tui Israël. Erat enim gloria expectantium, aduentus eius qui expectabatur: glorificant Ioseph & Mariam ea quæ dicuntur: Angelus annunciauit: Magi agnouerunt. Pastores audierunt: exercitus Angelorum duxit choros: stella ex alto significauit: Symeon prophetat: Anna vxor Phanuelis prophetat: terra verba fecit: cœlum est elocutum: Magi Tyrannum negauerunt: Pastores adorarunt Christum principem pastorum: omnia agnouerunt: mater cognovit: Ioseph audiuit: Propter res tremuerunt: intellexerunt autem rerum quoque euentum. Et benedixit eos Symeon, & dixit Mariam matri eius: Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicitur. In quorum ruinam? Eorum scilicet qui non credunt, qui contradicunt, qui in crucem egerunt. In quorum autem resurrectionem? Eorum qui agnoscent, memoriique & grato animo confitentur. Et in signum cui contradicitur. Quod signum dicit? Signum crucis, quod Ecclesia nouit mundi salutare, cui inimici sunt Iudei: quod saepenumero cœlum quoque predicauit. Contradicunt autem signo, vt vincat veritas. Nam absq; contradictione non est integra victoria. Oportebat ergo introduci contradictionem: vt Iudei per totum seculum ferat sententiam. Quamobrem dicit: Et in signū cui contradicitur, nempe ab incredulis. Tu verò, inquit, videris esse mater. Num autem tu evades sine tentatione, quoniam tu te fateris esse matrem, quoniam eum peperisti, quoniam visa es ei tuum commodare vterum? Fuit enim venter tuus vas operationis. Eudæne ergo sine tentatione, quoniam fuit Dei pars, quoniam peperisti non experta nuptias? Quoniam fuit constituta, num eris sine tentatione? Sed tuam quoq; ipsius animam pertransibit gladius. Quare & Domine? Quid enim ego peccavi? Nihil quidem peccasti, sed quidem videris eum pendente in cruce: quando videris eum pro mundo patientē: quando videris eius manus extensas in cruce & in ligno clavis affixas, incipies 3 dubitare & dicere: Hic est de quo mecum Angelus est locutus? Hic est in quo fuit miraculum meæ conceptionis? Virgo eram & peperi. Quare hic in cruce agitur? Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Quamobrem nemo est qui non tentetur. Petrus ter negauit. Alij virgo de filiis suis Discipuli eo relicto fugerunt. Neq; enim opus habebat pastor prefectura oculumq; Athleta diuinitate nunc opus habebat ijs qui opem ferrent: sed omnes recesserunt. Christus autem erat solus tanquam quam dubitosa

¹ Vides non suffit
cere vocantis gra-
tiam, nisi etia inno-
glet collaborantiis
industrias.

² Sigillum erexit
nouit Ecclesia/sa-
lute,

³ Causa lepo, &
verbū dubitare po-
tius pro vobem &
ter ex pietate &
cōfessione adulā
rari, positiū accipie
ntia beatissima

ult, eeu que de ea aries suspensus. Pertransit ergo eius quoque animam gladius, tentatio, dubitatio. Et tuam quodq; ipsius animam pertransibit gladius, donec reuelatae fuerint ex multorum cordibus cogitationes. Quamobrem patitur Iesus ad conuincendam incredulitatem, ad confirmandum gratum animum credentium. Contradicteur autem signo, ut conuincantur qui contradicunt posteri improbatorem. Si enim veritati non contradiceretur omnino apud homines, nequaquam probata esset pietas. Concessio vero contradictionis, electioni veritatis afferat probationem. Signo contradicitur. Quomodo enim probati sunt martyres in persecuzione? Dum decertarunt effecti victores per toleratiam. Vide quantum iuvit contradicatio. Non solum enim constituit, ut quis dixerit, fideles: sed etiam martyres, qui ad tormenta vsq; & mortem processerunt, & praebuerunt gustum gratiae Christi per iuam tolerantiam. Quando ergo dicit Symeon: Ecce hic est positus in ruinam & resurrectionem multorum: & in signum cui contradicitur: intelligitur, quod neg; ruinam operatur, neq; vi adducitur ad resurrectionem. Sed politus quidem est in ruinam, iis qui offendunt ad lapidem offensionis. In resurrectionem autem iis qui sua sponte credunt. Politus est enim, inquit: quomodo si dixerit quipiam, lux oritur, vt qui sani sunt videant: ij autem quibus dolent oculi, radios lucis magis fugiant. Quomodo vero illi quidem ceciderunt, ut qui digni essent ut conuincerentur: hi autem surrexerunt, bonam spem habentes sua sponte, nisi signo contradiceretur. Et quomodo dicit Symeon: Et in signum cui contradicitur? Ne eos qui credunt alienet contradicatio: quoniam veritati que est ex Deo, contradicitur. Et quis audet aut potest, nisi Deo concedente contradicere? Necellaria autem est concessio: erit enim quando non amplius contradicatur. Quando enim signum fulserit, celestium, terrestrium & infernorum, & omnium deniq; lingua confitebitur, quod Dominus Iesus Christus in gloria Dei Patris. Nam quandiu quidem signum ipsum solum appareret, nusquam autem videretur quod significaretur, signo contradicatur. Quando autem est qui significatur, reuelatus fuerit secundo suo aduentu, non audebit amplius aliquis signo contradicere, cum est qui significatur, adit manifesta diuinitate aduersus eos qui contradixerunt. Tunc qui signum quidem suscepereunt, glorificabuntur ab eo cui contradicitur. Qui autem signo contradixerunt, condemnabuntur ab eo qui est significatus: & erit aliquando finis contradictionis, finis dubitationis, finis incredulitatis, finis erroris principium vero praeiorum & coronarum. Quas detur nobis omnibus consequi in Christo Iesu Domino nostro. Cui gloria & potentia nunc, & semper & in secula seculorum. A M E N.

ITEM SANCTI PATRIS NOSTRI

Georgij Episcopi Nysseni oratio, De occurrsum Domini, & Dei parente, & de iusto Symone.



VI coelum rerum sapientia est sublimis, & terrenarum rerum despiciencia excelsius. Paulus ille mens à Deo affata, lingua à Christo mota, celeriter scribentes scripsit speciosissimum calamus, qui Ecclesiæ pulchre descriptis dogmata veritatis: quæ est in manu potentis sagitta à Deo fabricata, quæ in corde principis tenebrarum huius mundi certam infixit plagam, quod ab Hierusalem circum circa usque ad Illiticum, vel potius usque ad fines terræ apparuit fulgur: Diuini tonitru in myltica Euangelij rota, que voluebatur per viuierum orbem terræ, vox clarissima & maximè sonora, is tanquam ex ipsis parady aditus loquens, vbi audiuit verba ineffabilia, vel potius tanquam ex ipso excelso, & sublimi throno gloriae vbi assitit, honorificum parans comitatum præsentis sancto festo Domini, ad accipendum Regem gloriae, tanquam mysticum quandam senatum, Ecclesiæ populum, regale Sacerdotium, per seriem, ita ut dicam, parat: & honestæ vitae numerosum & concinnum tradens ordinem, dicit: Fratres: ne efficiamini pueri mente, sed estote malitia infantes. Sic enim cum perfectissimo & aeterno Deo, cuius diem 4 festum hodiè celebramus, qui propter nos secundum carnem infans fuit in extremis diebus, ex quo omne donum & quicquid perficit: qui virtutis admirabilem secundum naturam perfectionem in humana sua ostendit constitutione, corporales siemus & coparticipes, & ad eius honorem & gloriam erit conuenitus Ecclesiæ. Sic enim nuper genitam eius corporaliter diuinam apparitionem describit characteribus diuinae eius perfectionis. Priusquam, inquit, cognoscat puer bonum aut malum, non paret improbitati, eliget bonum, quod est summa & perfectissimæ discretionis, & re vera prudentiae indicium. Ad cuius similitudinem nos instruens magnus Apostolus dixit id quod prius est positum diuinus inspiratum eloquium, vt potè quod in eo quæ est ad eius imaginem & similitudinem Dei fabricatio, in nobis similiter agnoscatur, & innoscatur summa sanctitas primaria pulchritudini. Quomodo enim cum regi qui sub eo sunt exercitus

⁴ Nota festum
Purificationis Beate
Virginis.

citus appareat gloriosa & magnifica pompam, deauratos & deargentatos esse conuenit eos qui sunt congregati, vt satellitum munere apud eum fungantur, & illius spectaculi effigiem proponi oportet significantissimè. Sic nos quoque qui transformamur renovatione mentis nostræ, & veterem hominem eximus, & diuinæ imaginis similitudinem quoad eius hereditate ab hominibus, in nobis circumserimus: sic ad salutaris & spiritalia festa accedere necesse est, vt sint nobis conuenienter ei quod dicit Propheta, ieunium quartum, & ieunium quintum, & ieunium septimum, & ieunium decimum ad letitiam, & ad bona festa, vt ieunium scilicet intelligatur anagogicè in eo, quod abstineatur & temperetur ab omni inquinamento & carnis & spiritus. Nam per quartum & quintum, septimumque & decimum significatur quatuor carnales species, adhuc sensibus qui facile decipiuntur, & que cum vita presenticludit. Corporis enim deditam & carnis magis amantem vivendi rationem, per quartu discimus: ut potè quod ex quatuor elementis sunt corpora contemplata. Quæ est autem per sensus cadendi facilitatem, ut potè quod sine quinque, significat nomen quinti. Septimus vero conuenienter ei quod dicit Salomon, id quod septenari ritu in se revoluuntur infernae fortis seculum videtur significare. Decimus autem ostendit interni hominis expurgationem à sensibus, qui est deductus ad ea quæ sunt extrinsecus, vt sit mentis oculus simplex & pellucidus, vt sit totum corpus lucidum, vt dicit sanctum Euangeliū: & auris animæ diuina exultatione impletur & laetitia, quam fore ut auditu accipiat magnus quoq; David est pollicitus: eius vero gultandi facultas, exercetur in Domini benignitate. Sicut is qui psallit inter prophetas elocutus, & in susceptione Christi boni odoris quem spira uit, consusat odorandi habitus: & internis manibus discretionis, concretæ verbum vite: vt dixit filius tonitru. Menti enim sensuum in his exercitio: in eorum qua sunt his contraria abstinentia & alienatione, id quod apud Deum laudat effectu. & ita fit ut nos recte geramus, quod vitio quidem sumus infantes: sumus autem in perfectione prudentiae, quæ est ex Deo. Sic Apostolicarum & Propheticarum doctrinarum, ex fontibus spiritus, cofluens mens magna & excelsa, & Dei fluuiū implens aquis mysticis Dei celestem civitatem, quæ ex supercelestibus consistit virtutibus, scit laetificare imperu huius fluuiū, vt audiuiimus canentem psalmodie. Supernorum enim spirituum sanctus cœterus, salute hominum valde laetatur. Sic enim cœlestia simile cum terrestribus communiter solent festum agere, iis qui sunt in terram Angelicam, vitam amplectentibus. Quando enim hic Deus noster, quem premonstrando annunciat Propheta, in terra visus est, & cum hominibus est conuersatus: & supernam beatitudinem quæ in terra plantabatur, aspergerunt Angeli, Gloria in excelsis Deo eloquentur: & in terra pacem annunciant, cum diuinæ voluntas suiflet in hominibus. Sic qui suum diuinum ministerium eximium, vereque purum & singulare esse gloriantur, sanctorum Angelorum beati cœtus, veræ sanctitatis in nobis vidētes characteres, non nos rejiciunt qui afflantur participes sua puræ & sincerae luctitiae, quomodo eū qui fôrdida erat ueste induetus, à diuinis fecerni nuptijs fecit Euagelicę orationem parabolę.

Etenim quando in archetypo, vt ita dicā, tempore præsentis fefiti, qui erat in forma Dei, & serui formata acceperat: qui fuerat Dei & hominum intercessor, legis implens præceptum: cum esset quadraginta dierum infans Verbi æternum, ad templum cum matre est profectus, & vt par erat in decreto sacrificio, incorporei ordines collum seruuliter inclinantes, ex eo quod non est asperitable, quæ Deum decet pompam parabant: & ineffabilis sapientiae pelagus diuinæ efferebant laudibus: & legalis literæ quæ est magis ad manu constitutionis transmisio, mysterij abfcensi manifestatio, in Deo qui omnia creavit expectabant: cuius quidem nos hodie celebrantes commemoratione, expleamus nos delicijs spirituali contemplationum sicut mentes incorporee: & diuinorū miraculorū maiestate glorificantes, erimus socij illorum dignitatis, non legali umbra oculū animæ obscurantes: sed vt dicitur à sapientissimo Paulo, reuelata facie gloria Domini tanq; in speculo intuentes. Nam cum lex dicit, omnē masculinū aperiens vulnū sanctificari: oportere autem quæ recès peperit mulierē, & fuit mater pueri masculi, quadraginta dierū spatio postq; peperit, sic cū definita & distincta hostia profecti ad Dei templū: illi velut in lectione veteris testamenti in corde circumferentes, eisdem quotannis, vt ita dicam, sacrificijs quæ nunquam consummare possunt eos qui accedunt, se instar infantium sapientes putent eam legem implere. Nobis vero quibus in conuersatione ad Deū, id est, ablatu velamen, qui semel in consummatione seculi, ad abolendum peccatum per eius sacrificium credidimus euasisse manifestum magnum sacramentum pietatis dignè diuino lumine veritatis, prælucente spiritu, est præsentis fefiti contemplandum mysterium, quod parum ex alto accedit ad mysterium: cū illud quidem prius significauerimus, quod ex consequentia examinationis, legis decretum propositum, in solo Deo qui carne est induitus, definite, & ita ut nulli alij conueniat, cernitur impletum. Solus enim ipse ineffabiliter conceptus, nuptijs

nem prius apertam vulvam virginalem aperit: signacula virginitatis illæsa conseruans, etia p[ro]p[ter]e procellum admirabilem: & solus spiritualiter masculus fuit creditus, vt qui nihil afferet vicij, quod quidem est feminum & mulieri conueniens. Vnde etiam re vera sanctus iure est vocatus. Quomodo etiam Gabriel, viuifici fœtus ad Dei parentem ferens nuncium, & veluti prius lacam, & ad ipsum solum spectantem legem in memoriam reuocans. Quamobrem & quod nascitur sanctum, inquit, vocabitur filius Dei: vt potè quod sancti cognomen propriè conueniat ei qui virginane vulvam diuina aperit miraculo. Et in alijs quidem primogenitis, ea vocanda esse sancta, diligenter legis intuens profunditatè, perfectio pronunciauit Euangelica: vt potè quod Dei consecratione fortita essent, vt sic vocarentur. In primogenito autem omnis creature, sanctum id quod nascitur, dixit Angelus, vt quod hoc sit propriè, & eā quae est verè sanctitatem, in amandando virtutem, & homo eligendo, simulatq; natus sit, vt dicit propheta, ostenderit. Sed reuertendū est ad mare contemplationis, vt lex diuina iuber legislatoris, spiritus gratia, tanquam in columna ignis & nubis, splendor scripturarū precedente caltra diuina Ecclesiæ: vt virga virtutis que emittitur è superna Syon, vt dicit Psalmus, per quam in inimicos obtinetur dominatio, transmittentes pelagus literæ, quod est hinc & hinc diuini, in puro & dilucido transi sentiarum, Ægyptum eorum qui gratias non obediunt, sentium effugamus, eis obrutis fluento veritatis, quibus est studio nobis impidebit viam Euangelij, que dicit ad spiritalem terram promissionis, & velle nos in ferrea fornace literæ, que dicit est Ægyptus, permanere, seruientes luto & lateribus, hoc est, corporalibus legis obleruationibus. Dixit ergo Moysi in Ægypto Deus vniuersorū, cùm iam plagā decreuerit infligendā aduersus Ægypti primogenitū. Sanctifica mihi omne primogenitū primò natū aperiens oēn vulvā in filiis Israel, ab homine vsq; ad pecus. Cuius quidē diuinæ legis id quod erat complicatū, veleti explicans beatus Moyses enūciat in sua ad populū allocatione. Et erit postquā introducebitur Dominus Deus tuus in terra Chananorū, quo modo iurauit tibi & patribus tuis, & dabo tibi eā, segregans omne quod aperit vulvā, maculina Domino: & omne quod aperit vulvā ex bovi armētis, aut in iumentis tuis quæcunq; tibi fuerint, maculina Domino. Omne autem quod aperit vulvam asinæ, mutabis oue, Sin autem non mutaueris, redimes ipsum, & oē primogenitū filiorum tuorum redimes, hoc est, pro dabis premium. Sic enim in libro Numerorum diuinum declarat responsum, cum eo loquens qui suscepérat Pontificatū. Et omne aperiens vulvā ex omni carne quam offerunt Domino, ab homine vsq; ad pecus erit tibi: sed pretijs redimentur primogenita hominū, & primogenita pecorum immundorū redimes, & redemptio eius redimes monstruo: aestimatio argenti quinque sacerdotum, secundū sicuti sanctū. Sed primogenita vitulorū, & primogenita ovi & capraru no redimes. Sæcta enim sunt, & sanguinem eorum profundes ad altare.

Iam ergo cum immundis ex pecoribus coniunxit & connumeravit vox diuina Israëlis primogenita, vt qua quod verè est purum & sanctum, in cultu qui est ex lege non habeant, etiam si ea existimabantur sanctificari à lege facta attributione. Similiter enim ac pro ijs que sunt reiecta ad Dei sacrificium, pretia dari pro primogenitiis hominum apud eos fuerat constitutum, vt potè quod que est apud Iudeos à ratione alienorū constitutum, indigna sit cultum offerre rationalem, & eorum, quæ noui testamenti sunt maximè mystica, spiritalem offere aræ oblationem. Pretia autem erant veluti sibi conuenientia, vt quæ solita esset offerre sacrificia, que ex lege fiunt per sanguinem. Quæ propheta Elias, tanquam ex Dei persona, me ex manibus quidem eorum requisiisse definit: vt potè quod ad spiritalem scilicet perfectionem intueatur scopus legislatoris. Quæ autem offerabantur ad sacrificium, quorum sanguinem in ara fundi legæ cautum fuerat, sancta distinctè sunt nominata: vel in hoc scilicet veritate prius descripta à figura. Qui enim seipsum Deo obtulit, & patri sacrificium & oblationem in honorem suavitatis, Dominus noster Iesus Christus, is solus propriè & verè sanctus est & nominatur. Sed forte dicit incredulus Iudeus, quod que legitimo sacrificio non possunt offerri, immundorum pecorum apud eos primogenita solent pretijs permutari. Similiter etiam cùm humana primogenita non maestetur ad sacrificium: est enim hoc minimè consentaneum, & à lege diuina alienum, par est ea consecrari priorum permutatione. Sed consideret, si non impeditur velamine quod obstruit oculos eius anima, quod iam in alia lege Leuitas accepisse ad consecrationem pro primogenitis, sacer docuit scriptura, sic dicens in Numeris his verbis: Et locutus est Dominus ad Moysen dicens: Ecce accepi Leuitas è medio filiorum Israël. Pro omni primogenito aperiente vulvam à filiis Israël, erunt eoru primogenita, & orunt mihi Leuitæ. Mihi enim primogenitum sanctificau in Israël, in quo die percussi omne primogenitum in terra Ægypti. Deinde quām esset accurata permutatione, lex enunciavit: Dicit, inquit, Dominus ad Moysen: Inspice omne primogenitum filiorum Israël, ab eo quod est vnius mensis & suprà, & accipe numerū ex nomine eorum,

corum: & accipies Leuitas mihi pro omnibus primogenitis filiorum Israël. Deinde cùm inuentus esset numerus primogenitorum maior numero Leuitarum, dicit: Locutus est Dominus Moysi, dicens: Accipe pretia eorum qui sunt supra numerum Leitarum ex primogenitis filiorum Israël: & accipies quinque sicutos per caput secundū didrachmam sanctam. Si ergo, vt facit scriptura, Leuita sunt pretia primogenitorum filiorum Israël, vt accurata lignificatio enumeratio, adeo vt pro ijs qui erant plures numero inter eos, definitū pondus lege lit redditum: quām ratione in unoquoq; primogenito præteria dari lex iussit? In pecoribus enim que asumi non possunt ad sacrificium, aut ea permutari, aut pretia pro eis dari lex iubet. In hominibus autem & dari pretia, & iam permutationem per Leuitas facta esse discimus: quod quidē non videtur conuenire ipsi litera legis: vt ostendit lex lata de pecoribus, & expōnit ipsi rei natura. Si enim etiam post Leitarum, ad Dei ministerium pro primogenitis attributionem, pro eis pretia dari edictū est: id sit scilicet, quod Leuitæ non sint tanti, vt pretio pro eis dando possint exequari. Si autem hoc ita est, longè minoris est pretij, quæ per argenti offeratur redemptio: quarenuis quævis expers rationis, & nullo sensu praedita natura, est vilior humana essentia. Sed quoniā, vt dicit Propheta, oculos suos clauerunt, & quod ex eis consequitur non possunt aspicere, num etiam audire poterunt sapientissimum Micheam clamantē? Ego quidē non putō. Nam etiam auribus suis grauiter audiunt. Veniat tamen beatus hic Propheta, haec magna voce clamans, & prophetico spiritu tacitè prius significans Iudaicorū primogenitorum affectionem, similiter atq; corporeorum sacrificiorum oblationis. Dicit enim: In quoniam comprehendam Dominū, suscipiam Deum meum altissimū? Si comprehendam ipsum in vitalis viuis anni. Si acceptum habebit Dominus altissimus in millibus arietum: aut in decem millibus capellarum pinguinum. Si dedero primogenita mea impietas, fructū veutris mei pro peccatis meis, audiant qui cor habet crassum, id cuius Propheta Micheas eos ante nos accusauit. Primogenita enim impietatis beatus Micheas nominauit primogenita Israëlis secundū carnem. Quomodo ergo ea sancta existimārunt, quæ prophetis verbis primogenita impietatis sunt nominata? Dicant nobis lingue quæ re vera balbutiunt: quæ non possunt recte dicere veritatem: quemadmodum propheta loquens in spiritu, fructū impietatis ea vocare ausus est? quoniam modo quæ de eorum redemptione dicta sunt, non videntur esse plana, & inter se habere consequentiā, quod attinet ad literam: quanquam lex apud nos sancta & spiritualis esse intelligitur & creditur? Videtur Iudaicorū currum axes colligatos, non secus atque olim Ægyptiorum currus in rubris fluentis. Sed pro virga immittatur in mare orationis, veri legislatoris & Regis gloriae virtus & auxilium: & deducat populum suum in viam rectam anagoges & contemplationis, vt proficiscatur ad ciuitatem habitaculi cognitionis & veritatis: & obruat aduersarios diuinæ gloriae inexpugnabilitas, qua repleta est vniuersa terra, vt cognoscant Dominum, vt dicit scriptura: quod multa aqua maris iam obruit primogenitum diaboli fetum, nempe peccatum, qui carne testus est Deus: morteq; id affecit, & delevit, simulatq; natus est secundū carnem, & cùm in seipso vitij fecisset condemnationem, & id in se plane deleuisset, contrarias virtutes replete lamentationibus: cùm veluti quedam vasa ab eis accepisset, nempe Magos qui venerunt ab Oriente, & adoratione & agnitione eius dominij, facti sunt domino vasa utilia ad adiuuandam Ecclesiæ ædificationem, quæ est à Deo verè constructum tabernaculum quod fixit Dominus, & non homo. Iam autem cùm sicut olim Israëlem à luto & laterib; Ita nunc à terrena prudētia genus hominum in seipso redemisset, id quidem fecit fugere Ægyptum, hoc est, mortis inuolum & tenebrosum præsidium. Sanctificat autem Deo & Patri, non solum hominē primogenita, sed etiā omne genus hominē, per eam quæ in ipso ab initio fuit consperionē, hoc est, per eā quæ ex nobis ab ipso sumpta est carnem intelligenter animatam, cùm totum veluti fermentasset ad sanctificationem, concretum humanæ essentiae. Si enim primitæ sanctæ, & consperio, dixerim, ego nunc quoq; meritò cum diuino Paulo: & quomodo olim tribum cui obtigerat fungi muneri Sacerdotali pro primitiis primogenitorum legislator sermo typicè Deo obtulit: ita nunc in præclaro charactere veritatis, Pontificem & Apostolum confessionis nostræ, sanctum, & innocentem, & impollutum, & ab omni forde & sensu peccati separatum, Deo & patri corporaliter oblatum fuisse cognoscimus pro humanitate ab eo per fidem sanctificata: & eō magis quod nec esse superiorem, nec aliiquid amplius in se habere, quām is qui seipsum premium dedit pro multis, totam videmus humanitatem, quod attinet ad sanctitatem, quomodo in vmbra legis inuenta sunt primogenita amplius aliquid habuisse præter Leuitas, sed eam longè ab ipso fuisse à tergo reliquam, quatenus citra villam controuersiam, id quod bene dicitur, est minus eo quod bene dicit. Et tunc quidem in solo genere Israëlico fuit dignitas sacerdotij: & solū eorum quae erant apud ipsos primogenitorum pretia esse Leuitas, fuit testatum, Christus autem qui accessit Pontifex futurorum bonorum, vt dicit sapientissimus Paulus: & non secundū ordinem

spiritus illuminati, in gloria apparebunt, veteri deposito velamine: & eadē imagine trāsformati à gloria in gloriam, vt dicit Apostolus, tanquam à Domini spiritu. Quod autem dixit Deo annatus Simeon, in ruinā & relictionem multorū in Israēl positum esse Dominum, ostendit per consensum sententiarū cum iis quæ dixerunt prophetæ, vnu & eundem Deum & legislatorē locutum esse in Prophetis, & in nouo testamento. Lapidé enim offendis, & petrā scandali, causam esse ne pudore afficiantur iij qui in ipsum credunt, dixit oratio prophetica. Est ergo ruina quidē iis qui propter humilitatem carnis offendunt ex incredulitate. Resurrecō autē iis, qui agnouerunt firmitatē diuinā. Oeconomia. Quin etiam dicens gladium transadactū esse per animam Dei patrētis, aperte prædictam que fuit in cruce passionem. Nā cum ijs quæ ex ipsa admirabili cōceptione, vñq; ad tēpus passionis, diuinā ab eo dictā & facta sunt, vnum veluti corpus indiuiduū, exceliōre & diuiniorē de ipso haberet Dei parens exultationem, existimabimus eam passam esse veluti quandā incisionem in ignominiosa cruci affixionē, etiā miraculū resurrectionis, ei incisioni perfectissimā obduxerit cicatricem? Sed nec eam solam hac affectione dicit esse tenendam, sed ex multis cordibus cogitationes, dubitationes scilicet & hæsitationes, prædictas apparituras: vt in diuersis de eo opinionibus nihil omnino moueretur Dei mater virgo. Quoniam verò Prophetissa Anna, praenī Imbecillū quid loquitur: & quod valde non potest exaudiri: Sed nec excellsum Euangeliū, quæ ab ipsa dicta sunt, ijsdem verbis adduxit: primū quidem rogemus Euangelistam, quānam & vndēnam ea fuerit, & sub quibus, & quando ad templum accesserit: & rursus scrutemur quorumnam dicit esse cogitationem. Dicit ergo beatus Lucas, quid Anna erat Prophetissa, filia Phanuel ex tribu Aler: quæ processerat in multis diebus, & vixerat cum marito septem annos à virginitate sua: & ipsa erat vidua annorum circiter octoginta quatuor: quæ non discedebat à templo, ieunij & precibus diu noctuque Deum colens, & ipsa hora accedens confitebatur Deo, & loquebatur de ipso omnibus expectantibus redēptionem in Israēl. Quānam est ratio, quid de hac Prophetissa tā accuratā Euangelista fecerit narrationem: vt ei venerit in mentem facere mentionem eius patris & tribus. Et quæ à nullo quidem ferē mandata scriptis inventa est, de ea re accuratam rationem noverit ipse solus sanctorum Deus, & qui eius inspiratione, vt dicit diuinus Apostolus, spiritu loqui docti sunt mysteria. Quantum verò nos possumus assequi, dicimus fuisse alias illo tempore eiusdem nominis, cuius hæc beata: & fuisse dedita ijsdem sacrī quibus illa studijs, aſſiduis scilicet ieunij & precibus. Ut ergo eius persona facilē discerneretur, cūm patrius eius fecisset mentionem, tribum quoque propriam adscriptis. Magnis autē ipsam ornauit laudibus, & quæ auditoribus faciant omnino fide digna ea quæ de Domino differunt. Sed quoniam, vt iam diximus est, sonora, & quæ grandi voce profertur oratio, oblate est à senio, prope os eius quodammodo admoventes auctē cogitationis, scrutando hoc præsens adnatū argumentum, videamus quid ipsa dixerit iis qui expēctabant redēptionem in Hierusalem. Conuenienter enim ei quod mente potest comprehendēti ex verbis propheticis, verba faciebat de Domino. Nam cūm ijs quibus eam hæc ess: locutam dixit Euangeliū, omnino ex diuinis responsis quæ efferruntur in Prophetis didicerunt expēctare redēptionem, ea omnino fuit prompta ad describendum mysteriū. Constat id quod magnus dixit Esaias: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis: cuius principatus factus est desuper humerū eius: & Vocatur nomen eius magni consilij Angelus. Et præterea: Illuminare, illuminare Hierusalem: venit enim lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Magnus quoque David adducetur: Misericordia & veritas sibi inuicem occurerunt: Iustitia & pax se osculatæ sunt, & viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Et ipsum indicando: Ante solem permanet nomen eius: & benedictur in eo omnes tribus terra. Omnes gentes beatum eum dicent, & seruent ei, & adorabunt eum. Et: Notum fecit Dominus salutare suum filiis Israēl. Et rursus veneranda & Angelica vox Sapiētis Malachiae: Ecce ego mittam Angelum meū, & parabit viam ante faciem suā: & repente veniet in templū suū Dominus: & Angelus testamenti quem vos vultis. Et alijs aliunde collectis mysticis floribus propheticorum eloquiorum, diuinam & beatam contextuit coronam, adhuc quidem imbecilla & tremente manu, vt quæ processisset in multis diebus. Non enim tunc permittebatur ijs qui audiebant, altorum de Domino seniū expositiō: quando etiam post tantam signorum ostensionem, & diuinorum mysteriorum prædicatiōnē, sapientiæ & cognitionis thesaurorum promus Christus, suis dixit Discipulis: Habeo multa quæ vobis loquar, sed non potestis portare modō. Etsi autem obscurē & exiliter anūs & Prophetissa verba fecit de Domino, vt quæ legis personam sustineret, quæ antiquata & senio confecta, & non longē remota ab interitu, cetsit nouo testamento: non fuit tamē inutilis eius sermo auditoribus intelligentibus: quomodo nec quæ à lege in vmbriis & ænigmatibus fuit magni mysterij præcedens enunciatio. Age ergo nos quoque à patres,

& fra-

& fratres, sp̄iæ quid didicimus festum celebrare nouitatem spiritus, & nō vetustate literæ. Qui in azimis syncretiā & veritatis, venerandum & viuiscum paſcha sacrificij Christi debemus celebrare: Qui diuinā regenerationē sancti baptiſmatis veterem hominem exuimus, qui corruptitur per desideria deceptiōnis: & nouū induimus, qui renouatur ad agnitionēm lecūdium imaginēm eius qui creauit. Venite exultemus Domino: iubilemus Deo scrutori nostro, dicamus: Quām terribilia sunt opera tua Domine: etiam si in multitudine virtutis tuæ inimici tui mentiti sunt, sua sponte ad diuinam tuam lucem que mundo apparuit, claudentes suos oculos. Præoccuperū faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. Sacrificiū laudis Deo perpetuū offeramus, hoc est, fructū labiorum confitentium nomen eius: beneficentiæq; & cōmunicatiōne nequaquā obliuiscamur. Talibus enim sacrificijs placat Deus, vt fordes peccati abluamus: & renouabit tanq; aquila spiritualis nostra iuuentus, quomodo etiam beati senis Simeonis: vt nos quoque pacificè & iucundè in bona fiducia & spe salutari ad vitæ exitum contendamus: & non curi pudore & metu è vita presenti excedamus; & quodammodo non volentes: quomodo qui sibi mali aliqui sunt consci, ægræ & iniucundè ferunt adiūtū Regis. Imitemur beatę illius Annę in ieunij & orationib; perpetuā constantiā: ne videamus muliere dexteriores, idq; quæ vīta agebat sub vmbria legis: quo tempore se in his rebus gerere erat raru. Sed nos luce gracie illustrati, & à certā & expressa spe adiuti, & virtute spiritus corroborati, ne separemur à facris doctrinis, à quibus salutaris habitus solet generari in animis, quomodo testatum fuit illam quoq; à templo suis inseparabilem. Ne à diuinō metu aberremus cogitationibus: sed ex ipso & in ipso carnes nostras & cogitatus, conuenienter votis Prophetæ aſfigamus, audiamus magnum Paulum docentem: Despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo, & non violēremus quæ inita sunt cum ea pacta cōuenita, per consuetudinem cum eo qui vitam nostrā corruptit, ex eo quidē faciamus illius voluntatem: vel in hoc Prophetissa imitantes pudicitiam, quæ fuit viuī contenta coniugio. Sed quod est in promptu, ab imitatione eius non disceditis quicunq; soluti elis à monogamia: & si fieri possit, ad secundas & non veniatis nuptias. Sic enim vos beatos futuros esse affirmat Paulus. Offeramus nos quoq; in superno altari, veluti per tururum, animi & corporis puritatem: vel tanquam duos pullos columbarum, prouidere bona, non solum coram Domino, sed etiam coram hominib;: vt cūm nos quoq; omnia spiritualiter ex diuina lege fecerimus, in sapientia & gratia proficiētes: & ad mensuram ætatis plenitudinis Christi peruenientes, & internū hominēm perfectum habentes, & sancti spiritus effecti habitaculum, reuertamur ad veram nostram patriam, celeste Hierusalem. In qua digni habeamur frui beatā ac perpetua lāetitia & regno, in Christo Domino nostro. Cui gloria & potentia cum pātre & sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

^{4. Note antiquas}
patres nō multū
panisse secundis
nuptiis.

S A N C T I P A T R I S N O S T R I A M P H I-

lochij Episcopi Iconij oratio, De occuru Domini nostri Iesu Christi, & de Dei-

parente, & Symone.

Apud Simeonem Metaphrasten.

V L T I ex magnis viris admirantur & virginitatē, est enim admirabilis, vt ^{Vide quanta fit} quæ sit cōgenita cū Angelis, vt quæ cū supernis versetur potestatibus, vt quæ ^{virginitatis come mendatio} concurrat cum naturis incorporeis, vt quæ sancta præluecat Ecclesia, vt quæ mūdum vincat, vt quæ calcat affectiones, vt quæ Euā nō cōmunicet, vt quæ sit libera à moleftia, vt quæ redempta à suspirijs & gemitibus, vt quæ latam nō accipiat condemnata sententiam, quæ dicit: Multiplicans multiplicabo dolores tuos & genitum tuum. In doloribus paries filios, & ad yirum tuum conuersio tua, & ipse tibi dominabitur. Admirabilis ergo est virginitas, vt possefisio quæ non redigi potest in seruitutem: vt liberum habitaculum, vt ornamenti comparatum ad exercitationem, vt quæ humano habitu sit superior, vt à necessarijs liberata affectionibus, vt congregata cū sponso Christo in thalamo regni celorum. Et haec quidem sunt laudes virginitatis, & quæ sunt his similes. Honorable autē matrimoniu superat omne donū terrenū, tanq; arbōr fertilis, tanq; elegans planta, tanq; radix virginitatis, tanq; agricola animatorum ramorū rationis pācipiū, tanquam incrementi mundi benedictio, tanquam generis solatium, tanquam opifex humanitatis, tanq; depictor diuinæ imaginis, tanq; Dominum benedicenter posidens, tanq; omnē mundū ferendum accipiens, tanquam illi vitam agens qui homo fieri voluit, vt quidē possit dicere confidenter: Ecce ego & filii quos dedit mihi Deus, Aufer honorable matrimoniu, & inuenies florem virginitatis. Hinc enī & non aliunde colligitur flos virginitatis.

Hec

Hæc autem dicentes ò dilecti, non pugnam introducimus inter virginitatem & matrimonium. Sed verum admiramur, vt quod alterum alterius auxilio indigat. Nam qui viri usq; est Dominus, & viri prouidet, non ea inter se conferendo alterum expendit cù altero. Omnino enim vtræq; partes pietatem amplectuntur. Nam sine veneranda et religiosa pietate, nec est honesta virginitas, nec honorabiles nuptiae. Hæc verò inductus sum vt in præfenti dicere, oratione, propter id quod in lege scriptum est, & in gratia confirmatum, & omnino dictum, & omnino non inuenit, & in solo Domino impletum, de matrimoniali, inquit, fuit primi. Quisnam autem is est? Audiuiti nuper dicentem Euangelistam: Et factu est, qñ impleti sunt dies octo, vt circunciderent puerum, & vocatu est nomen eius Iesus, quod vocatum fuerat ab Angelo, priusquam ipse conciperetur. Et quando impleti fuerunt dies purificationis, duxerunt ipsum in templum: & stiterunt eum Domino, quemadmodum scriptum est in lege Domini: Omne masculinum aperiens vuluum, sanctum Domino vocabitur. Vidisti matrimonij benedictionem, & quod communiter dictum est, inuenit autem est in solo Domino: nempe, Omne masculinum aperiens vuluum, sanctum Domino vocabitur, refertur ad solum Dominum: non ad ullum alium, etiâl vniuersè dictu sit. Etenim naturaliter cuiusvis virginis primu ex congreßu viri vulua aperitur, & sic parit. In Seruatore verò nostro non sic, sed fine coitu, ipse aperta virginis vulua, ineffabiliter procelsit. Quamobré omne masculinum aperiens vuluum, sanctum Domino vocabitur, refertur ad solum Dominum. Num ergo Cain lanctus, qui in profano scelere vitam abripuit: quoniā ex materna vulua primus prodit. Nunc quid Esau sanctus qui fuit hostis & heres gladij, quoniā est quoq; primu è materna aluo excidit? Nunquid fuit Ruben sanctus, qui paternum cubile polluit, & fecit effusio[n]e sententia maledicti: quoniā is quoq; ex fertili vtero primus exiit? Re vera nemo ex ijs est sanctus. Re vera enim ij omnes penes sunt affecti. Ex quibus ostenditur ad Dominum lolum referri illud: Omne masculinum aperiens vuluum, sanctum Domino vocabitur: conuenienter Gabrieli, qui dixit virginis: Spiritus sanctus superuenit in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Quamobrem & quod nascetur ex te sanctum, filius altissimi vocabitur.

Fieri autē potest, vt omnino dicat quispiam ex aduersariis: Si ergo refertur ad Dominum illud: Omne masculinum aperiens vuluum, sanctum Dño vocabitur, virgo non manfit virgo. Si enim dixit Scriptura: Omne masculinum aperiens vuluum, omnino aperta fuit vulua virginalis quæ refertur ad Dñm. Audi sapienter: Neq; enim porta virginales omnino fuerunt aperta, voluntate eius qui fuerat recens in vtero gestatus, conuenienter ei dicto quod de eo dicit: Hec est porta Dñi, & ingredietur, & egredietur, & erit porta clausa. Quod ad virginalem quidē attinet naturam, non fuerunt omnino portæ virginis. Quod verò ad virtutem Domini qui natus est, nihil est clausum Dño, sed oīa sunt aperta. Nihil est quod impedit: Nihil est quod afferat molestiam. Omnia sunt aperta Domino. Vnde etiam supernæ potestate, infernis præcipientes, clamauerunt dicentes: Attollite portas principes vestras: & elevamini portæ eterne, & introibit Rex gloriæ. Admirabilis ergo est virginitas, quæ est verè virginitas: nam est etiam in virginitate differentia. Nam alię quidem dormitarunt, alię verò vigiláruunt. Admirabile quoq; est matrimoniu, quod est verum & honorabile matrimonium. Multi enim id custodierunt: & multi transgresi sunt. Admirabilis quoq; est viduitas, bonum est enim trium ordinum meminisse: & vt prius dixi, admirabilis quidem est viduitas, quæ est verè viduitas, quæ vicit impollutum certamen præmiorum: quæ est veneranda, pura, & non adultera, quæ abſq; proprii coniuge nulla sorde est commixta: cuiusmodi fuit ea etiam quæ nuper lecta est à nobis, Anna prophetissa: quæ pulchrè consenuit, & tanquam aquila fuit renovata. Audiuiti enim nuper Lucam Euangelistam dicentem: & erat Anna Prophetissa filia Phanuelis ex tribu Aser. Ipsa processerat in diebus multis, & vixerat cum viro septem annos à virginitate sua: & ipsa vidua annorum circiter octoginta quatuor. Quæ in ieunij & orationibus colebat Dominum in templo noctes & dies. Vidisti in quibus verfabatur, & cuiusmodi vidua erat Anna. In diuinis Euangelij ornata fuit Anna, Anna re vera Anna. Cum morū gloria concurreret nominis appellatio. Audiant mulieres, & imitantur gloriosam Annam, & similem cursum peragant, vt fruantur etiā coronis similibus. Nemo excusatione adferat, quod tutorē nō habeat, ne castitatem repellat monomachia. Corona viduarū mulierū Anna sexu mulier: ordine prophetissa: verfans in regno corpore laxa ac remissa: animo firma ac neruosa: facie rugosa: explicata autem prudentia: senio incurvata: recta incedens cognitione: multitudine annorum in eterna: iuueniliter verò exultans diuina scientia: ieunians, & non se explene ad satietatem: orans & non vacillans: templo vacans, & domos alienas non obiens: psallens, pon nugas: prophetans, & non dicens fabulas: diuina meditans, & quæ sunt turpia nō ascens. Superavit Anna viduam quæ ab Apostolo beata ducitur. Quænam ea est? Audi Apostolum dicentem: Vidua eligatur non minus quam sexaginta annos nata. Si filios aluit, Si Sanctorum pedes lauit.

Si

Si egentibus opem tulit. Si omne opus bonum est consecuta. Superavit ipsa eam quam Apostolus duxit beatam, & annis, & viuendi ratione. Si enim cum digna habita fuisset prophetia, & spiritus sancti extitisset receptaculum, & omnibus expectantibus Domini in carne aduentum, signa aduentus indicasset, quomodo non fuit omnibus superior, cum de ea dixerit Euangelista, sicut nuper audiuisti. Et ipsa, inquit, Anna ipsa hora adueniens, Domino confitebatur, & dicebat omnibus expectantibus redemtionem in Hierusalem. Vidisti Annæ magnitudinem. Pro Domino concionabatur, sub eo res eius loquens in eius conspectu. O res terribiles planè admirabiles. Vidua sacerdotes simul & scribas terrebant, & terrens populum totū consolabatur, significans futuram in Hierusalem redemtionem aduentu Domini, dicens iis qui aderant, & Domini signa indicans. Infantem videbat Anna Dominū, dona & purgamenta ab ipso & cum ipso afferens, & non offensa est paruitate etatis. Infantem Deum confessa est Anna, medicum & sortum redemptorem, & peccatorum deletorem.

Ne leuiter præterea ò dilecte verba Annæ, omnia quæ aderant indicantis Domini operationem: dicens iis qui erant congregati. Non videris hunc infantem qui trahit vber, qui exigit mamillam: qui requiecit in gremio materno; qui pedibus terram nunc ingredi non sustinet: qui octauo die circumciditur. Non videtis hunc infantem? Hic secula fundavit. Hic cœlos tanquam forniciem coltrixit. Hic terram dilatauit. Hic mare septem vallo arena. Hic puer efficit ventos & thefauris suis. Hic puer tempore Noë aperuit cœli cataractas. Hic puer efficit scamina imbris. Hic puer tanquam lanā quatit niuem. Hic puer maiores nostros ex Ägypto liberavit per baculum Molaiicum. Hic puer rubrum mare fecuit, & tanquam per herbidū pratum traduxit populū: & cum in deserto pluisset manna, terram fluente lacte & melle eis forte dedit. Hic puer efficit vt hoc templum per patres nostros in altum excitaretur. Hic puer iusurandum Abralæ proponens, dicebat: Multiplicans multiplicabo feme tuū, sicut altra cœli multitudine, & sicut arenæ quæ est in littore mari. De hoc puer dicebat propheticus chorus afferens consolationem. Excita potentia tuam, & veni ad seruandū nos. Ne offendamini puer quid sit puer. Idē puer est cum patre expers principij. Hic & tempore numeratur, & eiusdem non potest enarrari generatio. Idem est & puer balbutiens: Idem etiā sapientiam et os largiens: illud quidē propterea quod est ortus ex virginine, hoc verò quod eius comprehendit non posuit essentia. Nam hoc quoq; Esaias ostendit, dicens: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Partim quidem natus, partim datus, Natus quidē, propter id quod certatur. Datus verò, propter id quod intelligitur.

Hæ sunt Propheticæ Annæ predictions. Hæ sunt mulieris dicta præstatissima. Hæ sunt præclara facta vidue quæ verè est vidua: quæ vitæ pulchrè cōmutauit: quæ maritū suū præmitit, & filiū suscepit. Septē annos vixit cù marito à virginitate sua, & cù annorū impletis septenariū, & in anno septimo cessasset à viri cōsuetudine, pulchrè vſa est septenario: pulchrè labbatu obleruauit, pulchrè peruenit ad gratias dominicū. Turturis munere functa est Anna. Nō oblitia est cōiugis, nō irrita fecit primā fidē, nō induxit in lechū quempia quæ ei saceret iniuriā. Non impofuit aliū iugū monogamia. In lecho enim habebat in memoria mortuū tanquā viuentē. Sponsæ sindone nō inquinauit. Non attigit eam Pauli reprehensio, dicentis: Quando autem luxuria fuerint in Christo, vobis nubore, habentes condemnationem quod primā fidē fecerunt irritam. Est re vera digna & condemnatione, quæ iugū à Deo coniuncti consepelit memorij, & maximè cùm adiūt filius vel filii. Quamobré lex quoq; fuit plantata: Sin ait iuueni viduae non adest filius, consentanea est eā venire ad secundas nuptias, vt quæ suscipientur liberoru tenentur desiderio. Nam hoc quoq; suadens beatus Paulus dicebat: Volo iuniores viduas nubere. Deinde ostendens quodnā eset signū quod prodescent secundæ nuptiæ, adiecit dicens. Volo iuniores viduas nubere, filios procreare, domui præesse. Quamobré adiectione liberoru procreationis est secundariū nuptiarū. Quædam verò viduae quæ accelsit ad matrimonio adiūt adiūt filij, est de cætero talis semensis inutilis, cùm rationis participes spicæ se gerant meretriciæ. Rursum ergo redeat oratio ad prius argumentum.

Quid ergo de cætero Euangelista? Bonū est enim id quod adest tractandum attingere. Audiuiti nuper Euangelistam Lucam dicentem, quemadmodum Simeon duxit virgini. Ecce hic politus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicitur. Quid etiam tuam quoque ipsius animam pertransibit gladius? Audi sapienter Simeonem qui dixit de Domino, auribus virginis audientibus: Ecce hic est poitus in ruinam & resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicitur. Succenfere potuisset, vt est verisimile, mater Domini Simeoni, dicens ei. Nescis cur sine ratione & incon siderate loqueris, ô homo: & aduersus Christū & Deū, tristia annuncians. Non nosti pueri conceptionem: & tanquam de communi fetu, indicas signum contradictionis. Re vera nulla est in ipso ruina, sed magna in altum sublatio, & sui demis-

⁶ Reprehenditur
secunde nuptie in
viduis, quæ nō sunt
iuvencs aut filios
habeant ex priori
cōiugio susceptos

dernissio ad eos qui beneficio ab ipso afficiuntur. Cur ergo non benedicis, sed dicas: Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicitur? Simeon autem dixit virginis: Sufficit tibi virgo, quod vocata sis mater. Satis est tibi, quod inventa sis nutrit eius qui nutrit mundum. Magnum est tibi, quod carne portaris eum qui portat omnia. Qui in te nunc habitatuit Christus, idem nunc quoque in me effectus est de ipso loquerer, quod positus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israël. In ruinam quidem incredulorum Iudæorum, resurrectionem autem gentium quae crediderunt. Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicitur: signum, cui contradicitur crucem appellans. Quare? Quoniam in ipsa cruce multi ex incredulis obiecerunt Domino contradictiones, & verbis & factis ludificantes: aceto potantes, fel offerentes: coronam spineam imponentes: lancea latus pungentes: manibus alapas infligentes: probris ac maledictis eum clamando impetentes: Alios latus fecit, seipsum non potest saluum facere. Hoc ergo interpretans Simeon dicebat: Et in signum contradictionis. Multi enim contradicebant quando Petrus negauit, & omnes Apostoli tanquam oues sine pastore dispergebantur. In signo ergo crucis ipsius quoque virginis cor fuit repletum tristitia. Quoniam brem dicebat: Cur non prius sum mortua? Cur autem perueni ad hunc diem? Virgo manus, & magis mordeor vescibus quam matres. Has infinitas virginis cogitationes Simeon prius appellauit gladium, ut quae pungant interna: ut quae sint allatura scandala, quomodo etiā prius dixit Dominus: Oés in me scandalizabimini in hac nocte. Vnde etiam intulit Simeon dices: Tuam quoq; ipsius animam pertransibit gladius, ut renelentur ex multorum cordibus cogitationes. Vide quemadmodum infinitas cogitationes, gladium prius appellauit Simeon, ut quae pungant interna: ut quae renes tangant & medullas. In eas autem incidit virgo Maria, cum nondum sciret vim resurrectionis. Quod in propinquo verò esset resurrectio, nondum sciebat. Itaq; post resurrectionem non est amplius gladius anceps, sed laetitia & exultatio. Signum ergo resurrectionis, signum crucis prius appellauit Simeon. Quo tempore peruanit virginem gladius cogitationum. Fieri autem omnino potest, ut dicat quispiam: Vnde námen erit nobis námen rei demonstratio? Ex ipsa doctrina Domini. Audi ipsum dicentem: Hac generatio malorum est, signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Quoniam enim Jonas in ventre cœti, ita erit etiam filius hominis in corde terræ tres dies & noctes. Vides quemadmodum passio crucis signum est appellatum, non solum in novo testamento, sed etiam in veteri. Veteri enim nouum valde consentit. Quoniam brem vñus & idem est Deus, qui & illa constituit, & haec administrauit. Quis est autem horum testis? Ipse Dominus. Audi enim ipsum in Propheta Ezechiele dicentem ad messores Angelos, & vniuersam significantem consummationem: Nolite parcere oculis vestris, & ne misereamini senis, nec adolescentis, virginem & infantem & mulieres morte afficite ad deletiōnem. Eos verò qui in fronte gestant signum, ne tangatis. Vide signum veteris & noui. Ipsa enim est crux quae dat mundo salutem, per seum Christum Dominum nostrum, Cui gloria & potentia: Nunc & semper, & in secula seculorum. A M E N.

SANCTI PATRIS NOSTRI CYRILLI

Archiepiscopi Hierosolymitani oratio de occurso Domini nostri Iesu Christi, & de Simeone qui Deumcepit.



Etate valde filia Sion, prædicta laetitiae filia Hierusalem. Duc choros popule ciuitatis Dei. Exultate portæ & muri Sion, & vniuersæ terræ, clamate montes & colles, & valde exultate, Fluuij plaudite, & rupes Sion comprehendite Dei adventum, in eum intuentes. Coninciat hodie celestia cum terrenis, & Osanna dicant cum ea quae est infernè Hierusalem, propter Christum qui est in ipsa. Celestium intelligentes virtutes, choros ducent. Qui estis in terris, cum Angelis hymnos canite. Hodie enim glorioſa dicta sunt de te, ciuitas Dei Hierusalem. Ciuitas regis magni aperiat portas ei qui aperuit omnibus cœlestes portas, & aperuit in cruce ostia sepulchorum, & contrivit portas inferorum quae erant ab æterno, & admirabiliter clausis portas virginitatis. Hodie qui mirabiliter olim respondit Moysi in monte Sina, diuine impler legem factus sub lege. Hodie Deus à Thematam, venit Sion. Hodie celestis sponsus cum thalamo Dei matris venit in templum. Filie Hierusalem egredimini in occursum eius. Lampades alacriter accendamus vero lumini. Tunicas animalium paremus sponso Christo cum Sion. Gentium populi, lucem ferentes occurramus

curramus cum templo. In templo ad Deum Christum conueniamus. Cum Angelis hymnū canamus: Sanctus Sanctus Sanctus. Dominus Saboth. Plenum est celum & terra gloria eius. Plenissimæ sunt mundi bonitate eius. Plena est eius laude omnis humanitas. Eius indulgentia plena sunt cœlestia, terrestria, & inferna, plena misericordia, plena donis eius & beneficiis. Omnes ergo gentes plaudite manibus. Oés gētes terræ venite & videte opera Dei. Omnis spiritus laudet Dominum. Omnis terra adoret. Omnis lingua canat & psallat, & glorificet puerum Deum, qui est quadraginta dierum, & est ante secula, puerum parvum & antiquum dierum, puerum lactarem & seculorum effectorem. Infanten alpicio, & Deum meum agnoco. Infanten qui lactat, & mundum nutrit. Infanten qui fler, & mundo largitur vitam & letitiam. Infanten qui inuoluitur fasciis, & me liberat à fasciis peccati. Infanten in vlnis matris verè cum carne & sine defectu in terra: eundem verè in finu patris, & sine defectu in coelis. Infanten video in Bethleem, Hierusalem ingredientem, & qui nequaquam separatur à superna Hierusalem. Infanten video, qui ex lege in templo offert sacrificium in terra, sed id pia omnium sacrificia in coelis excipit. Ipsum in vlnis sensi per dispensationem, eundem in maiestate diuina in chronis Cherubici. Qui offertur & purificatur: sed idem omnia purificat, & purgat. Ipse est ergo donum, ipse Pontifex, ipse ara, ipse propitiatorium, Ipse qui offert. Ipse qui pro mundo offertur. Ipse ignis, ipse holocaustum. Ipse lignum vitae & cognitionis, Ipse agnus, ipse gladius spiritus. Ipse pastor, ipse ovis. Ipse sacrificius, ipse qui sacrificatur, Ipse qui offetur, ipse lex, & ipse qui sufficit sacrificium.

Sed enim age, de cæstro dicamus de die ex sacris Euangelii. At enim de Christo Lucas admirabilis. Quando impleti sunt dies purificationis eorum secundum legem Moysis, duxerunt Iesum in Hierusalem ut sisterent eum Domino, quomodo scriptū est in lege Domini. Omne masculinum aperiens vultum, sanctum Domino vocabitur. Nam Samuel quidem & Ilaac, & simul etiam Iacob & Ioseph, & alij multi, qui præter spem nati sunt ex sterilibus, & aperuerunt infertiles vultus matrū, sancti Dño vocati sunt. Christus aut solus ex solo, ex solo vngeneratus, cum virginales portas non aperuisset, non est sanctus Dominus, sed sanctus sanctorum, & Dominus Dominorū, & Deus Deorum, & primogenitus primogenitorum, princepsq; & Rex regnantū & vocabitur & creditur: & nunc in templo à Simeone prædicabitur. Erat enim, inquit, homo in Hierusalē cui nomen Symeon. Et ipse erat homo iustus: & spiritus sanctus erat cum eo, & fuerat ei datum responsum à spiritu sancto, nō visurum eum morte prius quam videret Christum Domini. Et venit in templum in spiritu. Et cum introduxissent parentes puerum Iesum, ut ipsi facerent secundū mōrē legis de ipso, ipse Symeo acceptum in vlnis suis: & benedixit eum, & dixit ei. Nunc dimittis seru tuum Domine secundum verbum tuū in pace. Quoniam viderunt oculi mei salutare tuum, quod paraſti ante faciē omnium populorum. Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israël.

Quis loquetur potentias Domini, auditæ faciet omnes laudes eius? Qui continet vniuersam terrā pugillo, sensi vlnis caput & portatur. Qui fert omnia verbo virtutis sua. Exultet Adam, per Simeonem Christo dicens: Nunc dimittis seru tuum Domine secundum verbum tuū in pace. Nunc me soluis ab æternis vinculis. Nunc me soluis ab interitu. Nunc me soluis à morte. Nunc me soluis à mortore. Meum Dominum & Deum Simeon in templo vlnis amplectens, altum cœconomia mysterium significauit omnibus gentibus. Iudeis enim annuncians exilit & exultat, & clara voce de eo aperte clamat, dicens: Hic est qui est, & ante est, & semper adest cum patre eiusdem essentia, in eadem sede sedens, eiusdem gloriae & potentiae: par potentia, omnipotens, principio carent, increatus, inalterabilis, qui nec circumscribi, nec aspici, nec verbis explicari, non comprehendendi, nec contrefaci, nec mente concipi, nec concipi potest. Hic splendor paternæ gloriae. Hic est character substantia omnium constitutionis. Hic est lumen luminum, quod oritur ex finu patris. Hic apud Deum & ex Deo Deus cognoscitur. Hic est fons vita, ex fonte patris vita procedens. Hic est Dei fluuius qui exit ē diuina abyſſo, sed ab eā non separatur. Hic est theſaurus bonitatis paterna, & æternæ beatitudinis. Hæc est aqua vita, quae vitam mundo largitur. Hic est radius increatus, qui ex sole patre lumen gigintur, sed non scinditur. Hic est Deus Verbum, quod ex iis quae non sunt ad hoc vellet, solo verbo omnia confituit: Hic est Lucifer, qui ante luciferum incorporeas adorauit virtutes cœlestium exercituum & ordinum. Hic est qui colum extendet solis, & super mare ambulat tanquam super colum. Hic est qui abyſſum caligine inuoluit tanquam fasciis. Hic est qui terram firmavit super aquas. Hic est qui mare, sepiſ arena tanquam muro. Hic est qui lucem diuinità tenebris. Hic est qui circularem astrorum ordinatum composuit. Hic est qui vniuersum tam qui cernitur, quam qui intelligentia apprehenditur, mundum constituit in sapientia. Hic est qui non fictis manu manibus, ex iuto hominem fixit & formauit. Hic est quidam Dei imaginem nos fuit fabricatus, nunc

nota.

Q. ij. ipſe

ipse ad nostram imaginem homo factus. Quinetia Deus id quod mente percipitur, perfectus ex perfecto patre habens essentiam. Qui cum eset in forma Dei Dominico, nunc meam suscepit formam seruilem, non diminuens dignitatem diuinitatis, sed sanctificans, ut sanctificaret malam meam naturam, super totus & infra totus. Qui id cognoscitur superne genitus sine tempore, & inferne sine semine: superne effectus, inferne res creata. Audite oes gentes, audi Israël, Dominus hic est quem ego Sacerdos tuus Simeon gestans in vlnis, magna voce predico in templo populo testificans. Quamobrem attendite popule mi sermonem meum, inclinate aures vestras ad verba oris mei. Hic est puer de quo Elias prius predicauit, dicens: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, & vocatur nomen eius magni consilij Angelus, admirabilis consiliarius, Deus fortis, princeps pacis, pater futuri seculi. Si est ergo hic puer Deus fortis, de significans David quoque dixit: Videbitur Deus Deorum in Sion. De hoc puer clamat etiam Hieremias: Deus in terra vltus est, & eum hominibus conuersatus est. Hic est puer qui olim mare perfregit Israëli, & submersit Pharaonis, & leges dedit Israëlitis, & pluit manna, & in columna ignis deduxit genus Hebreorum, & perierat rupit, & rubù flama ignis tangua rore cinctum conferuauit incombustum. Hie puer Moysen quadraginta annos fecit pastorem, & quadraginta annos constituit. Duce Israëlis: & eum controborauit ut ieiunaret quadraginta dies. Sic ipse quoque puer baptizatus ieiunavit quadraginta dies, & post quadraginta dies a mortuis regenerationis ascendit in supernam Hierusalem, & post quadraginta dies sui ortus ex virginie, nunc ingressus est in terram Hierusalem.

De hoc pueri prius etiam praedicauit Prophetia Abacuch, dicens: Deus a Thémé veniet, hoc est, ab austro. Ab austro enim Hierusalē est Bethlē. A Bethlē autē nūc ingressus est Sō. Præpter hunc puerū Moyses nobis testificatus est, dicens: Prophétavobis suscepit. Quid Deus ex fratribus veltis, & omnis qui non audit eum, exterminabitur ex terra vivienti. De hoc pueri Prophetia David vota fecit, dicens: Qui sedes super Cherubim, appare, excita potentiam tuam, & veni ad nos seruandos. & alibi: Cito præoccupant nos miserationes tuae Domine. Et rursus: Domine inclina celos tuos & descende. Et alibi: Tu Domine Deus virtutum, attende ad visitandas omnes gentes. Quamobrem cognoscite gentes, & vincimini. Videte Iudei, & persuadeari, quod hunc pueri laudat Angeli, hunc adorat Archangeli, hunc tremunt potentes, huc glorificant virtutes, huic seruuntur Cherubim, hunc prædicant Seraphim, huic Sol seruit, huic ministrat Luna, huic obediunt elementa, huic subiiciuntur fontes. Hunc puerū cum videant, portæ inferiorum sunt confactæ, portæ autem celestes sunt apertæ. Hic puer mortem abolevit, diabolum pudore affecit, maledictum soluit, dolorē cessare fecit, serpentem contrivit, intermedium maceriam discidit, malū chirographum peccatorum perfregit, peccatum cœculari, errorē abolevit, surges fecit creatam naturā. Hic puer Adam conferuauit, Euam refinxit, gentes vocauit, mundū illuminauit. Quamobrem venite vos oes Christi & Dei amantes, Domino lœti & mundi occurramus, non legaliter, sed spiritualiter: non ventrem delitias expletantes, sed spiritu exultantes: non nos vino inebriantes, sed spiritu seruentes. Lœti hodie lampades ornemus. Tanquam filij lucis, ceras, vēræ luci Christi offeramus. Quoniā lumen ad reuelationem gentium mundo apparuit, ideo lumina ex lumine supra niue reflendeamus. Supra lac dealbati, supra Saphirum illuminati, supra immaculatas columbas in celos euolantes, ita in nubibus ad Dei occursum exeamus. Hodie dilecti festi cursum perpetuum peragamus. Cum Angelis chorus ducamus. Cum pastoribus illuminemus. Cum Orthodoxis adoremus. Cum Bethleem festum agamus. Cum Sion occurramus. Cum templo sanctificemur. Cum virginem festum agamus. Cum Simeone Christum vlnis amplectamur. Ut simus intra æterna Christi bona, gratia & miserationibus & clementia Domini nostri Iesu Christi. Cui gloria & potentia nunc & in secula seculorum. A M E N.

*¶ Nota peruenimus
tum Eccl. mortem,
quod in die puri-
ficationis beate
Marie candele
carea benedicta
fidelium manibus
deserantur.*

TIMOTHEI PRESBYTERI HIERO-

solymitani oratio, de Prophetā Simeone Dei susceptore, & de eo
quod est: Nunc dimittis seruum tuum Domine:

Apud Simeonem Metaphrasten.



GE dilecte, vltimū iustum oratione intueamur. Et quis est ille vltimus iustus? Qui nuper a nobis est leitus in Euágelio secundū Lucá, nomine Simeon. Hic est & primus & vltimus legis, primus gratiae: Iudeus religione, Christianus gratiarū actione: Christianus lectione, angelus lingua. Simeon qui fuit modò a nobis lectus; qui ex pharisaica blasphemia rota collectus est ex spinis, & primus donationis gratiae inspiratione cogitatus, Simeon qui eō processit iustitia, ut in ipso corpore veluti respolū acciperet, nō præteritū præsentē quae est ad tēpus vitæ, donec vi- deret

deret Dominum nostrū Iesum Christum. Iustus ergo & magnus Simeon est dilecti, cūm ante suscepit carnem desiderasset videre Dominū, videt in carni susceptione, & animaduertit, & vlnis est amplexus, & rogauit ut relaxaretur à custodia corporis, ore seruili clamans ad omnū Dominū qui videbatur infans, sicut audiisti. Nunc dimittis seruum tuū Domine secundū verbū tuū in pace. Quoniā viderunt oculi mei salutare tuum. Vidi gloriam tuā. Soluas ab hac breui vita, in quā cadit interitus. Vidi choream Angelorum, glorificationem Archangelorum, omnem creaturam naturam exultantē: celestia & terrestria vnum habentia transitū. Nunc absoluas ne hic retineas. Spiritus sanctus est in me, vt video quæ tibi evenient. Nunc absoluas, ne Iudeorum qui sunt mei generis, quæ in te est futura videam audaciam. Ne videā spideam quæ plectitur coronam. Ne videam seruum tibi alapas insigentem. Ne videam tibi intentari lanceam. Ne videam sole obscuram. Ne videam lunā deficerem. Ne videam clementia murari. Ne videā te cruci affixum. Ne videā rumpi petras. Ne videam scindi velū templi. Non ferent enim audaciā ipsa quoque, clementia cum Domino dolore afficiuntur. Nunc dimittis seruum tuū Domine secundū verbū tuū in pace. Quod viderunt oculi mei salutare tuum. Quod paraſti ante faciem omnium populorum.

Quid ergo Euangelista? Audi ipsum dicente. Et erat homo in Hierusalem cui nomen Simeon, & erat homo iste iustus, expectans cōsolationem Israëlis. Et spiritus sanctus erat in ipso, & erat ei datum responsū spiriti, non visurum eum mortem prius quam vidisset Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Audi sapienter est dilecte, hoc est quod dicit. Simeone domi sedente & apud se orante, responsū venisse ad effectum. Solū cogitauerunt Ioseph & virgo introducere puerum Iesum in templum, vt facerent ipsi secundū mortem legis de ipso, & statim spiritus sanctus præbuit responsū, hoc est: Excitauit spiritus Simeonem, dicens: Expergiscere senex, quid dormis? Venit tempus responsi. Wade cito: venit enim qui te soluit, excute vestes sepulchrales, para sepulchrum, ordina quæ ad domū tuā spectant. Venit enim qui te soluit. Venit Emanuel. Transi cito in templum. In loco sacro sacra. De sacro loco propheta. Quamobrem perniciissimo cursu cupiditatis tanquam penna aliqua incitatus, & a spiritu leuatus, præuenit Ioseph & virginem in templum: non præuenit autem puerum qui portabatur. Quomodo enim potuisse præuenire eum qui vbiq; aderat? Ioseph & virginem præuenit Simeon in templo. Et cum præuenisset adhuc prope adyta expectans reuelationem sancti Spiritus: Cum fuisse verò in templo Simeon, vidit quidem multas matres cum suis filiis in templum ingredientes, ad peragendum sacrificiū purificationis. In quārum medio erat etiam quæ portabat venerandū fœtum & nullis fœdibus contaminatū. Iustus aut Simeon huc & illuc oculos circumferens, postquā vidit multas matres in priuato habitu humanitatis: solam autem virginem infinito & diuino lumine circundatā, separauit reliquias matres, clamans & dicens coram omnibus. Date mihi locum, vt teneam eum qui desideratur. Vidi eum qui me præuidit, Vidi, & meus germinauit spiritus. Cur quæ estis ancilla, cum libera & Domina cōsideratis? Cur infantes vestros aræ offertis? huc conuertimini, & eos offerte huic pueri, qui est antiquior Abrahā. Interim Simeon suis vlnis tenens Dñm qui videbatur infans, Ioseph quidem & virginem benedixit: prophetia autem traduxit ad Dominū, dicens virginī. Quid apicis hunc puerum est virgo, tuum, & non tuū? mansisti enim virgo sicut eras prius. Cur enim assidue fixis oculis intueris, & eum frequenter amplecteris? Cur ei mamillam semper præbes, volens filiū habere florentiō? Non egit nutrimento, cum ipse sit manna & vita suppeditor. Cur molibus palmis demulces inlatem, eum volens sopire? Hic infans nō dormitabilis neq; dormiet, quod attinet ad diuinitatis dignitatem quæ celatur. De eo enim dicit Prophetā: Non dormitabilis neq; dormiet qui custodit Israël. Cur hunc puerum apicis virgo? Hic puer est virgo, diuinitatis quæ latet virtute, cœlum extendit sicut pellem, terram aut super rūbūlum suspendit, cum aquam mundo basim fundasset. Hic puer est virgo incorrupta, est folis auriga, lunam tanquam clauo regit; è thesauri suis promitt ventos, & est omni quæ sunt Dominus. Hunc puerum est virgo, non mundanam sed spiritalem accipe letitiam. Ecce enim hic est positus in ruinam & resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicuntur. Tuam quoque ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multorum corribus cogitationes. Hæc lantus & qui Deum suscepit Simeon dixit virginī Mariæ, reuelatione sancti spiritus de Iesu, qui videbatur infans. Ecce hic est positus in ruinā & resurrectionem multorum in Israël. Cur autem in ruinam, & cur in resurrectionem? Verum est verbum Domini. Quoniā enim Simeon, non sua virtute, sed sancti spiritus reuelatione, quicquid enunciavit de Domino ad virginem dicens: Ecce hic est positus in ruinam & resurrectionem multorum in Israël. dixit: In ruinam quidem infidelium, resurrectionem autem eorum qui credunt. Ad ruinam Synagogę, resurrectionem verò Ecclesię. In ruinā demonum, resurrectionem autem sanctorum. In ruinam prophorum, resurrectionem verò iustorum. In ruinam

& resurrectionem surrexit Matthias, cecidit autem Iudas. In ruinam & resurrectionem multorum in Israël. In resurrectionem latronis qui erat à dexteris, in ruinam autem eius qui erat à sinistris. Nam ille quidem pè le gerebat: hic verò maledicebat. In ruinam & resurrectionem multorum in Israël, & in lignum cui contradicitur, vera est oratio. In lignum cui contradicitur fuit Dominus, ut pote fetus virginis. Nam magnum est lignum, quod que virgo peperit, manlit virgo. Quod verò virgo sit lignum cui contradicitur, audi Elsiam in suo opere, Dominō dicente ad Achaz. Per te signum in profundo aut in alto: & dixit Achaz: Nō petam, neque tentabo Dominum. Et dixit Elsias: Ecce dabit nobis Dominus ipse lignum. Quod nō hoc? Ecce virgo in utero concipiet. De hoc Dominico signo in virginē nato, cui contentio-salungia mulci erant contradicuntur. Simeon futurum prius significavit, dicens virginī: Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israël, & in lignum cui contradicitur. Tuam quoque ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelenter ex multorum cordibus cogitationes. Hinc nonnulli existimārunt Domini matrem gladio morte affectam, finem accepisse martyrij, propterea quod dixerit Simeon: Tuam quoque ipsius animam pertransibit gladius. Non ita autem habet. Ferreus enim gladius corpus diuidit, non dislocat animam.

*Immortalis sic ins
tellige, non quia nō
sit mortua, cetera
rum enim tenet
Ecclēsia sed quia
ad immortalem
viram resurrexis-
tis. Videlicet tam
eius suisse opinio-
nis autor quod
nunquam mortua
fuerit.*

Quo si virgo intermerita & sanctissima virgo huc vñque sit immortalis, propterea quod qui in ea habitauit, eam traduxerit in loca in quibus est assumpta. Quid ergo vult dicere Simeon ad Mariam: Tuam quoque ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur ex multorum cordibus cogitationes. Gladium qui pertransit animam, hic dixit Simeon dolorē virginis, quo erat afficienda virgo, ut quae videbatur perdidisse eum qui veniebat ad quærendum eos qui perierant. Quod verò dolor artigerat animam virginis cum videretur perdidisse suum filium qui appellatur, nempe virginis, audiuisti nuper Euangelistam dicentem. Et quod fuit annorum duodecim Iesus. Sententia procedit ex sententia, & quæstio quæstione depellitur. Et quando fuit annorum duodecim. Quis? Deus verbum annorum duodecim, vnigenitus filius Dei: Qui est ante mundum. Qui olim sive effector visionis temporum, non autem genitus post tempora. Et quando fuit annorum duodecim Iesus. Quod attinet ad ortum ex virgine, numeratur tempus duodecim annorum. Particulariter enim proficiebat Iesus aetate corporearum, non simul autem totus crevit Dominus. Quamobrem ne existimaretur fusile phantasias cœconomiae veritas, ut prius diximus, particulariter proficiebat, seruans omnes humanas mensuras humanæ suscepit naturæ. De eo itaque dicebat Euangelista. Puer autem Iesus proficiebat spiritu & sapientia, & gratia Dei erat in ipso. Vide quām accuratè locutus sit Euangelista. Non dicit: Deus verbum proficiebat, ne præberet Arrio materiā blasphemiarū, illud proficiebat, ostendit id fieri intercedente œconomia. Propterea enim duodecim annos natus. Vnde etiam dicebat Euangelista: Et quando fui annorum duodecim Iesus, adduxerunt puerum Iesum secundum morem festi eorum in templum, & cum implevissent ipsi dies, dum reuerterentur ipsi, remansit puer Iesus: & non cognoverunt parentes eius. Putantes autem ipsum esse secum in comitatu, iuerunt iter dei, & quærebant eum inter cognatos, & cum non inuenissent eum, iuerunt Hierusalem quærentes eum.

Ecce verò impletur dictum Simeonis ad virginem: Tuam quoque ipsius animam pertransibit gladius, gladius, in qua doloris, gladius inquisitionis, per quæ eu quærebar qui perierat. Nā & si mater est virgo, cu tamē gestasit utero: & ei præbuit mammillam: & eum magna aluit cura, & maternū habuit habitū ut mater erga suū filium. Quamobrem cūm viā effet eum perdidisse quærens in tribus diebus, in dolore cordis clamabat, dicens: O calamitatē, quando expedita felicitatem, tunc damnum sensi. Hei mihi, quis thesaurū surripuit? Quis pretiosas opes mihi abstulit? Quis mea spe est frustatus? Hei mihi, non dicar amplius benedicta in mulieribus. Non amplius dicent: Beatus venter qui te portauit: extabui, non aut beata eius. Quis est qui te mihi eripuit? Quis tibi est infidius? Quis meū abscodit thesaurū? Cognata mea Elisabeth laetatur propter filii, ego verò crucior. Illa enim habet militem, ego verò Regē sum frustrata, Seruus custodit: & Dominus non appetet. Vbi est Archangelī Gabrielis salutatio? Vbi stellæ illuminatio? Vbi Magorū adoratio? Vbi pastorū exultatio? Vbi Angelorū est glorificatio? Quando regnū expectauit, tunc relixa fui in mendicitate. Hanc ergo afflictionem & dolore tanquā animē gladiū anticipē, Simeō futurū videns, pre-significavit, dicens virginī: Tuā quoq; ipsius animā pertransibit gladius. Non dixit: Tenebit gladius, aut dominabitur gladius. Sed pertransibit gladius, hoc est: Paruo tempore dolore afficeris & affligeris, & statim à dolore liberaberis & afflictione. Quod autem dolore affecta sit intermerita & sanctissima virgo, putans perdidisse eum qui venerat ad salutē eorū qui perierant, audiuiti Euangelistā modō dicētem. Et factum est post tres dies. Vide quantū dolorē & afflictionem subiit virgo tribus diebus. Et factum est post tres dies, & ecce inueni eum in templo sedentem in medio doctorū, & eos interrogantem, & eos audientē, & dixit ei mater eius: Fili cur fecisti nobis hoc? Ecce

pater tuus & ego dolentes quærebas te? Cur non nobiscum descendisti, sicut nobiscum ascendisti? Cur fedisti in medio doctorum? Quid interrogas & doces? Cūm literas nondum didiceris, quid Sophistam agis? Cur iniuidam aduersus te concitas? Cur me vis orbari fili? Ecce te ardentiibus oculis alpicunt, iam strident in te dentibus sicut feræ immanes quæ mouent aduersus agnum. Fili cur sic fecisti nobis? cce pater tuus & ego dolentes quærebas te. Dominus autem eis de cartero aperiens diuinatatis quæ latebat dignitatem in mendico humanitatis suscepit: spectaculo, eis responder, dicens: Quid me quærebas? vbi autem quærebas? In cœlum non ascendiisti, ad inferos non descendisti. In Iona balena non habasti. Quid me quærebas? nesciebas quod in ijs quæ sunt patris mei oportet me esse? Nō audiuisti Simeonem? Non me Dominum & Deum est confessus? Vos autem me quærebatis tanquam puerum. Nesciebatis quod in ijs quæ sunt patris mei, oportet me esse? Vnū patrem habeo in celo: vos verò accepi commodato. Sed hic imponentes finem orationi, va-
<sup>7 Diulnā & mys
ticā mens, lana
Eucharistiā
stam Eucharistiā
pellat.</sup>

C O N S T A N T I N I C O G N O M E N T O

Porphyrogeniti, in Christo Romanorum Imperatoris narratio,

C O L L E C T A E X D I V E R S I S H I S T O R I I S

de non manu facta Christi Dei nostri imagine, missa ad

Abagaram, & ex Edessa translata in hanc
beatissimam vrbium Reginam
Constantinopolim.

Per Simeonem Metaphraſten.



O N solum comprehendendi non poterat patri coeternum Dei verbum: sed eius quoque plurima, vel omnia potius eius opera teguntur eadem caligine incomprehensibilitatis: neque ea folū quæ constituit, hoc vniuersum architectans: sed ea etiam, quæ in assumpta per œconomiam massa nostri corporis, nobiscum versatus fecit per primam illam, & unicam potentiam sue diuinatatis. Vnde oportet omnino eum qui seipsum non ignorat, & quæ sunt supia ipsum le nescire cognoscit, non gloriari in immensus, neque stolidè ingredi per inanem, nec contendere se omnia scire, neq; ignorare, quæ ipse non comprehendat. De hac igitur expresa forma eius, qui fuit Deus & homo, quæ impressa fuit sine pictura, admirabilis eius qui fecit voluntate in contexta veste, quæ eam suscepit: & tunc quidem missa fuit ad Abagaram ad eius curationem: nunc autem Edessa ad hanc vrbium Reginam, certo omnino Dei consilio & prouidentia ad eius salutem & custodiā est translata, vt ex ijs quæ sunt pulchra & honesta nihil ei deesset, cùm debeat omnes vincere in omnibus: existimo oportere eum qui est plus & iustus auditor & spectator, singulorum quidem historiarum ligillatim vt sciat postulare, & antiquæ narrationis velle certam & non dubiam accipere sententia. Causam autem quomodo ex gutta humida absq; coloribus, & arte picturæ impressa fuit forma vulus in pano ex lino cōtextu: & cur quod est contextu ex materia, in quā tam facile cadit interitus, in teritum tempore non accepit, & quæcunq; alia, is qui res aggreditur, naturaliter solet diligenter perscrutari, relinquere Dei sapientię, ad quā non potest accedi, vt qui sciat: quod si quis accuratè omnia cōtenderit apprehendere, exturbatus in perfectā ignorationē, & precipitatus in profundum incomprensibilitatis, veniet in periculum, nō in ijs quæ sunt præcipua, patiatur lactū, pauca nolēs cōcedere. Quotquot ergo in fide recti & ardentiore zelo huc cōvenistis, agite, adeste, & narrabo vobis ea quæ oportuit perscrutatus examinatione, & nō sine labore veritas in inquirenda veritate, tā ex ijs, qui historias cōscripserē, q; ex ijs qui illinc ad nos venēre, quæ tanquam in arcās dicebant apud eos cōseruari memoria, exacte potui cognoscere. Cūm Dominus & Deus, & Saluator noster Iesus Christus ad genus nostrum erigendum apud nos versaretur, erat, vt dicit Propheta, multitudo pacis in terra, & fuerat dissipatus multorum principatus & administratio, cūm tanquam ab vna zona, Romano Imperio cinctus esset vniuersus orbis terræ, & subiectus esset vni gubernatori. Ideo erat omnium cum omnibus secura congressio, neque sibi videbantur homines terram habituare diuisam, sed vt quæ ab uno Domino possideretur, & esset tota vnius opificis: & collum primo illi seruo-

<sup>z Huic narratio
ni de hac sacra
Domini nostri Ima-
gine minime dubia
fides habenda est,
tum quod apud
Grecos, vt ex eo ā
rū minēs constat)
celebratur festum
exportationis ipsius
us imaginis ex Ea
desse clivitate ad
vrbem Constantia
nopolitana ēpōra
Romani Impera-
toris, cuius filii
fuerē duo, present
silicet auctor Cō
stantinus, & Ko
stantinus, qui etiam
dum pater vive-
ret, appellabantur
& ipsi Imperato
res: tum quod ē
Euagrius in Eccle
sia sua bisfor
ria, & secunda Nis
cena synodus, ipsi
Euagrii historiam,
& alios super hoc
in quinta actione
allegando, abunde
trahant. Vt de
his omnibus in se
me videbūtur,</sup>

inclinantes, pacem inter se agitabant. Quamobrem qui tunc quoque erat Eedesse Toparcha Abagarus erat Aegypti Praesidi notus, & amicus, & alterius ad alterum veniebant vtrinq; ministrari. Quocirca illo quoque tempore, quo Dominus noster & Deus paternam implens voluntatem, salutarem doctrinam proponebat hominibus, & per insignia miracula, ad fidem in eum habendam conuertebat homines: accidit vt quidam ex ministris Abagari nomine Ananias, in Aegyptum vadens per Palestinam, in Christum incideret: & eum procul contemplaretur verbis ab errore attrahentem multitudinem, & que omnem superabant opinionem, faciente miracula. Postquam ergo iter suum consecfuit in Aegyptum, & ijs qua mandata fuerant tractatis redire, cum recordaretur dominum suum diuturno articulari morbo tyrranicè vexari, & nigra lepro consumi, & duplē calamitatem, vel multiplices potius morbum sentire, quod & articulorum affligeretur doloribus, & lepræ malis cruciaretur (aderat autem pudor quoque deformitatis, propter quam ab hominibus non erat aspectabilis: & neq; solummodo erat ferè semper in lecto, sed amicos etiam qui veniebant ad eum alpiciendum, præ pudore celabat) propterea haec laborauit scire diligentius, vt posset certè renunciare domino suo, quo ille quoque forte per eum sanitatem conferueretur. Inuenit ergo rufus Dominum in eisdem locis mortuos excitantem: cecis visum donantem: claudos ad ingrediendum integras effientem: sanosque & firmos reddentem omnes, qui aliqua laborabant infirmitate.

Postquam ergo perfusum habuit, & aperte cognovit haec fieri à Domino, ea Abagaro reversus significavit, & pluribus ea qua viderat & audierat edocuit. Quamobrem vt qui rem in transitu coparasset maiorem quam quæ ei commissa fuerat, & vt qui bona afferret nuncia, benignissimè huius exceptus, & habitus fuit virus ex maximè benevolis. Et quoniam qui aliqui rei desiderio tenetur, tanquam rapinam existimat, si quod promissum fierit differatur, re quæ narratur, & spe ipsa hominum excitante, vehementique studio incitatur ad venandum id quod significatum fuerit. Idcirco Abagarus est excitus, vt literis eum accerferet, qui talia dicebatur posse curare. Et protinus scriptit ad Dominum eam quæ vbique circumfertur epistolam, Abagarus Toparcha Eedesse, Iesu Salvatori, qui bonus exortus est medicus in ciuitate Hierosolymorum, salutem. Auditione accepi de te, & de tuis curationibus, vt quæ à te finiant sine medicamentis, & herbis: & vt fertur cœcos facis videre: claudos ambulare: leprosos mundans: immundos spiritus & dæmones expellis: & eos curas qui diuturno fuere morbo vexati: & mortuos excitas. Cum hec autem omnia de te audiueris, duorum alteri mihi venit in mentem vt cogitarem, vel te esse Deum, & cum è cœlo descenderis haec facere: vel te esse filium Dni. Propterea ergo ad te scribens rogaui, ne grauieris ad me venire, & morbi quo labore curare. Etenim audio Iudeos aduersus te murmurare, velle tibi malefacere. Est autem mihi ciuitas minima & honesta, quæ vtrisque nobis sufficiet, vt in pace in ea habiteremus.

Quoniam ergo Ananias & suæ in Dominum benevolentia aperta præbuerat indicia & viæ recte sciebat, & pingendi artem callebat, per eum ad Iesum talem misit epistolam, mandans ei, vt si literis Christo persuadere non posset, vt ad ipsum venire, eius quidem certè formæ similitudinem accuratè descriptam ad eum afferret, vt in umbra faltem disseret, non solum per auditum, sed etiam per visum, qualis sit hic magnorum horum opifex miraculorum.

Cum autem qui missus fuerat, peruenisset in Iudeam, inuenit Christum sub dio differentem cum populo qui confuxerat, & prodigijs faciente insignia miracula. Cum vero propter multitudinem eorum qui propter diueris quibus opus habebat, venerat, non posset Ananias Iesu approquinq; in quandam terram, quæ parvù eminebat à terra, non procul à loco, in quo Iesu versabatur, ascendit & assedit. Et cum ei fuit manifestus Iesus, quæ populus abscondebat, ceterosque supereminuit, statim in illi quidem oculos, in chartam autem manu desigebat, & eius qui cernebatur, describebat similitudinem. Hec autem cognovit Iesu spiritu, & cum Thomam accessuisset: vade, inquit in illum locum, & hominem qui fedet supra petram, & meā formā describit, adduc ad me, afferentem etiam quæ habet ad me epistolam, vt id impleat, quod præcepit is qui misit. Vadens ergo Thomas, & agnoscens Ananiam ex eo quod audierat quid eū effet inuenit. Rursus faciente, duxit ad Iesum. Priusquam autem ab eo acciperet epistolam, dixit ei Christus causam cur ad se venisset, & quid contineret epistola. Deinde cum eam accepisset, & perlegisset, alteram epistolam rescriptit ad Abagaram his verbis: Beatus es, o Abagare, qui in me credidisti, cum me non videris. De me enim scriptum est, quod qui me viderunt, in me non credunt: & qui non viderunt, ipsi credent, & vivent. Quod autem ad me scriptisti, vt ad te veniam, oportet me hic omnia implere, propter quæ huc sum misus. Et postquam impleuero, assumi ad eū qui misit me, patrem. Postquam autem fuerō assumptus, mitti ad te vinum ex meis Discipulis, qui tuum morbū curabit: & vitæ eternæ & pacis tibi præbebit, & tuę ciuitati cauebit, vt nullus eā possit superare inimicus. Cum Ananie Christus eam tradidisset epistolam, quoniam videbat eū sollicitum, vt alterum Domini sui exqueretur mandatum, nempe vt ad eum deferret illum for-

formæ similitudinem, cum aqua faciem abluisset, deinde humorem qui ex ea descendebat, in datu ei mantili absteriles, diuine prouidit, & supra rationem vt eius figura in eo impri-
meretur, & cum eam tradidisset Ananias, iustis reddi Abagaro, vt & eius solaretur desiderium; & morbum reprimiceret. Postquam ergo cum his reuertens Ananias, peruenit ad ciuitatem Hieropolitanorum: quæ Sarracenorum quidem voce dicitur Menibich, Syrorum autem Ma-
buc, cumq; extra eam ciuitatem diuertillex adolescentes, in cuiusloco regularium recenter facta-
rum, qui illuc iacebat, sacrum illum pannum occultauit. Circa medianu verò noctem, visus est
ignis plurimus illum locum in orbem circundare, adeò vt intra ciuitatem viderentur omnia
circuncircare ardore, & de se iam timentes exirent, vt inquirerent de eo quod videbatur incen-
dio. Illic autem inuentum comprehendenterunt adolescentes, vt qui hoc admisissent facinus, &
de re eum sunt sciscitati, & quiniam ipse esset, & quid ieret, & unde veniret, sunt percon-
tati. Cum verò dubius animi esset adolescentes propter alienam criminacionem, tunc decla-
ravit, unde nam esset, & unde veniret, & quid afferret. & significauit se depositu in tegulis id
quod afferret, unde etiam visa est flamma accendi. Satim autem volentes illi scire verita-
tem eorum qua dicebantur, cum locum essent perstrutati, inuenient non solum id quod ab
adolescente Anania illuc erat depositum, sed etiam in vna quæ propè erat tegula, diuinam
aliam expressam effigiem, admirabiliter & supra quā posset consequi intelligentiā, cumq;
descripta non fuerat forma, in testa ex contexta tela descripta fuisset. Quod cum videnter,
pleni stupore & admiratione, propterea quod ardens ignis nusquam esset inuentus, sed ex
claritate qua erat in forma, flamma visa esset emititi; tegulum quidem, qua in se diuinam
expressam habebat effigiem, apud se detinuerunt, tanquam aliquem sacrum & pretiosum
thesaurum: vt qui ex eo quod viderant, coniecerint diuinam quæ in ea erat operationem.
Primum autem exemplar & eius ministerium veritati retinere, miserunt ab Abagaram. Et nūc
coſeruantur, & in honore habetur apud eius oppidi habitatores, forma quæ est in tegula, horum
descriptæ formæ non descriptæ: & non manufactæ non manuacta. Ananias autem cum con-
fessisset iteribi propositum, aperuit Domino ea quæ int̄erim facta sunt, ei etiam redditis sa-
lutaribus, quæ afferebat symbolis. Et hoc quidem est quod dicitur à pluribus, quod neq; re-
niuum est à probabilitate, neq; bonis eget testibus. Ceterum hoc quoque exponam, ne quis
suspiciatur, me dum ego id ignorarem, tenuisse alterum. Neq; omnino est mirum in tanto te-
pore sape errare historiam. Nam in eo quod est hac in re præcipuum, omnes consentiunt, &
concentrunt, ex facie dominica admirabiliter in linteō fuisse formam expressam: in nonnulla
autem rei circumstantia, seu in tempore differunt, quod quidem nihil ledit veritatem, seu prius
factum sit, seu posterius. Sic autem habet alterum quoque quod dicitur. Cum, inquit, esset
Christus iturus ad salutare passionem, quando humanam ostendens imbecillitatem, visus est
animo anxius, & orans quo tempore istius quoque sudorem tanquam guttas sanguinis distil-
lasset significat Euangelium, tunc dicunt eum cum accepisset a quadam ex discipulis hoc quod
nunc videntur, frumentum linteū, stillantes imbræ in eo absterile: & statim fuisse expressam
hanc quæ videtur diuinæ illius formæ effigiem. Quod cum apud Thomam depositu, post-
quam ascendit in cœlos, per Thaddæum iussit mitti ad Abagaram, implens id quod erat
ei literis pollicitus. Postquam ergo assumptus esset in celos Dominus noster Iesu Christus,
dans Thomas Thaddæo, non manu descriptam Domini nostri faciei effigiem, misit ad Abagaram.
Cum ergo Thaddæus peruenisset Eedessem, mansit primum apud quendam, qui illuc
erat, Iudeum, cui nomen erat Tobias. Et ante sermones ex factis volens Christi discipulus
seipsum notum reddere Abagaram, eos qui erant egroti illius ciuitatis curauit sola Christi in-
vocatione. Quamobrem cum fama citè peruanisset, quod quidem soleret euenerire in ijs quæ sunt
eiusmodi: Res enim quæ sunt admirabiles, & præter opinionem, multos habent qui eas re-
nuntiantur, peruenient etiam ad Abagaram, per quendam ex eius procéribus qui vocabatur Ab-
du, illuc scilicet esse Christi Apostolum. Cum itaque statim apud se cogitasset ex ea spē, quæ
in ipso habitabat, hunc illum esse, quem Iesu literis suis pollicitus est se ad eum missurum,
et cum de Thaddæo ipso didicisset perfectius, iussit vt ad se adduceretur. Veniens ergo
Tobias significauit haec Apostolo. Ille vero cū dixisset se in virtute ad eum esse mis-
sum, deinceps venit ad Abagaram. Cum autem esset ante conspectum eius apparitus, in
sua fronte, tanquam in columna, appensa ea Domini I E S V, quam diximus, similitudine,
sic ingressus est ad Abagaram. Is vero cū ipsum procul vidisset venientem, visus est vi-
dere lucem maiorem, quam vt eam ferre posset aspectus, radioque emittentem, quæ ex
eius vultu exiliebat. Prodibat autem ab effigie quæ erat ei imposta. Quamobrem insigni
luminis splendore obstupescens, & veluti eorum, quæ sibi acciderant oblitus, & diuinae
membrorum paralysie, & lecto exiliit: & resoluta membra coegerit ei currere obuiam. Eique
idem accidit, sed alio modo, quod ijs qui in monte Thabor resplendentem formam Do-
mini

mini viderant. Cum ergo ab Apostolo eam acceperisset effigiem, & capitl labris & oculis carni imposuisset, & nec alias quidem partes corporis eo contractu priuaseret, illico cognovit omnia membra mirandum in modum roborari, vt que mutationem in melius suscepissent, lepramque expurgatam & fugientem, etiam si in fronte eius aliquae adhuc parvae restarent reliquiae. Cum autem verbum veritatis ab Apostolo didicisset apertius, & de Christi, que opinionem superant, miraculis diuinisque passionibus, & sepulchra, & resurrectione à mortuis, & assumptione in celos perfectè audieret, & confessus fuisset Christum verum esse Deum, eum rogauit de forma in linteo impressam, quandoquidem propriis altans, cognovit eam non confundere per colores materiales: & stupebat eam, que in ipsa erat virtutem, quæ fecit, vt admirabiliter è lecto surgeret, & cōnumeraretur inter lanos. Ad hanc Thaddæus declarauit tempus angoris animi, & eam quæ ex sudore sine colore facta est, transformationem, & vt ad ipsum veniret iuolum Domini, & alia quæcunque precedens narrauit historia. Postquam ergo, & ex his, & ex impositione manuum Thaddei in nomine Iesu Christi ea quæ dolorē afferebant, recosserunt: & quæ erant dissoluta quodammodo constringebantur, & deformitas dispergebatur: & omnia redibant ad sanitatem: Abagarus in maximam omnium ex parte adductus admirationem: Reuera, inquit, verus es & germanus Iesu filii Dei discipulus, qui curabat sine medicamentis, & herbis: Et ego tanta in eum sum deuinetus charitate & fide, vt nūi ego vererer sumnam Romanorum potentiam, qui non permittunt ijs qui sunt subiecti eorum imperio, contra se inicuim armis capere, fortiter aduersus Iudeos, qui crucifixerunt Dominum, arma mouisse, & eos subegilem. Nunc autem quoniam didici eius passionem fuisse voluntarium, & perfusum habeo, quod nūi voluisse, ingrati in eum nullam habuissent potestatem, nihil quero amplius. Rogo autem, vt diuinum quoque consequar baptizatum, & cum tota domo Domino Christo reddar familiaris. Cum itaque multa prius effecisset miracula Domini Apollonus, & omnes eurasceret à morbis suis, inter quos erat etiam, qui primus de eo famam retulit ad Barbarum, quem liberauit à podagra, adduxit Abagarus Dei insignis ex diis gentilium posita erat ante portam publicanam ciuitatis, quam neccesse erat adorare omnem qui volebat ingredi ciuitatem, & quasdam preces reddere constitutas, & sic intrare urbis vias, & vicos. Hanc ergo cum tunc diruisset Abagarus, & omnino delevisset, in eo loco ubi ea erat posita, hanc non manu factam Domini nostri Iesu Christi imaginem, cum in tabula conglomerata sit, & hoc quid nunc videtur auro ornasset, posuit hęc verba in auro inscribens: Christe Deus: Qui in te sperat, à spe non excidit. Et statuit, vt quicunq; per illam portam erat transitus, pro illa veteri inutili columna, eum quem par erat 3 cultum, & honorem qui deberet, & adorationem tribueret longè admirabili, & miraculorum effectrici Christi imagini, & sic ingredieretur ciuitatem Edesæ. Itaque conferuatum est hoc huius viri pietatis expressum monumentum, & Deo dedicatum donarium, donec in hoc vite incolatu manfist Abagarus, & eius filius qui regni simul & pietatis paternæ fuit successor. Ceterum corum filius, & Nepos fuit quidem successor paterni & auti imperi: non fuit autem haeres etiam pietatis. Sed in pietatem calcibus, vt ita dicam, insultauit: & ad daemones & idola transfigit: Quamobrem daemones quoque veluti remunerans, voluit, quoniam eius anus idolaciam illam deleuit imaginem, eandem afferre condemnationem Domini imaginis. Sed quod captabat, minime est affectus vir fraudulentus. Nam cum hoc præsciueret loci episcopus, ea qua ipsi licuit, vñus est prouidentia. Et quoniam locus in quo sita erat imagi, seruabat figuram hemisphaerij speciem Cylindri referentis, accensa ante imaginem lucerna, & imposta tegula, cum calce & coctis lateribus obstruxisset loci ambitum, rediget murum in planam superficiem. Cum igitur non videretur diuina forma, destituit ille impius à conatu. Ideo autem, vt arbitror, statutum est à sacerdote, vt ante imaginem poneretur tegula, ne aliqua putrefactio, quæ sit ex situ aedifici, & ex humore calcis, inest in linteo imaginis receptaculo, ex diuinitate temporis, aliquid damni acciperet. Fluxit itaque interim multus temporis, & ex hominum effusit memoria sacræ huius imaginis in columna erectio, ac eiudem absconso. Postquam autem suo tempore Chosroe Rex Periarum Asiae ciuitates diripiens, venir eriam Edesam, & ante eam castrumatus omnem mouit machinam, & omnem comparauit instrumentum aptum ad oppugnādam ciuitatem (fabricatus est namque omnia, quæ pertinent ad emittenda tela, conquassandos muros & confringendas portas) in tantum periculum adduxit Edeseni, ipsi quoque excogitabant, quæ poterant, ad sui defensio-

³ Ecce quæ ordinat Rex cultū ex liberi imaginis felicitatis nostræ, quam collocavit supra portam ciuitatis.

nem. Misserunt autem legatos quoque ad petendum auxilium à ducibus Romani exercitus. Illion: verò, qui tunc præter Romanis copijs, & per se vexabatur ab hostibus, non poterat Edessenis mittere auxilium: Literis autem addebat animum, Epistolam Domini reuocans in memoriam, & veram quæ est in ipsa prolatâ sententiam, per quam dicitur, & creditur fore, vt conseruetur non direpta ciuitas. Persæ autem cum aperta inuasione occultas quoque moliebant infidias. Et cum procul copiæ fodere, cogitabant per cuniculos ingredi ciuitatem. Cum verò perinde ac quidam virinatores sub terra essent intra muros, ex tali causa contigit vt manifestè fierent infidiae ijs qui erant intra urbem. In illa enim urbis parte habitabat faber aeris intra muros, cuius vala ænea in domo sublimia sonitum emiserunt, Persis sub terra pulsantibus, & puluerem effodiensibus. Cum ergo plenè essent inopes consilij, & essent ad extremam redacti desperationem Edesseni ciues, ad Deum confugiunt: & cum dolore cordis & lacrymis ipsum exquirunt. Noctu autem apparet Episcopo (Erat verò is Eulalius) mulier quædam honesta & moderata, praefrantior quam vt homo esset, ei consilens, vt Christi non manufactam acciperet imaginem, & cum ea saceret supplicationem, forerque, dixit, vt Dominus omnino sua ostendat miracula. Episcopus autem dicebat, se omnino ignorare, an sit apud ipsos, apud alios ea imago. Tunc dicit ei quæ in muliebri apparebat nabitu. Supra portam ciuitatis in hoc loco, hoc modo, absconsa fuit haec imago. Manè ergo Episcopus euidenti vilione freru, ad locum veniens cum preciibus, & perlustrans, inuenit hanc diuinam, integrum & incorruptam imaginem, & lucernam quæ tot annis non fuerat extincta: & in tegula ante lucernam imposita ad eius custodiā, aliam expressam similitudinem similitudinis, quæ in hodiernum diem conseruat Edesæ. Cum ergo sumpsissiter in manus hanc diuinam Christi, qui est Deus & homo, effigiem: meliori spe concepta venit ad eū locum, in quo Persæ fodientes, ex aeris sonitu deprehensi fuerant. Et cum cepissent ciues fodere intrinsecus, ubi sibi iniuciem appropinquarent, ex illa lucerna oleum instillantes in ignem qui fuerat eis paratus aduersus inimicos, & immiscentis contra Persas qui erant in cuniculo, omnes perdidérunt. Et cum hinc liberati essent ab infidisijs, eadem vñi sunt experientia aduersus machinas que erant extra muros, & eas repente combusserunt: & multos confusserunt ex ijs qui erant in eis hostibus. Iam autem effecti fidentiores, lapides quoq; e muris emiserunt, & à quibus ducem quandam exercitus hostium contigit interimi, & alios multos cum eo. Nec id solum, sed etiam ea quæ extrinsecus à Persis accessa fuit pyra aduersus eos qui erant intus, quā oleum, & multarum aliarum, quas immiserat arborum alebat infinita materia, effecti diuinæ imaginis auxilium ferentes virtus, vt contra ipsos esset qui accenderant. Postquam enim ex alto Eulalius eam è muro sui explicasset manibus, & obiret ciuitatem, repente cum peruenit ad hunc locū, ventus vehemens excitatus aduersus eos qui hunc rogam accendebat, flamman convenerit, quæ eos persecuta fuit, & exussit, sicut olim Chaldaeos. Non sunt hæc miracula nullis approbata testibus, aut oratione composita ad aures oblectandas, aut à nobis confusa deceptio: sed tres simul Patriarchæ, Job Alexandrinus, Christophorus Antiochenus, & Basilius Hierosolymitanus hæc scripferunt, & hæc ita se habere significarunt Theophilo Imperatori, qui sacras imagines iniuria affecterat: quādo multis ostendentes, quām sint sacrae & venerande imagines, de hoc quoq; trastrarunt. Licet autem ei qui velit ipsam prolixam legere epistolam, & id discere. Sed s Euagrij quoq; Ecclesiastica si quis, ⁵ Quod Euagrij iste de hac veneranda imagine, & hoc eodē miraculo per eam edito ita ferit, si alterum pferit, si quis testimonium habere cupit (vt iuxta illud Domus in ore dormire, vel triū testiū esse omne verbū) Secūdū Nicene syno. di actionem quin tam legat, ybi ipsius Euagrij Ecclesiastica historiæ hoc idem narrans tis adductur cum alio religiosissimo viro, Leone noīz, de sacra hac imago accedit.

Accedit flamمام، & consumptum quicquid apprehendit. Tunc ergo Rex Persarum desperatus fore, ut vires caperetur, cum didicisset vindictam haberet auxilium, processit ad ineundam cum eis conuentione, & percullo federe pacis reuersus est in suam regionem. Erat autem ipse quoque haud ita longo post tempore beneficium asecuturus ab hac sacra imagine, quae hostes eius beneficio affecterat, & suos de medio sustulerat. Eius enim filia, quam dæmoniacus inuaserat spiritus, & excesserat est statu, qui est secundum naturam, assidue clamabat ab eo vexata: Nisi venerit Edesla imago non manu facta, id quod in ea habitat non esse egressum. Quod cum Rex audisset, & quae in obfidaione euenerant confidesset, (neque enim eum latuit quae repente exiit virtus admirabilis, & audacia Edessenum) scribit statim ad Praefidem ciuitatis & ad Metropolitanum Eulalium, & ad commune ciuitatis, ut statim ad eum mitteretur diuina, & maxima virtutis effigies: adiiciens etiam causam, nempe filie calamitatem, & omnino rogans, & instans, ne fructu retur petitione. Illi autem Persicos mores suspectos habentes, & timentes ne Rex Persarum veller coru vires dolosubripere, & cauentes, ne eam, in cuius erant tutela, & quae eos beneficio afficiebat, perderet, nec eo pretextu inita pacem soluerent, capiunt consilii prudens & eis vtile. Cum itaq; omnino equalis, & quoad eius fieri potuit, similem non depicta depictam effinxissent imaginem, mittunt ad eum qui petierat. Postquam autem fuerunt intra fines Persidis iij qui afferabant imaginem, statim per filiam Regis exclamauit dæmon, se statim exiturum, & mutaturum esse habitationem, propter eius qui venit potentiam, si modo reuertatur quae accerita fuit imago, & non appropinquet regiae, neq; ciuitati Periarum. Quod à Rege magnopere contendebat, & ab eo supplices petebat. Cum Rex autem esset pollicitus, egrislo è puerâ dæmonem, & Regis filia sanitati restituta, Chofroë, suo implere volens dæmonis petitionem, & confirmare quod erat pollicitus, sue eius qui veniebat extimescens potestiam propter malos, & scelostos suos mores, misit qui iuberent, ut hæc imago reueteretur in suam ciuitatem, è qua exierat, adiectis à se missis donis ad eos qui eam miserant. Erant ergo apud Edessenos hec pretiosæ opes, thesaurus qui nō potest exanimari, imago illa primaria, & nō depicta, quæ semper ab eis honorabatur, & eos vicissim custodiebat. Postquam autem ad hanc vrbium Reginam vindiq; cōfluxerunt, quae sunt optimæ & pulcherrima, eratque Dei voluntas, hanc quoque sacram imaginem hic recondi cum alijs theauris: Romanus, qui erat Romanorum dominus imperij studium adhiberet, ut per ipsum ciuitatum Regina hanc consequatur. Diuersis verò temporibus mittens Edeslam petebat, ut ea cum epistola quam Dominum sui manu scriperat, ad eum mitteretur: & promittrebat, le contraria daturum in permutatione Sarracenos numero ducentos, & argenti signati duodecim millia. Edesseni autem dicebant, sibi nō cōducere suæ ciuitatis custodem & conseruaticem, argento & hominibus mortalibus permuttere. Cum autem ille sapè petendo instaret, illi verò sapè preces reiicerent, tandem sexies millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo anno ab origine mundi misit Ameras Edessenus, rogans ut scripta cautione per aureum signaculum quod haberet firmatæ, sive iuberat Imperator, non esse Romanorum exercitus hostiliter inuasuros quatuor ciuitates: dico autem Rocham, quam vox Barbara vocat Edesam, Charam Sarotze, & Samofata, neque ex eorum agris prædas esse acturos, aut eos qui in illis habitant, redacturos in captiuitatem: tradendos autem esse sibi ducentos Sarracenos ex contributibus, cum ea quæ prius fuit promissa quantitate pecunia: Quod si faceret, sciret se ad eum esse misitrum illam quæ quærebatur, imaginem, & Christi epistolam. Imperator verò eius boni desiderio, concedens omnia quæ fuerant proposta, cum dedisset ea quae petebantur, misit Abramum Deo charum Samofati Episcopum, qui illo tempore hæc agebat ad diuinam illam sufficiendam imaginem, & Christi Dei nostri epistolam. Aduertens autem & qui misit, & qui erat minister: ne in ea tradenda callide deciperetur, & pro non descripta & vera traderetur ea quæ tunc fuit descripta propter Persicum casum, has ambas cum alia quæ celebratur in ecclesia Neftorianorum, quæ ipsa quoque, ut est verisimile, sumpta fuerat ex prima, quæ sitas accepit ad fidem faciendam. Quæ rufus sunt redditæ, recenta sola principalis, & vera. Sed hoc quidem postea.

Tunc autem excitabatur magnus tumultus à fidelibus qui erant Edesse, ut qui non sienterent à se auferri, que erant pretiosissima, & propugnacula eius quæ ipso tulerat ciuitatis: donec praefectus Sarracenorum, alijs quidem persuas, alijs verò coactis, alijs verò etiam minis mortis territis, effectit, ut ea traderneretur. Cum autem tonitrua & fulgura cum pluvia vehementissima diuina prouidentia subito erupissent, dum Edessa esset exitura imago, & Christi epistola, rufus mouebantur iij qui ea prius retinebant, & affirmabant Deum ijs. quæ febant significare diuina voluntate non fieri rerum sanctissimarum ex eo loco translationem. Sed cum Praefectus Sarracenorum, penes quem erat vniuersa potestas, statueret standum esse conuentio, & implendum esse promissum, egreditur è ciuitate effigies pretiosissima,

tiosissima, & epistola à Deo scripta: & huc afferabatur. Et viam quidem confidentes iij qui ea serbant, peruenierat ad Euphratem: & rufus tumultus excitatur nullo priorum minor, Edessenis dicentibus: quod nili diuinitus ostensum fuerit signum aliquod, nullo modo dimittent id, quo continetur eorum securitas: datur ergo eis signum, cum essent infideles, & tentarent. Nauis enim, cum qua erat eis propositum transmittere Euphratem, cum adhuc esset in portu in partibus Mesopotamiae, ubi eam solùm ingressi sunt Episcopi, diuinam imaginem afferentes & epistolam, cum seditioni tempestate adhuc retinerentur, repente sine remigibus, sine eo qui gubernaret, aut traheret, appulit in terram quæ erat ex aduerso, gubernata sola diuina voluntate. Quod quidem omnes qui conuenerant, stupore impleuit & admiratione, & persuasit, ut non inuiti concederent emissionem. Hinc perueniunt Samosata ministri eorum quæ serbantur. Erant autem Samosatorum, & Edesla Pontifex & eius primus Praesbyter, & alii quidam religiosi Christiani, cum quibus vna erat etiam minister Ameræ, qui Romam reuerebatur. Hic cum aliquot dies essent morati, multis illi factis miraculis, rufus iter sunt ingressi. Et rufus in via innumerabilis siebant & miracula à sacra imagine, & Christi epistola. Ceci enim ex improviso aspicebant, & claudi reddebantur sani, & membris integris: saltabant qui longo tempore in lecto decubuerant, & sani siebant, quibus erant manus aridae: & (ut semel dicam) fugabatur omnis morbus & infirmitas, & qui sani erant, Deum glorificabant, & laudabant eius admirabilitatem. Cum autem multum iam vita consecrarent, veniunt etiam ad sanctissimæ Deiparae monasterium, quod vocatur Eusebij monasterium, quod quidem est in loco qui dicitur Optimatum. In templo vero huius monasterij, quo par fuit honore reponitur capsula, quæ miraculorum effectricem tegebat imaginem: & multi qui accesserunt pura & sincera affectione curati sunt à suis morbis. Quod etiam venit quidam vexatus à dæmoni, quo tanquam instrumento vtens malus spiritus, & multa per ipsum eloquens quæ pertinebant ad laude imaginis & epistolæ (Nam olim quoq; Nouimus quis sit sanctus Iisrael, dicebant qui erant earundem cum illo partium) tandem hæc quoque est quasi vaticinatus. Accipe, dicens à Constantiopolis gloriam & lætitiam, & tu Constantine Porphyrogenite tuum imperium. His dictis fuit homo curatus, & statim liberatus à vexatione dæmonis. Horum autem verborum fuisse multi testes. Nam cum Imperator misset obuiam ei quod desiderabat, magistratus & primos totius senatus: & multi ex satellitibus simul cum eis exiuerint, accidit ut magistri & patricii cum inferioribus ordinibus ea audirent, & de ipsiis ferrent testimonium. Et quoniam quæ dicta fuerant, citio euenerunt, iure est dubitandum, vndictum præscientia accesserit ad dæmonem. Non enim creduntur eam ex se habere, cum à diuina gloria exciderint, & pro luce dicti fuerint tenebræ. Sed clarum est, quod quo modo diuina virtus vfa est Balaamo ministro eius quæ tunc fuit prædictionis, & alijs alijs sapientia ea re indignis, sapienti quodā & solerti consilio: ita nunc quoq; virtus quæ erat in diuina effigie, vfa est dæmon. Et ideo per eum præsignificauit quæ mox erant euentera. Sed cum hoc quidem sic euenerit, eius meminisse interim non fuit foras alienum. Pergamus autem ad ea quæ sequuntur narranda. Decimoquinto mensis Augusti, Imperatoribus de more festum 7 celebrantibus semper virginis & Dei matris Mariae in venerabili templo, quod est in Blachernis, circa crepusculum illuc peruenierunt ministri harum rerum pretiosarum. Et deposita est in superiore oratorio diuini huius templi arca, quæ intus habebat imaginem & epistolam. Quod venientes Imperatores eam extra reuenerter adorauerunt. Deinde cum honorifice magno comitatu, & multis lampadibus ad regiam eam portassent trahentes, cum ea venerant in regiam: & in templo quod illic est, & nominatur Phæros (proprietate fortassis quod sicut vestis splendida, id sit egregie ornatum) eam reposuerunt: die sequenti qui erat mensis sextus decimus, pè & reuenerter salutantes eam rufus, & adorantes. Illinc Sacerdotes, & iuvenes Imperatores (senex enim domi mäserat propter corporis infirmitatem) cum psalmis & hymnis, & copioso lumine, per descensum ad mare, ea in triremi regia rufus imposta, prope vrbem remigantes, ut quadammodo vrbem conferueret per ipsum in mare ingressum, appulerunt extra murum ciuitatis, qui est ad occidentem. Quo in loco egressi è naue, pedibus ingredientes Imperatores, & totus senatus, & sacrorum Antistes cum tota Ecclesiæ congregatiōne, eo quo par fuit comitatu prosecuti, tanquam aliam arcam vel potius supra eam was deducebant, quod illa sanctissima & pretiosa custodiebat: Et cum 8 Vide cum quæd que erant extra muros transmiscent vsque ad portam auream, deinde ingressi ciuitatem 8 in honore, hymnis, & cantis spiritualibus, & infinito lumine lampadum psalmis, cantis publicam celebrantes deductionem, iter faciebant per medium ciuitatem, sanctificationis & spiritualibus & lampadibus prece roboris per hoc esse participem ciuitatem credentes, illesamq; & inexpugnabilem esse in eternum conseruandam. Otiosa autem turba concurrente ad spectaculum, homo quidam patayticus & imbecillus, & qui iam longo tempore suis innibatur famulis, surrexit, ut vi- raflexus deret

6. Ecce quot mira
cula ostendit Deus
pro approbatione
rei cultus qui
imaginibus exhibet,

7. Imperatoribus
de more festum ces-
tebrantibus semper
virginis, &
dei matris Mariæ
hoc est, solemnitas
tem Asumptionis
eiusdem.

deret diuinā imaginem transeunē: qui simulatque eam aspexit, præter opinionem sanus effe-
ctus, cùm cognouisset esse confirmatas & corroboratas bales suorum pedum, accurrit ambu-
lans ipsis pedibus: & oscularis est capsum imaginis, & Deum magnificauit, narrans quod in
fe factum fuerat miraculum. Quem cum vidissent omnes qui simul aderant, & verba eius au-
diuissent, emiserunt gloriam Deo vniuersorum, qui semper facit admirabilia. Tam multe au-
tem lachrymæ præ gaudio sunt profuse, & tam multæ ad Deum preces, & gratiarum actio-
nes faciæ sunt ab vniuersa ciuitate, diuina imagine, & veneranda epistola, trâleunte per me-
diæm ciuitatem, vt verbis explicari nequeant, vt pote quod quea vidit oculus non posuit con-
sequi oratio. Res enim quea sunt excellentes pulchritus est videre, quam audire. Solentq; ta-
lia relinquere à tergo orationem. Cùm ergo ad forum, quod est ante Augustium, venissent
duces huius celebritatis, & à via recta parum declinassent ad sinistram, veniunt ad clarissimum
templum sancte Sophie: & intra adytorum propitiatorium reponunt pretiosum imaginem,
& epistolam. Cùm hñ autem adoraret tota Ecclesia congregatio, & vt patet, honorasset, il-
lic rufus egredi sunt cum sancto onore, qui peragebant processionem, & cuncti venissent in
regiam, in auro quod cognominatur Trichion, super thronum imperatorum in quo consue-
uerunt respondere de rebus magnis, tunc diuina collocant imaginem, cathedram omnino
sanctificari imperatoriam, & simul iustitiam & benignitatem eis planè largiri qui in ea sede-
bant, non immerito credentes. Intensa autem de more facta oratione, post eam impletæ hinc
sublata fuit diuina imago, & in praedicto Phari templo, in dextera parte quaæ vergit ad ori-
tem, conferuata fuit & reposita ad gloriam fidelium, ad custodian Imperatorum, & ad tute-
lam toris ciuitatis & status Christianorum. Sed & diuina similitudo eius quea mutari non
potest patris similitudinis, O character characteris paternæ substantiæ. O venerandum &
omni honore dignum signaculum primariae pulchritudinis Christi Dei nostri (Tecum enim
loquor, tanquam cum re animata) conferra, & custodi semper eum qui piè & moderate nobis
imperat, & tui aduentus memoriam luculentè celebrat. Quem cum tua benignitate ad au-
tum & paternam sedem extulisti, confera eius germen ad generis successionem, & sce-
ptrorum perpetuatem: Statutum pacificum præbe reipublicæ. Concede, vt haec regina ciu-
itatum maneat inexpugnabilis: & vt nos placet archetypo tuo Christo Deo nostro, admittam-
tur in eius regnum coeleste, eum glorificantes, & celebrantes: Quoniam eum decet gloria
& adoratio in secula seculorum. A M E M.

ANDRAE EPISCOPI CRETENSIS

Hierosolymitani, De pretiosæ & viuificæ Crucis venerabili exaltatione.

Apud Simeonem Metaphrasten.



R V C I S festum celebramus, & illustratur totus Ecclesiæ cœrus. Crucis fe-
stum celebramus, & gaudij fulgoribus, refænder facies orbis terræ. Crucis fe-
stum celebramus, per quam expulsa sunt tenebrae & lux est introducta. Cru-
cis festum celebramus, & simul cum crucifixo extollimus, inferius terra reli-
cta cum peccato, vt superna possideamus. Crux extollitur, & simul extollit hu-
mani lacrem humanitatem. Crux extollitur, & terrestris dæmonum elatio. Crux extollitur, &
Satanæ aduersa potentia decidens cedit & contrahitur. Crux extollitur, & ciuitates te-
stum diem agunt, & populi libant lætitiam. Crucis enim meminisse, est apertum gau-
dij argumentum, & contractio tristitiae. Vel crucis autem cerni figuram, quantum est? Fit
enim magnanimitatis cœciliatrix, & à timore liberatio ei qui eam alpicit. Talis est magna illa
crucis poſſeſſio: & qui eā poſſidet, poſſidet theſaurum. Auri fortale putatis me dicere the-
ſaurum, aut margaritam, & India gemmarū longè pretiosissimam? Ego autem id quod est om-
nium bonorū optimum, ac pulcherrimum, regi, & nomine longe magnificenter sum, meritò
theſaurū appellauerim, in quo, & per quæ, & in quæ vniuersa noſtræ ſalutis ſumma reponita,
fuit correcta, & in ſtatū pristinum reſtituta. Si nō fuifset crux, Christus nō fuifset actus in cri-
cē. Si nō fuifset crux, non fuifset vita ligno affixa. Et si non fuifset affixa, non ex latere ſalientis
riui incorruptionis manafent ſanguine & aqua, que mundū expurgant: non fuifset ruptū pec-
cati chirographū: nō affecuti fuillermus libertatē, nō ligni vitæ fructū percepſimus: nō aptū
fuifset paradyſus, nō versatilis rhēphæa cefiſſerit e via Edē: nō latro habitafet paradyſum. Et
quid hec dico? Si nō eſſet crux, nō fuifset Christus in terra. Si nō fuifset Christus in terra, non
fuifset virgo, & si nō fuifset virgo, non fuifset Christi ſecunda generatio, non fuifset Deus in ho-
minē, non partus, non preſepe, non fasciæ, non oſtauo die circuncisio, nō parétabus ſubiectio, non
aetatis proceſſus, non corporis incrementum, non apparitio, non baptiſmi participatio, non

non

non effectio miraculorum: non Iudas proditor: non Pilatus iudicans: non Iudæorum audacia clamans crucifigi innocentem. Si non eſſet crux, mors non fuifset cœculata: non fuifſent ipo-
liati inferi: non morte affectus fuifſer serpens acerbis. Propterea Crux res est magna & pre-
tiosa. Magna quidem, quod multa bona per ipsam recte gesta fuerint, & eō plura, quod Chri-
sti miracula, & perpeſiones, adiuerſus omnem rationem obtinent vicitriam. Pretiosa autem,
quod Dei paſſio & trophæum eſt Crux. Paſſio quidem, propter voluntariam in ea mortem
eius qui eſt impatibilis. Trophæum autem, propterea quod per ipsam fauciatus fuerit dia-
bolus: cum illa verò fuerit quoque vieta mors, contrita autem fuerint etiam clauſtra infero-
rum: & poſtremò fuerit Crux communis totius mundi ſalutare. Crux, ſpes Christianorum,
ſeruatrix desperatorum, portus eorum qui tempeſtate iactantur, medica infirmorum: expul-
trix viciorum, datrix sanitatis, eorum qui morte affecti fuere, vita: pietatis proſcriptione, blaſphemie
mię obſtructio. Crux, arma contra inimicos, ſceptrum regni, diadema pulchritudinis, figura
non ſcripta, virga potentiæ, fidei propugnaculum, baculus ſenectutis, dux cecorum, lux eorū
qui ſunt in tenebris, eruditrix inſipientum, magistra infantium, peccati deleto, penitentie
indicatio, virg conciliatrix, mortis ſolutio, interitus alienatio, ignis extinſio, apud Deum fi-
ducia, clavis regni celorum. Crux, custos in nocte, in die turris, in tenebris deducrix recōci-
liatrix, refugium ſupplicibus, ſolarium amicis: patrona, tutatrix, adiutrix, in tentationibus op-
tulatrix, in periculis ſeruatrix, in neceſſitatibus auxiliatrix, in mari gubernatrix, in arumnis
refrigeratio. Crux noctu ſeru dormientes: ſimil vigilat cū vigilantibus: vna quieſcit cum ijs
qui laborant. Crux, robur imbecillorum, requies laborantium, alimentum eſurientium, vires
ieſuaniū, aliptes Athletarum, tegumentum, hudorum, comes hospitum, caſtigatrix diuini-
tutum, pauperum procuratrix, proteftrix viduarum, tutrix orphanorum. Crux, honor magi-
ſtratum, potentia Regum, bellū ducim viatoria, ſacerdotum gloria, Monachorum adiutrix,
virginum cohabitatrix, ſignaculum caſtitatis, vinculum coniugij. Crux, custos ciuitatum,
tutela domorum, que amicitiam coniungit, inimicos vlcificitur, refiſtit hoſtibus, gentes per-
ſequitur, quea eſt ſtimulus Barbarorum, pacis diſtributrix, charitatis adminiſtratrix, mundi re-
conciliatio, finium deſcriptio, ecclii altitudo, terræ profunditas, creaturæ naturæ coagmentio, ter-
ræ quea appetit longitudo, latitudo orbis terræ, &c, vt paucis dicam, Crux, caput, & ſumma
Christi perpeſionum, miraculorum, quea in nos facta fuere, coronis. Haec & Christi gloria
vocatur, & Christi appellatur altitudo. Haec & defiderabilis calix intelligitur, & pro nobis
ſuceptarum perpeſionum conſluo. Quod autem ſit crux Christi gloria, audi eum dicentem: Nunc clarificatus eſt filius hominis: & Deus clarificatus eſt in eo. Si Deus clarificatus
eſt in eo, & Deus clarificabit eum in ſemerpoto, & continuo clarificabit ipsum. Et rufus: Cla-
rifica nomen tuum. Venit ergo vox de cœlis, dicens: Et clarificauit, & iterum clarificabo: illam
innuens clarificationem, qua tunc facta eſt propter crucē, elementorum, inquam, mutationē
& commiſſionem, ac conſenſionem. Oportebat enim ſimil cum creatore per conſenſum
res quoque creatas aſſi. Quod autem Christi quoque altitudo ſit crux, audi quid ipſe dicit:
Quando ego exaltatus fuero, tunc omnes ad me traham. Quomodo etiam alibi dicit: Et
ſicut Moyles exaltauit ſerpentem in deferto, ita oportet exaltari filium hominis? Quamob-
rem? Ut omnis qui credit, inquit, in ipsum, non pereat, ſed habeat vitam aeternam. Vides
crucem eſte Christi gloriam & fortitudinem? Viſ ſcire, quod vbi eſt altitudo, illuc adeſt etiam
gloria? Audi Daud dicentem: Exaltare ſuper celos Deus, & ſuper omnem terram gloria
tua. Et Eſaiam rufus, tanquam a facie Christi: Nunc exurgam, dicit Dominus, nunc exal-
tabor, nunc glorificabor. Quoniam ergo gloria eſt altitudo: Crux autem hodie in altum ex-
tollitur: Christus profeſſo glorificatur. Si enim crux eſt gloria Domini, Christus ergo eſt alti-
tudo crucis. Crux ergo hodie in altum extollitur, vt Christus glorificetur. Non in altum ex-
tollitur Christus, vt crux glorificetur. Glorificatur Christus, vt nos ſecum ſimil extollat. Crux
ergo in altum extollitur, & piorum ſpiritum ac menteſ ſimil extollit. Glorificatur Christus,
& ſimil glorificat eos qui ipſum glorificant. Crux in altum extollitur, & dæmonum detrahit
ſupercilium. Glorificatur Christus, & eorum qui propter peccata ceciderunt, deleſt ignomi-
niā. Crux in altum extollitur, & cadunt ſimulachra. Glorificatur Christus, & ferit diabolus.
Crux in altum extollitur, non ſolum quod Christus fuit in altum elatus: ſed quod mani-
ſtuſ euasit tempore imperatorum qui crediderunt in Christum. Hoc autem non ita fecit, vt
qui antea simulatione & probabilitate quadam ad ſe multos attraxerunt, ſed diuina & syn-
cerita virtute, ac vere fidei ſolidia & ſtabili firmitate. Poſtquam enim poſt mortem in cruce ſu-
cepta, vita & mortis Dominus poſt tres dies reuixit, inuidiæ ſtimulis puncti Iudei, & timo-
re affecti, ne quid ex rebus illis ſacredant quea fuerint in illa veneranda & beata paſſione,
ſeruatum. Iudeos quidem vlcifendi eſſet instrumentum, cuſtodiendi autem eos qui crede-
rent in Christum, ea defoderunt in intimis terræ ſinibus, illuc deponentes imprimitis pretiosum

R. ij theſau-

thesaurum, Crucem, inquam, & omnia quæ ad cricem pertinent, nempe claus & lanceam, & quem in cruce Pilatus scripsit, & affixit titulum. Deinde cum Deus tradidisset Christianis sceptra imperatoria, & totum Romanorum imperium, ei tunc placuit per piam mulierem, mulierem regiam, & quæ regios habuit spiritus, tunc filio imperante Christianis sine labore, & diuino, ut ita dicam, intinètu sapientem reddere: quæ partim quidem grauitate principali, partim autem nonnunquam communibus blanditijs, regulariter autem omnia ficeret, quæ inflexible Iudeorum poterant cor flectere. Et cito quærenti Imperatrici communis apparuit thesaurus. Deo celeriter donum porrigente mulieri, hanc dico Domini crucem, quæ in vniuerso mundo hodie extollitur, cum qua etiam omnia quibus beata illa & toti mundo salutaria fuit passio dispensata extolluntur. Propterea ergo hodie diem festum celebramus, propterea frequentes conuincimus, quod sanctum illum quod olim latebat, hodie euasit manu festum: quod thesaurus qui fuerat absconsus, ex terra metallis refusus, sicut aurum: quod id quod erat in terra defossum, reuelatum est maximè insigne opus imperij Christianorum: quod cessavit procera dæmonum cum crux euasisset manifesta: quod qui aduersus inimicos à Christo fabricatus fuerat gladius, è terra euasit manifestus: quod suum ornamentum hodie accepit Ecclesia: quod quam illa perdiderat drachmam, regale inuenit imperium.

Hæc est crux Domini, signum dominicum, arma salutaria, regia potentia, victoriae trophyum, inter superna & inferna intermedium, eorum, qui firmiter credunt vexillum, coronis Apostolica, specula prophetica, Martyrum corona, eoru qui Christum adorant, ara. Ex quo enim crux, Christus adoratur. Ex quo crux, filius Dei est agnitus. Ex quo crux, cū patre filiu adoramus: Ex quo crux, abolite sunt res Iudeorum, extincte res gentilium: liberati sumus à sanguine qui fundebatur in altaribus, cultum gustauimus incurruentum. Ex quo crux, liberati sumus à nido dæmoniorum: participamus spiritalem bonum odorē vnguenti effusi. Ex quo crux, euauerunt fabulosæ Deorū genealogie. Ex quo crux, principio superius principium quod processit ex principio, quod est expers principij, didicimus. Ex quo crux, didicimus fidem in patrem, & filium, & spiritum sanctum: & inanum fabularum gentium excusimus pernitie. Ex quo crux, typicorum signorū umbras expulinimus, & luci veritatis quæ est in gratia, sumus reconciliati. Ex quo crux, mors fui habita contemptu: obstupescisti sunt dæmones: contracta sunt simulachra, cōculata fuerunt animalium sacrificia: euersa sunt idola: vbiq; Ecclesiæ, altaria, psalmodiae, stationes nocturnæ, theologie, baptismata, fidelium confusio, scripturarum agnitus, terræ contemptus, celi acquisitionis, Dei participatione. Quid opus est multa dicere? Ex quo crux, versantur homines simul cū Angelis. & ipsum celum patet ijs qui sunt in terra: & Deus ab hominibus capit, & cū eis cogreditur ac cōiungitur. Sed & crux Christi, & nostra valde pretiosa gloriatio. O lignum insigne, in quo Christus est extensus: plāta imminortalitas, ex qua Christus botrus nobis potu produxit viuiscum. O crux, thesaurum bonorum innumerabilium: paradyli conciliatrix, regni largitrix, peccatorum solutrix, recte factori datrix. Te Christus in te crucifixus efficit lignum immortalitatis. Te Christus in te affixus efficit scalas viae que ducit ad cælum. Te Christus in te suspenstus, benedictionis fecit conciliatrix. Te Christus in te extensus fecit relaxare vincula eorum qui erant in catenis. In te Christus sua sponte in altū elevatus, mundum quoq; vñā secū exultit. In te Christus pro nobis in altū sublatu: in altū sublatum æneum serpentem publicè notauit. Nō amplius mortdens in via serpens obseruat calcaneum. Non amplius serpens æneus, si propiciatur, facit cæstare morbus mordentium serpentium. Non est amplius maledictus omnis qui pendet in ligno. Quomodo, & quānam ratione? Cū benedictus filius Dei Iesu maledictionem mutarit in benedictionem. Non est amplius crux execranda, cū maledictum cruci fuerit affixus: & Christus maledictum abstulerit, & eius loco nobis introduxit benedictionem. Hæc crux Domini omnia nobis bona introduxit. Hæc crux Domini fui multis appellata nonnibus. Vocatur crux virga restitudinis, regni virtutis hæreditatis: Thronus tuus Deus in seculum seculi: Virga rectitudinis, virga regni tui. Virgam virtutis emitte tibi Dominus ex Sion: Baculus: Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Lignum vitæ: Lignum vitæ est omnibus suscipientibus eam: vt quæ in Domino sit firma ac stabilis. Lignum plātatum: Dicit alicubi David: Secus decursus aquarum. Quos decursus? Quarūmā aquarū? Scripturam à Deo inspirata ut Scabellum: Exalte Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam est sanctum Locus. Ingrediemur in tabernacula eius, adorabimus in loco ubi steterū pedes tui Domine. Si dédero somnū oculis meis, & palpebris meis dormitatio- nem: Et requiem terriboribus meis, donec inuenuerit locum Dominus, tabernaculū Deo Jacob. Hanc crux taoitè significans Iacob Patriarcha, viciſsim aliquando manus imponēs nepotibus, symbolice præfiguerat. Hanc idem præfiguerat in fastigio virgæ Ioseph adorauit.

Crucis

Crucis figuram obtinuit virga eiusdem Patriarchæ Iacob, quando transiit Iordanem. Dixit enim: In virga mea transiit Iordanem. Et paulò antè crucis lignum Abrahæ ostendit id quod erat figuratum in medio cornuum arietis, quando eam hostiam quæ erat in figura posita ad indicandum crucifixum, per ouem myliticę peregit. Crucis figuram Isaac quoque impleuit, qui acceptis lignis sacrificij, patrem qui properabat eum sacrificare alacriter sequebatur. Crucis portatatem habuit virga Moysis mutata in serpentem, & transformans virgas Ägyptiorum, quæ has quidem scilicet deuorauit, illis autem fluuij fluentum effecit cruentum, ne biberet: & aliquando quidem ranas ex aquis prospere, aliquando autem locustas, & bruchos, & palpabiles tenebras, & quæcumque Ägyptiorum offendente calamitates. Crucis figuram obtinuit ipsa virga Moysis, quando mare rubrum dissecati murus ei & populo solidus acfimus fuerunt aqua. Crucis figuram obtinuit columna ignis & nubis, quibus errantem Israëlem, qui fugiebat ex Ägypto, deduxit Deus. Crucis figuram conferuabat ipse quoque Moyses, in monte manus in altum extollens, quando oppugnante Iesu Amalech alienigenam, ille quidē sustentabatur ab Aaron, & Hur: confirmatus autem & corroboratus Israël euasit superior. Crucis figuram obtinuit virga, quæ petram percutit in solitudine, & efficit, vt ipsa pareret fluuium. Quid vero virga, quæ produxit nubes, crucem non aperte describit? Quid vero Esaias, qui serra lignea in duas partes diuiditur, non typum crucis significabat? Mitto dicere Agæum fuisse in crucem actum: & Silaram fuisse pale affixum: quæ crucem aperte præfiguerant. Quinetiam Eliæ pellem ouillam dixerim ego crucis virtutem indicare, quando Iordanis fluuij diuisio in duas partes, ingressus est, tanquam super terram aridam. Elisei autem vbinam ponam miracularem, quando aquæ imposito ligneo, securis ex profundo fluuij ferrum sustulit, id quod est graue, tollens eo quod est leue. Re vera res magna est crux, de qua & multis in locis fert scriptura testimonium: & eorum quæ in ea præfigurantur, quæcumque per ipsam quotidie peraguntur, miraculorum prius describit indicia.

¹ Crux est adoranda, quoniam per ipsam Dominum cognovimus.

Est itaque ¹ crux adoranda, quoniam per ipsam Dominum cognovimus. Crux est adoranda, quoniam in ipsa Dominum benedicimus. Crux est adoranda, quoniam cū per ipsam amarum ligni inobedientia gustum euornuissimus, dulcedine salutis gustauimus. Benedictum est lignum, per quod benedictæ sunt gentes. Benedictum est lignum, in quo Deus extensus fuit corporaliter. Quid est autem admirabilius, quām Deum videre in crucem actum, idque cum latronibus? Benedictum est lignum, per quod Latro paradysum habitauit: & ligni gustus amarum gustum expulit. Quid est admirabilius, quām quod quem clausit deceptus Adam, eum aperit Latro cū agnouisset? & a quo ille fuit exterminatus, hic vocatus inscriptus fuit cuius? O conuenientē mutationem. Egressus est fur, & in eius locum introductus est Latro: ille quidem propter transgressionem, hic autem propter agnitionem: ille quidem seductus ab eo qui supplantauit, hic autem simul crucifixus cum eo qui creauit. Benedictum est lignum, ex quo qui comedit latro, dignus fuit habitat delitij, ex quo Adam, qui non gustauit, morte prius cum vita commutauit, vt qui nimis temeritate attrigisset lignum cognitionis. Verum cū huius fuisse particeps, fensis postea dulcedinem: & accepit reuocationem. Benedictum est lignum, per quod Reges excitant trophaea, & Duces exercitus simul inferunt spolia: & Barbarorum bello capitur multitudine. Benedictum est lignum, per quod vires arcuum contrariae confringuntur, & clype ab igne consumuntur. Benedictum est lignum, per quod brachium superbū infectur, & colla inimicorum submittuntur: & terga vertit Barbarus, & fugit Scytha nemine persequente. Hodie ergo mihi vocem extolle: & cum scriptura crucis thesauro acclamemus scripturæ eloquia. T' hefatur autem crucis dico Christum filium Dei, ad quem magis decet nostra dirigi eloqua, dicendo: Omnes gentes quas fecisti, venient, & adorabunt ante te Domine: & glorificabunt nomen tuum: quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus. Moneamus hodie, & dilecti, tanquam lyram, assūmamus psalteriū, & cytharam: psallamus Deo, psallamus sapienter: canamus quæ sunt gloriose exaltationis. Ostendamus in quot locis scriptura effutur exaltatio, vt videamus quomodo hinc possumus discere crucis exaltationem, quæ est & magna, & supermundana, & eius inuentiōnem nō temerè celebrati in Dei Ecclesijs, quæ sunt in vniuersa terra. In altum ergo ē terra crux manifesta extollitur. Quæ paulò antè propter inuidiam celebatur, in altum crux extollitur. In altū crux extollitur, non vt gloriam accipiat (Quāmnam enim maiorem consequi posset gloriam, cū in ea Christus fuerit affixus) sed vt Deus in ipsa glorificetur, & per ipsam prædicetur. Crux ergo in altum extollitur, vt cornu nostrum simul in ipsa ille erigat & extollat. Crux in altum extollitur, vt superbū deprimat, & humilem efficiat. Crux in altum extollitur, vt liget fortē: & per nos vasa eius diripiatur. Crux in altum extollitur, vt ostendat inanem Iudeorum inuidiam: ne lateat sepultus in terra vitæ thesaurus: vt nos margaritam accipiamus, quæ in cricem egerunt, vel inuiti manifestam reddiderunt.

R. iii

Quoniam

Quoniam enim fieri non poterat, ut perpetuo lateret vita thesaurus, multisfariam autem multisque modis miserū examinati, & à sua ipsorum conuicti malitia, non poterant perpetuo laterē oculum, quem nihil latet; quid facit Deus, qui in ipsa, & per ipsam, totius mundi salutem fecit in terra medio? Imperatrici quidem, ut paulo ante diximus, ardens immisit desiderium: illis autem immitit timorem, totam eorum vitam conturbans. Qui postquam videbunt fieri nos posse, quin perquireretur, ostendentes se sua sponte facere, quod faciebant inuitati, in primis venerandum Domini signum manifestum reddiderunt. Illa autem, tanquam ex aliquo alio proceris firmamento, nempe terra penetalibus, instar solis emittens radios Dominicos. Proceris itaque è terra adytis signum Domini, per quod inferorum concusa lachrymula absoluunt animas quæ illic detinebantur. Proceris tanquam ex thalamo sponsus, ex terrenis, inquam, cubilibus crux Domini, per quam Christo despensa, quæ est ex gentibus ecclesia, deposita multiplicem gentium impietatem. Proceris intelligibilis illa fidelium margarita, corona Christi, tanquam lampas, infixa, ut vniuerlam faciat corulare. Proceris ornamentum Ecclesie crux Christi vniuerlam omnem terram creatam naturam decorans. Proceris veluti e custodia innocens, vt reos renocaret. Ex vinculis is qui nec vinci nec teneri potest, vt vincitos redderet facile solubiles. Ex tenebris locis lucerna lucis, vt ablata nocte ignorantia, luceret lux agnitionis. Merito ergo Ecclesia gaudens cruce Domini suam ornat tunicam: & aperiens sponsi pulchritudinem, de huius diei facie gloriatur, eamque iastat & magnificat. Merito hic quoque populus frequens hodie conuenit, vt & videat crucem in apertum prolatam, & Christum in ea elatum in altum adoret suspiciens. In aperatum enim prolatam fuit, vt extolleretur. In altum autem tollitur, vt in aperatum proferatur. Quoniam ea? Quæ paulo ante quidem in loco abscondebatur, nunc autem vbique adoratur. Hunc diem 2 festum hodie celebramus. Hac de causa frequentes conuenimus. Hoc est caput, & summa festi præfentis. Hæc est mysterij declaratio. Sed iam tempus est ipsius crucis in altum elationem scriptura confirmare testimonij. Hoc enim sumus paulo ante polliciti. Nam præcurrentis oratio prætermisit ea quæ media erant. Cùm enim oportet illud oculum & viuiscum lignum, in apertum prolatum & sublimè sublatum, tanquam ciuitatem aliquam super montem positam, aut lucernam super candelabrum toti mundo ostendi, ea de causa cùm primi primitus Christiani prima regni sceptræ suscepissent, cum triumpho totius simul Ecclesie veluti ex excelsa quadam specula iusserunt eam in altum extollit & ostendi toti cœtu. Et hoc est quod nunc faciunt, qui clavum suscepere Pontificium. In excelsum Ecclesie locum condescendent, & hanc gloriosissimam, & vel maximè adorandam cruxem in altum extollentes, & sèpè sublimè extenderentes, ostendunt populis, propemodum clamantes: Ecce inuentus est, qui fuerat absconsus salutis thesaurus. Ecce signaculum, in quo signati sumus. Ecce crux, per quam cogniti fuimus crucifixo. Ecce cornu, in quo inimicos nostros ventilabimus, in quo illæsi transtinximus laqueos inimici, quo freti infantium tela putamus plagas demonum. Ecce hodie videimus oculis vitam ex aduerso pendente. Audiamus ergo prophetam dicentem: Extollite vocem in virtute, extollite, ne timete. Extolite Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam est sanctum. Rursum cum Davide modulemur: Exaltare super cœlos Deus, & super omnem terram gloria tua. Exaltare qui iudicas terram. Exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperum tuorum in finem: sed in beneplacito tuo exaltetur cornu nostrum: Ingrediamur in ipsum scripture paradoxum. Colligamus veluti flores temporis conuenientissimos. Accipiamus viæ duces prophetas, qui præsignificant crucis exaltationem. Sit autem primus Moyses Dei seruus & legislator, qui in altum aeneum illum exultit serpentem, non vt glorificaretur, sed vt publice notaretur, & vt cum æris rubigine vitij virus opponendo conferens, veluti in iudicio ostenderet mali conuentiam. In altum ergo sublatus fuit serpens ille æneus, non vt qui esset præfiguratio, aut figura crucis, sed vt exemplar figure, aut figura sumpta tropicè. Extulit ipse quoque Moyses aliquando manus, in figuram Christi crucifixi, & crucis, quæ nunc in altum extollitur. Stet sol in Gabaon, & luna in valle Ailon, præcatus est aliquando Iesus consumens Amalek: non vt solum diem crucis significaret, in quo tenebrosa fuerunt diffusæ per totam terram: neque solum vt Dei virtutis altitudinem, & aduersus inimicos elatum brachium illo die probaret, sed etiam vt crucis præfiguraret exaltationem, & in ipsam solis gloria ascensum præfiguraret. Adducit etiam Abram in figuram mystici miraculi sacrificium, sed ex alto data voce statim perfusus arretem, qui aspectus fuit in planta Sabec in excuso montis fastigio symbolice sacrificavit, præfigurans crucis in altum elationem. In altum manus exultit Azarias cum suis orans in igne fornaci Babylonie, & flammarum ignis in altum elatam extinxit, manuum extensione, crucem in altum elatam significans. Extulit Jonas aliquando vocem, manibus quoque in altum sublati, & ex alto statim attraxit virtutem illæsus

² Nota diem festi exaltationis sanctorum crucis

illæsus ex belua euomitus. Extulit aliquando præclara Judith Acinacem aduersus caput Holofernis dormientis, crucis præfigurans exaltationem, & effecit salutem Israëli. Extulit aliquando Daniel vocem in lacu leonum ad altissimum, præfigurans crucis exaltationem, quando prandium ei attulit propheta Abacuc raptus momento temporis. Quid autem videtur Hieremias, cum loqueretur ex persona eorum qui Dominum occiderunt, dicentium: Venite iniciamus lignum in panem ipsius, & deleamus è terra vitam eius? Quid autem Esaiæ sibi volunt ea quæ dicit similiter, aliquando quidem: Tanquam ouis ductus est ad occisionem: & tanquam agnus coram ipso tonitribus obmutuit: & in humilitate eius sublatum est iudicium: quoniam tollitur è terra vita eius. Aliquando autem: Et ipse tulit peccata multorum. Vbi nisi in ligno crucis: in quam cum panem immisissent, non prius dimiserunt, quam in altum sustulissent ad testimonium videntium, & figuram propositæ exaltationis? Hoc autem quidnam esse dixerimus, nisi exaltationem crucis, & ostensionem? Quo modo etiam ouis occisionem in cruce sublatæ, quæ mundi peccata eligit. Quod ipsius quoque crucis aperte ostendit exaltationem.

Et satis quidem fuerit haec tenus adduxisse scripturæ testimonia, quæ significant crucis exaltationem: oratio multis afferat satietatem. Nos autem Christum in ea adorantes, consideremus eius virtutis magnitudinem: & quæ per ipsam in nos salutaria perfecta sunt miracula. Sicut dicit diuinissimus David: Deus autem Rex noster ante secula operatus est salutem in medio terra. Quod autem in medio terra positus fuerit Caluariæ locus, nemo dubitet. Oportebat enim tanquam in plani circuli descriptione, per medianam vniuersem terram infigi lignum salutare: vt veluti quidam alias sol lucens in cœlo, tanquam ex quoddam crucis firmamento, luminosos suos radios emitteret: in cruce occidens iis qui in terra tumulis detinuntur. Hæc crux & lignum est spectabile, & signum vocatur in scriptura multis in locis. Quid enim est quod dicit David: Fac mecum signum in bonum: & signetur super nos lumen vultus tui Domine. Et, Dedit significationem timbitus te, vt fugiant à facie arcus? Et quod ipse quoq; Dominus clamat in Euangelio: Et tunc videbunt signum filii Dei. Et ante hoc: Signum querit hæc generatio, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ? Quod ipsum quoq; per Crucem ostenditur. Simeon autem Dei susceptor, quod dicit virginis benedicens, quando infantili specie Dominum suscepit, quid sibi vult: Hic positus est, inquiens, in ruinam & resurrectionem multorum in Israël: & in signum qui contradicetur? An non per signum crucem vultu[m] significare?

Quinetiam crux vocatur potentia. Quid enim dicit David? Notam fecisti in populis potentiam tuam. Sed & brachium quoq; Redemisti in brachio tuo populum tuum. Quod autem Christi virtus sit crux, audi Paulum dicentem: Verbum crucis pereuntibus quidem est stultitia: nobis autem qui salvi sumus, virtus Dei est. Porro autem ipsum quoq; Christum audi dicentem Moyse: Indurans indurabo cor Pharaonis, vt in ipso ostendam omnem meam virtutem: Virtutem hæc significans eam, qua per virgam Moysis in figuram crucis demonstrata fuit, multæ magnaque virtutis ostensionem, per quam ei ostendit miracula quæ superant opinionem. Sic nos de cruce intelligere & sentire didicimus. Sic fidele Dei populū crucem honore, & colere perpetuo adhortamur. Per eam in sagena inductæ sunt gentes: & fides vbique fuit disseminata. Hac enim cum Discipuli, veluti aratro, humanam naturam coluissent, & vberæ Ecclesie segetem ostendent, eorum qui in Christum crediderunt, magnâ messem reportarunt. Hac confirmati, & huic procidentes martyres verberarunt eos qui feriebant. Per ipsam Christum fuit agnitus: & fidelium Ecclesia scripturâ perpetuo exclamans eundem inducit Christum Dei filium, & ipsum per se Deum, & ipsum per se Dominum, magna voce clamantem. Si quis vult post me venire, tollat crucem suam, & sequatur me. Per ipsam florent res Christianorū, & in omnem partem extenduntur. Per ipsam regnum roborant, Res publica stabilitur, cadunt inimici, supercilium Barbarorum deprimitur, Ishmael interficitur, dæmones fulmine feruntur. Quoniam in ipsa, & per ipsam nos saluos esse credimus: & in ipsa omnis, sicut scriptum est, caro videbit salutare Dei nostri, & videbunt Iudei, in quem confixerunt. Nos autem qui in eius lumine ambulauimus, cum ipso glorificabimur, & cum Deo regnabimus, circa Trinitatem cum Angelis chœras ducentes: Quæ adoratur in patre, & filio, & spiritu sancto, nunc & semper, & in secula seculorum.

A M E N .

S E R M O D I V I E P H R A E M V I R I

Sanctissimi & Illuminatissimi, Ecclesiæ Edissene Diaconi,

De passione Domini Salvatoris, Ambroſio

Camaldulensi Interpretæ.

R. iiiij EGO



GO qui timeo, & narrationem plenam horroris linguae officio aggredi. Est enim re vera metus ingens de passione Domini Salvatoris verba facere, & tentare tantæ rei indignitatem explicare. Hodie namque Dominus noster traditus est in manus peccatorum. Sed cuius rei gratia est traditus sanctus, innocens, celestis Dominus, ac sine peccato? Qui nihil peccauerat, hodie traditus est. Venite fratres, discamus quare traditus sit Christus Salvator noster. Propter nos impios Dominus traditur. Quis non admiretur? Quis non obstupescat? Peccantibus seruis Dominum tradidit, ut liberet à morte proprios frères, qui ante peccauerant. Perditionis, ac tenebrarum filij in tenebris exierunt eum comprehendere, qui in iētu oculi poterat omnes exurere. Vidit illorum audaciam Dominus, & vefanum iracundiam, sequū ipsum cum omni mansuetudine sponte sua impiorum tradidit manibus. Vinxerunt perditi immaculatum Dominum, illuseruntque ei qui alligauerat forem insolubilibus nexibus, nosque à peccatorum noſtrorum vinculis soluerat. Texuerunt & coronam spinarum, quas pro fructu tulerat vinea Iudaorum: Illuserunt ei, Regem appellantes, & conspuerunt in faciem eius, cuius aspectum omnes celorum virtutes contremiscunt. En rursus angustia, dolor, & lachrymae cor meum occupant, dum considero Dominum contumelias, probra, verbera, spuma tanta lenitate tolerantem. Venite, discamus miserationum ipsius magnitudinem. Dulcis Dominus seruum inutilem & incontinentem habuit in paradyso voluptatis, qui vbi peccauit, tortoribus traditus est. Vidi pius Dominus deficiente inter flagella, & misericordia mortuus, vt seruum eximeret à pœna, semetipsum pro illo flagis expoluit. Volebam hic finem facere ob nimis stuporis magnitudinem, sed rursus veritus sum, ne per meum silentium, irritarem spiritus gratiam. Pauco tamen fratres, non leuiter, dum ista pronuncio, tremuntque omnia ola mea, cum ea diligenter admota consideratione discutio. Ipsa omnium conditor Deus noster & Dominus ante Caipha hodie fititur, quasi vnu ex reis, vnuque ministrorum ei alapam dedit. Tremuit cor meum haec omnia cogitans. Seder seruius, Dominus stat: & qui plenus erat sceleribus, contra infontem, atque ab omni peccati labo alienum sententiam dicit. Contremuerunt cœli, fundamenta orbis terra concussa sunt, expauerunt Angeli omnes atque Archangeli, Gabriel & Michael facies suas alis contexerunt. Cherubin tremencia sub rotis se abdiderunt, Seraphin illa hora alas ad induicem collisive visa sunt, cum daret minister iniquitatis alapam Domino maiestatis. Quomodo igitur non protulerant fundamenta terraemotum, atque tremorem, cum hora illa contumelias affici creatorem suum cernerent? Cogito, ac tremore concutio, rursusque compungor, intuens lenissimam tolerantiam benignissimi Domini. Tremunt ecce renes mei, dum loquor. Creator qui de puluere terræ hominem per gratiam fixerat, à manibus quas ipse formauerat, alapam accipit. Caeamus sollicitè fratres, ne ista omnia simpliciter audiamus, quæ pro nobis Dominus pertulit, sed ea sollicitè ruminemus, & iugi meditatione volamus. Dic minister infelix, dic serue nequam: Cuius rei gratia Dominum alapis cœdis? Serui quidem omnes cum liberi efficiuntur, accipiunt alapam, vt mortalib[us] libertate potiantur. At ipse, ô infelix, cum sit omnium liberator, iniuste alapa ceditur. Quid putas mercedis accipere à Caipha pro huiusmodi alapa? Ergone non audisti? Ergone non didicisti, quoniam filius est omnium Domini? Alapam quidem dediti omnium Domino, sed seruus seruorum factus es in æternum, opprobrio & abominatio omnium, æterno damnatus incendo. Grande miraculum, fratres, stuporis plenissimum est, cernere Christi regis ac Domini nostri mansuetudinem. Palma calus à seruo rationabiliter prudenterque respondit cum omni mansuetudine ac reuerentia. Seruus fuit, Dominus patitur. Irascitur seruus, Dominus in sua benignitate perficit. Indignationis aculeos rixamque tumultuantis animi, ira maximè tempore, quis contineat? Dominus noster haec omnia pertulit benignitate sua. Quis tuam ô mihi simile Domine, patientiam aut ferre aut explicare posse? Huc accedite charissimi, dilecti Christi, compunctione simul & affectu summo Redemptoris illesti. Venite, consideremus pariter, quid hodie contigit in Sion ciuitate David. Semen Abraham charum atque electum, quid hodie gesisti? Immaculatum nempe Dominum tradidit morti. Hac die Christus Salvator noster per iniquorum manus iniustissime ligno Crucis affixus est. Venite omnes, & corpus nostrum abluiamus lachrymis atque gemitis, quia Dominus noster, & Rex gloriae pro nobis impiis morti traditus. Si quis forte nostrum dilectissimi cuiuspiam atque charissimi audiat subito mortem, vel ipsum dilectum mortuum ante oculos suos iacere repente conspiciat, immutatur facie, eiusque serenitas aspectus obnubilatur. Ita & lucidus sole ex alto coeli axe contumeliam Domini pendens in Cruce conspiciens, immutatus est facie, conterxit lucis sua igneus radios, iniuriamque Domini videre non sustinet, morore se vestiuit & tenebris. Ita & Spiritus sanctus ex templo considerans dilectum

dilectum Iesum appensum in ligno Crucis, rupto honesto illo templi velo à summo usque deorum, continuo exiit de templo. Creatura omnis in metu ac tremore fuit, quando mortuus est Salvator noster, celestis Rex, Dominus maiestatis. Nos autem peccatores etiam contemnimus semper, propter quos ille traditus est, qui solus sine peccato fuit. Ridemus quotidie audientes passiones & contumelias Domini, & Salvatoris nostri, diebusque singulis delicias querimus, ac omni studio vestis curamus ornatum: Sol ecce propter contumeliam Domini, splendore lucis sua conuerit in tenebras, vt nos videntes ipsum imitemur. Dominus tuus, ô infelix, pro te in cruce contumelias afficit, & tu vestis molletem, & ornamenta festaris? Non tremit cor tuum, non mens tua exhorrebit hæc audiens? Qui solus sine peccato est, propter te impie traditur morti, iniurias, opprobria, verbera patitur: ipse vero superbia tumidus audis haec omnia? At vero congruum ac decens est, vt grex rationalis vniuersus paftorem suum iugiter ambiat, eumque semper videre desideret. Ita obsecro, reueremini illum. Nolite cibis laitoribus,^x & deliciis seculi contra propositum religionis affluescere, sed in omni exercitatione vestra in paftorem vestrum semper intendite, vt ab eius vestigis nusquam aberretis. Ne, queso, imitatores Iudaorum simus, vt populus durus, perfidus, inobediens, & bona Dei, Salvatorisque beneficia irritans iugiter. Altissimus propter Abraham fidem famulum suum, proumque ipsius deuotionis effectum, tulit ab initio duritiam, ac perfidiam populi, manna de cœlo ad manducandum dedit eis: verum ipsi celesti cibo indigni, alii concupiunt, cibos planè male olentes. Aquam rursus ex petra in deserto eis produxit, sed ipsi horum vice sibi acetum dederunt, suspendentes in ligno. Cursum, fratres, ne Iudaorum participes inueniamur, crucifigentes Dominum creatorem nostrum. Metuamus semper, habentes ante oculos passionem redemptoris nostri. Meditemur assidue penas ipsius atque supplicia. Propter nos enim paſsus est impaſibilis Dominus, pro nobis crucifixus est, qui solus sine peccato fuit. Quid nos, fratres, ei reddere, quid tantis eius beneficiis retribuere vñquam poterimus? Attendamus ergo nobis ipsi, ne passiones eius irritemus. Huc omnes Ecclesiæ filii accedite, qui sancto & pretioso sanguine immaculati agni redempti estis. Venite, meditemur passiones Christi cum gemitis & lachrymis, atque inter meditandum contremiscamus, dicentes adiuicem: Christus Salvator noster pro nobis peccatoribus morti traditus est. Perpende frater, quidnam sit quod audisti: Deus sine peccato, Altissimi filius pro te traditus est. Aperi cor tuum, considera ipsius passiones diligenter, & ita tecum tacitus value: Deus, in quem peccatum cadere non potest, hodie traditus est, hodie illus, hodie confutus, hodie flagris cœfus, hodie percussus alapis est, hodie coronam spinam tulit, hodie crucifixus est celestis agnus. Contremiscat cor tuum, horreat anima tua, in hac iungi meditatione passionum Domini tui quotidie lachrymas funde. Dulces quippe nimium sunt eiusmodi lachrymæ, illustraturque anima passiones Christi iugiter verlaus. Huiusmodi sit semper meditatio tua. Lachrymare quotidie, gratias referens Domino pro his quæ pro te paſsus est, vt in die aduentus eius sint tibi lachrymæ tua gloria & exultatio ante tribunal illud terribile Iudicis: affigere tu quoque, dum intentè cogitas, quæ pro te pertulit pius, ac mitissimus Dominus. Tolera tentationes, gratias ex animo referens. Beatus sanè qui semper ante oculos habet cœlestem Dominum, & passiones eius: quique seipsum crucifixit mundo, qui omnibus virtutis, terrenisque negotiis mortuus est, qui imitator factus est Domini sui. Haec sapientia, haec prudentia, hic affectus. Et fidem omnino famulorum, cum semper imitatores sunt Domini sui in operibus bonis. Alpicis, ô homo, immaculatum Dominum in cruce pendenter, & audes infelix in deliciis, & risu peragere cursum, que viuis in terra? An ignoras miser, quod is qui crucifixus est Dominus, de his omnibus abs te exiget rationem? Tu quidem nunc negligis, & contemnens fidem, & paſsum delicti folueris, sed veniet profecto dies illa terribilis, dies ultionis, cum sine fine lugebis, ac præ doloribus tuis in igne perpetuo cum eiulatu proclamabis, neque erit omnino qui respondeat, & misereat anima tua. Adoro te Domine, benedico te pie, precor te sancte, tibi procido amator hominum Domine, te immaculatè glorifico, quoniam tu unigenitus Dominus omnium, qui solus sine peccato es, pro me indigno & peccatore morti traditus es, & morti crucis, vt peccatoris animam liberares, & à peccati nexibus solueres. Quid tibi pro his omnibus retribuam Domine? Gloria tibi piissime, gloria tibi misericordissime, gloria tibi longanimes, gloria tibi qui omnia peccata remittis, gloria tibi qui descendisti saluare animas nostras: gloria tibi qui in vtero virginis nostra carne vestisti: gloria tibi qui pro nobis es natus: gloria tibi qui propter nos tentus es: gloria tibi qui vincut es: gloria tibi qui flagris calus es: gloria tibi qui canspurta es: gloria tibi qui crucifixus es: gloria tibi qui sepultus es: gloria tibi qui resurrexisti die tertia: gloria tibi qui prædicatus es: gloria tibi qui creditus es: gloria tibi qui assumptus es in celum: gloria tibi qui cum

qui cum gloria ingenti sedes ad dexteram patris, gloria tibi qui iterum venturus es in gloria patris, & sanctorum Angelorum, ad iudicandum omnem animam, quae irritas facit fanatas passiones tuas, in hora illa horrenda atq; terribili, quando virtutes eolorum mouebuntur, cum simul venient Angeli, Archangeli, Cherubini & Seraphini cum tremore magno in conspectum gloriae tuae, cum tremefacta quatientur fundamenta terrae, & spiritus omnis exhorribet pro inestimabili gloria immensa maiestatis tuae. In illa hora, quæso, operiat me manus tua sub aliis tuis, & liberet animam meam à sempiterno igne, & stridore dentium, & exterioribus tenebris, & perpetuo gemitu, ut ego te laetum Dominum & Redemptorem nostrum benedicens, dicam: Gloria tibi Domine, qui me peccatorem per immensas miserationes benignissimæ pietatis tuae salvare dignatus es. Qui cum patre, & spiritu sancto vivis & regnas, per omnia seculorum. Amen.

LAMENTATIO SANCTISSIMA B

Dei genitricis, prope Crucem stantis, per eundem
Diuum Ephraem.



T A N S apud crucem purissima virgo, Salvatoremque in ligno suspensum suspiciens, plagas reputans, intuens & clausos, querelas, colaphos, ac flagellationem, cum graibus suspiriis, cum fletu ingenti, cum lamentis dolorosissimis exclamauit, dicens: Mi fili dulcissime, dilectissime fili, quomodo crucem sustinet? Mi fili, & mi Deus, quomodo sputa, clausos, & lanceam: quomodo paternis alapar, risus, iniurias, spinam coronam, purpuream vescem, spogia, arundinem, fel & acetum? Quomodo pendens in cruce denudatus mi fili, qui cælum nubibus contegis? Quomodo sitim fers, qui es opifex, quique mare & aquas omnes creasti? Quomodo moreris insols in medio sceletorum? Quidnam cõmisi? Quia in re, fili mi, Hebreos offendisti? Et cur ergo te isti simul iniqui, simul ingrati cruci susfigunt? Qiorum claudos, & per multos valetudinarios sanasti, mortuos viuificasti, paralyticum, id est, membris omnibus luxatum confolidasti, mi fili pientissime; qui ab vtero coecum illuminasti, mi Saluator, vidua filium suscitaisti, & omnium vita; qui filiam Chananea seruasti, Centurionis filium à morte liberasti. Arena quantumuis numerosa mensuram habere potest: at tua miracula fili, omnem prorsus modum excedunt. Lazarum à monumento suscitaisti: Mi Lazar, iniquiens exi de sepulchro: Et vox tua eam traxit ab inferis, & ad vitales auras renovauit. Tu verò quomodo interis, fili mi dulcissime, magnanime Deus? Deficio te suspiciens in ligno suspensum, conclavatum, plagiis plenum, mi fili. O Iudæi illegas, & Christi interfectores, iniqui in Deū, & in creatorē veltri ingrati: Nonne manna vos aluit in eremo? Nonne mare per Moysem diremit? Nonne traduxit in terrā promissionis? At tu, popule nequā, & Christi abnegator, pro commodis & bonis contraria reponis, pro manna fel, pro aqua acutū. Amarissima te potionē potarunt impii, mi fili. Quinque panibus aliusisti quiunque hominū millia: Iudeam tuis cōcionibus implesti mi fili. Vbi nūc pulchritudo tua fili? Vbi tuus modò decor? Quomodo in Cruce extinxisti es, mi fili, & Deus meus? Sol lumen suum obscurauit, & alijs factus est: splendida luna in tenebris evanuit, petras sunt perfractæ, & monumenta aperta, templique velum in duo est discissum. Creaturæ conditorem suum, & opificem cognoverunt: & hi peruersi & miseri Hebrei aures obstruxerunt, oculos clauerunt, ne solem nunquam occidentem suspectarent, fili mi. O Gabriel Archangelus & minister Domini, Gabriel Archangelus, age, causam tuere. Vbi nunc illud Aue? Vbi benedictum Ave quod mihi dixisti Angele? Vbi nunc latitia ac benedictio, qua dixisti ad me: Benedicta tu in mulieribus? Ad quid verò mæorem, & viðimam filij mei, quam eram acceptura, non denunciasti? Semper tribulationes, gemitus, Iudeorum immensam inuidiam, ingratitudinem peruersorum, & transgressorum. O Simeon admirande, en nunc gladius quo mihi prædictisti cor meum traiciendum. Ecce gladius, ecce vulnus, fili & Deus mi. Tua mors meum cor subiit, viscera mea sunt disrupta, meum lumen obtenebratum est, & pectus meum gravis pertransiit gladius. Horrendam cerno passionem tuam, mi fili, & Deus meus. Video, immeritam cædem tuam, nec opem terre possum. Vbi tua nunc forma, fili mi? Miserere deiecat, & orbat fili mi. Miserere & suauissime, abiecat Maria. Misericordia clementissime, & me solare. Prospice fili mi, lachrymas, attende meos gemitus, & aperi os tuum. Da mihi solacium. Non habeo profus, fili mi, quo caput reclinem. Non aliud cognatum, patrem, aut fratrem, vel sororem, qui mihi animum reddat. Tu mihi pater, tu mater, tu frater, tu filius. Tu mihi vita, & spiritus, spes mea, & protectio. Tu mea consolatio, tu & creatio, tu Deus meus, tu creator meus, tu opifex meus. Lugete mecum omnes discipulæ Domini, dolorem meum, & vulnus profundum cordis mei contuentes.

Decumbe,

Decumbe, Crux sanctissima, lignum benedictum, ut plaga filij mei & Dei mei exosceler, ad confolandum proprium filium meum, ut amplectar filij mei corpus, ut os suauissimum desuler, oculos, faciem, manus, & cædem iniquam. Decumbe, Crux mea, decumbe. Magna & Crux gloria tua, magna tua gratia, magna potestas tua. O lignum benedictum, quoniam innocens Deus & creator tuus, tanquam latro, & nocens super te expansus est. Fili mi charissime, veneror tuas afflictiones, colo & adoro tuam misericordiam, & magnanimitatem, Honoro ² lanceam, vulnus, arundinem, clavos, spongiam, alapas, opprobria, & colaphos, & sputa, & verbera, fili mi, quandoquidem tuæ creature cauila sita ferre sustinuisti. Deducis tuum, fili mi, decus cunctis factum est. Mors tua facta est mundi totius vita. Ceterum refugite quamprimum fili mi & Deus, quemadmodum prædictisti mihi, ut saluus fiat mundus. Mortem culasti & interitem, ut gaudeam ego humilius mater tua, & mecum lecentur dilecti tui. In verò secundum autem & confessionem cui inimici omnes deueniant. At verò nos te immaculata & benedicta, fili tui Deique omnium mater inculpata, pura, integra, sacrosanctissima, desperatorum spes & damnatorum, collaudamus, benedicimus tibi, ut gracia plenæ, quæ Christum genuisti, omnes ³ tibi adiuoluimus, omnes te imploramus. Erue nos, ô interemerata, ab omni necessitate, à cunctis diaboli tentationibus. Esto nostra consiliatrix, & aduocata in hora iudicij. Libera nos à futuro igne & tenebris. Et tui fili gloria Virgo nos dignare. Tu namque es spes apud Deum Christianum sanctissima, cui honor in secula seculorum. Amen.

² Sandissima q̄d h̄a
go non negligit, nō
spernit lanceam
Domini, arundinem,
clavos, & sp̄cias,
et cetera domini
ce passionis instru
metia, sed honorat

³ Ecce quomodo
sanctissima Dei
genitricem inuoc
eat, nec propter id
iuria inuertitur
Dominus nostro Reg
is Christo.

B I V S D E M D I V I E P H R A E M

Sermo, De sancta & viuifica Cruce.



O S C H R I S T I A N I à Gentilibus ac Iudeis declinemus, postesque nostros pretofa ac viuifica cruce coronemus, dicentes cum Apoſtolo Paulo: Mihi abhinc gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi. Pingamus ⁴ in ianuis, atque in frontibus nostris, & in ore, & in pectora, atque in membris omnibus, viuificum signum. Armemur infuperabilis hac Christianorum armatura. Ea enim victrix est mortis, fidelium spes, lux orbis terræ, paradyssi reseratrix, profligatrix haereticorum, monachorum adminiculum, firmamentum fidei, magna salutarisq; custodia, & gloria perpetua Orthodoxorum in æternum. Hanc, ô Christiane, armaturam diebus singulis & noctibus, horis atq; momentis in omni loco circunferre non delinas, nihilq; sine ipla perficiias: sed siue dormias, siue agas, siue euigiles, siue operi insulsa, siue māduces, siue bibas, siue maria nauiges, siue transmittas flumina, hac te lorica circuntege, membrisque tua omnia salutari signo exorna, atq; circumsepi, & non accedent ad te mala. Hoc enim signo conspicito aduersariæ potestates conterritæ, trementemq; recessunt. Crux & ipsa Christi veraciter sanctificauit orbem, fugauit tenebras, lucemq; reuexit. Hec eliminauit errores, viamq; monstrauit. Hec ab ortu solis & occasu, à Septentrione, & Meridie, collegit gentes, atq; in vnam Ecclesiam, in vna fide, sub uno capite in charitate conueniuit. Hec Orthodoxorum inexpugnabilis murus est. Quod os, quæ labia, quæ lingua, dignè pro merito laudare poterit viuifica armæ æterni Imperatoris nostri Christi? Crux Calvariae in loco defixa, mox vita nostræ feliçissimum botrum sine opere humano pullulavit. Hoc denique pretiosissimo ligno Christus Deus noster inferni voracissimum dirupit ventrem, nimirq; patulum diaboli obstruxit os. Eo conspicito, contremuit mors, omnesq; quos à primo homine vsq; ad id temporis, sub dictione sua tenerat viñdos, dimisit. Crucis armis accincti sancti Apostoli, omnem inimici calcauerè virtutem. Hac se thoracis vice munientes milites Christi, beatissimi martyres, omnes artes & inuentiones, atrocitatèq; tyrannorum superarunt. Hanc baiulantes sancti monachi, seculo valefacientes, summo cum gaudio & alacritate in soliditudinibus, & montibus, & speluncis cauernisq; terræ sibi sedes elegerunt. O ineffabilem inmensamq; bonitatem benignissimi Dei, qui tam magna, tamque præclarâ munera, humano generi crucis indulxit vexillum. Hæc autem sancta crux rursus in confirmatione seculi, cum secundus illuxerit Domini Saluatoris aduentus, prima cum gloria ingenti, & Angelorum exercituum infinita multitudine apparebit in cœlo, inimicos quidem terrens, ac vexans, fideles autem illuminans atque lætificans, aduentumque cœlestis Imperatoris annuncians. De preciosissima, & viuifica, diuinaque cruce haftemus diximus, et si plura his dici poterant, ac fortasse debuerant.

⁴ Ecce quomodo
olim signum viuifico
ce crucis ubique
pingebatur, ea
quod in superba
tus sit Christiano
rum armatura.

⁵ Semper signum
debet crucis sia
no vir Christia
nus, ut et mala ad
illu non decadent,
er contraria pos
tesates conterritæ
et trementes
recedant.

⁶ Vide et obser
pe fæcias eras
us virtutem.

EPISTOLA CYRILLI HIBRO-

solyorum. Episcopi ad Constantium Imperatorem, De
Crucis signo quod in cœlo apparuit.

Apud Simeonem Metaphrasten.



M P E R A T O R I religiosissimo, & pietatis amansissimo Constantio Augusto Cyrilus Hierosolymorum Episcopus in Domino salutem. Hanc primam ex vrbe Hierosolyma epistolam ad te mitto, religiosissime Imperator, quam & tibi accipere, & mihi conuenientissimum fuit ad te mittere, non assentationis alicuius sermonibus refertam, sed celestium signorum, & diuinæ visionis nunciam, neque cōfictas Rhetoricae dictionis probabilitates continentem, sed sanctorum Euangeliorum prædictiōnē ac veritatem ex ipsarum rerum euentu testantem. Alij quidem his qua habent, te sēpissimè honorant, & coronas auro, ac pellentibus gemmis compositas capitū tuo imponentes, proni te adorant: nos verò non terrenis rebus te coronamus (terrena enim dona terram ipsam finem habent) sed celestium rerum diuinum opus, quod te Imperatore in vrbe Hierosolyma perfectum fuit, pietati tuae studiose nunciamus, non vt nunc, tanquam inscius, ad Dei notitiam venias, cum longè antea hanc acceperis, & pietate prædictus alios eam doceas: sed vt quæ nosti, in illis ipfis confirmemis: cumque Imperij paternā hæreditatem acceperis, & à Deo ipso maioribus ac cœlestibus coronis honoratus fueris, Deo nostro omnium Imperatori etiam nunc dignas gratias agas. Maiore autem fiducia imperium tuum aduersus hostes ipsos afficies ex iis miraculis quæ temporibus tuis Deus ostendit, te ab ipso diligēt cognoscens. Quo quidem tempore diuinæ pietatis amansissimus, & beatæ memoriæ Constantinus pater tuus imperabat, salutare Crucis signum Hierosolymis inuentum fuit, diuina gratia ei viro qui pietatis erat studiosus, quiq̄ue res ad pietatem spectantes diligenter exquirerat, occulta ante sanctorum locorum notitiam aperiens. Te autē imperante, religiosissime Domine, propter tuam in Deum pietatē cœlestia etiam miracula sunt edita, ipsius, inquam, Domini & Salvatoris Iesu Christi vniogeniti Filii Dei trophæum contra mortis victoriā erectum, beata scilicet illa crux lucis multæ splendoribus effulgens Hierosolymis apparet. His enim sanctis diebus Pentecostes ¹ nonis Maij circa tertiam diei horam, ingens magnitudinis Crux, quæ tota ex luce constabat, supra sanctissimum Golgotha locum, vsq; ad sanctum monte Olivarium extensa in celo apparuit, non vni aut duobus hominibus, sed ab vniuersa vrbi illius multitudine manifestissimè visa: neq; vt plurimi putaret, re gente apparens statim evanuit, sed pluribus horis lupa terram spectantium oculis visa est, splendoris fulgore solis radios vincens. Nisi enim splendorem suum his qui crucem illâ aspicebant, solis ipsius radiis efficaciorem præbuisset, solis splendore superata, & contexta fuisset. Quamobrem vniuersa Hierosolymorum multitudo pre diuinæ illius visionis terro, ac lætitia repente ad sanctam Ecclesiam cucurrit. Itaque senes, mulieres, ipsa etiam puellæ quæ in chalami ante seruabant, & cuiusvis ætatis homines, tam indigenæ quam peregrini: tam Christiani, quam qui ex diuersis nationibus illic erant, concordi animo, & tanquam ex uno ore cuncti Christum Iesum nostrum Dominum Dei filium vniogenitum miraculorum effectorem collaudabant, cum re ipsa & experientia edocti essent, Christianorum dogmæ omni pietate referunt, non probabilibus humanae sapientiae verbis, sed Spiritus sancti demonstratio, ac potentia constare: neque ab hominibus solum prædicari, sed è celo ipso diuinis testimoniis confirmari. Nos igitur qui vibem Hierosolymam incolimus, & miraculum valde magnum nostris oculis vidimus atque comprehendimus, Deo ipsi vniuersorum Regi, & vni genito Dei filio, vt decebat, gratias egimus, atque agemus, quem adoramus, & adorabimus, alsiuusque pro religioso imperio tuo in iis sanctis locis preces ad illum ipsum mittimus ac mittemus. Decuit autem huiusmodi visiones cœlestes non silentio præterire, sed pietati tuae recenti adhuc eius rei memoria significare, vt ad fidei que in te inest, bona fundamenta, earum rerum quæ nuper ostendit, cognitionem adiungens, firmorem in Dominum nostrum IESVM Christum fiduciam affumas, simulque omni fortitudine confuta vnde roboratus, vt Deum ipsum adiutorem habens Crucis trophæum salutare, & omni gloria sublimius preferas, signum, inquam, illud, cuius figuram cœlum ipsum hominibus ostendens, maximè gloriosum esse docuit. Miraculum quidem ipsum, Imperator religiosissime, Prophetae testimonii, & sanctis Christi vocibus in Euangeliis ipsi prædictum, iure ac ritè & nunc ostensum est, & iterum maiore quodammodo ostendetur. Cùm enim in Euangelio quod à beato Matthæo scriptum est, futurum rerum notitiam Salvator ipse beatis Apostolis suis

suis, ac per illos iis qui postea futuri erant, clarissimè impertiret, hæc prædicti: Tunc apparebit signum filij hominis in celo. Hunc diuinum Euangeliū librum consueto more in manum sumens, que de ipsa re testimonia illic sunt scripta inuenies. Quibus maximè te hortor, vt crebro mentem adhibeas, ed quod reliqua eodem ordine contenta, & à Salvatore nostro prænunciata multam pietatem atque obseruantiam requirant, vt ab aduerfatiis daemonum potentissimo aliquo non afficiamur. Has imperator pietatis studiosissime nostrorum sermonum primitias tibi affero, has primas voces ex vrbe Hierosolyma ad te pronuncio, qui nobiscum vñà verisimile, & omni cum pietate Christum vñigenitum Dei filium, & Salvatorem nostrum colis, qui vt diuinis literis scriptum est, ex vrbe Hierosolyma orbi terrarum salutem dedit, quiq; mortem ipsam in hac regione conculcauit, & proprio certoque loco hominum peccata multo suo sanguine deleuit: & iis omnibus qui fidem ipsius accepérunt, vitam, immortalitatem, & cœlestern, ac diuinam gratiam elargitus est: cuius potētia & gratia te feruari cupimus, illustrioribus ac maioribus pietatis operibus decoratum, & legitimo filio auctum, quem etiam ipsum Caſarem laetus vides. Vtrique autem ipse omnium Rex, & Dominus Deus omnis benignitatis largitor, multos annorum circuitus, eosque pacatos concedat, & in Christianorum gloriā te vniuerso terrarum orbi prosperis rebus vtentem, ac valentem, omnique virtute ornatum conferuet, consuetam in sanctis Dei Ecclesiis, & Romanorum Imperium humanitatem exercentem, ac maioribus pietatis diuinæ factis gloriantem, per multos, inquam, annorum ambitus, tranquillos atque pacatos ipse vniuersarum rerum Dominus Deus, Auguste Imperator religiosissime, te cum tota familia tua nobis incolumem seruet.

EXALTATIO SANCTAE CRVCIS,

Per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

Habetur in eius
martyrolog. sub
xviii. Cal. Octo-
bris.

D ie decimaquarta Septembri exaltatio sanctæ crucis, quæ ab Helena Constantini ma-
tre inuenta, ita per mediū est sēpta, vt & crux Constantinopolim sit portata, & crux
Hierosolymis thecis argenteis sit referuata. Multorum itaque annorum labente cur-
riculo, Phoca Romanis imperante, Perse aduersus Rempublicam, Chosdroë Rege grauissima
bella gerentes, multas Romanorum prouincias, & ipfam Hierosolymam inuadunt. Et de-
struentes Ecclesiæ, sancta quoque loca profanantes, inter ornamenta sacra, que abstulerunt,
etiam vexillum Dominicæ crucis abducunt. Fecerat namque Chosdroë Rex eorum turrim
argenteam, in qua interlucentibus gemmis thronum extruxerat aureum, ibique solis quadri-
gam, & lunas vel stellarum imaginem collocauerat, atque per occultas fistulas aquæ meatus
adduxerat, vt quasi Deus pluviām desuper videretur infundere. Et dum subterraneo specu
equis in circuitu trahentibus currum moueri circumdata turris fabrica videbatur, quasi quos-
dam rugitus tonitruj, iuxta posibilitatem artificis mentiebatur. In hoc itaque loco sedem si-
bi parauerat, atque iuxta se quasi collegam sibi crucem dominicam posuerat: Filioque suo
regno tradito, ipse in fano huiuscmodi residebat. Mortuo vero Phoca, Heraclius Imperator
creatur, vir strenuus, & armis exercitus. Qui aduersus Persas bellum aggressus, occiso Chos-
droë, quem in turre iam dicta sedentem inuenit, Persas in deditiōnem recepit: lignum q; glo-
riosissimæ crucis exinde rediens fecum tulit, & Hierosolymam, vnde sublatum fuerat, cum
magna veneratione restituit. Et renouante Deo antiqua miracula, inter alia mira que tunc
cœlitus ostēla fuerunt, die eodem mortuus vñus recepit vitam, paralytici quatuor sanati sunt,
Leprosi decem mundati. Quindecim cœci illuminati: plurimi quoque à dæmonio, multiq; à variis infirmitatibus liberati. Offerent igitur Imperator ² Ecclesiæ Dei multa donaria, ex
Regiis sumptibus eas reparari fecit. Simil & decreto statuit, omnibus Episcopis ad id fenti-
tibus, vt dies reuelationis sanctæ ac venerabilis Dominicæ crucis, in omni imperio suo ab
omnibus fidelibus populis per singulos ³ annos solemnititer ageretur. Sed & procurrentibus
annis, Leone Romanis Imperante, apud vrbum Romam Papa Sergius in facrio beati Petri
Apostoli caplam argenteam, quæ in angulo obcurisimo diutissimè iacerat, & in ea crucem
dueris ac pretiosis lapidibus adornatum Domino reuelantē reperit. De qua tractis quatuor
petalis, quibus gemmæ inclusæ erant, miræ magnitudinis portione ligni salutiferi Domi-
nicæ crucis interior repositam inspexit. Quæ ex tempore illo omnibus annis in basilica Sal-
uatoris, quæ appellatur Constantiana, die exaltationis eius ab omni osculatur, ⁴ & adoratur
populo.

² Imperator apud
Ecclesiæ multa
donaria, & ex
regiis opibus eas
reparari fecit: res
go hec bona opera
sunt, & placent
deo.

³ Dies festus ann
vñus exaltationis
sanctæ crucis ins
tituitur.

⁴ Crux Domini
exaltationis eius
ab vniuerso
Rom. populo ope
ratur.

S INC. I. Salut. et adoratur

INCIPIT LIBELLVS ATHANASII

Episcopi Alexandrinae virbis de passione imaginis Domini nostri Iesu Christi, qualiter crucifixa est in Syria, in urbe Beryto, qui citatur in septima synodo, secunda Nicæna, actione quarta, sub Constantino iuniore, & Irene eius matre celebrata.



IL E C T I S S I M I filij sanctæ Ecclesiæ, mentis vestræ oculos simul & aures erigit, & considerantes admiraremini rem gestam, quam ad vestram scientiam transmittere cupimus. Cernite cuncti infinita Dei omnipotentis mirabilia, & ei laudes incessabiles reddite per secula. Contemplete mini eius ineffabilem per cunctas generationes benignitatis magnitudinem, multis modis luce clariorē, super humanum genus resplenduisse semper. Considerate sublime dispensationis eius mysterium, & ideo ex nimia eius pietate permoti afflumine planctum, lachrymasque amaras proferre mementote, ac singultus super tale miraculum in nostra generatione patratum, quod omnibus seculis est mandandum. Deo quippe nihil impossibile, sed etiam nec aliquid est difficile. Nam super ea quæ ipse modernis dignatus est patrare temporibus, omne cor obstupeuit, audientum fugit visus, hebetatus est auditus. Sicut enim in passione vnigeniti ipsius expauit cœlum, radij quoque Solis obtenebrati sunt, quinetiam terræ motus suu horrendo sonitu abyssi fundamenta valide exterruit, & mortuos plurimos, quos abyssus ipse tenebat, eructare fecit viuificatos; ita & nunc secundū eadem signa pariter sunt innovata. Igitur audientes intelligite, intelligentes obstupecite, & ea que vobis intimare curamus, plena fide & aure intenta cordis percipite. Est autem huiusmodi series narrationis.

CAP V T I.

Vides antiquissimum usum imaginum in ecclesia.

EST quædā ciuitas in Syria, inter terminos Tyri, & Sidonis posita, Berytus vocata, Antiochia olim subdita. In hac urbe innumerabilis multitudine erat Hebreorum, cum eo tempore ciuitas illa Metropolitanam obtineret dignitatē. Accidit autem, ut iuxta synagogam Hebreorum, quæ magna valde habebatur, quidam Christicola à quadam suscepisset cellulam, censumque ei ex ea redderet: in qua dum ingressus esset ad habitandum, iconam Domini nostri Iesu Christi, quæ apud se habebat, fixit in partite contra lectuli sui faciem, quæ etiam continebat in se integræ Domini statuam, Euoluto deniq; non paruo tempori spatio, iam prælibatus Deicola perquirere studuit in alio loco eiusdem urbis magis spatio sum domum ad habitandum. Quæ cum reperisset, tollens cuncta, quæ ad se pertinere videbatur, egressus est de celula. Dominus autem prouidentia id agente, Iesu Christi Domini nostri iconam ibi neglectam reliquit. Hoc autem Domini occulto peractum est consilio, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, vt ostenderet cunctis se coletibus suorum miraculorum virtutem, ad increpatiōēm impiorum, firmamentum verò suorum fidelium. Factum est autem post hanc, ut Hebreus quidam eandem cellulam suscipiat ad habitandum. Quam ingressus cum suis omnibus cœpit habitare in ea, minime contemplatus locum illum, qui Dominicam iconam apud se retinebat absconditam. Die verò quodam idem Hebreus de suis contubernalibus inuitavit unum ad prandium. Epulantibus illis, eleuauit Hebreus qui inuitatus fuerat, oculos, & vidit in interiori loco illius cellulæ iconam Dominicam parieti connexā. Tunc vehementer furore exardescens, cepit fremere dentibus aduersus eum qui ipsum conuocauerat, dicens: Tu Hebreus cum sis, quoniam apud te Iesu illius Nazareni iconam habet, deposita! Conuicta quoque & opprobria tanta aduersus Dominum Salvatorem emisit, quanta nec aures fideliū sifferre possunt, nec nos scriptis tradere præsumimus, ob iniuriam nostri redemptoris. Iudeus verò, qui illum malevolū conuocauerat ad prandium, satisfacere illi cupiens, sacramentis terribilibus profitebatur, se nunquam illā quam præmonstrabat, vidisse iconam. Ad hanc qui inuitatus fuerat filuit. Finito autem coniuicio abscessit, & abiit ad summos sacerdotes & principes, & dixit eis: Notum vobis sit, quoniam Hebreus ille talis Iesu Nazareni iconam apud se retinet clanculō. At illi hæc audientes dixerunt ad eum: Nunquid possunt vera esse quæ asseris? Non credimus, nisi demonstraueris. Ipse verò affirmabat, quod eam in domo illius demonstraret. Hæc illi audientes maximam in iram deciderunt. Sed die illo, quia iam hora incumbebat vesperina, siluerunt. Mane verò facto, summi sacerdotes, principes, & maiores natu plebis Iudeorum, assumentes secum illum qui socium accusauerat, ad domum ipsius velociter festinauerunt. Videntes autem vera esse quæ dicta fuerant, facto impetu cum eo qui hæc testificauerat, irruerunt in illum, multisque contumeliis, ac variis cruciatibus affectum, extra synagogam semiuiuum proiecerunt.

CAP.

C A P . II.

Deponentes autem Domini nostri Iesu Christi iconam in terra, dixerunt ad inuicem: Quoniam aures nostras tetigisti non exigua opinio, quod Iesum Nazarenum patres nostri diuersis modis illuferunt, ita & nos huic faciamus. Tunc cœperunt spuere in faciem imaginis Domini Salvatoris nostri, & percutiebant eam alapis, inde dicentes: Quanta Iesu Galilæo nostri genitores fecerunt, eadem & nos huic eius imagini faciamus. Innumerabilibus itaque illuferibus Dominicam illuferunt iconam. Iterum dicunt: In eius passione scriptum esse agnoscimus, quod eius pedes, & manus in cruce confixa sunt: nos verò quanvis modi noſtræ rēpōrē, nil praeterrimenter addamus & hæc. Tunc crucifigentes iconam Dominicam clauso acutissimos adhibuerunt in manibus & pedibus ipsius imaginis. Post hanc permoti magis ac magis fellis amaritudine, dicunt inter se: Audiuimus quod patres nostri, Iesu Galilæo acetum & fel in potum cum spongea præbuerunt, hoc & huic faciamus. Quod & sic fecerunt, apponentes ad os sanctæ iconæ nostri redemptoris acetum cum felle mixtu. Nec sic itaque cordis sui malitiam refrenantes iterum dicunt: Didicimus quod nostri maiores coronam contextram de spinis capitii illius crucifixi circumponebant, postmodum arduine percutiebant insultantes eis & nos igitur nihil postponentes, id ipsum faciamus. Cumque coronam spineam capitii illius circomposuerint, accipientes arundinem, percutiebant caput imaginis illius, qui caput est omnium sanctorum. Ad extreum verò, cum insaniam suæ mentis tolerare non possent, dixerunt: Sicut veraciter didicimus, patres nostri latus Iesu lancea appetuerunt: nos verò ne aliquid minus fecisse videamus, & hoc ipsum adiiciamus. Nullam ad hæc moram medium fecerunt, & afferi lanceam iuferunt, & præceperunt cuidam Hebreo tollere eam, & valido iuco latus dextrum iconæ illius transfodere. Cumque tam maximū factus fuisset perpetratum, res mira & vehementer stupenda, nulloque vñquam seculo audita, ibi repente est effecta. Nam ipsius vulneris locus, aqua & sanguine illico cœpit decurrere. Et sicut in passione Dei filij Salvatoris mundi olim contigit celum expauisse, ita nunc quoque, pariter Deo præstante, eadem innovantur. Verè enim in hoc facto non solū elementa mundi concuti potuere, sed etiam virtutes superne tale facinus exhorruere. Tibi ergo, Christe, cum Patre, Spirituque sancto sit gloria indeficiens. Quis enim est sicut tu Domine? & quis est Deus faciens mirabilia signa, & terribilia, & obstupecenda in cœlo, & in terra? O admirabilis mediator Dei & hominum, horoufion, mundi redemptor, ac salvator, totius bonitatis & pietatis & origo. O quantus es, Domine Iesu, in humilitate, qui cum ellen Deus, morticinium nostræ carnis suscipiendo, homo fieri dignatus es pro salute generis humani; quæ impij & crudeles paulominus ab Angelis minoratum cernentes, horribili morte plectere nō erubuerunt. O quām magius es, noster Salvator in patientia, qui in tempore tuæ traditionis, tuo prodiutor ad te venienti osculum præbere non renuisti, & seruo Malcho Apostoli gladio abscissam auriculam redintegrasti, quando ad passionis victimam velut quis mansueta ducebaris. O quantus es in misericordia, Christe, spes vñica mundi, qui cum in cruce teipsum hostiam Deo patri exhibuisses sanctam, & immaculatam, pro tuis crucifixoribus veniam postulasti, dicendo ad patrem: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Tunc quidem pro salute nostra incurvatus, in eadem carne, quam ex virgine sancta & immaculata assumperas, mortem pertulisti crudelē. Et qui eras in substantia cum patre sanctoque Spiritu vñus & impassibilis existens, & inviolabilis, condolisti humanam perire naturam. Et ideo in hanc lachrymarum vallem descendens, pro nostris erratis & piaculis formam seruilem suscepisti, in qua te permisisti ab iniquis teneri, & flagellari, ad ultimum verò crucifigi. Nunc autem in sancta imagine tua cruciferis Domine, iterum ad confusioneū impiorum omnium infidelium, & ad corroborationem omnium in te creditum. Et ideo tibi omnipotenti Deo vñca cum Patre, Spirituque sancto, gloria sit per cuncta seculorum secula, decus & fortitudo, virtus atque victoria. AMEN.

C A P . III.

Audite omnes Ecclesiæ filij, cetera quæ postmodum facta sunt, ipsius enim mysterii sunt dispensatio. Postquam enim, ut superioris dictum est, latus sanctæ imaginis illius lancea apertum est, continuo exiuit sanguis & aqua. Dixerunt autem princeps sacerdotum: Afferatur vas ad locum vulneris, & videamus exitum rei. Qui illico derulerunt hydram, & ad locum vulneris, unde sanguis & aqua decurrebant, statuerunt. Quæ absque villa mora subito repleta est. Dixerunt autem ad inuicem: Quoniam suffurrant Christū colentes, quod signa & mirabilia multa inuidita ascerit in mido, quæ nemo aliud potuit agere, accipiamus hunc sanguinem, & aquam hanc, & deferamus ad nostrā synagogam, & congregemus vñuersos qui le male habent, & ex hoc pertingamus eos, & si vera sunt ea quæ de Christo dicuntur, continuo fabnabuntur; si alijs, ludibrio habeantur à nobis cuncta quæ à suis sequacibus astruuntur de eos.

S ij Hæc

Hæc dicentes, hydriam deferunt ad synagogam, estimantes se Christo Iesu Domino nostro eterni Regis filio maximam inferre pollè iniuriam. Congregauerunt igitur quoscunque repererunt languidos, & in conspectu cunctorum Hebreorum introducti sunt in synagoga, inter quos quidem proœcta ætatis erat homo, quem à nativitate sua grauissima posfederat corporis molestia, quæ Graeca locutione paralyticus, Latina verò dissolutio membrorum dicitur. Hic dum primum ab eis fuisset peruncus, repente de suo grabato quasi cerus exiliens, ad laudem filij Dei incolumis redditus ad propria remeauit. Deinde adducentes cœcos nonnullos, loca eorum lumen perungere studuerunt. Qui & ipsi statim in Iesu Christi nomine difficula cœscit, post multis annos lumen amissum recipere meruerunt. Agrotantes autem plurimi ad hoc spectaculum sunt adducti. Cumque & illi fuissent peruncus, mirabili Dei virtute vñdiq; perfugi, sensu redintegrato pristino, ad propria dum reveruntur fanfissimi, laudes Dei omnipotens filio Iesu Christo Domino Saluatori nostro persoluuntur ab omni populo. Tumultus autem exortus est magnus, per totam eandem urbem concurrentibus omnibus, propter innumerabilia quæ fiebant miracula. Et quicunque variis languoribus infirmos possilos habebant apud Iesum illuc eos deducentes pertungebant, & statim sanitatem quam desiderabant, consequerantur. Omnes autem ad quoscunque peruenire potuit fama, afferentes infirmos quos Iesu habebant in dominibus, paralyticos, cacos, claudos, surdos, mutos, & leprosos, sive aridos, deducebant eos ad synagogam Iudeorum, ubi hæc sibi signa diuinitatis. Sed quamvis maxima esset haec eadem synagoga, nequam tamen recipere poterat superuenientium multitudinem. Infinita enim erant populorum ceteræ, quæ vnde illuc confluebant propter innumerabilia miracula & prodigia, quæ pro sua nimia multitudine, nefastidium generent, transgrediendo pretermisuntur. Omnes autem principes fæderatum, & seniores, & omnis turba Iudeorum, parvulorum ac maiorum, & mulierum, videntes quæ facta fuerant, crediderunt in Dominum nostrum Iesum Christum, quem ut Esaiæ vaticinum cecinit, virgo concepit, & virgo peperit, ac post partu virgo permanuit, & dicebant: Gloria sit tibi Christe, quem patres nostri verum Deum, & verum hominem in cruce morte horribili afficeré non metuerunt. Qui nunc etiam nobis iterum passus es te in imagine tua cruci affigi. Gloria sit tibi Christe fili Dei, qui tanta misericordia nobis miseris demonstrasti. Tibi credimus, tu nobis esto propitius, & nos suscipere dignare, quia ex toto corde, & tota anima, atque virtute ad te configimus. Hæc & his humilia clamantes dicebant, lachrymas autem amaras emittebant, & singultus.

C A P . III.

Potquam autem curati sunt cuncti, qui ægritudine detinebantur, cœnirrit omnis multitudo Iudeorum ad domum sanctæ Ecclesiæ, que in eadem vrbe erat, ibi & Metropolitanu[m] inuenierunt. Cuius prouoluti vestigiis, le peccaste, se grauiter deliquisse, magnis vocibus fabantur. Is cum ab eis perquireret omnem rei gestæ veritatem, sanctam iconam Domini Salvatoris eidem demonstrantes, annuncianter cuncta quæ in ea exerceruerant: & qualiter ab iictu lanceæ sanguis & aqua emanauerat ex latere ipsius: necnon & de mirabilibus ab ea ostensis ipsi remiserunt per ordinem. Ille verò interrogabat, qualiter icona ipsa ab eis fuisset reperta, & si ab aliquo eam accepissent. At illi retulerunt ei, quod quidam Christicola per obliuionem in cellula synagogæ proxima dimisisset eandem iconam, dum se ad alium locum transferret hospitandi gratia. Qui statim iubetur inquirere & repertus, in praefentia domini Metropolitani statuitur. Cumque ab eo studiosissime fuisset interrogatus, quomodo icona apud se deuenisset, vel à quoniam mirabiliter posita esset, respondit dicens, quod Nicodemus qui ad Iesum nocte venerat, propriis manibus eam composuit, & moriens Gamaliel tradidisset. Gamaliel autem doctoris gentium Pauli magister, cum diem sibi cœneraret adesse extrellum, Iacobum eam reliquit, & Iacobus Simeoni, & Simeon Zachæo, & sic per successiones temporum in Hierosolyma perduravit, usque quod subuersio illius urbis patrata est quadragesimo & tertio anno post ascensionem Domini Salvatoris ad celos. Sed biennio antequam Titus & Vespasianus cœdem subuerterent urbum, adtroniti sunt à spiritu sancto fideles, atque discipuli Christi, ut relista yrbe, ad regnum se transferrent. Agrippæ Regis, quia ipse tunc Agrippa Romanis federatus erat. Qui egressi ab yrbe, omnia quæ ad cultum nostræ religionis vel fidei pertinere videbantur, secum auferentes, in has regiones se transtulerunt. Quo tempore etiam icona cum ceteris rebus Ecclesiasticis deportata usque hodie in Syria permanuit, quam ego ipse à parentibus mihi ex hac luce migrantibus tradidam, iuri hereditario usque nunc possedi. Hæc certa & manifesta ratio est de icona sancta Domini Salvatoris, qualiter de Iudea, in Syriae partes deuenit. Auditis his sermonibus Reuerendissimus Metropolitanus valde hilaris redditus, conueritus ad populum Israëliticum dicebat: Conuerte

uertere Israël ad Dominum patrem vniuersorum viuentium, & adora nobiscum eius filium, per quem sunt omnia creata, & spiritum sanctum, qui est viuificator cunctorum viuentium, & illuminator nostrarum animarum. Festina debitum absoluere votum. Omnis autem turbastirpis Iudaicæ clara voce coepit cantare, & dicere: Vnus Deus Pater, & ipse ingenitus: vñus filius, & ipse vñigenitus Christus, quem patres nostri crucifixerunt, & nos ipsum agnouimus verum Dominum. Vnus spiritus sanctus, & ab vtroque procedens, per quem veraciter nos creditus esse saluandos. Hæc dicentes, prostrati genibus ipsius, veniam postulabant de suis consequi sceleribus per baptismi remedium. Quos suscipiens beatus Antonius cum suis clericis per dies ² plurimos de disciplina eruditus Christiana: ad ultimum verò catechumenos factos, & triduo peracto ieiunio, ex aqua & spiritu sancto regenerauit eos.

² Ecce quo baptis
zandi antiquius
per plurimos dies
de fide Christiana
instruuntur, &
ieiuno preparata
batur.

C A P . V.

Potquam verò baptismum consecuti sunt, rogabant enixius sanctum virum, ut synagogam suam Ecclesiam ³ confecraret, in honorem sancti Salvatoris mundi. Quorum petitionem, ³ Vides usum con minimè alernatus, synagogam illorum quæ maior esse videbatur, in nomine vñigeniti Dei filij Redemptoris mundi confecravit. Ex tunc itaque per diueras orbis terræ nationes, & secrandi ecclesiæ antiquesmū effec

prouincias mos inoleuit, ut basilicas plurimas, vel oratoria Pontifices Christianæ legis in ho

norem sancti Salvatoris mundi condere, & dedicare nō desinant. Nam antea antiquiores no

stri vel maiores hoc peragere minimè presumserunt. Sed ad narrationis nostræ ordinem

reflectamus orationem. Rogauerunt autem Metropolitani præfatum virum, ut cæteras sy

nagogas eorum in honorem quorundam beatorum martyrum consecrando reconciliaret,

Itaque & huic petitioni libenter animum accommodauit, & quæ illi suggererunt, Dei iuu

amine fretus, cuncta expleurit deuotus. Factumque est gaudium magnum in ciuitate illa, non

solum de sanitate corporum, quæ emanauerat maxima: sed & de tantis animabus, quæ ab in

teritu satanæ ad vitam æternam fuerant renovatae.

C A P . VI.

Venerabilis & verè summus Antistes die noctuque variis fluctuabat cogitationibus de hydria quæ Dominicum intra se retinebat cruentem, valde hæsitans quid de ea opportunitum fuisset peragere. Tandem autem salubri reperto confilio, omnibus Ecclesiæ, que per orbem terræ longe lateque consistebant, inæstimabile atque profuturum prouidit consolacionis remedium. Denique ampullas præcepit fieri vitreas, in quibus posuit portiones singulis de sanguine & aqua, quæ de imagine Domini Salvatoris nostri decurrerant: easque statim per Asiam, Aphricam, & Europam, per suos nuncios dirigens, cuncta quæ apud urbem iam dictam suo tempore contigerant, suis scriptis manifestissime vñiueris sanctæ Ecclesiæ filii significauit, hoc insuper ab eis efflagitatis, ut per annos singulos in mensis Nouembri, qui apud Hebreos est nonus, apud nos vero mensis vñdecimus, non die ipsius mensis, id est, quinto Idus Nouembri, non minori reuerentia, quam Natalis Domini, vel Pascha, ista ⁴ Dies festus cœsæ creationis Ecclesiæ, precipua obseruatione colatur.

C A P . VII.

Hæc est vera, & firmiter credenda narratio de cruento lateri Domini nostri Salvatoris, qui profluxit de sancta imagine ipsius quæ crucifixa est in Syria, in Beryto ciuitate. Hic est etiam sanguis ille Dominicus, qui apud plerosque repertus esse dicitur. Nec esse aliter existimandum est à verè catholicis præter id quod scribitur nobis, quasi ex carne & sanguine Christi aliiquid posuit in mundo inueniri, nisi illud, ⁵ quod in aræ altaris per manus sacerdotum quotidie spiritualiter efficitur. Hæc ergo sciens, amantisimi patres, & fratres, accelerauit declarare vobis ad ædificationem animarum vestiarum, ad incrementum vestre fidei, ut & in hoc scire valeatis, quanta sit virtus & pietas Domini Salvatoris nostri Iesu Christi. Idcirco in fide fortis estote, & congaudete super magna & obstupescenda eius miracula, quæ in nostra generatione à Deo sunt patrata, dateque illi gloriam cum laetitia gaudentes, & cum nimia cordis compunctione eius maiestati immensas gratias agite, ed quod fidei sue & sententiae dignos nos fecit esse. Ipsi Christo Iesu Salvatori nostro cum Patre, sanctoque spiritu gloria sit, honor, ac laus perennies, qui sempiternum, atque, indiuismus absque initio & fine obtinet imperium.

A M E N.

S iij IN LAV.

⁴ Vides quod quæ
efficitur in altari
per manus sacer
dotum versus san
ctus, & caro est
Christi, sed spiritu
tualiter, hoc est in
alia forma, nempa
in specie panis, &
génis

ALOYSII LIPO MANI VERON.
IN LAVDEM SANCTAB ET
viuiscæ Crucis, sermo beati Ioannis
Damasceni.

Habetur lib. 4.
cap. xi de Ortho-
doxa fide.

ERM O crucis iis qui percunt, stultitia est: nobis autem, qui salute respi-
ramus, virtus Dei. Nam spiritualis omnia dijudicat, animalis verò homo nō
suscipit ea quæ spiritus sunt. Stultitia enim iis qui fidem non suscipiunt, &
bonitatem, & omnipotentiam Dei non existimant, sed humanis, & natura-
libus cogitationibus diuina scruntur. Omnia namq; Dei sunt super naturā
ad huc & super sermonem, & mentem. Quis enim cogitauerit, quo pacto ex
nihilo ad esse, & cuius gratia deduxerit Deus vniuersa? Si naturalibus cogitationibus inuenire
voluerit, non apprehenderet. Animalis enim est hec indagatio, & daemonica. Si quis verè fide
manuadūctus bonitatem, omnipotentiam, veritatem, sapientiam, iusticiam, & diuinitatem cogiter,
inueniet omnia levia, & plana, & viam rectam. Sine enim fide impossibile est saluari: nam fide
omnia, & humana, & spiritualia constant. Neq; enim agricola sine fide incidit terrę fulcum,
neque mercator parvo ligno suam ipsius animam infano maris pelago committit: nō nuprię
funt, non aliud quicquam in vita sine fine. Fide intelligimus, ex nihilo ad esse omnia. Dei vir-
tute deducta est. Omnia, & diuina & humana, fide dirigitur. Fides autem est inscrutabilis
consensus. Omnis igitur actio, & miraculifera operatio Christi, maxima, diuina, & summè ad-
miranda: omnium tamen admirabilissimum est pretiosa ipsius crux. Per nullum enim aliud
mors primi parentis destruxit est, primi parentis peccatum solutum, infernus spoliatus, resurre-
ctio donata, virtus nobis contemendi praesentia, mortemq; ipsam elargita, ad antiquam beatitudinem regressive reparata, portę parady si patescat, natura nostra in dexteris Dei sedens,
filii Dei & hæredes nos facti, nisi per crucem Domini nostri Iesu Christi. Per ipsam enim haec
omnia mirificè sunt impleta. Nam quicunque baptizati sumus in Christo, vi inquit Aposto-
lus, in morte eius baptizati sumus: & quicunq; in Christo baptizati sumus, Christum indui-
mus. Christus autem est Dei virtus & sapientia. Ecce mors Christi, id est, crux, hypostatica
Dei virtute, & sapientia circundet nos. Virtus siquidem Dei est verbū crucis, aut quia po-
tentia Dei, id est, contra mortē victoria, per ipsam nobis manifestata est, aut quia quemadmodum
quatuor extrema Crucis per medium centrum continentur & constringuntur, sic per Dei
virtutem altitudine & profunditas, longitudo & latitudo, id est, omnis visibilis & inuisibilis
creatura continentur. Hæc nobis signum data est super frontem quemadmodum Israeli cir-
cuncisio. Per ipsam enim fideles ab infidelibus & distamus & discernimur. Ipsa est scutum,
& arma, & trophaeū aduersus diabolum. Ipsa signaculum, ut non tangat nos exterminator,
vt inquit scriptura. Ipsa iacentium erexit, stantium firmamentū, baculus debilium, pastorum
virga, conuertentiū manuductio, proficiētiū perfectio, animaē salus & corporis, omnī malorū
auerio, omnium bonorum causa, peccati deſtructio, arbor resurrectionis, lignum vitæ aet-
ernæ, iſum nimirum pretiosum lignum, & perquām verè venerandum, in quo ſemel ipsum
in hostiam pro nobis Christus oblitus, atq; vt sanctificatiū ractū sancti corporis & sanguinis
decenter & adorando. Clavique & lancea, & indumenta, & sacra ipsius tabernacula adoranda,
qua sunt præſep, spelunca, Golgotha, Saluatoris viuiscum ſepulchrū, Sion Ecclesiārum pro-
pugnaculum, & similia, vt Dei parentes ait Daud: Introibimus in tabernaculum eius, adorabi-
mus in loco vbi ſtererunt pedes eius. Quod autem Crucem dicat, ostendit quod sequitur:
Resurge Domine in requiem tuam: sequitur enim crucem resurrectio. Si enim amatorum
desiderabilis domus, & lectus, & aniæ: multò magis Domini & Salvatoris nostri, per quæ
& ſalutari ſumus. Adoramus etiam, 3 figuram pretiosam & viuiscæ crucis, tametq; ex alia
materia facta est, non materiam venerante (abſit enim) ſed figuram, tanquam Christi signum.
Dixit enim diſcipulis suis contestans: Tunc apparet signum filii hominis in celo, crucem
dicens: Et idcirco mulieribus dixit resurrectio Angelus: Iesum queritis Nazarenū cruci-
fixum. Et Apoſtolus: Nos autem prædicamus Iesum Christum, & ipsum crucifixum. Mu-
lti enim Christi, & ſaluatoris, ſed vnu erucifixus. Non dixit, lacea per ſoſſum, ſed crucifixum.
Adorandum igitur signum Christi: vbi enim fuerit signum eius, illuc et ipſe erit. Materia au-
tem ex qua figura crucis exprimitur, ſue fit aurum, ſue lapides pretiosi, aut alia quævis ma-
teria, poſt figurentem, ſi contingat diſſoluī, non adoranda. Omnia igitur, quæ Deo adiacue-
runt, adoramus, ipsi reverentiam pietatisque cultum exhibentes.

Hanc pretiosam crucem præfigurauit vite lignum, quod in paradyſo plantatum est à Deo,
Nam poſtequam per lignum mors allata est, oportebat per lignum donari vitam, & reſur-
reptionem. Jacob adorans ſummitatem virgæ, alternatis cancellatisque manibus filios Ioseph
be-

S A N C T O R U M H I S T O R I A. P A R S . I . 211

benedicens, ſignum crucis manifestissimè descriptis. Virga Moyſea in ſimilitudine crucis
mare percutiſit & ſaluauit Iſraēl, Pharaonem autem ſubmergit. Manus cruciformiter extenſæ
Amalech repulerunt. Ligno amara aqua dulcis facta est, & petra rupta, & profundens fluente.
Virga Aaron ſacri Pontificatus inſigne fuit: ſerpens in ligno triumphatus, qui mortuus est,
ligno mortuum videntes inimicum ſaluante, & credentes quod Christus in carne peccati,
peccatum non ſcience, in cruce peccata affixit. Magnus Moyleſ clamat: Videbitis vitam ve-
ſtram pendente in ligno ante oculos vestros. Et Eſaias: Tota die expandi manus meas ad
populum diſcredentem & contradicentem. Qui hanc igitur & adorant, participes fuunt
<sup>4 Qui crucem ad-
orant, participes
ſunt Christi cruce
affixi.</sup>

I N S A C R A T I S S I M U M C O R P U S

Christi, de ſanctis ſcilicet & incontaminatis eius
myſterijs ſermo beati Ioannis
Damasceni.

RO NVS, & omnibus, & ſuperbonus Deus totus existens bonitas propter
superabundantes diuitias bonitatis ſuæ, non paſſus eſt ſolum eſſe bonum (id eſt
ſuam ipius naturam) à nullo participatum. Huius gratia fecit priuim quidem
intellecuales, & cœleſtes virtutes, deinde vifibilem, & ſenſibilem mundum,
mox ex intellectuali, & ſenſibili natura hominum. Cuncta igitur quæ ab ipſo
facta sunt participant eius bonitatem ſecundū eſſe, quia ab ipſo, & in ipſo ſunt omnia: non
modò quia ipſe ex nihilo illa ad eſſe deduxit, ſed quia ſunt ipius actio, & quæ ab ipſo facta
ſunt, conſeruat & continent. Ex abundanti autem, animalia: nam ſecundū eſſe, & vitam par-
ticipando, communicant bono, rationalia verò & ſecundū prædicta: ſed non ſolum, verū
& ſecundū rationem. Et hæc magis familiaria quoquo pacto ſunt ad ipſum, quamquam om-
nibus improprioſaliter ſupereminet.

Cæterum homo rationalis, & arbitrio liber factus potestatē accepit indeſinenter per pro-
priam electionem vnitri Deo, ſi permansifet in bono, hoc eſt, in creantis obedientia. Poſtear-
quā veò eius qui illum fecit transgressus eſt præceptum, & morti & incorruptioni ſuccu-
bit, factor & opifex generis noſtri, propter viſcera misericordiae ſuæ, ſimili factus nobis ſe-
cundū omnia factus homo ¹ eſt ſini peccato, & noſtre natura vnitus eſt. At veò qui
tradiderat nobis propriam imaginem, & proprium ſpiritu, quem non cuſtodiuimus, ipſe
pauperem noſtram & imbecillem affluſt naturam, vt nos purgaret, & incorruptibiles fa-
ceret, rurſusque Deitatis ſuæ participes reſtitueret. Atqui oportebat non ſolum primitias no-
ſtræ naturæ in participationem venire meliores, ſed & totum volentem hominem, & ſecu-
da nativitate naſci, & nutriti cibo nouo, & nativitatì conuenienti, atque ita præuenire mēſu-
ram perfectionis. Per ſuam itaque nativitatē, id eſt, incarnationem, & baptismam, & passionem,
& reſurrectionem, liberauit naturam à peccato primi parentis, à morte & corruptione. Et
reſurrectionis primitia factus, viam, & formam, & exemplum ſeipſum confiuit, vt & nos
vestigia eius fequentes, efficiamur adoptione, quod ipſe eſt natura, filij, & hæredes Dei, & ſuī
coheredes. Dedit igitur nobis (ceu iam dixi) ſecundū nativitatē, vt quemadmodum nati ex
Adam alſimilabamur ipſi, hereditantes maledictionem, & corruptionem, ita ex eo nati, alſi-
milemur ei, & hæreditate adipisci amur incorruptionem, & benedictionem, & gloriam eius.
Et quia ipſe spiritualis eſt Adam, decuit & nativitatē ſpiritalem fore, ſimiliter autem & ci-
bum. Atqui veò quia duplices ſumus, & compoſiti, par etiam fuit nativitatē duplice fore,
identem & cibum compoſitum. Nativitas igitur, per aquam nobis & ſpiritu donata, per
ſanctum dico baptismam. Cibis veò, ipſe panis vta Dominus noſtri Iesu Christus, qui ex
celo deſcendit. Nam ſucepturus voluntaria pro nobis mortem in noſte, in qua ſeipſum ob-
tulit, teſtamētū noſcum diſpoſuit ſanctis diſcipulis, & Apoſtolis, & per ipſos omnibus alijs
in ſeipſum creditibus. In coenaculo igitur ſanctæ & glorioſe Sion, antiquum Paſcha cum
diſcipulis ſuis manducans, & implens antiquum teſtamentum, lauit diſcipulorum pedes, ſi-
gnum ſancti baptiſmati præbens. Deinde frangens panem dedit illis dicens: Accipite, come-
dite. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur in remiſionem peccatorum. Similiter
accipiens calicem ex vino & aqua, tradiſit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic meus eſt
ſanguis noui teſtamenti, qui pro vobis effundetur in remiſionem peccatorum: hoc facite
^{2 Nota quod Dea}
in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem
^{minus noſter in}
bibetis, mortem filii hominis annunciatibis, & reſurrectionem eius conſitebitimi, donec ve-
^{noſte congeſtis}
viat. Si igitur verbum Dei viuens eſt & efficax, & omnia quæcumque voluit, Dominus benedixit,
fecit. Si dixit: Fiat lux: & facta eſt. Fiat firmamentum; & factum eſt: Si verbo Dei celi fir-

Habetur lib. 4. cap.
xiiij. de Ortho-
doxa fide.

³ Deus verbum fatus est homo ex sancte virginis purissimis sanguinis bus sine humano semine.

⁴ Probat sanctus pater per verba consecrationis, ex pane veri corporis, ex vino et aqua verum sanguinem Domini nostri Iesu Christi efficit.

sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum: si ccelum & terra, aqua, ignis, & aer, & omnis ornat⁹ eorum, verbo Domini perfecta sunt, & homo ipse ubique diuulgatum animal: si volens ipse Deum verbum factus est ³ homo, & ex sancte virginis purissimis, & illibatisimis sanguinis, in seipso sine semine carnem sustentauit: non potest panem sui ipsius corpus facere, & vinum & aquam sanguinem? Dixit in principio: Producat terra herbā virētem, & utque nunc pluvia facta producit germina, diuino coadiuta, & vigorata praecepto.

Dixit Deus: Hoc est corpus meum: & Hic meus est sanguis: & Hoc facite in meam commemorationem: & omnipotenti eius praecepto, donec veniat, efficietur. Sic enim dixit. Donec veniat: & fit pluvia noua huic agriculturae, per inuocationem Spiritus sancti obibrans virtus. Nam quemadmodum omnia quæcumque fecit Deus, Spiritu sancto cooperante fecit: sic & nunc Spiritus sancti operatione hæc super naturam operatur, quæ non potest capere nisi sola fides. Quomodo fieri mihi istud, dicit sancta virgo, quoniam virum non cognolco? Respondeat Gabriel Archangelus: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et nunc interrogas, quomodo panis sit corpus Christi, & vinum & aqua sanguis Christi?

4 Respondeo tibi & ego: Spiritus sanctus obumbrat, & hæc operatur super sermonem & intelligentiam: panis autem & vinum transmutantur. Nouit enim Deus humanam infirmitatem complura vñi non trita auersari, & molestè ferre. Assueto igitur condefensu vñi, per consuetudinæ ea facit quæ sunt super naturam. Et quemadmodum in baptismate (quæ consuetudo hominibus est, aqua lauari, & oleo vngi) coniunxit oleo & aquæ gratiam Spiritus sancti, & fecit illud laetacrum regenerationis. Hunc in modum, quia mos hominibus est panem manducare, & vinum, & aquam bibere, coniunxit his ipsis suam diuinitatem, & fecit hæc suum corpus, & sanguinem, ut per assueta, & quæ sunt secundum naturam, in iis quæ sunt super naturam, collucemur. Corpus enim quod ex sancta virgine corpus est, secundum veritatem coniunctum est diuinitati, nō quod ipsum corpus assumptum ex celo descendenter, sed quod ipse panis & vinum transmutatur in corpus & sanguinem Dei.

Si autem modò requiris, quoniam pacto id fiat, facit tibi audire: quoniam per Spiritum sanctum, quemadmodum ex sancta Deipara, seipso & in seipso Dominus carnem sustentauit. Et nihil amplius cognoscimus, quæ quod verbum Dei verum est, & efficax, & omnipotens, modus autem inscrutabilis. Neque & hoc etiam dictu promptum, quomodo naturaliter per comeditionem panis, & vinum, & aqua per potionem in corpus & sanguinem comedentis, & bibentis transmutatur, & non fit aliud corpus præter id quod prius erat ipsius. Sic & propositionis panis, vinumque, & aqua, per inuocationem & aduentum Spiritus sancti supernaturaliter transmutatur in corpus & sanguinem Christi, & non sunt duo, sed unum & idem. Fit igitur ijs qui fide dignè assument, in remissionē peccatorum, & in vitam aeternam, & in custodiā animæ & corporis: ijs autem qui in infidelitate indignè participant, in punitionem & supplicium. Quemadmodum & Christi mors creditibus facta est vita, & incorruptibilitas in fructuō semperiterna beatitudinis: infidelibus autem, & Domini interfectoribus, in suppliciū & pñnam semperitnam. Non est 5 figura panis, & vinum, corporis & sanguinis Christi (Abfirat enim hoc) sed est ipsum corpus Domini deificatum, ipso Domino dicente: Hoc est meū, nō figura corporis, sed corpus: & nō figura sanguinis, sed sanguis. Et ante hoc ipsis Iudeis: Quoniam nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam aeternam. Cate mea verus est clibus, & sanguis meus verus est potus. Et rursum: Qui manducat me, viuet. Prinde cum 6 omni timore, & conscientia pura, & indubitate fide accedamus, & omnino fieri nobis, quemadmodum credimus non dubitantes: & veneremur ipsum omnī puritate animi & corporis. Accedamus cum desiderio ardentis, & manus in Crucis modum formantes, Crucifixi corpus suscipiamus. Et apponentes oculos, & labia, & frontem diuinū carbonem concipiamus, ut ignis in nobis desiderij afflumens eo ex carbone ignitionem, comburat peccata nostra, & illuminet corda nostra, & participatione diuini ignis igniamur, & deficemur. Carbonem videt Esaias. Carbo autem simplex non est, sed vnitus igni. Sic panis communionis non panis simplex est, sed vnitus diuinitati. Et corpori vnitō diuinitati non vna, ac eadem illi natura est, sed vna corporis, & vnitæ diuinitatis altera. Quare amborum simul non vna natura est, sed due. Pane & vno suscepit Melchisedech Abraham ex cæde alienigenarum reuertentem, qui erat sacerdos Dei altissimi. Illa mensa hanc mysticam præfigurauit mensam, velut & sacerdos ille Christi veri sacerdotis figuram præsebere & imaginem. Tu es, inquit, sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech. Hunc panem panes figurabant propositionis. Hæc est pura scilicet hostia, & incruenta, quæ ab ortu utque ad occasum ipsi offerri per Prophetam Dominus loquitur, corpus videlicet & sanguis Christi in stabilimentum animæ nostræ & corporis inconsuētum & incorruptum, non in seculum iens (abst enim) sed in nostram substantiam, & conseruationem, omnimodi

⁵ In Eucharistia sita conferata nō esse figuram, sed vere corpus & sanguinem Domini, contra quoslibet reuictos nostros temponis.

⁶ Nota modū dis- gne sumptionis sanctissime Eucha- risticie, nec sufficere ad id solam fidem.

nocumenti reparatio, sordisque omnis purgatio. Siquidem autum offendit adulteratum, per iudiciale, correptioriamque ignitionem purgat, vt non in futuro cum mundo condemnemur. Curat enim mortuos, & omnimoda damnæ, quemadmodum dicit Apostolus: Si nos iudicaremus, non vtique iudicaremur. Cum iudicarum autem, à Deo corripimur, vt non cum mundo condemnemur. Et hoc est quod dicit: Quare qui participat corpus & sanguinem Christi indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Per illud purgati, vniuersitatem corporis Domini, & spiritui eius, & efficiuntur corpus Christi. Ita panis est primitiæ futuri panis qui est supersubstantialis. Supersubstantialis enim ostendit, aut eū qui futurus est, id est, venturi secuti, aut eum qui ad conseruationem nostram sumit substancialia. Situ igitur hoc, sive illo modo Christi corpus accommodatè dicitur. Nam spiritus vivificantis est caro Domini, quia ex vivificanti spiritu concepta est. Quod enim natum est ex spiritu, spiritus est. Hoc autem dico, non äuerens corporis naturam, sed vivificationem, & diuinitatem eius ostendere vñlens. Si vero quidam exemplaria corporis & sanguinis Domini, panem & vinum votauerunt, vt Deifer vocavit Basilius: non tam post sanctificationem, sed prius quam sanctificaretur ipsa oblatio, ita sancti Eucharistia coram Exemplaria corpore et sanguine Domini vocantur.

⁷ Quo cosa quidam

participatio etiam dicitur, nam per ipsam Iesu diuinitatem participamus. Dicitur

& communio, & est re vera, quia communicamus per ipsam Christo, & participamus eius carnem, & diuinitatem, & quia communicamus, & vniuersitatem inuicem per illam. Nam quia ex

vno pane participamus omnes, vnum corpus Christi, & vnum sanguis, & inuicem membra

efficiuntur, concorporti Christi existentes. Omnis igitur virtute obseruemus, ne participemus participationem hereticorum, neque tribuanus (Nolite enim sancta dare canibus, inquit Dominus noster, neque seminare marginas vestras ante porcos) vt participes efficiatur erroris, & malæ fidei, atque condemnationis eorum. Si enim omnino vno est ad Christum, & ad inuicem omnino, & omnibus comparticipantibus nobis secundum electionem vniuersit, Nam ex electione vno ipsa est, non sine nostra sententia, ac deliberatione. Omnes enim vnum corpus sumus, quoniam ex vno pane participamus, quemadmodum diuinitatis inquit Apostolus. Exemplaria autem futurorum dicuntur, non vt existentia verè corpus & sanguinis Christi, sed quoniam nunc quidam per ipsa participamus Christi diuinitatem, tunc autem intellectualiter per solam visionem. Amen.

DE SANCTA VIRGINE

MARIA DEI GENITRICE

Sermo beati Iohannis Das

mascenii

EIPARA M, Dei genitricem, Deique parentem, & propriæ, & verè sanctam virginem celebramus. Nam vt verus Deus est, qui ex ipsa natus est, ita De orthodoxa

⁸ etiam virginem celebramus. Nam vt verus Deus est, qui ex ipsa natus est, ita De genitrix. ⁹ Verum Deum ex ipsa incarnatum genuit. Deum enim dicimus ex ipsa natum esse, non vt diuinitate principium Verbi, vt Verbum ¹⁰ Dei genitrix, est, ex ea accipiente, sed vt ipso Dei verbo ante secula fine initio ex Patre genito, & sine initio, & sempiternè existente cum patre & spiritu sancto, in nouissimis temporibus propter nostram latitudinem in vtero eius inhabitante, & ex ipsa incomutabilitate incarnato, & genito. Non enim hominem ² nudum genuit sancta virgo, sed Deum verum: non nudum, sed incarnatum: non ex celo corpus traducente, & vt per canalem per ipsam transi- ³ tientem, sed consubstantialem nobis carnem suscipiente, in seipso sustentatam. Si enim colitus corpus acceptum est, & non ex ea natura, quæ secundum nos, sumptum est, qua utilitas humanitatis: Humanitatem enim Dei verbi propter hoc facta est, vt ipsa quæ peccauit, & cecidit, & corrupta est, natura vincet etiam qui seduxerat tyrannum: & sic à corruptione liberaretur: quemadmodum diuinus inquit Apostolus: Quoniam per hominem mors, & per hominem resurrectio ex mortuis. Si primum verum, & secundum siquidem dicit: Primus Adam ex terra terrenus, secundus Dominus ex celo. Non corpus dicit ex celo, sed ostendit quod non nudus homo est. Ecce enim & Adam ipsum nominat, & Dominum, & vtrumq; simil significauit. Adam enim interpretatur terrigena. Terrigena autem infinita, quod hominis natura ex terra plasmata est: Dominus vero diuinæ substantiæ est infinituissima. Rursus autem, inquit Apostolus: Misit Deus filium suum vnigenitum natum ex muliere. Non dicit, ³ vñgenitus filius Dei, & Deus, qui ex virgine natus est homo. Et ipse qui ex virgine natus est, filius ⁴ vñgenitus filius Dei.

Dei & Deus est. Natus quidem corporaliter, secundum quod homo factus est, non in praepollente homine inhabitans, quemadmodum in prophetis, sed ipse substantialiter & veraciter factus homo, id est, in sua hypostasi animatam carnem anima rationali; & intellectuali sustentans, & ipse factus est illi hypostasis. Hoc enim designat naturam ex muliere. Quomodo enim ipsum Dei verbum sub lege factum est, si non homo nobis cōsubstantialis factus est? Vnde iure optimo, & pro veritate, Deiparam incontaminata nominamus Mariam. Hoc enim nomine omne dispensationis mysterium commendat. Nā si. & Deipara est que genuit, reuerā Deus est qui ex ipsa genitus est, reuerā etiam & homo. Quomodo enim ex muliere genitus, natusque Deus est, ante secula hypostasim habens, nū homo factus est? Si autem ipse qui ex muliere natus est, Deus est: vnuſ profecto est & qui ex Deo patre natus est, secundum diuinam, & sine initio substantiali: & qui in nūissimi temporibus ex virgine natus est, secundum initium habentem & temporalem substatiā, id est, humanam. Hoc autem viam hypostasim, & duas naturas, & duas nativitatis Domini nostri Iesu Christi significat. Christiparam autem nequamquam dignissimam sanctam virginem, quia ad renuendum vocabulum ḥ̄τορόκος, id est, Deiparae & Dei genetricis, sceletus & odibilis, & cum Iudeis sapiens Nestorius id ad inuenit, ut vas contumelij in contumeliam solius virginis honorat super omnem creaturam, tametsi ipse cum patre suo diabolo difrumpatur. Nam & David Rex, Christus dicitur, & Aaron, princeps sacerdotorum. Vngebattū enim & regnum & sacerdotium. Et omnis Deifera, homo, Christus, id est, vniuersus, dici potest, sed non naturalis Deus. Vnde & Deo odibilis Nestorius, natus ex virgine, Deiferum dicere anhelauit. Nobis autem absit, Deiferum ipsum aut dicere, aut cogitare, sed Deum incarnatum. Ipsum enim verbum caro factum est, & cōceptum ex virgine, praeueniens quidem ipsam carnem & assumptionem Deus, & ipsa iam ab ipso Deificata, quasi tribus simili factis vna cum deductione eius ad esse, assumptione, existentia, & Deificatione eius à verbo. Et sic intelligenda & dictenda est Deipara virgo, non solūm propter naturam verbi, sed etiam propter Deificationem humanæ carnis. Quorum simul conceptio, & existentia miro operata sunt modo: conceptionis quidem verbi, carnis autem in ipso verbo existentia, ipsa Dei matre, ineffabiliter suppedantata plafimationem, plasmatori, & humanationem Deo factori vniuersi, & Deificanti quod assumpit, saluante vniione ea quæ vniuta sunt, talia qualia vniebantur. Non quidem diuinum dico solūm, sed & id quod humanum Christi, & quod super nos, & quod secundum nos. Neque enim factum prius secundum nos, posterius factum supra nos, sed semper ex præcipua hypostasi ambo subtiliter, propterea quod ex ipsa conceptionis articulo in ipso verbo existentiam habuit. Quod igitur humanum est, secundum propriam naturam tale est, Dei verò & diuinum, ineffabiliter, & super naturam. Præterea & carnis animatae proprietates gessit illas autem suscepit, dispensationis motus naturalis ratione, ordine secundum veritatem naturaliter obseruato.

F R A G M E N T U M V I T A E S A N C T I S -
fimæ Virginis Mariæ, Dei & Domini nostri Iesu Christi genetricis,
ex diu Ambroſio Mediolanensi Episcopo
excerptum.

Ex libro secundo
de Virginibus.



Sed Vobis otia laetare virgines, tanquam in magistris, quae
tas vitaque beatæ Mariæ de qua velut speculo refulget species castita-
tis, & forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla viuendi: vbi tan-
quam in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigerere,
quid effugere, quid tenere debeatis, ostenduntur. Primus discendi-
ardor, nobilitas est magistrorum. Quid nobilissimus Dei matre? Quid splen-
didius ea, quam splendor elegit? Quid castius ea, quæ corpus sine
corporis contagione generauit? Nam de ceteris eius virtutibus quid
loquar? Virgo erat non solum corpore, sed etiam mente: quia nullo doli ambitu syncerum
adulteraret affectum. Corde humilis, verbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legen-
di studiosior: non in incerto diuiniarum, sed in prece pauperis spem reponens. Intenta operi,
verecunda sermone: arbitrum mentis solita non hominem, sed Deum querere. Non ledere
reos, bene velle omnibus, afflulgere maioribus natu, aequalibus non inuidere, fugere iactan-
tiam, rationem sequi, attinare virtutem. Quando ista vultu lexit parentes? Quando dissensi-
propinquum? Quando fastiditum humilium? Quando deritum debilem? Quando vituit in opem?
eos solos solita cœtus virorum inuixerit, quos misericordia non erubet, neque preterire
verecundia. Nihil toruans in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundum.

No

Non gestus fractior: non incessus solutior: non vox petulantior: vt ipsa corporis species simulachrum fuerit mentis, figura probitatis. Bona quippe domus in ipso vestibulo debet agnosciri, ac primo praetendant ingressu nihil intus latere tenebrarum: vt mens nostra nullis repagulis corporalibus impedita, tanquam lucernæ lux intus posita foris luceat. Quid ergo exequatur ciborum parsimoniam, officiorum redundantiam, alterum ultra naturam superfusile; alterum penè ipsi natura defisiile? Illic nulla intermissa tempora: & hic congerimatos ieiunios dies. Et si quando reficiendi successisset voluntas, cibus plerunque obuius, qui mortem arceret, non delitias ministraret. Dormire non prius cupiditas, quam necelsis fuit: Et tamen cum quiesceret corpus, vigilaret animus: qui frequenter in somnis aut lesta repetit, aut somno interrupta continuat, aut disposita gerit, aut gerenda pronunciat. Prodire domino nescia, nisi cum ad Ecclesiam conuenient, & hoc ipsis cum parentibus, aut propinquis. Domestico operario secreto, forensi stipata comitatu, nullo meliore tamen sui custode, quam se ipse: quia incessu, affectuque venerabilis, non tam vestigium pedis tolleret, quam gradum virtutis attolleret. Et tamen alios habeat virgo membrorum custodes suorum: morum autem suorum se habeat ipsa custodem. Plures erunt, de quibus dicatur, si ipsa se doceat, quae virtutes magistras habet: quia quicquid egerit, disciplina est. Sic Maria intendebat omnibus, quam a pluribus moneretur: sic implebat omnia virtutis officia, vt non tam disceret, quam doceret. Talem hanc Euangelista monstrauit, talem Angelus reperit, talem Spiritus sanctus elegit. Quid enim in singulis morer, vt eam parentes dilexerint, extranei prædicauerint, quæ digna fuit, ex qua filius Dei nasceretur? Hæc ad ipsos ingressus Angeli inuenta domi in penetralibus sine comite, ne quis intentionem abrumperet, ne quis obfiteret. Neque enim comites feminas desiderabat, quæ bonas comites cogitationes habebat. Quintemnam tum sibi minus sola videbatur, cum sola esset. Nam quemadmodum sola, cui tot libri adessent, tot Archangeli, tot Prophetæ? Denique & Gabriel eam ubi reuisere solebat, inuenit: & Angelum Maria, quæ viri specie mota trepida, quasi non incognitum audito nomine, recognovit. Ita peregrinata est in vîro, quæ non est peregrinata in Angelo: vt cognoscas aures religiosas, oculos venerandos. Denique salutata obmutuit: & appellata respondit: sed quæ primi titubauerat aspectu, postea promisit obsequium. Quam verò religiosa in propinquas fuisse figuram divina significat. Nam & humilior fastidet, ubi se à Deo cognovit elefant: &

2. Si Ielunium nō
esset res Deo accesa-
pta, ut quidā garan-
tiunt, sanctissimā
Dei genitrix non
congeminasset iug-
iunio dies.

2 Vide virginitatem seruare non esse impossibile, ut pessime docent quidam et quacunque beatissime virginis.

queatur præmium.
Ecce quanta vis,
ginitatis laudes,
sed illa in primis,
quod sol a virginem

*Dominum cognosueriat Salvatorem,
mundo reliquo eum*

4. Sancte virginis

nes gloriantur
reddere se aleissia
mo vota virginita
tis sue, et tu bare
tice audes dicere

votum castitatis
ex se illicitum ex
presumptuosa

bus excitatis, sacerdotis æterni redopertus manu, vaporem diuini ignis exhalat? Beatae virginis, quæ tam immortali spiritualis gratia, vt horti floribus, vt templi religione, vt altaria sacerdoti. Ergo sancta Maria disciplinam vita informet.

ALIVD VITÆ EIVS FRAGMENTVM, EX

D. Bernardo Abbatæ Clarenallense excerptum.

Habetur in sermone qui inscipit Signum magnum.



IG N V M magnum apparuit in celo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Quidam coronent lydra, quam foli iustitia Christus vellet? Quis illas æstimet gemmas? Quis stellas nominet, quibus Maria Regium diadema compactum est? Supra hominem est coronæ huius rationem expondere, indicare compositionem. Nos tamen pro modio nostræ exiguitatis abstinentes à periculo scrutinio secretorum, nō incongrue forsan duodecim stellas istas, duodecim prærogatiwas gratiarum intelligere videamus, quibus Maria singulariter adornatur. Siquidem inuenire est in Maria prærogatiwas celi, prærogatiwas carnis, prærogatiwas cordis: Et si fuerit ternarius iste per quaternarium multiplicatus, habemus fortè stellas duodecim, quibus Reginæ nostræ diadema prefulget vniuersis. Mihil fanè singularis rutilat fulgor, primò quidem in Mariæ generatione, secundò in Angelica visitatione, tertio in Spiritus superueretione, quartò in fili Dei inenarrabili conceptione. Sic & in his quoq; sydereum planè irradia decus, quod virginitatis primiceria, quod fine corruptione secunda, quod sine grauamine grauida, quod sine dolore puerpera. Nihilominus etiam spirituali quodam splendore in Maria coruscant, mansuetudo pudoris, deuotio humilitatis, magnanimitas credulitatis, martyrium cordis. Veftræ quidem fedulitatis erit, singula quæque diligentius intueri. Nos interim satifecisse videbimus, si breuiter ea potuerimus demonfrare. Quod ergo sydereum micat in generatione Mariæ? Planè quod ex regibus orta, quod ex semine Abraham, quod generosa ex stirpe David. Si id parum videtur, adde quod generationi illi ob singulariæ priuilegio sanctitatis, diuinus noscitur esse concessa: quod longè ante eisdem patribus coelitus repromissa: quod mysticæ præfigurata miraculis: quod oraculis prænunciata propheticis. Hanc sacerdotalis virga, dum sine radice floruit: hanc Gedeonis vellus, dum in medio sicca area maduit: hanc in Ezechielis visione Orientalis porta, qæla nulli vñquam patuit, præsignabat: hanc denique præ ceteris Esaias nunc virginem de radice Iesse orituræ promitterebat, nunc euidentius virginem paritaram. Meritò signum hoc magnum in celo appariisse scribitur, quod tantò ante de celo noscitur fuisse promissum. Dominus ait: Ipse dabit vobis signum: Ecce virgo concipiet, Magnum profectò signum dedit, quia & magnus ipse qui dedit. Huius ergo prærogatiwas fulgor, quorum non vehementer reuerberat aciem oculorum. Iam in eo quod tam reuerenter, atque officiosissime ab Archangelo salutata est, vt iam in regali folio supra omnes coelestium ordinis regionum exaltatam cerneret videretur: & paulominus adoratus feminam, qui solebat ab hominibus hactenus æquanimiter adorari, excellensimum nobis virginis nostræ meritum, & gratia singularis commendatur. Nihilominus fulger etiam nouus ille conceptionis modus, vt non in iniquitate, quemadmodum ceteræ omnes, sed superueniente sp̄ri: ita sancto sola & de sola sanctificatione Maria conceperet. Nam quod verum Deum, & Dei filium genuit; vt idem ipse Dei atque hominis filius, vñus omnino Deus, & homo prodiret ex Maria, abyssus est luminis. Nec facile diximus, quod vel Angelicus oculus ad huius fulgoris vehementiam non calitet. S. De cetero sanè ad virginitatem carnis, & propofitum virginitatis, & ipsius quoque propofiti nouitas euidenter illustrat, quod videlicet in libertate spiritus legis Moysæ de cœpta transcendentis, libibat Deo corporis simul & spiritus sanctimoniam vñvit. Probabat enim propositi inviolabile fundementum, quod tam constanter promittenti filium Angelus respondit? Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Fortè enim præpterea primo turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio, quod benedictam se esse audisset in mulieribus, & que nimurum benefici in virginibus semper optabat. Ex tunc quidem cogitabat, qualis esset ista benedictio, quod iam videretur esse suspecta. Vbi verò in promissione filii manifestū virginitatis periculum videbatur, non potuit vñtra dissimulare, quin diceret: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Meritò proinde & illam meruit benedictio nem, & hanc non amisit: vt longè glorioſior fiat & virginitas ex secunditate, & ex virginitate fecunditas: ac mutuis ſe radijs illustrate hac duo sydeя videantur. Magnum est virginem esse, sed virginem matrem esse, longè amplius per omnem modum. Iure etiam illud molestissimum tedium, quo reliqua omnes grauidæ mulieres laborare noscuntur, ſola non ſentit, quæ ſola ſine libidinosa voluptate concepit. Vnde & in ipso sub conceptionis initio,

S. Sancta Dei genitrix vñvit virginem, non ergo fuit temeraria, nō presumptuosa, vt impij negligant virginem eam imitantur.

S. Non in mulieribus, sed in virginibus benedicti beata Maria apabat. Præstat et ergo virginitas coniugio.

initio, quando potissimum ceteræ mulieres miserabilius affiguntur, Maria tota alacritate montana cōscendit, vt Elizabeth ministraret. Sed & ascēdit Bethleem, imminentे iam partu, portans pretiosissimum illud depositū, portans onus leue, portans, à quo portabatur. Sic & in partu quā lucidum est, quod noua exultatione nouam edidit prolem, ſola inter mulieres à cōmuni maledicto & dolore parturientium aliena? Si rerum pretia de ruitate penitamus, nihil his potest rarius inueniri. Siquidem in omnibus istis nec primam similem vñla est, nec habere ſequentem. E quibus nos, ſi ea fideliter intuemur, ſine dubio admirationem cōcipimus: ſed venerationem, ſed deuotionem, ſed consolationem. Cæterū quæ restant adhuc, & imitationem requirunt. Non est nobis ante ortu tam multificari multisq; modis promitti diuinitus, cœlitus præniciari: Sed nec ab Archangelo Gabriele tā nouæ ſalutationis obsequijs honorari. Minus aut̄ cetera duo cōmunicat nobis, planè ſecretū ſuū ſibi. Sola enim est de qua dicitur: Quod in ea natu est, de ſpiritu sancto est. Sola cui dicitur Quod ex te naſcetur ſanctū vocabitur filius Dei. Offerantur Regi virgines, ſed poft eam. Nam primatum ſola vendicat ſibi. Muled magis autem ſola ſine corruptione concepit, ſine grauamine tulit, ſine dolore filium parturij. Itaque nihil horum à nobis exigitur, ſed exigitur planè non nihil. Nunquid enim ſi defuerit nobis etiam mansuetudo pudoris, ſi humilitas cordis, ſi magnanimitas fidei, ſi compafsio mētis, negligentiam noſtrum munerum singularia excusat? Gratissima ſanctæ géma in diademate, mīcans in capite ſtella, rubor in facie hominis verecudi. An verò quis putat, quod hac caruerit gratia, quæ gratia plena fuīt? Pudibunda fuit Maria: Ex Euangelio id probamus. Vbi enim aliquando loquax, vbi præsumptuosa fuīſe videtur? Foris ſtabat quærens loqui filio, nec materna autoritate aut sermonem interrupit, aut habitationem irruit, in qua filius loquebatur. In omni deniq; textu quatuor Euangeliorū, ſi bene meminimus, non nisi quater Maria loquens auditur. Prīmò quidē ad Angelū, ſed cùm iam ſemel arct: iterū allocutus eam fuīſet. Secundò ad Elizabeth, quando vox ſalutationis eius Ioannem faltere fecit in utero, & ea magnificante Mariam, ipſa magis Dominum magnificare curauit: Tertiò ad filium, cùm iam eſet annorum duodecim, quod ipſa & pater eius dolentes quæſiſſent eum: Quartò in nuptijs ad filium, & miniftriſ. Et is quidē ſermo certissimus index ingenitæ mansuetudinis, & virginis verecūdiae fuīt. Aliorū quippe verecundiam ſuā reputans, ſuſtinere non potuit: non potuit vñi dissimulare defectum. Vbi ſancte increpatā eft à filio (tanquam mitis & humili corde) nec illi respondit: nec tamen deferauit, miniftriſ admōnens facere quod diceret eis.

Nunquid non ab initio veniſe paſtores, & primam omnium Mariam inueniſſe leguntur? Inueniuntur ait Euangelista Mariam, & Ioseph, & infantem poſitum in praefepio. Sic & Magi quoq; ſi recolis, non fine Maria matre eius puerum inueniuntur. Et inducens in templum Domini templi Dominum, multa quidem à Simeone audiuit tam de Deo, quām de ſe ipſa, ad loquendum tarda, velox ad audiendum: Et quidem Maria conſeruabat omnia verba hæc conſerens in corde ſuo. Sed in his omnibus neque de ipſo incarnationis Dominicæ ſacramento quodcumque verbum feciſſe reperies. Vñ nobis qui ſpiritum habemus in naribus: Vñ qui totum proferimus ſpiritum, qui, iuxta illud Comici, pleni rimarum effluxim⁹ vndique. Toties denique Maria filium audiuit, non modò turbis loquentem in parabolis, ſed & diſcipulis ſeorsum regni Dei mysteria reuelantem; vidit miracula facientem; vidit deinde in cruce pendentem, vidit expirantem, vidit resurgentem, vidit & ascendentem. Sed in his omnibus quoties verecundissim⁹ virginis, quoties pudicissim⁹ turtris vox memoratur audita? Denique legis in Actis Apoſtolorū, quod redeunteſ à monte Oliueti vñanimiter perfeuerabat in oratione. Quiſi forte Maria affuit, nominetur prima, quæ ſuper omnes eft, tam filii prærogatiua, quām ſuā priuilegio sanctitatis. Petrus & Andreas, ait, Iacobus & Ioannes, & ceteri qui ſequuntur, hi omnes perfeuerabant vñanimiter cum mulieribus, & Maria matre Iefu. Ita & mulierum ſe vñtimam exhibebat, vt nouifima omnium poneretur? Verè carnales adhuc Diſcipuli, quibus neccidum ſpiritus erat datus: quia Iefus neccidum fuerat glorificatus. Quomodo facta eft inter illos contentio de primatu, cùm Maria quantò maior erat, humiliaret ſe, non modò de omnibus, ſed & pra omnibus? Meritò facta eft nouifima prima, quæ cùm prima eſſet omniū, ſe ſouifimam faciebat. Meritò facta eft omnium Domina, quæ ſe omnium exhibebat ancillam. Meritò denique ſuper Angelos exaltata eft, quæ & infra viduas & preuentes, infra eam de qua eiecta fuerant septem Dæmonia, ineffabili ſe mansuetudine inclinabat. Obſcro vos filoli, æmulamini hanc virtutem, ſi Mariam diligitis, ſi contenditis ei placere: æmulamini modestiam eius, nihil enim tam idoneum homini, nihil tam congruum Christiano, maximeq; monachum nihil adeo decet. Et quidem maniſta ſatis in virginem, ex hac ſe mansuetudine virtus humilitatis eluet. Nimurum collectanea ſunt humilitas & mansuetudo, in eo confederate germanius, qui dicebat: Difcite à me, quia mitis ſum & humili corde. Sieut enim mater præglutitionis elatio, ſic mansuetudo vera

non nisi ex vera humilitate procedit. Nec in sola tantum Mariæ taciturnitate commendatur humilitas, sed evidenter resonat in sermone. Audierat, quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei, & nihil aliud quam ancillam eius se esse respondit. Inde ventum est ad Elisabeth, & continuo virginis gloria singularis, eidem per spiritum reuelatur. Denique & mirabatur periodum venientis, dicens: Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Commendabat & vocem salutantis, adjiciens: Ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo: & beatificabat fidem creditis: Beata, inquiens, que credidisti, quoniam perficiuntur in te quæ dicta sunt tibi à Domino. Magna quidem praecognitio, sed & deuota humilitas nihil sibi passa retinere: in eum magis vniuersa refudit, cuius in se beneficia laudabantur. Tu, inquit, magnificas matrem Domini: sed magnificat anima mea Dominum. In voce mea filium perhibes exultasse in gaudio: sed exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Et ipse quoque tanquam amicus sponsi gaudet ad vocem sponsi: Beatam esse dicas quæ credidisti: sed credulitas & beatitudinis causa respectus est supererna pietatis: vt ex hoc magis beatam me dicant omnes generationes: quia ancillam humilem & exiguum respexit Deus. Veruntamen nunquid putamus fratres, Elizabeth sanctam in eo quod per spiritum utique loquebatur errasse? Absit. Beata planè quam respexit Deus, & beata quæ credidit. Hic enim magnus diuinæ respectioñis exitus fructus. Ineffabilis siquidem artificio spiritus superueniens tantæ humilitati magnanimitas tanta in secretario virginæ cordis accessit: vt (quemadmodum de integritate & fecunditate prædiximus) ha quoque nihilominus sunt stellæ ex respectu mutuo clariores: quod videlicet nec humilitas tanta minuit magnanimitatem, nec magnanimitas tanta humilitatem: sed cum in sua estimatione tam humilis esset, nihilominus & in præmissionis credulitate magnanimitis: vt que nihil aliud quam exigua sepe reputabat ancilla, ad incomprehensibilem hoc mysterium & admirabile commercium, ad inscrutabile sacramentum, nullatenus dubitare elecam: & veram Dei & hominis genetricem crederet mox futuram. Agit hoc nimurum in cordibus electorum gratia prærogatiæ diuinæ, vt eos nec humilitas pulsianimes faciat, nec magnanimitas arrogantes: magis autem cooperentur sibi, vt non solum nulla ex magnanimitate subintrat elatio: hinc hoc maximè prouehatur humilitas, vt inueniatur ed amplius timorati, & largitorum munerum non ingratii: ac vicissim ex occasione humilitatis pulsianimitas nulla surrepat, sed quominus ad sua quisque vel in minimis præsumere consuevit, ed amplius etiam in magnis quibusque de diuina virtute confidat.

Martyrium sanè Virginis (quam nimurum inter stellas diadernatis eius, si meministis, duodecimnam nominavimus) tam in Simeonis prophetia, quam in ipsa Dominicæ passionis historia commendatur. Positus est hic (ait sanctus senex de paruulo Iesu) insignum cui contradicetur: & tuam ipsius animam (ad Mariam autem dicebat) pertransibit gladius. Verè tuam & beata mater, animam gladiis pertransiuit. Alioquin non nisi eam pertransiens carnem filii tui penetraret. Et quidem posteaquam emitit spiritum tuus ille Iesu (omnium quidem, sed specialiter tuus) ipsius planè non attigit animam crudelis lancea, quæ ipsius (nec mortuo parcens, cui nocere non posset) aperuit latus, sed tuam vndique animam pertransiuit. Ipsius nimurum anima iam ibi non erat, sed tua planè inde nequibat auelli. Tuam ergo pertransiuit animam vis doloris, vt plus quam matrem non immergit prædicemus, in qua nimurum corpore sensum passionis excesserit compunctionis effectus. An non tibi plus quam gladius fuit sermo ille[re] vera pertransiens animam, & pertingens usque ad diuisionem animæ & spiritus) mulier ecce filius tuus & commutationem. Ioannes tibi pro Iesu traditur, seruus pro Domino, discipulus pro magistro, filius zebedei pro filio Dei, homo purus pro vero. Quomodo non tuam affectuosisimam animam pertransiret hec auditio, quando & nostra licet faxea, licet ferrea pectora, sola recordatio scindit? Non miremisi fratres, quod Maria martyr in anima suis dicitur. Miretur qui non meminerit se audisse Paulum inter maxima gentium crimina memorantem, quod sine affectione fuissent: Longè id fuit à Mariæ visceribus: longè sit à seruulis eius. Sed forte quis dicat: Nunquid non eum prefigerat moritum? Et indubitanter. Nunquid non sperabat continuè resurrecturum? Et fidenter. Super hec doluit crucifixum? Et vehementer: Alioquin quisnam tu frater, aut vnde tibi hec sapientia, vt mirearis plus Mariam compatienter, quam Mariæ filium patiensem? Ille etiam morte corpore potuit, ista commori corde non potuit? Fecit illud charitas, qua maiorem nemo habuit: fecit & hoc charitas, cui post illam similis altera non fuit.

TER TIVM

T E R T I V M B I V S D E M S A N C T I S -

simæ Dei Genitricis vitæ fragmentum, ex Ioanne Damasceno Monacho.

Habetur in lib. 4.
euile de orthos
duxa fide cap. 156



E Sancta & superlaudabili semper virgine & Deipara Maria in præactis mediocriter tractauimus, & quod maximè oportuniū vīsum est repreſentāvimus, quod propriè & vere Deipara & est, & nominatur: nunc reliqua compleamus. Ipfa enim ante ſecula præcognitio Dei confilio prædefinita est, & diuerſis ſimilitudinibus & oraculis Prophetarum per spiritum sanctū figurata: & prædicta prædefinitio tempore ex Davidica radice pullulauit, propter factas ad ipsum repreſionēs. Iurauit enim, inquit, Dominus David veritatem, & non fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super fedem tuam. Et rufus: Semel iurauit in sancto meo, si David mētria, ſemē eius in aeternū manebit: & thronus eius ut ſol in cōſpēctu meo, & vt luna perfecta in aeternū, & teflis in cœlo fidelis. Et Elaias: Egredietur virga de radice Iefie, & flos ex radice eius ascēdet. Enim uero quod Ioseph ex Davidica tribu delcederit, Matth. & Lucas ſacratiſſimi Euangeliste dilucide monſtrarūt. Sed Marthæ qui dē ex David per Salomonē deduxit Ioseph; Lucas aut per Nathan. Sanctæ vero virginis generationē ambo ſiluerunt. Decet aut ſcire, non fulis mōre Hebreis, neq; diuina ſcripturæ, genealogias texere mulierū. Nā lex fuit tribū nō dēpōſare ex alia tribu. Atqui Ioseph ex Davidica descendit tribu, & iuſtus erat. Hoc enim de ipso diuino testatur Euágeliū. Non igitur præter legem ſanctam virginem ad dispensationem duxiſſet, niſi ex eius ſceptro deſcendiſſet. Cum igitur ostenderit Euangelista deſcenſum Ioseph, ſatisfactū eſſe putandum eſt. Præterea id nequaquam latere par eſt, quod lex erat, viro moriē ſine prole, fratre eius defuncti coniugē ſibi nuptijs copulare & ſuſcitare ſemen fratris. Quod igitur partu edebatur, ſecondū natura ſeſciū, id eſt, illius qui genuit, erat: ſecondū verò legem, eius qui obierat diem.

Ex ſerie igitur Nathan filij David Leui genuit Melchi, & Panthera. Panther genuit Barpanthera, ſic ab eo denominatum. Hic Barpanther genuit Ioačim. Ioačim vero genuit ſanctam Deiparā. Ex ſerie Salomonis filij David duxit vxorem, ex qua genuit Iacob: Mortuo autem Matthan, Melchi qui erat ex tribu Nathan, filius Leui, frater vero Pantheris, nupſit vxori Matthan, matri quidem Iacob, & genuit ex ea Heli. Erant igitur fratres vterini Iacob & Heli, Iacob quidem ex tribu Salomonis, Heli vero ex tribu Nathan. Defuncto autem Heli ex tribu Nathan ſine liberis, accepit Iacob frater eius ex tribu Salomonis vxorem eius, & ſuſcitauit ſemen fratris ſuo, & genuit Ioseph. Ioseph igitur natura quidem eſt filius Iacob, ex deſcenſu à Salomone: ſecondū verò legem, filius Heli ex Nathan.

Ioačim ei go venerandā & dignam laude Annam in matrimonium duxit. Sed quenam admodum vetus Anna ſterili facta, per votum & repreſionem habuit Samuelē: hunc in modum & hæc per supplicationem & repreſionem a Deo Deiparam profert, vt & in hoc nulla illuſtrium & glorioſarum posterior habeatur. Parit ergo gratia (Anna enim hoc interpretatur) Domina: quod profecto indicat Mariæ nomen. Nam re vera Domina facta eſt omnium creaturarum, cum Conditoris omnium effecta eſt mater. Editur partu in domo ouilis Ioačim, & adducitur in templum. Deinde in domo Domini plantata & impinguata ſpiritu, veluti oliua fructifera, omnis virtutis habitaculum facta eſt, ab omni ſeculari vita & carnali concupiſcentia procul mente ſequentis, & ſic virginem animam cum corpore conſervans, vt debeat eam quæ in ſinu Deum ſuceptura eſſet. Sanctus enim existens in sanctis requiescit. Sic igitur ſanctificationem omnem exercet, & templum ſanctum & admirabile altissimi Dei dignè demonstratur. Quia ergo obferuabat virginē noſtrā ſalutis ini- micus propter Elaias predictionem, dicentis: Ecce virgo concepit, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod eſt interpretatum, nobiscum Deus: vt deciperet eum qui ſemper in ſapientia gloriat, ipſe qui deprehendit ſapiētes in aſſutia eorum, in desponsationem puella Ioseph à ſacerdotibus traditur, vt nouus liber literas ſcienti. Nam desponsatio a ſtodiā virginis erat, & virginē obſeruantis depulſio. Quando autem venit plenitudo temporis, missus eſt Angelus Domini ad ipsam annuncians Domini conceptionem. Et ſic incepit filium Dei, conſubſtantialem patri virtutem, non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, id eſt, ex congreſu & ſemine: ſed ex patris bona voluntate, & cooperatione ſpiritus sancti ſuppediebat creatori creati, & plafmatori plafmari, & filio Dei & Deo in carnari & humanari ex puris & illibatis carnibus eius & ſanguinibus, primæ matris abſoluens debitum. Nam quemadmodum illa fine commixtione ex Adam plafmata eſt, ſic iſta, nouum Adam lege partus in utero tulit, quem peperit ſuper natuitatis naturam.

T ij Natus

Natus est enim ex muliere sine patre, & ex patre sine matre. Et quoniam ex muliere, lege partus quoniam sine patre, super naturam est natuitatis. Et quoniam consueto in tempore (nati nouem menses complens, & decimum attingens nascitur) id sit lege partus. Quod autem sine dolore, supra legem partus est. Cuius enim voluntas non praecelsit, neque pariendi dolor subsequitus est, secundum Prophetam dicetem: priusquam dolor partus senferit, peperit. Et rursus: Priusquam adueniret tempus dolorum, partus effudit, & peperit masculum. Natus igitur ex ea filius Dei, & Deus incarnatus: non vt propheta actione vnguis, sed totius vnguis presentia: Ut homo quidem fiat, quod vngit, & Deus quod vngitur, non transmutatione natura, sed vniione secundum hypothesin. Idem enim erat vngens, & qui vngebatur: vt Deus vnguis seipsum vt hominem. Quomodo igitur non est Deipara, qua Deum incarnatum ex se genuit? Sic propriè & verè Dei genetrix, & Domina, quæ omnium craturarū dominatrix, ancilla & mater omnium Conditoris effecta. Quemadmodū verò qui conceptus est, Virginem concipientem seruavit: sic & natus ipsius virginitatem seruavit illasam. Solum transiit per eam, & clausam seruavit ipsam. Per auditum quidem conceptio, sed nativitas per consuetum parentium egressum: tametsi nonnulli fabulantur per latus diuinæ matris ipsum editum fuisse. Non enim impossibile illi erat per clausam portam transire, & illius non laedere signacula. Manet igitur & post partum virgo, & semper virgo. Nullo modo enim visque ad mortem vii admitti contactum, eti scriptum est: Et non cognovit eam, donec peperit filium suum primogenitum. Scendum aut est, quod primogenitus est, qui primus genitus est, eti etiam vngenitus fuerit. Hoc enim primogenitum, primū natum esse ostendit: non omnino autem manifestat & aliorum generationem. Hoc autem vocabulum (Donec) determinati temporis pænitentem significat, non autem numerat quod postea. Dicit enim Dominus: Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi, non quod post seculi consummationem separandus sit. Nam ait diuinus Apostolus: Et sic semper cum Christo erimus, post communem resurrectionem intelligens. Quomodo enim quæ genuit Deum, & ex consequentium experientia miraculum agnouit, viri consortium admiliebat. Abiit hoc. Non modestæ cogitationis est talia cogitare, ne dicam agere. Sed ipsa beata, & super naturam donorum digna effecta, dolores partus quos effugit pariens, illos tempore passionis sustinuit, ex materna compasione viscerum lacerum reparans. Et quem Deum per nativitatem agnouit, illum vt maleficiū intersectum videt, tanquam gladio, cogitationibus decerpitur. Et hoc est: Tuam ipsam animam pertrahit gladius, quemadmodum illi prædixerat Dei expectator Simeon Dominū geslans in vlnis. Sed comunitat trifitiam gaudium resurrectionis, Dominum carne mortuum rediuium prædicans,

ITEM DE SANCTISSIMA DEI

Genitricē, ex D. Ambrosio, Episcopo Mediolanē.

Ex Epistola eiusdem lxxxiij. libri x. ad Verelle sem Ecclesiæ scripta, circa finem.



AT RES ablactate filios, diligite eos, & orate pro ijs vt loquuntur super terram sicut, non in terra, sed super terram. Nihil enim longæcum in hac terra, & quod est diu, breue est, & magis lubricum. Monete eos ut magis crucem Domini tollant, quam hanc vitam diligent, Maria mater Domini ante crucem filii stabat. Nullus me hoc docuit, nisi sanctus Iohannes Euangelista. Mūdum alij concussons in passione Domini consisperunt, cœlum tenebris obducti, refugisse solem, in paradysum Latronem: sed post piæ confessione receptum, Iohanes docuit quod alij non docerunt, quemadmodum in cruce positus matrem appellauerit. Pluris putatur quod vñctor suppliciorum pietatis officia matre exhibeat, quam quod regnum celeste donabat vitæ æternæ. Nam si religiosum est quod latroni donatur venia, multo vñterioris pietatis est, quod à filio mater tanto affectu honoratur: Ecce mater tua. Testabatur de Cruce Christus, & inter matrem atque discipulum diuidebat pietatis officia. Condebat Dominus non solum publicum, sed etiam domesticum testamentum, & hoc eius testamentum signabat Iohannes, dignus tanto testatore testis. Bonum testamentum non pecuniae, sed vita æternæ, quod non atramento scriptum est, sed spiritu Dei vivi, qui ait: Lingua mea calamus Seribæ velociter scribentis. Sed Maria nec minor quam matrem Christi decebat, fugientibus Apostolis ante crucem stabat, & piis spectabat oculis filij vulnera, quia expectabat non pignoris mortem, sed mundi salutem. Aut fortasse quia cognoverat per filij mortem mundi redemptionem aula regalis, etiā si sua morte putabat se aliquid publico additum muneri. Sed Iesus non egreditur adiutorie ad redemptionem omnium, qui omnes sine additorie seruavit. Vnde & dicit: Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber: suscepit

suscipit quidem affectum parentis, sed non quæsuit alterius auxilium. Hanc imitamini, matres sanctæ, quæ in unico filio dilectissimo tantum materna virtutis exemplum edidit. Neque enim vos dulciores liberos habetis, neque illud virgo quærebatur solatium, quod alium posset generare filium.

ITEM DE SANCTISSIMA DEI

Dei Genitricē, ex eodem Ambroſio.

Habetur in epistola lxxix. lib. x. Epistolarū eiusdem.

SAN E nosti possimus negare de Mariæ filii iure reprehensum, meritoq; veltram sancti. Statem abhortuisse, quod ex eodem vtero virginali, ex quo secundum carnem Christus natus est, alijs partus effusus sit. Neq; enim elegit Dominus Iesus nasci per virginem, si eam iudicasset tam incontinentem fore, vt illud genitale Dominici corporis, illa aula Regis éterni concubitus humani semine coquinaret. Qui enim hoc astruit, nihil aliud nisi perfidiam Iudeorum atruit, qui dicunt eum non potuisse nasci ex virgine. Nam si hanc accipiant à sacerdotibus autoritatem, & videatur Maria partus fuisse plurimos, maiore studio veritatē fidei expugnare contendent. Et vbi est illud quod scriptum est, dicente Domino ad matrē de Ioanne Euangeliſta: Mulier Ecce filius tuus. Et rursus ad Ioannem de Maria: Ecce mater tua. Quid sibi illud vult, quod cùm in cruce Dominus positus peccatum mundi tolleret, pronunciavit etiam de integritate matræ? Aut quid aliud dicitur, nisi vt claudit sua ora perfidia; obmutescat, ne matrem Domini aliquo audeat temerare conutio? Tertius est ergo idem arbiter, idem materni pudoris aspersione, quod despontata fuerit viro, tantummodo Ioseph, nulla tamen coniugalis coitus consuetudine thori iura cognoverit. Neq; enim eam suscepit ex Ioseph filios, à viri confortio separare volueret. Sed si hoc parum est, addidit testimonium Euangeliſta dicens, quod suscepit eam discipulus in suam. Nunquid ergo diuortium fecit? Nunquid à viro abduxit, atq; abfluit? Ergo qui hoc legit in Euangilio, quasi naufragus titubat & fluctuat. Hoc ergo testimonium filij est de matris integritate, hæc Mariæ locuples integræ pudoris hereditas, hic totius finis consummationis, deniq; hoc dixit: Et emisit spiritum, consummans omne mysterium bono fine pietatis.

ITEM DE SANCTISSIMA DEI

Genitricē, per D. Gregorium Episcopum Nyssenum.



V S C V L T E M V S quid de hac sanctissima virgine metnoriae proditi uitatis Domini fit. Virginis pater (vt ex historia quadam incerti auctoris accepi) fuit insignis habita, Petro Frāciso Zino Vero nense interprete

Ex oratione eiusdem in die Nativitatis

Quapropter & hac imitata id quod de matre Samuelis scriptum est, in sanctum sanctorū ingreditur, & supplex Deum orat, ne se legis beneficium sine fati excidere, cùm nihil vñquam admiserit contra legē. Quod si mater euauerit, se quod cunq; pepererit, ei dedicatur. Quamobrem cùm voti compos effecta filiam suscepisset, eam vocavit Mariam, ut ipso etiam nomine testaretur acceptum munus à Deo.

Heus tu qui nos ta damnas; & ex Ecclesia ea tollere moliris, vide se ut etiam antiquis pātribus fuerint in

vñ, & quomodo post emissionē illa adimpluerint?

Notent qui Deo sacratas virgines sub prætextu matrimoniū hominibꝫ copulat ad abutendum eis, quod pectatum maximum committunt.

Quid dicit tu qui sacerdote egit, ex feminaru[m] cora apud sacerdotessimis verbis vñs est: Ave Maria gratia plena, Dominus tecum. Contraria hæc est oratio illius vocibus, quas prima mulier audierit. Tunc enim illa doloribus propter pectoris

eades semper habet

Tunc ad virginem misus est Gabriel, qui ei diuinæ voluntatis arcuam aperiret. His au-

tem faustissimis verbis vñs est: Ave Maria gratia plena, Dominus tecum. Contraria hæ-

catum damnata est. Nunc autem in hac per gaudium dolor expellitur. In illa molestiae

parturi

partum præcesserunt. Huic partum laetitia pronunciat. Ne timeas, inquit: quoniam omnibus mulieribus timorem affert partus expectatio, dulcis partus promissione timor eximiatur. In utero, inquit, concipies, & paries filium, & vocabis eius nomen Iesum. Ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Quid autem Maria? Audi pūdicam virginis vocem: Quomodo erit istud, quoniam virum non cognosco? Angelus partum nunciat. At illa virginitas in heret, & integratatem Angelicae demonstrationi anteponendam iudicat. Nec Angelio fidem non habet, nec à proposito recedit suo. Interdixi, inquit, mihi consuetudinem viri. Quomodo istud erit mihi, quoniam viri non cognosco? Hac Maria vox declarat ea quae ex historia incepi autoris commemorauit, non esse penitus absurdia. Si enim liberorum causa ducta fuisset à Ioseph, quonodo parituram, Angelo prænunciante, se rem neuam & alienam audire præstulisset, cum ipsa quoque scie obstrinxisset naturæ lege, ut aliud mater esset gemitus beatissima. Verum & quia carnem Deo consecratam, tanquam sanctum aliquod oblatum munus, oportet de genitrici. Tercio: maxime gratum: id quod ostendit, naturam superem humanam, tamen me virum cognoscere nefas est. Quo quod nisi extisset, filius Dei nunc uātus auspex Gabriel? Quem thalamum statuit puro impolutoq; conubio? Spiritus sanctus, inquit, humanam carnem de ea assumptam.

Votum hoc vtre audire præstulisset, cum ipsa quoque scie obstrinxisset naturæ lege, ut aliud mater esset. Verum & quia carnem Deo consecratam, tanquam sanctum aliquod oblatum munus, oportet de genitrici. Tercio: maxime gratum: id quod ostendit, naturam superem humanam, tamen me virum cognoscere nefas est. Quo quod nisi extisset, filius Dei nunc uātus auspex Gabriel? Quem thalamum statuit puro impolutoq; conubio? Spiritus sanctus, inquit, humanam carnem de ea assumptam.

Votum hoc vtre audire præstulisset, cum ipsa quoque scie obstrinxisset naturæ lege, ut aliud mater esset. Verum & quia carnem Deo consecratam, tanquam sanctum aliquod oblatum munus, oportet de genitrici. Tercio: maxime gratum: id quod ostendit, naturam superem humanam, tamen me virum cognoscere nefas est. Quo quod nisi extisset, filius Dei nunc uātus auspex Gabriel? Quem thalamum statuit puro impolutoq; conubio? Spiritus sanctus, inquit, humanam carnem de ea assumptam.

ITEM DE EADEM SANCTISSIMA

Dei genitrice, per D. Bernardum Abbatem.

Es fermo primus eiusdem habitus in die assumptionis Beatissimæ Virginis. **V**irgo hodie glorijsa cœlos & ascendens, supernorum gaudia ciuium copiosis sine dubio cumulauit attingentis. Hæc enim est cuius salutationis vox & ipso exultare facit in gaudio, quos materna adhuc vicerat clardunt. Quid si parvuli neccidum natu anima liquefacta est ut Maria locuta est, quid putamus quænam illa fuerit celesti exultatio, cum & vocem audire, & videre faciem, & beata ciuius fruï præsentia meruerunt?

Nobis vero charitati, quæ in eius assumptione solennitatis occasio, quæ causa lætitiae, que materia gaudiorum? Maria præsentia totus illuſtatur orbis, adeo vt & ipsa iam celestis patria clarius rutiler virginea lampadis irradiata fulgor. Merito proinde resonat in excelsum gratiarum actio & vox laudis. Sed plangendu potius nebris quam plaudendum esse videtur. Quanum enim de eius præsentia cœlum exultat, nunquid non consequens est, vt tantum lugeat hic mortifer inferior mundus eius absentiam?

Cesset tamen querela nostra, quia nec nobis hic manens est ciuitas, sed eam inquirimus ad quam hodie Maria benedicta peruenit, in quam si conscripti ciues sumus, dignum profecto est etiam in exilio, etiam super fluminis Babylonis eius nos recordari, eius nos communicare gaudiis, eius participare lætitiam, maximeq; tam quæ tam copioso impetu lætitiat hodie ciuitatem Dei, vt sentiamus & ipsi filicida stillantiam super terram. Præcessit nos Regina nostra, præcessit, & tam glorijsa suscepit est, vt fiducialiter sequantur Dominam seruili clamantes: Trahe nos post te, in odore vnguentorum tuorum cursum. Aduocatum & premisit peregrinatio nostra, quæ tanquam iudicium mater, & mater misericordia simpliciter & efficaciter salutis nostræ negotia peitrificabit. Præiosum hodie munus terra nostra dixerit in colum, vt dando & accipiendo felici amicitiarum fædere collabentur humana diuinis, terrena cœlestibus, iuxta summis. Illo enim ascendit fructus terre sublimis, unde data optima & dona perfecta discendent.

Affendens ergo in alium virgo beata, dabit ipsa quoque dona hominibus. Quid nideret? Siquidem nec facultas ei deesse poterit, nec voluntas. Regina celorum est, misericors est, denique mater est virginis filii Dei. Nihil enim sic potest potestatis eius seu pietatis magnitudinem commendare, nisi fortè aut non creditur Dei filius honorare matrem, aut duies vero genitrix primum post eum locum obtineat.

Deo est caritas, nouem mensibus corporaliter requieuit. Et haec quidem propter nos dixerim, fratres, sciens difficile esse vt in tanta inopia caritas illa perfecta non quærens que sua sunt, valeat inueniri. Ut tñ interim fileam beneficia quæ pro illis glorificatione cœsequimur, si eam diligimus, gaudebimus utique, quia vadit ad filium, planè, inquam, congratulabimur ei, nisi

nisi forte, quod absit, inuentri gratiae omnimodis inueniamur ingratiti. Quem enim in castellum mundi huius intrantem prius ipsa suscepit, ab eo suscipitur hodie sanctam ingrediens civitatem. Sed cum quanto putas honore, cum quanta putas exultatione, cum quanta gloria? Nec in terris locis dignior vteri virginis templum, in quo filium Dei Maria suscepit: nec in cœlis regali solio, in quo Mariam hodie Mariæ filius sublimavit.

Felix nimium vtraque suscepit, inefabilis vtraque, quia vtraq; inexcogitabilis est. Ut quid enim ea hodie in Ecclesiis Christi Euangelica lectione recitatur, in qua mulier benedicta in mulieribus, exceperit intelligitur Salvatorem? Credo vt hæc quam celebramus, ex illa susceptione aliquatenus aestimetur, imò vt iuxta illius inestimabilem gloriam, inestimabilis cognoscatur & ista. Quis enim si etiam linguis hominum, Angelorumque loquatur, explicare queat, quemadmodum superuenient spiritu, obumbrante virtute Altissimi caro factum sit verbum Dei, per quod facta sunt omnia, & Dominus maiestas quem non capit vulturitas creature, intra virginem se se ferat: vilcera factus homo? Sed & illud quis cogitare sufficiat, quam gloriosa hodie mundi Regina processerit, & quanto deuotionis affectu tota in eius occursum cœlestium legionum prædierit multitudo, quibus ad thronum gloriae canticis sic deduxit, quam placido vultu, quam serena facie, quam diuinis amplexisbus suscepta à filio, & super omnem exaltata creaturam, cum eo honore, quo tanta mater digna fuit, cum ea gloria, quæ tantum decuit filium. Felicia prorsus oscula labijs impressa latentis, cui virginem mater applaudebat in gremio. Verum nunquid non feliciora censebimus, quæ ab ore fedentis in dextera patris hodie in beata salutatione suscepit, cum ascenderet ad thronum gloriae epithalamium canens, & dicēs: Osculetur me oculu oris sui? Christi generatione & Mariæ assumptionem quis enarrabit? Quantum enim gratia in terris apta est præ ceteris, tantum & in cœlis obtinet gloria singularis. Quod si oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis sum gratia in terra apta est præ ceteris, tantum & in cœlis obtinet gloria singularis.

Beata Virgo quæ ascensit in terram gratia in terra apta est præ ceteris, tantum & in cœlis obtinet gloria singularis. Quod si oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis sum gratia in terra apta est præ ceteris, tantum & in cœlis obtinet gloria singularis.

Quod si oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis sum gratia in terra apta est præ ceteris, tantum & in cœlis obtinet gloria singularis.

SANCTI PATRIS NOSTRI GER

mani Archiepiscopi Constantinopolitani Encomium sanctissimæ
Deiparentis, quando adducta fuit in templum à suis
parentibus, cum esset tres annos nata.

Apud Simeonem Metaphrasten.



CECERUS dies festus & celebris matris Domini; ecce progressus sponsationis beatissimæ virginis in quam non cadit villa reprobatio: ecce primus processus futura eius gloriae; ecce apertum procernum diuinæ quæ cœm erat adumbratura gratiae; ecce clarum indicium eius eximiae puritatis. Vbi enim non sepe, sed semel solum in anno sacerdos ingrediens peragbat cultus mysticos illuc ea vt ibi perpetuo maneret, à suis adducitur parentibus, & vt esset in sacris gratiae adytis. Quis rem vñquam talem cognovit? Quis vidit, aut quis audiuit ex iis qui nunc, aut qui vñquam fuerunt, feminam quæ adduceretur in intima sancta sanctorum, ad quæ vix pater aditus hominibus, vt in his habitat & versetur? An non hæc est euideins demonstratio noui & alieni operis, quod in ea futurum erat postea? Non apertum signum? Non clarum indicium?

Ostendant nobis qui in eam linguis mouent, & vident tanquam non videntes, vbinam talia vñquam viderunt, pueram ex professo adduci intra tertium velum tanquam domum in quod nulla cadit reprehensio, vt illic habitatet assidue, eamq; adiutibus populi suppliantibus, & à virginibus adduci, cum lampadibus adduci, à Sacerdotibus & Prophetis supinis manibus excipi? Quomodo ergo noluerunt intelligere? Quomodo videntes prima extremitas fidem non habuerunt? Quomodo cum quedam noua & aliena in ea prius vident, dixerunt contra ea quæ postea facta sunt? Non enim eas & temere fuerunt quæ

prima in ea euenerunt, sed fuerunt omnia ultimorum processio. Dicant ergo nobis qui ex scip-
tis sunt in rebus inanibus sapientes, quomodo cum alia steriles pepererint, nullius ex ipsis ha-
lia reponitur in sancta sanctorum, nec accepta fuit à Prophetis? An non hæc poterant dicere
qui hæc & talia videbant, cuiusmodi etiam qui ex eis erant eiusdem sententiae, dixerunt
postea in illius filium: Quisnam erit hic puer? Maximè. Sed qui aliena quidem sentiunt,
interitus viam ingrediantur, & cadant in barathrum quod ipsi fecerunt. Nos autem
qui sumus Dei populus peculiaris, Sacerdotes & Principes, mundani & monachi, ser-
ui & liberi, artifices & agricultæ, plantatores & pilatores, iuuenes & senes, viri
& mulieres adesse, prompto & alacri animo accedamus ad Dei parentem: & que in eam
economicè prius perfecta sunt diuina mysteria intueamur. Quemadmodum à parentibus
hodie virgo sacratissima in templum Dei per eius sacerdotes adducitur: quemadmodum templum
Domini animatum templo inanum dedicatur: quemadmodum propheta Zá-
charias eam sua manu accepit & adduxit in adytum, nihil tægè ferens, neque dicens eius
parentibus: Non faciam hanc rem maximè nouam, neque puellam introducam in sancta
sanctorum, vt in eis habitat asiduè, in qua semel in anno iussus sum intrare: Nihil tale
dixit propheta Zacharias, sed vt qui prefigueret futurum, quoniam erat Propheta, eam ex-
peccans, sicut qui post eum fuit Simeon illius filium, eam is quoque excipit prompto & alacri
animo. Deinde matrem amplexus eam allocutus est, sic dicens, & puellam tenens manibus:
Vndénam orta es & mulier: & quisram est modus & scopus talis studij tui ac propositi? &
quomodo cùm nullum tale haberis exemplar, sola inuenisti hunc nouum & non prius audi-
tum actum, introducens puellam vt ingrediantur adytum? Quæ est tua deliberatio dic nobis, &
coigitatio? Ego, inquit Prophete, sum Anna grato nomine: nata quidem sum ex genere fa-
cerdotali, tribu Aarónitica, radice prophetica & regia: Davidis autem & Salomonis, & eo-
rum qui deinceps suere, sum ramus. Sum autem cognata tuæ vxoris Elisabeth. Deinde viro
quidem coniuncta sui lege Domini. Inuenta sum vero sterilis & infertilis multis annis. Nul-
lum autem inueniens medicamentum quod mederetur meæ calamitatì, ad eum configi qui
est solus potens, & ea reddit facilita, ex quibus non datur exitus: & ad ipsum os meum ex
animo aperiens, cùl lucu cordis clamaui & lachrymis, sic dicens: O Domine, Æne, qui dolore
affectionis animas exaudis ocyli simè, cur me reddidisti diuerbam à natura meorum maiorum? Cur
me seculi parabolam in genere meo, & motionem capitum in tribu mea? Cur maledicti
tuorum Prophatarum me fecisti partipem, dans mihi matrem filios non-ducentes, &
vbera arida? Cur fecisti vt mea dona non essent accepta, vt quæ sim sterilis? Cur me sumisti
subfannari à noti meis, irrideri à famulis, & vicinis haberi opprobrio? Respic Domine, ex-
audi Domine, miserere ò sancte. Fac me similem volveribus celi, & beatis terræ, plicibus
maris, quoniam ea quoque sunt genitalia coram te ò Domine. Ne brutis videar deterior ò
Domine, que facta sum ad imaginem tuam & similitudinem. Hæc cum dixisset, hoc quoque
adieci ijs qua dicta sunt: Quoniam tibi Domine donum gratiarum actionis omnino tibi de-
dicabo & quém mihi dederis filium, vt si sit & rhæneat in tuo sanctuario, tanquam sacrum
donarium & munus pretiosissimum, quod mihi datum est à te, qui es perfectissimus, da-
tor pretiosorum donorum. Hæc ego, cùm essem sub dio in meo horto, oculos in celum
tollens, pedes autem meum rianibus verberans, clamaui ad Deum, qui est in celis. Me-
us autem coniux cùm esset solus in monte, & ieunaret quadraginta dies, eadem à Deo sup-
plex petebat. Sic ergo flexus qui est páratus ad misericordiam, & benignus Dominus ambo-
rum precibus, misit diuinum suum Angelum, nobis prænunciatum meæ filia conceptione.
Statim ergo natura à Deo iussa semen exceptit. Non enim ante diuinam gratiam ausa est ex-
cipere. Sed cùm illa accessisset, matrix quæ prius erat clausa, suas portas aperuit, & à Deo ac-
ceptum depositum apud se detinuit, donec Dei voluntate quod in ea fuerit seminatio in lu-
cem est editum. Hinc ergo eo ablactato, vota mea reddo Domino, quæ distinxerunt labia
mea, & locutum est os meum in afflictione. Et ideo virginum caterus coégi cum lampadi-
bus, conuocauí sacerdotes, congregauí cognatos meos, omnibus dicens: Omnes mihi gratule-
mini, quod hodie & mater, & productrix effecta sum: non Regi terreno meani offerens
filiam: quoniam nec par quidem erat, sed Deo coelesti & Regi dedicatam. Acepte deinceps ò
Propheta, meam à Deo datam filiam: & introductam plantam in loco sanctuarij, in prompto
Dei habitaculo, in domo exultationis & letitiae: nihil curiosè inquirens, donec Deo qui
eam hinc vocauit, visum fuerit quæ ad eam attinet ad finem deducere.

Cum hæc verba audisset Zacharias, statim allocutus est Annam: Benedicta est radix tua
& feminæ in primis veneranda: glorificata est matrix tua, ò amans coniugis: & gloriofa
est oblatio tua ò pia & Dei amans. Deinde puellam lætus tenens, eam prompto & alaci
animo introduct in sancta sanctorum: sic vtique ei dicens: Adesdum implementum meæ
pro-

prophetia. Adesdum perfectio pauperum conuentorum Domini. Adesdum signaculum
eius testamenti. Adesdum finis eius consiliorum. Adesdum declaratio eius mysteriorum. Adesdum
specula omnium prophetarum. Adesdum conciliatrix eorum qui malè dissentient. Adesdum
coiunctio eorum quæ erant malè disuncta. Adesdum firmamentum eorum quæ deorū in-
clinantur. Adesdum renouatio eorum quæ erant inueterata. Adesdum iubar eoru qui siti sunt
in tenebris. Adesdum donum maximè nouum & diuinum. Adesdum Domina omnium ter-
rigenarum, ingredere in gaudium Domini tui. Nunc quidem inferre in terra que conculcatu-
tur ab hominibus, paulò post aut in superna, & ad quam non patet hominibus aditus. Cum sic
vt erat consentaneum, dixisset mysta puellæ, eam vbi oportebat, deposituit, & vbi conuenerat
& fuerat præstitutum. Puella autem valde lætans & exultans, ibat in templo Dei, tanquam in
thalamo, cum ætatis quidem ageret annum tertium, esset verò perfecta diuina gratia, vt quæ
eset prædestinata, & præcognita, & præelecta à Deo & dispensatore vniuersorum ante mundi
constitutionem. Mansit autem de cætero in sancta sanctorum, seu in tēpli penetralibus, am-
brosiam nutrimentum per Angelum accipiens vsq; ad secundam ætatem. Tunc autem Dei
nutu & consilio sacerdotum de ea datur fors: & forte eligitur Ioseph iustus: & hanc sanctâ vir-
ginem diuino consilio ex templo Dei ab eius accipit sacerdotibus, ad inescandum mali auto-
rem serpente: ne tanquam virginem aggredetur puellam ab omni labore alienam: sed tan-
quam ad desponsam ad eam accederet. Fuit ergo illa incorruptissima in domo fabri Ioseph ser-
uata Domino omnium Architecto, donec quod ante secula fuerat absconsum mysterium in
ea eset perfectum: & hominibus Deus ex ea effectus eset similis. Sed de his quidem dicere
est alterius operis, & temporis contuenientis. Nobis autem rursus ad propositum redeat ora-
tio, & laudibus celebratur hodie dies deductionis. Abi ergo ò Domina Dei mater, abi ad
tuam hæreditatem, & vade in atria Domini exaltans & lætans: alacriq; expeditus in dies
sanctissimi spiritus in te aduentum, & potentia altissimi adumbrationem, & vniogeniti tui
filii conceptionem, vt Gabriel tibi prædicet: & da iis qui tuum festum peragunt tuum auxi-
lium, protectionem & defensionem, eos omni ex parte liberans & tuis intercessionibus ab
omni necessitate & periculis, morbisq; grauibus, & omne genus calamitatibus, & futuri
iustis minis tui filii. Eos aut colloca vt mater Domini in loco deliciarum, vbi est lux & pax,
& rerum expertendarum summum donum, & fiant muta labia dolofila quæ contra te iustant
loquuntur iniquitate in superbia & contemptione, & exterminetur in ciuitate tua imago
eorum. Erubelcant, & deficiant, & pereant, & cognoscant, quod nomen est tibi Domina. Ta-
sola Dei genitrix excellentissima super omnem terram. Nos aut ò Dei sponsa, fide benedici-
mus, desiderio honoramus, & metu adoramus, te semper extollentes, te laudantes, & te ve-
nerabiliter beatam pronuntiantes. Est enim re vera pater tuus beatus inter viros, & beata
mater tua inter mulieres. Beata dominus tua, & beati noti tui. Beati qui te viderunt: Beati qui
tecum sunt versati, beati qui tibi seruerunt, beata loca tua, beatum templum in quo fuisti
oblata. Beatus Zacharias qui te vñis suis est amplexus. Beatus Ioseph qui te despondit, bea-
tus lectus tuus, & beatus sepulchrum tuum. Tu es enim honor honorantium, & premiu[m] præ-
miorum, & altitudi[us] altitudinum. Sed ò mihi sola Domina: mea ex Deo consolatio: ardoris qui est
in me ros diuinata, exiccati mihi cordis diuinitus irrorans aspergio, tenebrose meæ animæ lam-
pas lucidissima: Dux meq; dubitationis, vires imbecillitatis, nuditatis amicit, opes medicitatis,
immediabilium vulnerum curatio, lachrymaru[m] ablatio, requies getnitu[m], alleluatio doloru[m],
calamitatum trâsmutatio, vincularu[m] meorum solutio, spes meæ salutis, & honoru[m] omnium
remuneratio, & exaudi meas precatio[n]es, miserere meorum luctuum, & excipe meo fletus,
miserere mei fletu[m] meis lachrymis. Te moueat mei misericordia, vt matrem benigni Dei,
aspice & annue meæ supplicationi. Imple mei sicutientis desideriū, & coniuge me meæ cognati-
tæ & conferu in terra mitium, in tabernaculo iustorum, in choro sanctorum: & dignate me
tu quæ es omnium defensio, & omnium lætitia, & vehemens gaudium, vt simul cum ea le-
ter te rogo. Rogo te præterea, vt in gaudio illo quod reuerat verbis non potest exprimi, per-
petuifq; delitiis & insatiablebus, & in regno eius quod caret vespera, & riunqua terminatur,
eos colloces qui fide & desiderio hoc venerandum tuu[m] festum peragunt. Certe Domina
Dei patens: certè meum refugium, vita & defensio, arma & gloriatio, spes & robur mei: con-
cedé mihi vt ego quoq; cù ea fruar inenarrabilibus, & quæ comprehendendi non possunt tuis
bonis, in coelesti & quæ dici non potest perfeuerantia. Habet enim sat scio cù tua volutate cō-
turrente potentia, vt q[uæ]lis sis mater altissimi, & propterea audeo. Ne ergo priuiter mea expecta-
tione ò Domina intermerata, quæ vniuersoru[m] expectatione supra ratione peperit Dominum
nostrum Iesum Christum verum Deum & Dominum & Regem vniuersæ creatæ natureæ
Quem decet omnis gloria, honor, & adoratio, cum patre principio carente, & sanctissimo &
viuifico spiritu, nunc & emper, & in secula seculorum. A M E N .

SANCTI PATRIS NOSTRI GEORGII

Archiepiscopi Nicolediae oratio, De exitu sanctissimae Dominae
nostrae Deiparantis, quando fuit oblati in templo,

Apud Simeonem Metaphraffen.

6. At hic habes se
stum dicim præsen-
tationis virginis.



V L C H R A nobis principia argumenti dicendi ostendit hic dies 6 festus, paravit pulchras confectionum lemitas; ecce pulchra fundamenta ascensionis nunc erigens se ad orationem. Quamobrem eam tollens sublimem, gratia uehit ad encioniorum altitudinem, & gradus mutans gradibus, laudem transfiit à gloria in gloriam. Sed quoniam fieri non potest, ut ea simul cum rebus extollatur, è terreno profundo paru enatans, exiliter erigitur ad argumenti altitudinem. Age ergo nos quoq; cū ea laborantes, corporis onere deposito mētis pena simul ad festū extollamur, & intra adyta progreedi festinante castissimā virginē, prompto, & alaci animo consequamur, & nos ab externo errore colligentes, orationis vestibula deinceps cōscendamus. Neq; enim pratorum pulchritudo adeo facit, vt iū qui extra obeunt, ea cupiant ingredi, ut odoratus ortus encioniorum virginis ingressum reddit incundum volentibus. Etenim est hoc pratum & pratorum maximē odoriferum & varium, & incorruptione coronans eos qui decerpunt, non vernis comatum floribus, qui speciei habent delectationem quæ facile marcescit, sed emitens gratia bonum odorem, perfundit sensum: & mente apud se longe suauissima demulcer auditione. Nam in illis quidem sensus quoq; capiens satietatem, non similiter delectatur iis qui apparent postea. In his autem, eorum quidem qui præcesserunt manet odor, eorum autem qui succedunt, accedit maius desiderium. Malum quidē spectaculum vñā cum tempore marcescentem habet pulchritudinem. Hic aut decor perpetuam fert animæ delectationem: & quomodo qui vestibula regia forte sunt ingressi, ex extensis coniectant internam posituram, quæ sensu non iudicarunt, mente coniectant excellentiam; idem etiam ostenditur accidere in vestibulis encioniorum. Atq; in omnibus quidem, ut arbitror, non minimum autem in his quoque, ut arbitror. Nam in altitudinem quidē elata sunt proceria: præclarus verò argumenti ornatus ex his appareat intrinsecus, plurima habens incrementa gloria & pulchritudine insignia. Est ergo nobis propositum ad ingressum parum attollere oculos, & qui latet, quoad eius fieri potest, intueri decorum, etiam si fieri non potest, ut contempnemur vniuersam eius elegantiam. Age verò oratione procedamus interius, ducentem habentes ipsam Reginam. Sed video nunc hanc concionem luce infinita coruscare: & mente illuminor, & mihi venit in mente exire: & ea que nunc peragunt magna esse visione apprehendo: & Angelos surnul chores agentes mente cogito: & omnia noua, & aliena, & digna pulchro celi ornatu. Hinc mihi videetur eius qui laudatur gratia in medium procedere, & vniuersum cœtum impleere lætitia affatim dona tribuens. Quamobrem spem eorum attendentes omnes simul ingrediamur, vñusquisque reddens id quod debetur. Qui dicit, sermonem: qui prudenter audit, auditionem: qui ministrat, adimplitionem: & omnia quoru debiti exolutio ad ingressum adhortatur. Præcedant ergo sermones, quæ deinceps sequuntur ad se congregantes. Atque iam quidem iū qui virginem pepererant, ad templi eam fores adduebant, Angelis eam circum circa stitantibus, & supermundanis virtutibus omnibus simul collectantibus. Nam eti ignorabant arcum modum mysterij, ut serui tamen iussu Domini, seruiebant eius processui. Et primum quidem considerabant videntes, ut qui sine naturæ intelligentes, eam esse pretiosum vas virtutum, & ferre signa incorruptæ puritatis: & habere corpus procul remotum à vitiiorum colluie. Deinde autem iussu parentes munus implebant. Tunc lampades luminis ingressum lætabant: & omnia quæ templo contrinebantur, conuertebantur ad lætitiam ipsi, ut puto, inanimatis, simul cum Angelis lætantibus. Quamobrem mihi quoque licet cum eis choros ducere: & tanquam tunc præsenti venit in mentem in vocem erupere, quæ dicitur aptè & conuenienter. Dilata atria ad excipiendam latiorem quæ sub aspectum cadere & non cadere conspecta est creatam naturam, iū qua comprehensus qui comprehendit non potest, vñiū latitudinem redagit in angustissimum. Accende lampadem luminis, & ingressum lætica. Faceam tanquam signum aliquod tolle sublimem: & ad te dirige orbem terræ: ut lucidam intueatur nebulam, & radiorum eius fiat particeps, ut ex ea videat faciem fontem luminis. Pande portas tuas, & introduc portam quæ percipitur intelligentia, per quam cum solum transiisset Dei verbum, obsignatam conservavit sicut nouit. Nam eti accepit portæ appellationem, virgo tamen vñum conferualit, & impluit quidem rei ministerium: incorruptionis tamen non soluit signacula. Sustine velum, ut intra id ingrediatur verbi velum animatum, quod in se celauit diuinam

tatem, & eius igne non fuit combusta essentia materialis. Accipe quod fuit in spiritu inauratum candelabrum, lucerna cuius fines illuminat, per quam accenderunt septem dona spiritus, & mundum terrenum illuminarunt. Accipe mensam quæ portat vitam, in qua vitæ nostræ panis propositus, ambrosia pauit eos qui illius fuerunt participes, ex qua crateres sapientiæ imperturbatū & purissimum effundunt poculum cognitionis. Orna sancta sanctorum, & sanctissimum excipe tabernaculum quod est capax essentiaz immaterialis, quod nostrum quod cederat, excitauit tabernaculum, quod parentis nostri David tabernaculum quod fuerat ablatum, rursus erexit, per quod membra quæ fuerant dissoluta nostra transgressione fuerunt redacta ad suam integratatem. Accipe aureum thuribulum, in quo verbum quod carnem assumpit, bono odore impletum orbem terra: in quo combusta fuerunt criminis inobedientia: per quod liberatur aër à molesta inquinamentorum: per quod bonus odor spiritus spirauit in homines. Introduc arcam sanctificationis, quæ intus accepit eum qui dedit legem, qui portauit mannam cœlestem, quæ à diluvio peccati seruauit nostram naturam, & per partum liberauit orbem terræ ab interitu. Noui testamenti thesaurum, vñnam inclytam ac gloriosam, tabulas à Deo impressas chacteribus in quibus inscriptum Dei verbum supra rationem, legalis literæ difficultatem tradixit ad leuitatem spiritus. Cape vñgam sacerdotalem, quæ absque irrigatione produxit florem qui non marcescit, nempe Dominum. Sanctam terram & desiderabilem, ex qua orta est veritas & iustitia, in qua operculo tecū pedes prohibentur progreedi, ratiocinatio, inquam, quæ dubitatione operitur & incredulitate. Vmbrosum montem, in quo verbo placuit habitare, in quo cū recubuisse natura, declinavit peccati exultationem, ex quo sine manibus devolutus lapis angularis, inimici contriuit imaginem, & rediget in puluorem. Accipe oleam frugiferam per quam scaturit oleum exhalans, & pinguefecit creaturam. Thronum gloriosum, regium vehiculum, quo vñctum verbum cum carne aduentum. Sanctam Sion quā elegit opifex, quam verbo prouidentiæ paravit ante secula, in qua in carne est genitus, ex qua progressus vires contriuit impiorum. Apprehende lectum Salomonis, quem in orbe circumfusunt sexaginta potentes, nempe diuinitus inspiratae scripturaræ veræ prophetæ, quæ per ea quæ significarunt, suo testimonio comprobant Deum esse ex ea pariendum, in quo verbum cū cecidisset, cum carne exurrexit, & inimici tyramicam validē affixit potentiam. Eam forceps expresit propheticus, qui carbonem ferebat, & labra expurgabat. Quæ Seraphicè custodiebat, & per spiritum sanctum prædicabatur. Eam indicauit liber ob-signatus, quem nullus legit sciens literarum præter eum qui ob-signauit, & seruauit supra rationem. Eam charta significauit purissima, in qua verbum sine scriptis impressum scidit fraudis chirographum. Hæc est quæ à dextris Dei adstitit Regina, quæ propè est pulchritudine & splendore, quæ est speciosa natura, & nullam suscipit maculam libero suo arbitrio. Quæ ascendit ex Libano virginitas, & mundum perfudit vnguento, ex qua dulcedo diffusa, veterem amorem ligni dulcem reddidit, cuius supra mel labra extiterunt dulcia: & è lingua eius tanquam è fonte manauit letitia. Cuius vñtes vnguento delibatae bonum odorem emiserunt supra omnia terræ aromata. Hanc introduc tanquam sponsam, cuius pulchritudo est incomparabilis, & gloria ineffabilis, cuius lux oculorum solis supereruit radios. Hortum conclusum, quem peccati cogitationes non possunt intrare: in quo diuina planta quæ citra agricolæ culturæ germinauit, ligni maledictum quod prius in vita mirandum in modum crescebat, exiccauit radicibus: & eius loco effecit vt floraret benedictio. Fontem re vera signatum, ex quo manat fluenta purissima, & irrigat orbem terræ. In quo limi qui conturbabat non sunt deprehēsæ reliquiae, ex quo procedens fluius gratiarum circuit vñuersam quæ est sub sole regionem. Suscipe quæ per aëre in greditur nubem, in qua sedens qui ingreditur super nubes celestes, destruxit simulachra quæ colebantur ab Egyptiis. Introduc Dei civitatem animatam, quæ in eius impulsu lætatur in æternum. Sanctificatum tabernaculum, domum gloriosam, templum quod non potest dissoluiri. Cuius tu fuisisti & figura, & signum, expectans ut ea fieret manifesta, eam tu iam tenes, eam introduc, & cede tanquam potentiori. Hucusq; siste signa fac ut celer confusa ænigmata. Quousque vñbram attendis? Quousq; in litera gloriaris? Ecce gratiæ radij illuxerunt: Ecce signa literæ in spiritu sunt transmutata. Es defessa figuris inferius, ecce accedit qui noua facit. Transi ergo à lego quæ consenit, ad verbi gratiam quæ est noua. Cur in somnis perseueras, cum eam accipias quæ euentum conciliat? Cur sacrificiorum sanguine aspergeris, & eorū nidore suffumigaris, cum qui iussit ea nō admittat? Sacrificium enim ait Verbum patri, & oblationem nolivisti, corpus autem perfecisti mihi. Venit qui propriu lo sanguine ea facit cessare: & naturam non à carnis inquinamentis, sed à peccato repurgat. In foribus redemptio, in portis tuis est predication. Hanc ad te premitur quæ precedit mysterium. Ipse eorum quæ tibi sunt verbis significata in se affert euenta.

honor exhiberi potuerit puritati eius ex æquo respondens: cuius amore captus opifex, ex ea suum construxit tabernaculum, in quo minimè recusauit habitare, in quo paterna voluntas est impleta? Quemam gloria ei poterit tribui pro meritis, cuius superiorem gloriam præter te ostenderet Creator? O donum quod nullo potest honore, vt par est, affici. O pulcherrima pulchritudo omnium pulchritudinum. O Dei genitrix pulchrorum omnium summum ornamenti. Tu casum veteris nostræ nobilitatis erexit partu tuo, qui est supra rationem. Tuperima imaginis obscuratae specie restituti in suam pulchritudinem. Tu primæ parentis dolores in pariando suscepisti, tuo partu in gaudium conuertisti. Per te paradylum pure sumus confeccuti. Per te generis colonia ad propriam redit mansionem. Per te recessit rhœpha versatilis. Per te quæ erant clausa delitiorum portæ fuerunt apertæ. Per te spes Prophetarum ad effectum sunt deductæ. In re fine acceperunt quæ ab eis dicta sunt. Per te nostræ resurrectionis certa signa tenemus. Per te nos regnum cœlorum speramus esse aseccuturos. Te nostræ salutis habemus adiutorē. Te nostri auxiliū habemus defensorē. Te proponimus cuius ore nostra dicatur excusatio. Te nostræ fiduciae circuferimus gloriationem. Te Christianorū multitudine murū habemus firmissimū. Te fideles Reges arma habent valida. Per te bellorū frangunt audaces impetus. Per te consequuntur trophya victoriae. Tu & Dei genitrix, ne deficias preces eorum qui semper petunt. Præbe manū laborantibus, op̄ē fer eis qui agitatur tēpestibus, sed bellerū fluetus, fac in auras euangelicæ spiritus eorum qui incessunt iniurijs. Da petitioni conuenientem, potes enim, euentū. Habet utrū mater in filium quæ recusari non potest fiduciā. Habet vires insuperabiles, robur inexpugnabile. Ne immensam tuam clemētiā superet multitudo peccatorū. Ne absurdā facta retardet tuam quæ verbis exprimi non potest misericordiam. Nam quæcunque fuerit multitudo eorum quæ ignorantur, ea facile accipit solutionem, si tu solū volueris. Nihil tuæ refistit 7 potentia, nihil repugnat tuis viribus, omnia cedunt tuo iussu, omnia tua obediant imperio. Omnia tuæ potestati seruiunt. Te omnibus suis operibus redidit excellētum qui est ex te natus, & per ea quæ in te facit admirabiliter & præter op̄idionem ita esse confirmavit. Ea potes consequi citra laborem. De ijs absque vlo intercessore compella Creatorem, delectatur petitione, gaudet se rogari, non refistit quo minus impleantur. Tuam enim gloriam exsultat esse propria, & tanquam filius ea exultans quasi exoluēs debitum implet petitiones. Itaque ergo quoq; o Domina, fretus tua quæ exprimi nō potest, potentia & benignitate, ex egenis labris fructū tibi obtuli, indignum quidem qui offeratur, optimam autem indicat meam voluntatem. Neque enim meæ solū vires non asequuntur quod desiderant; sed magnorum etiam viorū expectationibus ad ipsum accedit, vt id non asequantur. Accipe ergo non attendens opera, sed admittens promptum animi studiū. Accipies autem sat scio, vt quæ sis amans bonorum, reddens premium pro peccatis: & regno cœlorum dignans propitiumque reddens patrem, filium, & spiritum sanctum, vnam diuinitatem & regnum, ineffabilem potentiam & dominationem. Quam decet gloria, honor, & adoratio: Nunc & semper & in secula seculorum. A M E N.

ORATIO QVAE TRACTATA VENE-

rando ortu, & educatione sanctissime Dominae nostræ Deiparæ, & ortu Christi
Dei nostri, & quæcumque contigerunt ad viuiscum eius deceſsum. Et
præterea quomodo in apertum prolata sit pretiosa eius ve-
stis. Et quemadmodum ha[m] magna opes fuere
Christianis reconditæ.

Per Simeonem Metaphraſten.



P O R T E B A T re vera virginem, sicut ipsa Dei ad homines venturi i-
uenta est, dignum, & Deo conueniens habitaculum, ita nunc illam ad Encomij
argumentum nobis propositum, dignam linguam esse consecutā, quæ res eius
eleganter narraret, & cōuenientem ei laudem afferret. Sed quoniā quod hoc est
maiis, ed diffīcilius explicari potest, pro viribus saltem alacri animo danda
est opera, vt texamus eius laudationem. Scit enim ipsa quoque filii cedēs legibus, gratū habe-
re id quod si pro viribus. Dicendū est ergo, & diligenter narrandū, & vnde orta sit, & quos
parentes habuerit; deq; educatione eius, & fine vite: Quinetiā quaecumq; illi cōtigerūt ex di-
vina prouidentia, & arcanis rationib; Quod si oratio alia quoq; comprehendit & necessa-
riō persequitur, nō est à ratione alienū, quod factum est: omnia enim ad eam referuntur, eiusq;
sunt gloria, & encomia. Quorū narratio nō erit nobis abf; fide dignis testibus, nec sumetur
ex personis quibuslibet, sed quā viri, quibus iure credendum est, & qui simul cum doctrina
egregiam quoque vitam attulerunt, diligenter componerunt. Gregorius, inquam, Nyssenus,

Athanasius

Athanasius Alexandrinus, Dionysius Areopagita, & multi ali⁹ qui nec sunt vulgaris, vt diximus, eruditio[n]is, & sunt vita admirabiles. Et quod maius est, quam ipsum, queque diuinum referit Euangelium. Iam enim diuinus Gregorius in oratione quæ de ortu Christi ab ipso est composita, h[oc] de extractat: Audiui, dicens, arcanam quandam & occultam historiam de ea haec narrantem: Erat insignis in accurata vita quæ est ex lege, institutione, & inter optimos apprimè notus pater virginis. Conseruerat autem sine liberis, quod non erat eius coiu[x] apta ad procreandos filios. Erat verò ex lege quidam honor matribus, quem non adipiscabantur, quæ carebant filijs. Imitatur ergo ea quoque illa quæ narrantur de matre Samuelis. Et cùm fuisset intra templum sanctorum, fit supplicem Deo rogans, ne excideret ab ea quæ est ex lege, benedictione, cùm in legem nihil peccaret: fieret autem mater, & Deo 4 consecraret id quod pareret. Cùm ntu autem diuina confirmata esset ad gratiam quam petierat, postquā peperit puellam, eam quidem nominavit Mariam: vt vel ipsum nomen significaret, à Deo datam esse gratiam. Cùm verò iam creuisset puella, vt non amplius epus haberet fugere mammam, eam Deo tradidit, & promissum impleuit, & ad templum adduxit. Sacerdotes autem interim quidem, ad similitudinem Samuelis, inter sanctos educabant puellam. Cùm verò creuisset, confilium ceperunt, quidnam sacro illi corpori facientes in Deum non peccarent. Eam enim legi naturæ subiungere, & eam dare in seruitutem ei qui illam duceret, videbatur absurdissimum. Existimatum est planè sacrilegium, si diuini donarij homo fieret dominus: quandoquidem à lege est constitutum, vt maritus esset dominus coniugis. Ut autem in templis verlarentur mulieres cum Sacerdotibus, & inter sanctos viderebantur, neque lege permettebatur, nec res erat honesta. Eis verò de his consultantibus à Deo datur consilium, vt eam quidē dent viro nomine despōsitionis. Is autē talis esset, qui ad virginitatis aptus esset custodiā. Inuentus est itaq; Ioseph, qualē quærebat ratio, ex eadē tribu, ex qua erat virgo: & ex cōfilio sacerdotum sibi despōdet virginē. Coniunctio autē procerlerat vñq; ad delpontationē. Tunc virginī à Gabriele aperitur mysteriū. Erant autem verba mysteriū benedictio. Ave grātia plena, inquit, Dominus tecū. Contraria illi primæ voci, quæ facta est mulieri, nūc vei ba fuit virginī. Illa, doloribus in partu condemnata fuit propter peccatum. In hac autem per lātitātē expellitur tristitia. In illa, partū p̄cecerunt dolores. Hic verò lātitia est obſtetrici partus. Ne timeas, inquit. Quoniā enim omni mulieri metum afferit partus expectatio, metu ex̄pellit dulcis partus promissio. In vtero concipies, & paries filū, & vocabis nōmē eius Iesum.

Quid autem Māria? Audi puram vocem virginis. Angelus partum annunciat, & illa adharet virginitati, non corrumpi iudicans esse præstantius, quā apparitionem Angeli. Et neque potest Angelo non credere, neque discedit ab ijs quæ statuerat. Est, inquit, mihi prohibita cum viro consuetudo. Quomodo erit mihi hoc, quoniā virum non cognosco? Hæc vox Mariæ est demonstratio eorum quæ arcane & occulte narrantur. Si enim eam Ioseph accepérat in matrimonium, quemadmodum ei viſum est alienum, quod partum ei antē si-
guicaret, si ipsa omnino expectabat fieri mater legi naturæ? Quandoquidem carnem que
Deo fuerat consacrata, veluti quoddam sanctum donarium, intactam conservari oportebat:
propterea: Etsi sis Angelus, inquit, etsi de celo venias, etiam si sit super hominem id quod
apparet, non potest tamen fieri, vt virum cognoscam. Quomodo ergo ero mater absque viro?
Nam Ioseph quidem noui sponsum, virum autem non cognosco. Quid ergo paranympus
Gabriēl, qualem thalamum parat puro & impolluto matrimonio? Spiritus, inquit, sanctus
superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. O beatam illam carnem, quæ propter
insignem puritatem, animæ bona ad se attraxit. In alijs enim omnibus vix anima pura lan-
eti spiritus aduentum accepit: hic autem fit caro spiritus receptaculum. Quintetiam virtus
Domini obumbrabit tibi. Quid hæc perarcana significat oratio? Christi Dei virtus, & Dei sa-
piencia, inquit Apollolus. Altissimi ergo Dei virtus quæ est Christus, per aduentum sancti
spiritus formatur in virginitate. Quomodo enim vmbra corporum conformatur figuræ eo-
rum quæ præcedunt, ita etiam character & signa, quibus filii Dei cognoscitur diuinitas, ap-
parebunt in eis qui parit virtute, vt qui imago, & signaculum, & adumbratio, & splendor
primi exemplaris, per admirabiles ostendatur operationes. Et hæc quidem diuinus Grego-
rius. Alia autem & saerum Euangelium, & ali⁹ viri p̄ij, ac Dei amantes, quos nominauimus,
& quorum nominati non meminimus, verē docent. Hæc ergo postquam Virgo audiuit,
statim mente illustrata à spiritu qui ei inhaberabat, lubenter accepit promissum: & Ecce
Ancilla Domini, ait Angelo: Fiat mihi secundum verbum tuum: simul & ad Angeli vocem
ea vrens, quæ par est, auerione: & postquam fide digna vila essent ea quæ dicta fuerant, noluit
amplius esse incredula: sed illo quidem euafit prima matri's deceptionem, hoc autem vitauit
Zachariæ incredulitatem, quæ vñrā quām deceret, proceſſit. Atque Angelus quidem ab ea re-
celſit. Conſequa est autem paulo p̄st & Marīa cum studio ad montana aduentus, & eius

⁴ Vide testā vñrā
ginē jub vori emis-
ſione esse natam, et
matrem eius scut
deo promiserunt
templo illius ob-
tulisse.

in domum Zachariæ ingressus. Magno enim studio contendit gratulari Elisabethæ, vt quæ ab Angelo didicisset nouam eius conceptionem. Accedit ergo, & benignè salutat. Fit autem salutatio dulcis exultatio infantis, qui erat in utero Elisabethæ. Iam enim ex ventre sciebat seruus Dominum, qui erat in utero: & cum sensisset eius in mundum aduentum, mirandum in modum letabatur. Hoc enim aperte significabat illa exultatio. Non te autem lateat Elisabethæ reuerentia, & submissio cum predictione admirabili. Virginis enim aduentum admiratur, quippe qui eius superaret conditionem: Vnde hoc mihi, dicens. Sicut etiam illius filius de Domini aduentu in tempore Baptismi: Iam vero hanc quoque matrem, & dominam suam nominat, sed etiam benedictam dicit in mulieribus, & eum qui in utero gestabantur, fructum ventritis vocat admirabiliter, vt qui cum viri semine nihil habuissent communire.

Cuiusmodi verò est illa quoque rursus admirabilis Mariæ prædictio, fore ut celebraretur ab omnibus generationibus? Non enim se beatam prædicat vana mota arrogantia, neque lingua communī hæc loquitur, sed diuino spiritu seruens, & id quod sit in aeternum diuinans. Magnificat autem Deum Maria, se & credere ostendens propter vocē Elisabethę: Beata enim, inquit, que creditur fore vt ea perficiantur, quae ei dista sunt à Domino: & se ei tam magni, rei inferire. Sed hæc quidem sic habent. In domo autem Elisabethæ circa tres mensas habitauit Maria: deinde, inquit, reuersa est in dominum suum. Sic enim me docet Euangeliū. Quid autem fibi voluit Mariæ hæc mansio? Postfasse quidem, ut eius reiadmirabilis viseret exitum, de qua non mediocri tenebatur admiratione. Est autem in more positum, ut virginis secedant, cum quæ fert vterum, est paritura. Oportet enim hoc quoque considerare. Ea de causa cùm iam instaret tempus, vt pareret Elisabeth, & si revera esset prægnans, recedit tamen, tanquam virgo, & in dominum suum reuertitur. Postquam autem reuersa est, nusquam quidem alibi, sed domi deinceps degebat, donec cognovit iam tempus adesse partus.

Cæterum Iosephum tumens virginis vterus (nesciebat enim id esse opus sancti Spiritus) in dubiis induxit cogitationes. Et ideo eam clanculum dimittere habebat in animo. Ut qui esset iustus, inquit, & eam nollet traducere: adeo iustus, ut non solum nollet punire: etiam si hoc lex iuberet: sed neq; rē veller propalare, & in publicū proferre. Hoc enim sibi vult illud traducere. Cum hec autem, inquit, cogitasset, venit Angelus prop̄te solus dubitationē. Nihil enim probri, nec contumelias ea subire oportebat, quae ab omni probra & dedecore erat lōge purissima. Qualis aut̄ fuit vox Angelis ad Iosephum? Ioseph fili David ne timeas accipere Mariā vxorē tuā. Filium David illum vocans, quidnam vult aliud, quām ei reuocare in memoriā, vnde nā sit Christus processurus? Dicendo autem: Ne timeas, ostendit eū tūnissime, ne Deū offendet, si adulteram domi suę haberet. Ea de causa, vxorē tuā, purę nominat, collē suspicione. Neq; enim si ei omnino fuisset allati vitiū, vxor illius diceretur. Quod autē vxorem hīc dicat sponsam, tibi persuadeat scriptura, quae ante matrimonium generos vocat spōsos. Quomodo verò præcipit accipere eam, quae īa erat accepta, & quae intus manebat? Claram est, quid in animo suo iam dimissa fuerat, & erat extra fores. Visus est ergo ille ea Angeli voce Iosepho modū tradere, qui etiā eam postea in cruce tradidit Discipulo. Quod enim, ait, in ea est genitum, ex spiritu sancto est: Ex redundantia quādā copia soluit eius angorē. Nō solum, inquit, virgo est intacta à coitu illegitimo, sed etiā natura est præstantior, & hominē superat conceptio. Quamobrem non est solum soluendus metus, sed etiam oportet esse plenū lētitia. Tua sunt hec magnalia ò virgo: & te glorificans qui potens est, fecit dispensationem rerum admirabilium, & supernaturalium. Verum enim quomodo exitum habuit prophētia, quae non defecitū principem ex Iuda, neq; ducē ex famoribus illius, donec venerit cui est repositū: ipsum autem esse expectationem gentium (de Christo videlicet hoc dicit) explicare aggredimur. Tunc enim illis aduenit, quando deinceps defecerant Iudaici principes, & Romanis erant sceptris subiecti. Simil enim & Christus nascitur, & fit illa prima descriptio: cum Romani scilicet dominatum obtinerent in gentem Iudeorum, & eos suo subiunxissernt imperio. Antipater enim pater Herodis, qui postea princeps fuit in Iudea, vxorem duxit ex Arabia Cyprim nomine: quae eum patrem effecit quatuor filiorum, quorum erat hic virus Herodes. Satius est autem, vt quām apertissimè postulamus, rem declareremus. Cum enim Hircanus frater Aristobuli, post interemptum Aristobulum Pontificem, qui etiam diadema regium sibi imposuerat, vincitus à Pompeio duce Romanorum, cum filiis Romanum turpiter esset transmissus (quo tempore constitutum quoque est, ut Iudei tributa penderent) cumque postea Hircanus ipse creatus Pontifex ab eodē Pompeio, à Parthis fuisset postrem⁹ captus: et Antipater dolu fuisset interemptus, qui erat pater Herodis, qui fuit postea Rex Iudeæ, & nemo esset qui res Iudeorū obtineret: hic Herodes Antipater filius, cum dedisset plurimas Romanis pecunias, & feedus cum eis iniuisset, obtinet imperium. Quānam autem huius rei data fit ea occasio, dicimus quām fieri potest brevissimè. Cum Augustus Cæsar in Aegyptū

cum maximis copijs iret ad bellum, inquam, Cleopatrae (Erant enim in eius potestate res Aegypti, ut quæ genus traheret ex Ptolemais: sicut etiam videtur Iosepho) accedit ad eum hic Herodes, & exercitus, & impensis ei suppeditando, non mediocri fungens apud eum munere. Cum autem & Cleopatra, & Aegyptus essent in manibus Augusti, qui iam duodecima annos imperauerat, ipse Romanum remanserat, memor, ut et confortaret, officij quo in eū vñus fuerat Herodes, senatus confulco Iudaem eum. Regem eligit, ei quoque imposito diadema. Qui cum venisset Hierosolymam, quoniam sciebat Iudeos non esse bene in eum affectos, sed quod esset alienigena, & aliquo alper & difficilis, eius aegrè ferre imperium, eorum quidem nonnullos occidit, plurimis autem malefecit, cimitatemque & Dei templum stolidè & improbe rediget in servitutem. Ille ergo male vtens potestate, quiddam insignter scleratu adiicit & quod erat sui vitij apertum indicium. Tribuum enim & familiarium que erant in Iudea, publicas scripturas a tempore Esdra, rem faciens iuvidia plenam & insania, igni tradit. Scopus autem erat improbitissimus: nempe ne notum esset Iudeis, ex quāna ijs sunt tribu, & qui nam ex eis sunt indigenæ, & quinam ex ijs quos ipse solebat appellare hōpos, id est, aduenas. Prater alia autem, cum sacerdotalem vestem in quodam vale reponuisse, viris indignis pecunijs (proh dolor) emptum mandabat poficatum. Et hæc quidem iste. Cum autem Cesar Augustus quadragesimum secundum sui Imperij ageret annum, exit ab eo editum, ut fiat delcriptio viuienti orbis terræ. Abiit itaque vniuersisque in suam ciuitatem, ut ibi describeretur. Oportebat enim in descensu eius, qui regnat in cœlis, terræ quoque principes conferre munera. Quoniam autem editum, scilicet descriptionis, vñumque in suam compellebat patriam, Joseph quoque ei parentes, ex Galilæa, ex ciuitate, inquam, Nazareth, venit in Iudeam, in Bethleem ciuitatem, quæ est ciuitas David. Causa vero erat, èo quod esset (inquit) de domo & familia David, hoc est, cognatione. Venit autem ad descriptionem cui huc ex mulieribus maximè admirabilis Maria, quæ erat grauida. Etenim Galilæa quidem est quedam regio Palestinae. Nazareth autem est ciuitas Galilæa. Rufus autem Iudea est quædam, quæ sic dicitur regio: Bethleem verò ciuitas Iudea. Atque Christum quidem omnes Prophetæ, non ex Nazareth venturum dicebant, sed ex Bethleem, & fore ut illic pareretur. Ecce enim tibi è vestigio proposita est prophetia: Et tu Bethleem terra Iuda, nequamque es minima in principib[us] Iuda. Et quæ sequuntur deinceps tibi declarat Euangelium. Quoniam ergo manifestum erat omnibus, Christum venturum ex Bethleem: idcirco Iosephum & Mariam, qui eti[us] ciues essent Bethlemitæ, ea terra dimisla (quod multis sepe accidit, ut dimissis ijs quæ ipsos tulerunt, malint in aliena habitare ciuitate) ipsi quoq[ue] habitabant in Nazareth: compellebat, ut dictum est, eos vel inuitos in Bethleem editu[m]. Deo admirabiliter, & præter opinionem hæc dispensante, & verstante. Cum illic ergo fuissent propter descriptionem: Impleti sunt, inquit, dies, ut virgo pareret: & parit filium suum primogenitū, & fascijs inuoluit eum, qui nullis posset terminis circumscribi: & propterea quod non esset eis locus in diuerficio (O tuam ineffabilem Christe propter me paupertatem) in praesepi reclinet eum qui ornæ alinetum suppeditat, eum qui nequaquam capi potest, ea quæ iup[er]n arcana ratione ceperat. Cum enim multi ex multis locis ad descriptionem confluerent (ut est confortaneum) & loca scilicet præoccuparent, & ex eo eos qui postremi veniebant, in magnas abducerent angustias, illum sic cum alijs loco egentem præsepe suscipit: illum, inquam, qui paupertatem elegit ab initio, & eam honorauit in se ipso. Sed pastores quoque, inquit, erant in hac regione agentes in nocte custodias. Ad quos Dei quoque adueniit Angelus, & eos Domini gloria circumfulsit. Cum autem exterriti fuissent spectaculo: Timuerunt enim, inquit, timore magno: Angelus timorem, ut qui non decenter eos inuasisset, expellit: Nolite timere, dicens: Ecce enim annuncio vobis gaudium magnum, quod erit vniuerso populo, non Iudeis solis, sed omnibus. Adiice adhuc apertiorē gaudijs significatiōnē: Quoniam, inquit, natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate David. Vt autem à Deo profecta, & vera vox indicaretur, eius statim sequitur confirmatio: Repente enim cum Angelo laus quæque auditur à multitudine Angelici exercitus dicuntis: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bone voluntatis. Quemam verò erat ea quæcumq[ue] admirabilis cōseruabas Maria, & in tuis corde conferebas? Num omnino & id quod tibi dixerat Angelus, & quæcumq[ue] rursus dixerunt pastores; hæc ipsa in tuo corde componens, & cum illo ipso conferens, videbas omnia ad vnum conuenire, quod Deus re vera sis, qui est ex te natus, & te fecit miraculū, quod celo & terra non capitur? Qui etiam suscipit circuncisionem, confirms suam cum Iudeis cognationem, ne illis occasione præberet eum negandi. Circunciditur autem octauo die, seu die Dominicæ, quo fuit etiam resurrectio. Et Iesus nominatur. Significat verò hoc salutem populi. Quod etiam virginis prædicti Angelus ante conceptionē: Et vocabis, inquiens, nomen eius Iesum. Idemque Iosepho postea atq[ue] subiungit. Ipse enim saluum faciet populu[s] sui à peccatis

eorum. Deinde etiam rursus expectat tempus purificationis. Postquam enim impleti sunt inquit, dies purgationis eius secundum legem Moyisi (implementum autem dierum erat dies quadragesimus) tulerunt infantem Iesum in Hierusalem, ut sicerent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vulnus sanctum Domino vocabitur: & vi darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, par tur turum, aut duos pullos columbarum. Sed satius fortasse fuerit id solvere, quod videtur repugnare inter Euangelistas. Mattheus namque dicit Iesum, postquam natus esset, profectum in Aegyptum: hic autem diuinus scilicet Lucas, ipsum post quadraginta dies venisse Hierosolymam. Sed nihil dicunt, quod inter se discrepet, neque quod rei obiecte consequitur. Cum enim postquam natus esset, secundus annus praeterisset, Christus adducitur in Aegyptum. Lumen ergo ea que interim facta sunt, & quae praetermisit Mattheus, circuncisionem scilicet tractat & purificationem. Et ecce, dicens homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon, & homo erat iustus, & spiritus Domini erat in ipso. Quintam venit, inquit, in spiritu in templu, & ei vlnas prebuit ad eum suscipiendum. Quodnam est autem salutare, quod senex suis vident oculis? Ipse qui desiderabatur Iesus. Hoc enim nomen significat. Paratum vero fuerat eius mysterium omnino ad salutem, non solis Iudeis, sed mundo etiam vniuerso. Hoc enim sibi vult illud: Omnum populorum: sicut etiam illud: Lumen ad revelationem gentium, & gloriam populi tui Israël. Vide vero quam accurate loquitur Euangelista. Erant autem, inquit, Ioseph & mater eius admirantes propter ea quae de ipso dicebantur. Matrem quidem dicens, ut quae vere esset, & ab ipsa vocans habitudine: illum autem nudo nomine, ut qui videretur quidem pater, non esset autem re vera. Ea quoque ratione ambobus quidem benedixit Simeon: reliquo autem Ioseph, alloquitur Mariam solam, ut quae fuisse ministra diuini consilii: Ecce enim, inquit, hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur. Quomodo autem te studiose auditor, accipitur illud: Et tuam ipius animam pertransibit gladius? Quidnam ergo existimare oportet hunc esse gladium? Num dubitationem, offenditionem, tentationem, quae in tempore crucis tuam, o virgo, peruerterunt animam? Te ergo ipsam quoque, etiam si desuper Domini pulchre res deditici, attingeret aliquid. Conuenientius est autem, quod dolorem ipsum gladi nomine significauerit, qui quidem tempore passionis eam inuasit. Nam id quod dicitur: Ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes, ad discipulos magis quam ad eam pertinere videtur: nempe quod post tentationes, & dubitationes, quae cor eorum concusserunt, non multum temporis intercessit, & velox quedam illuxit a Deo curatio, eorum animos replens tranquillitate, & ad fidem suam confirmans magnitudine resurrectionis. Sed id quod copit persequunt oratio, & rursus accipiat ea que pretermisit. Cum enim, inquit, natus esset Iesus in Bethleem Iudea in diebus Herodis Regis. Vides? Et tempus nobis Euangelista, & locum, & autoritatem similiiter significat. Autoritatem quidem, ut eum ab altero Herode discernat, ac distinguat, qui Ioannem interfecerat. Ille enim erat Tetrarcha, hic autem Rex. Locum vero & tempus, nos transmittens ad prophetias. Quarum alteram quidem praedixit Michæas: Et tu Bethleem, dicens, terra Iuda, nequaquam es minima in principiis Iudei. Alteram vero Iacob Patriarcha: Non deficit enim, inquit, princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius. Quomodo autem magis venit in mentem, ut tantum iter conficeret, & venirent ad adorandum infantem, qui erat adhuc in fasciis: idque cum esset eius mater pauper, & nullius nominis, & quae nihil habebat praeter solum tugurium? Nunquid planum est Deum eorum animos ad hoc mouisse? Vide enim eorum quoque clamam fuisse virtutem, non solum eod quod venerat, sed etiam quod audacter & liberè loquantur. Ne enim existimarentur fuisse suppositi, & vię ducem ostendunt: Vidimus enim, dicitur, eius stellam. Et via magnitudinem: In Oriente scilicet. Deinde etiam addunt insignem fiduciam cum dicunt: Et venimus ad eum adorandum: Neque iras populi, neque Regis tyrannidis villam ducunt rationem. Quae cum audiisset Herodes, conturbatus est, inquit. De imperio enim eum metus ceperat. Et ideo ad se quoque congregat pontifices, & scribas populi, & eos diligenter interrogat, ybinā Christus nasceretur. Considera autem admirabilem rerum dispensationem, & quemadmodum veritas etiam suorum inimicorum vtrum auxilio. Cum enim interrogarentur Iudei, ybinā Christus nasceretur, iij: In Bethleem Iudea, ut res se habebat, dixerunt, & statim testem adduxerunt Prophetam, qui & Bethleem magnificat, & ex ea quidem exitur, & populu Israëlitum ab eo esse pacem prædictum. Sic iij qui erant reuerba inimici, necesse habebant vel iniungi aperi propheetiam, eti non omnem. Quod enim deinceps sequitur, retinuerunt, quod est: Egressus eius ab initio a diebus æternitatis. Cur sic fecerunt? quod Regi loquerentur ad gratiam. Ille autem quid facit? Clanculum vocat Magos: diligenter perscrutatur stultus tempus stellæ, quae apparuit eis, iam aggredies de medio tollere id quod natu fuerat. Quod quidem non solum erat amentiae, sed etiam infanæ, Cuiusmodi enim erat ea quae

ea qua clam cum Magis vocatis loquitur? Ita, & diligenter inquirete de puer: Postquam autem inuenieritis, renunciare mihi, ut ego quoque veniens eum adorem. Evidens & aperta insanía. Si enim vera quidem sunt verba, & non infidiosa, cur cum eis latenter congregeris? Sin autem vis aliquid finistrum celare & dolosum, quomodo ne hoc quidem potuisti perspicere, quod sic à Magis deprehenderis maligne & sceleratè gerere, quod quæras latere? Hinc stella eis rursus apparuit, eis dux efficitur, sicut ab initio. Ab icona enim erat postquam apparuerat ad Orientem: ut cum illi ducem perdidissent, necessariò Iudeos interrogarent: & sic res euaderet manifesta omnibus. Postquam vero vel ipsos inimicos habueré magistros, eis rursus apparuit. Vide autem à qua multis sit eius rei fides. Nam nunc quidem stella, nunc populus Iudeorum: deinde etiam Regis infidile, & præterea prophetia, docent id quod quærebarunt. Deinde cum eos rursus stella accepisset ex Hierosolymis, postquam cum Rege collocuti essent, deducit in Bethleem, non simpliciter vadens, sed eos trahens & ducens meridie, ut vel ex eo notum esset omnibus, eam non esse stellam unam è multis, neque omnino similis cum aliis ordinis. Ideo enim vadens ex Hierusalem non prius consilis, donec ad ipsum veniret præsepe. Postquam autem stet supra puerum, statim constitit. Et propterea quod nunc quidem abscondetur, nunc autem appararet, & deinde cum apparuerit, rursus staret, ostenderat se esse maioris virtutis, quam quae in stellam caderet: & eis faciebat accelerationem fidei. Certè longè maxima afficiuntur lætitia, quod & inuenissent id quod quærebarunt, & iter non frustra confeciscent, & quod fuitus esset diuinus, & quod fuissent nuncij veritatis. Quae quidem omnia sunt illius admirabilis puellaris encornita propter Deum, qui ex ipso natus est: & eorum magnitudine illam ut præcipuum eximunt a mulieribus. Postquam autem fuerunt intra dominum, viderunt, inquit, infanteum cum Maria matre eius. Quid autem magnum videbant, quod eum adorarent, cum omnia essent eiusmodi, ut nihil posset esse vilius speluncam, præsepe, fascias, an matrem, quae tanta erat simplicitate? Quid ergo eos tanta affectat admiratione, ut non solum adorarent, sed etiam dona offerrent, eaque huiusmodi, quae ipsum esse Deum, & Regem significarent? Hoc enim sibi volunt, nempe Regem quidem aurum, thus vero Deum, mirra autem præfigurabat mortem, quam pro me erat subiurus. Quidnam ergo eos mouit? Illud quod etiam efficit, ut domo excitarerentur, & tantum iter conficerent: stella omnino, & quae eorum animis inerat à Deo illuminatio. Sed quid consentaneum erat animo versare matrem, hec clementem? Cuiusnam filii esset mater, ad quem viri tam insignes sic acceferant, stella duce videntes, qui eum adorabant in fasciis, & dona offerebant, tamen ei se conciliare studentes, & sibi aliquid magnum quod hinc erat fecuturum, procurantes. Vel quantum eam gaudere per erat, ac quantum illustrari, quantaque spei fructum iam percipere non ex his solum, sed ex illis etiam quae præcesserant, admirabilia colligentes? Hac puer ille dat ei præmia, sic opponit humilibus ea quae sunt illustria: ne solam videns speluncam, & tugurium, & præsepe, & viles fascias, parua, ut consequens, videbatur, opinatur & ditrahetur cogitationibus: sed vt & haec magna considerans, rursus in altum extolleretur, & propter hunc nouum partum se posse beatam ducere. Quod enim ab initio consuevit Dominus facere, ut quae sunt vilia & humilia extollat præter opinionem, sicut econtra, ut ea quae sunt superba, deprimat: hoc quidem certè videretur etiam facere in seipso. Sed cur Magis est imperatum, ne rursus redirent ad Herodem? Et quorsum illa abiecta, & minus decora in Aegyptum fuga Christi, perinde ac si non posset aliter esse saluus? Futurum est enim, inquit, ut Herodes querat puerum ad perdendum eum. Num vt per haec parua & humana, & cerneretur ipse carnem sumpusse, & dispensationis illius crederetur magnitudo? Maxime: propterea nec primò statuit in omnibus facere miracula. Quae enim ab initio facta sunt, propter matrem omnino facta sunt, propter Ioseph, propter pastores, propter Magos. Qua de causa Magis quoque datum est resonum, ne reuerterentur ad Herodem, vt & doctores citato mitterentur in Persarum regionem, & Tyranni furor interrumpetur, sciretque se ea aggredi, quae effici non possent. Quod si non easius melior, non in eum qui haec prouidit, & qui haec eo fecit consilio: sed in summam illius infamiam culpa est conferenda. Præterea ut tu quoque qui ex Christo vinere elegisti, non parvas ad philosophiam ex eo inuenias occasiones: nempe vt statim ab initio expetentes tentationes, & si paratus aduersus infidias. Iubetur autem assumere puerum & matrem eius, & fugere in Aegyptum. Non sicut prius. Nam tunc quidem dicit vxorem tuam: nunc vero hanc vocat matrem, cum esset egredens partus, & emota suspicio. Fuge autem causa est metus infidiarum. Vide ergo rursus cum magnis & suspicione coniungi humilia, & cum iucundis ea quae sunt molesta. Post illam per stellam deductionem: post illorum tanquam Regi, vel potius tanquam Deo exhibitam adorationem, & donorum oblationem: in eo fuit metus mortis & fuga occulta. Et de quo prius renunciatum fuerat fore, ut saluum faceret populum, ne se quidem videtur posse

manens, dum iudicaretur, vñā autem profiscens, dum adduceretur ad mortem, eorūmque qui ibant egressus & ingressus considerans, & omnium ora attendens, vt sciret quānam in eum ferregerū sententia, quinā verò erant ij qui ei assentiebantur, aut qui reprehendebant: vñā autem profiscens, dum abduceretur ad mortem. Nulli enim obscurum est eam hæc vi disse omnia, quandoquidem in Cruce quoque vñā aderat, quando ab ipso crucifixo filio fuit commendata discipulo. Et ideo licet considerare, cuiusmodi illa esset, quæ hæc difficultia certebat, & molesta, illusiones, flagella, alapæ, purpure amictum, corone impositionem, contumeliosam traductionem. Oportet quoque considerare, quānam haberet animum, siue ex filio eam simpliciter iudices, naturalem forentem vim paſſionis, siue quid eum cognosceret homine superiorē, admirans summam eius tolerantiam, aut potius vtrunque, adeo vt & naturali festeretur affectione, & miraculo afficeret.

Postquam autem scelerati venerunt in locum Caluariae, & fixa quidem fuit crux, in ea verò prædictus eius filius, quomodo erat animo affecta, eum videns sic patientem? Quomodo videbat eum nudatum veltibus, qui cœlum tegit nubibus? Quomodo habentem puras carnea clavis confixus? Quomodo non in eius potius carnes tela immitebantur? vt etiam hinc finem acciperet, quod dixerat admirabilis Simeon: Tuam quoque ipsius animam pertransibit gladius. Quomodo sanguinis gurgis effluentibus nō acerbiore lachrymarum aqueductus fluebant ex illius oculis? Quomodo illum tulit videre in cruce distensum, ipsam, & eos qui aderant, aspiciens asperci benignissimo? Quid verò irrisiones, quid impia transiunctionum scommata, ingratorum subsannationes, probra eorum qui circumstabant? Que quidem omnia eam transfererabant profundius, quam vlli clavi. Et innumerabilibusquidē plagiis fauciabantur, stimulis aut̄ confodiebatur innumerabilibus. Hoc verò erat ei omnium molestissimum, quidē ad illum quidem accedere, & eum alloqui fitiebat, repellebatur autem à multitudine canum eam circundantium. Sic enim diuinus ille pater eos prius nominauit. Postquam autem quæcumque volebant, impleta fuerunt à Dei parricidis, & non expectabat amplius fore, vt ab eis euaderet: cum proximi quidem amici effugissent, aut potius vt dicam cum Propheta, à longè starent, ipse autem esset clavis confixus, custodia ab eis omnino negligebatur. Tunc verisimile est Deiparam, sibi data facultate, ad eum accessisse, & intemperatos quidem eius pedes & impressas eis plagas luctabent esse desculpatam, & sanguine misericitem lachrymas, oculos, & genas attruiisse: cum maximo autem animi motu eum aspiciens dixisse: Quid hac sunt, ô Domine & Deus! sunt ne haec remunerations tuae inexplicabiles in hominio clementiae? Estne haec retributio tuae benicitatis? Iste quo tu affectisti beneficio tales tibi gratias retuleris? Te purpura induunt irrisiones, quos tanquam filios pater ornasti stola gloriae: & tanquam aquila nidiu tegens, alis expansis suscepisti, & in dorso tuo portasti. Contumelia coronam tibi imposuerunt, quos bona voluntatis armis ipse coronasti, & vt aduersus inimicos caput tollerent, confirmasti. Clavis tibi dolores afferunt, qui à laboribus Aegyptiacē seruitur, & ab innumerabilibus affectionibus sunt liberati. Arundine tuum caput ferunt, quibus mare virga percussum celsit fugientibus. Sed loquere aliquid modicum ad tuam matrem recreandam: non fero enim dolores, quæ te peperi siue dolore. Vbi te video postea? Quod erit mihi solarium? Quis mei curam geret, ac defendet. Cùm eam vidisset tam acerbē affectam, & stantem propè dilectum discipulum, illud (lucut erat consolans) est omnino eluctus, quod diuinem narrat Euangeliū. Eam enim primū aspicio: Mulier, inquit, eccō filius tuus: ostendens discipulum. Sic vel cruci affixus curam ḡr̄ebat matris, & eam commendauit dilecto discipulo, nos docens non negligere parentes, vtque ad extrellum spiritum: quanquam prius videbatur eam repellere, vt quæ non in tempore ei esset molesta. Quid enim mihi & tibi (in nuptiis inquit) mulier. Et polteas: Quæ est mater mea? Hic autem apertam ostendit dilectionem, & discipulo quidem eam commendat, sic consolans: illum autera magis honorans commendatione, & quidē valde eum diligenter, hoc vtre testimonio. (Quid enim aliud faciens, aut dicens, illum tali honore est dignatus?) simul quoque quod permanuisset, ei referens gratias. Deinde cùm etiam aspexisset discipulum: Ecce, inquit, mater tua. Hoc autem erat coniungentis ad dilectionem, & simul etiam ostendentis amborum autoritatem. Ab eo ergo tempore, inquit, discipuli eam accipit in propriam, intelligens quorsum tenderet oratio, & Domini voluntati syncerē inferuiens. Postquam autem finem acceperunt omnia: Sitio, inquit Saluator. Qui verò erant veloces ad malum, & ingratorum ingratissimi, ei acerum sella commixtum, qui aqua (proh dolor) in sitis astutis terra arida sunt potari: & qui melle saturati fuerunt, fel postigunt. Quorum vua, vua fellis, & ira draconum domus. Sed quomodo rursus illam hæc videntem oportebat cruciari animo? Quando autem mortuum quoque vidit, quomodo tulit, quomodo non etiam ipsam vñā abrupit animam? Quomodo sustinuit videns inimicos,

⁷ Vides quomodo
hic recte exponat
quidā fuerit gla-
dius, qui Marie as-
similis pertransiuit?

inimicos, qui ne post mortem quidem adhuc erant reconciliati filio: sed cædem adhuc in eum spirabant, & gladio eius latus confodiebant? Sed l.æc quidem diuinū narrat Euāgeliū. Dicuntur autem hæc quoque à linguis quæ plurimi faciunt veritatem, quidē cūm haec noua & admirabilia recepta essent oculis Deiparae, & post mortem filii, perinde ac si viueret, ex eius latere aqua & languis scaturiret, illa cum quidem haurit reverenter & diligenter. Deinde ea sic se totam dedit parandæ sepulturæ, & quemadmodum diuinum illud corpus ē ligno deponebat, & aptum monimentum consequeretur. Cum autem non posset hæc per se efficiere, eius mentem mouet omnino eius filius, vt scrutaretur in loco calvariae. Quod cūm factum esset, concedit vt eius scopus facile succederet. Inuenitur enim quoddam monimentum recentissimum & pulcherrimum, & elegans locus, in quo erat situs, illo quidem nequaquam dignus. Quid enim omnino ex rebus terrenis? Sed non indigneus eius, quæ quarebat, desiderio. Atque erat quidem sepulchrum planè, vt dixi, nouum & omnino intactum, vt in quo nullum adhuc esset sepulcrum: ne si alia posita fuissent corpora, dubitaretur quodnam resurrexisset: & locus in optimo aere positus, & in horti speciem ornatus. Postquam autem scelerata intellexit, non solum esse amicum horti Dominum, sed etiam discipulum, verū occulatum (hoc enim docet Euāgeliū) vt qui Dei timeret parricidas, venit ad eum virgo, & verbis ei suaderet accommodatis, vt in suo monimento, tanquam in aliquo armario magnam vim opum reponat, & sic dominum custodientem apud se vitam habeat. Finem enim, inquit, accepérunt res aduersariorum, & maximè probrosam hi mortem Magistro attulerunt, nulla quantumvis magna iniuria & ignominia in eum prius prætermissa. Cæterum nunc quoque in ligno iacet mortuus, & nudus mihi, & creata naturæ horrendum spectaculum, vt quem potius irrideat, quām eius misereantur. Da ergo mihi gratiam, & communī, inquit, huic Magistro. Audacter pete illius corpus, vt deponatur, & mandetur sepulture, si non etiam post mortem sit illis Iesus inuisus. Sic nobis omnibus magnam afferes consolationem, qui in omnem redacti sumus egestatem, & quorum nemo mouetur misericordia: Amici enim mei, & propinquui mei ex aduerso appropinquauerunt, & steterunt: Et proximi mei à longè steterunt. Ex me non possum quicquam facere, vt vides, cūm sim sola, & hospita, & cum uno solo ex discipulis attenta sim crucifixo. Sic mihi sistet dolor, sic reprimes lachrymas.

Cum Iosephum Deipara talibus verbis inflexisset, & incitasset, emittit ad Pilatum. Ille autem expulsa omni timideitate, & ab illo qui mortuus vitam inspirat mortuo, audacia inspiratus: Audacter (inquit Marcus) ingreditur ad Pilatum, & iis viis quibus opus erat verbis, petitum accipit diuinum illud corpus, & cui nihil potest exæquari, ostendens animum Iudea tanquam ex diametro contrarium. Nam ille quidem cūm haberet, tradidit iis qui erant interfecti: hic autem ab iis qui interfecerant, petiit & accipit. Verum enim uero rursus persequatur oratio, quomodo mater se haberet. Dicunt enim ij qui de his rebus traçerunt, eam ab initio vñē ad finem se fortiter & constanter gesuisse, honeste quidem, & non indecorè vtentem motu animi, factis tamen ostendentes se esse matrem, sed omnino matrem illius, qui amico mortuo & ostendit amorem, & motum animi certis finibus continuit. Mortuum itaque videns filium, ea motu animi sua est, vt oportuit. Quinetiam in eo à Cruce deponendo materinis manibus inseruit, & clauso qui extrahebantur suo sinu accepit, & membra illius amplexa est, partim quidem vñis stringens, partim autem suis quoque lachrymis plagas emundans, deinde etiam tota roti corpori circumfusa. Ecce tibi ab omni seculo præsinitum mysterium ad finem vñq; venit, ô Domine, placida voce dicit: Et Iosepho in manu tradens syndonem: Tibi aut, inquit, deinceps erit cura, vt in hac eum honeste componas, myrraque pulchre condias, & ei iusta facias. Cum si ergo nouo monimento diuinum corpus tradidissent, Ioseph, & qui cum eo erat, Nicodemus, & alij qui cum eis aderant, ipsi quidem statim recedunt a sepulcro: mater aut̄ sola remansit sepulchro adhærens, minime dormientibus oculis perfeuerans. Nam etsi Mariam Magdalena Mattheus ex aduerso cum altera significavit adesse, solum tamen ad videndum venisse innuit, neq; ausas esse accedere eo tempore quo mandabatur sepulture. Certe namq; eis succurrerit, vt recederent propter metum Iudeorum, & aduentum custodiæ. Inquit enim ipse Matthæus: Vespere autem sabbati quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrū. Non dixisset autem venisse quæ remansissent, nisi ea quoq; similiiter vt cæteri receperint à monimento. Atq; alij quidē alterā quæ dicitur, Mariā quā ipse dixit qui præcessit, & Marcus clarè aperit dices: Maria autem Magdalene, & Maria Ioseph aspicebant, vbi ponetur; alij verò Mariam quæ appellata est Iacobi, existimarent esse Deiparam, non recte, neque accuratè veritatem cœlestantes. Vbique enim in Euāgelijs ipsa post arcum illum ortum apertè & propriè nominatur Mater, & hanc omnino maximè notam habet appellationem. Accepit (inquit) infantem, &

matrem

matrem eius. Et rursus erat Mater Iesu illic, & alibi. Dicit mater eius ministris, &c. Descendit in Capernaum ipse & mater eius, &c. Mater tua & fratres tui steterunt foris. Quinetiam iterunt ad crucem Iesu mater eius, & foror matris eius. Habes, si vis, etiam Lucam in Actibus suffragantern iis quae sunt proposita. Hi omnes erant perseverantes in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu. Et in summa difficultate inueniri potest, eam esse alter nominaram, aut ex patre, aut ex aliqua alia cognitionis habitudine: ut diximus. Quocirca nulla ex his illa est. Nam aliq. quidem tota nocte ad sepulchrum ingressa sunt & egressa, ut ea quae fiebant Apostolos nuncirent. Quamobrem nec eis contigit videre plura miracula resurrectio- nis. Illa autem quae in diuinis ahsidebat sepulchro, omnia vidit aperte: & non statim, sed postea protulit in lucem & renunciavit. Nam quomodo simul terrae motum, & Angeli in momen- to temporis descensum, & lapidis reuolationem, & custodum profundum soporem, & ex- pergefactionem, & quorundam in vibem reuerentem, potuisse abeentes mulieres, & rur- fuis reuertentes integrè perficerent? Sed clarum est haec fuisse materni & ardenti amoris, quae perpetuè assidens, & ariore spiritu vigilans, omnia perfectè vidit, ut se habeant, quod ne tantillum quidem, ut diximus, à sepulchro recesserit, donec ipsam viuiscam vidit resurrectio- nem. Nam lapis quidem revolutus, & Angelus ei insidens ab aliis quoque vissus est mulieri- bus. Quando autem & quemadmodum haec facta sunt, illę quidem omnino nesciebant; ipsa vero sola, ut quae ahsideret, omnia accurate perspexit. Videntur ergo ei primae esse dati boni nuncij Resurrectionis: & quoad eius fieri potuit, ab ea conspectus fulle splendor filij. Sed sic quidem Dei mater, & ipsa clarius aspicit filij resurrectionem, & eius prædicato- res de ea magis confirmat, quam ea quae vnguentum attulerunt: etiam si, dum loquerentur de Domini resurrectione, nullam eius mentionem fecerint, cauentes fortasse maternum affere teftimonium, ne videretur suspectum, & propter coniunctionem fides ei minus haberetur. Sed Deipara, cum filij resurrectionem & viu & internis oculis sic accepisset, postea habita- uit cum dilecto discipulo, expectans tempus Christi assumptionis. Postquam autem si- nem accipere oportebat quæcumque ad carnis suscepimus pertinebant economiam, & ita in eccliam extollit quod assumptum fuerat, amicis apparens Saluator (Non enim saepe post re- surrectionem spectabilem se illis præbebat) & multa alia cum eis differit, & boni spiritus aduentum annunciat. Deinde etiam cum eduxisset parum extra ciuitatem, & illos, ut eum decebat, impertiisset benedictione, videntibus ipsi in eccliam extollitur. Sed ne ea res ipsa afferret molestiam, & dolorem eis procrearet magistris priuatio, eis quoque curam gesit bonus pastor. Ad eos mitit Angelos, qui & illius ascensum explicarent, & eos ineffabili & admirabili implerent consolatione. Cum autem adorarent, rursus domum lati- sunt reuersi, simul quidem agentes in superiore coenaculo, sicut constitutum fuerat, & para- cleri expectantes aduentum: Erant autem in oratione vnamiter perseverantes. Sicut etiam Lucas Euangelista narrat. Cum enim nominatim Christi enumerasset discipulos, deinde subiungit: Et hi omnes perseverabant vnamiter in oratione & precatione, cum mu- lieribus, & Maria matre Iesu, & cum fratribus eius. Semper enim ipsa quoque cum eis con- uerbatur, & rebus pulcherrimis, & honestissimis nunquam omnino desistens. Postquam autem in tempore Pentecostes Apostoli impleti diuina gratia paracleti, ad Euangelij doctrinam aliis alio mittebantur, & iam prædictio fidei annunciatatur, Virginem, ut pote dile- cto discipulo, & virgini commendatam, quae erat in Sion eius domus, eam habebat illuc degentem: cui tanquam matri Dei honor ab omnibus exhibebatur. Cum vero & mortis eam partipem fieri necesse foret (cur enim hoc passura non esset, quoniam Dei filius ex ea genitus re vera esset homo) cum, inquam, ætate proiecta ad multam senectutem perueni- set, & peregrinationis tempus præsens esset, per Angelum se migraturam esse à filio edocita est, sicut antea, quo tempore in eius ventrem ingressurus erat, nunciatum illi fuerat. Cum ig- tur excessus sui mysterium didicisset, eam rem lætitiae tantè quanta verbis explicari non po- test materiam iudicans (Quid enim illi suauius euenerat poterat, quam cum filio suo esse, & v- na regnare?) statim iulsit plurima domum lumina afferi. Idque factum est. Tota vero domus mundata est. Lectus item & thalamus ornabatur, & conuocabantur quotquot erant cognati & vicini, ut cum ea lætitiae fierent participes. Deinde parata erant omnia ad excessum. Significat itaque iis qui conuererant id quod ei filius per Angelum nunciauerat. Ostendit autem brauim quod sibi ab eo datum fuerat. Id vero erat ramus palmæ, ut lingua affuefacta vera loqui de eo dixerant: signum victorie mortis, & virtus im- mortalitatis. Sicut etiam Hebraorum pueri de eius faciebant filio inspirati diuinitus. Illi enim ap- proquinquanti ad passionem iis ramos palmarum offerebant, eum futurum victorem mor- tis ante significantes. Cum autem iam adcessit tempus excessus, illa quidem vera vita ma- ter in Sion iacebat in grabato: aderant vero is qui eam domo excepserat, Iohannes. Aderant etiam qui:

quicunque erant electi in Hierusalem, amicæq; & cognatae simul astabant. Virgo ergo ad Io- annem alpiciens virginem, cum pauca cum eo esset locuta, deinde: Duas, inquit, tunicas, quas toto vitæ tempore habui tegumentum mei corporis, eas dari iubeo hinc duabus mu- lieribus. Haec illa quidem dixit. Qui aderant verò videntes signa decessus, ex oculis multas fundebant lacrymas. Quis enim tali priuari muliere tulisset hinc dolore? Deinde è cœlo qui- dem descendit eius filius, illius diuinam assumpturus animam. Per nubem aut suos congre- gat Discipulos, ut venerandum eius corpus mandarent sepulturæ. Postquam vero vidit eos Deipara, cognovit autem causam propter quam omnes statim accersiti fuerant, & vniuersal- iusq; auditi petitiones, eos quidem, ut par erat, impertiit benedictionibus. Cum vero omni- bus dixisset verba quae in decessu dici foleret: Vos, inquit, valete filij: meum aut hinc deceßum ne lucret, sed lætitia potius prosequimini, quandoquidem vobis est persuasum nos transire ad gaudium, & videat ut corpus meum mandatis sepulturæ in hac figura, in qua ego me com- posuero. Haec est enim, inquit, mea voluntas. Accersit autem Petrum, deinde alios: & cum lucernas ipsi accendissent, illa in spiritu exultans, diductis labris: Benedico tibi, inquit, datori omnis benedictionis, causa luminis, qui meum ventrum in habitat. Benedico tuæ charitati, qua nos dilexisti Domine. & magnifico verba tua, quae nobis data sunt in veritate: & credo mihi affatura quæ dixisti: Cum tunc dixisset, se reclinat in lecto: & manibus in altum sublati, cum nulli reprehensioni affine suum corpus in honestam & decorum figuram compoluisset & os venerandum aperiuisset, etenim videbat iam Dominum ad ipsam venientem cum mul- titudine Angelorum, rotâ impletur gaudio & volupate. Et cum rursus dixisset: Fiat mihi Do- mine, secundum verbum tuum, emittit tanquam in summo spiritum, & eum in amicis depo- nit filii manus. Ne autem videatur esse inane quod dictum est de congregazione Apostolo- rum, quæ facta est in dormitione virginis, satius fuerit ea summatis addere, quæ à Dionysio Areopagita dicuntur in tertio libro. Et caput quidem. Quæ sit vis orationis: & de beato Hie- rotheo, de pietate, & de Theologica inscriptum est conscriptione. Dicuntur aut ea cuidam Timotheo Ephesi Episcopo. Ea vero sunt in hoc capite sic ad verbum posita. Quandoquidem apud ipsos quoq; nostros à Deo afflatus sacrorum principes, quando nos quoq; (vt ipse nosti), & multi ex nostris sacris fratribus ad videndum corpus, quod vita principium dedit, & Dei suscepimus, conuenimus (aderat aut Dei quoq; frater Iacobus, & Petrus, qui erat Theologorum suprema & antiquissima summitas) videntur: est, ut post illud spectaculum, omnes sacrorum principes hymnum cantarent, & laudarent prout poterat vnuquisque infinitam bonitatem diuinarum viri: post Theologos, ille, ut scis, vicit omnes alios myltas sacrorum, ut qui pla- ne excederet, & à se omnino abduceretur, & in ea quam hymnis celebrabat, afficeretur socie- tate & cōmunicatione, & ab omnibus à quibus audiiebatur, & videbatur, & cognosciebatur, & nō cognosciebatur, iudicaretur esse à Deo afflatus, & diuinus scriptor hymnorum. Et quid tibi amplius dixerim de iis quae illuc de Deo diuinæ dicta sunt? Etenim, nisi sum mei quoque oblitus, scio multos à te audiisse quasdam partes illorum Deo afflantium hymnorū. Sed hæc quidem sacer Dionysius. Nobis autem pergit oratio ad ea quæ deinceps sequuntur.

Cum autem in orbem sanctum virginis corpus circundedisset Apostolorum chorus, & quicquid erat electum ex viris & mulieribus: & hymni honorabant qui illud deducebant, & omnia membra reuerenter simul & amanter amplectebantur, non solum suum ostenden- tes desiderium, sed vel ex tactu credentes percipere vilitatem. Fidem autem consecuta quo- que est operum demonstratio. Cœcis oculi illuminabantur, surdis aures aperiabantur, claudis bases pedum confirmabantur, & quolibet morborum & ægititudinum genus facile dissolu- batur. Cur non dico quæ sunt perfectiora? Aër quidem & cœlum a scenu spiritu sanctificaba- tur: terra autem similiter depositione sacri corporis. Cæterum nec aquæ quidem natura erat expers benedictionis: sed ipsa quoque lauacro purissimi corporis fuit particeps sanctificatio- nis. Neq; enim illud habebat opus purgationibus. (Quis enim hoc diceret, nisi emote mētis?) Sed suo contactu potius sanctificabat id quod attingebatur. Deinde quid? Mundis syndonibus mundum corpus inuolutum rursus in lecto ponitur. Deinde cum 8 lucernis & vnguentis in- telligenribus quidem desuper laudantibus virtutibus. Apostolis autem, & diuinis patribus didum & quæ hos norisq; fumis sima maculata virgi- nis, ducitur cu, tuo cernis, vnguentis, hymnis & canticis eidam Angelicis,

Accidit huic pulchra, & diuinæ rei graue quidem quid & odiosum non tamen silentio, ipso Domini a pos- stolis lectum cora poris deferentibus

In Gethsemane esseretur, ubi sepulchro tradi Deipara ipsa praeceperat: Iudeis qui semper fuerunt repleti inuidia, ne in hoc quidem succurrerit tacere, sed ad eum quod siebat splendorē claudere oculos, & ad eis innatum motum animi irrumpere. Qui erat ergo aliis infantior, & impudentior, & is, cūm venerandum portaretur grabatum, in id irruit plenus inconfideratō imperi & furore. Eius autem scopus erat, hunc lacrum lectum in terram allidere, & tali affectare iniuria, ut qui esset vir insigni audacia. Non neglexit autem diuina iustitia, sed manus quae grabatum apprehenderant, ex vlnis protinus fuerunt abfcisæ. Veūm quæ in partu gaudio totum orbem terrarum repleuerat, non erat vlli omnino in morte futura causa modestiæ. Cumque qui pafus fuerat, esset quidem improbus, ne tamen omnino eius improbitas videretur infanta bilis, ex his quæ erat pafus, iustum eorum quæ male fenserat, petuit peccnitiam. Et quoniā caret manibus, nec eas poterat ad pieces extendere, emittit lachrymas ex oculis, et sic petit curationem. Disciplinam autem vide simul & medicationem. Statim enim ij quidem qui lectum ferebant, confiterunt: Accedit verò is qui pafus fuerat sectionem: & quæ amputatae fuerant, partibus vlnis applicatis (hoc autem iussit Petrus) statim consecuta est manuum curatio.

Hinc ad sacratissimam abducitur Gethsemane, & illuc sanctissimum quidem corpus mandatur sepulture. Quidni enim, cūm etiam qui erat Deus, eius filius more hominū sepelitur? Per ipsum autem ad cœlestia & diuinam transmittitur tabernacula. Quid dicimus, confirmat Iuuenalis diuinus Hierosolymorum Episcopus. Fuit aut̄ hic vir sanctus, & à Deo inspiratus, qui ab antiqua & vera traditione narratione dicens ad se sūisse deducunt, ait: Quod tres totos dies ad sepulchrum sancti permanerunt Apostoli, diuinas hymnодias ex alto audientes. Deinde post tertium diem, cūm vnus ex Apostolis tardius venisset ad exequias, vel quod ita contingit, vel quod diuinum ita prouidisset consilium, vt nota esset omnibus trāstatio admirabilis, tūc & ipse quidem accessit, & vt est consentaneum, magnū ex eo cepit dolorem, quod tanti boni manusser expers, idq; omnino tolerare non poterat. Sacer itaq; ordo Apostolorum non iustum esse iudicans, vt ipse quoq; viuificum illud corpus non videret, & amplectetur, iubet statim aperire sepulchrum. Et illud quidē fuit apertum. Thesaurus autem nequaquam erat in eo; sed solē erant vestes, in quibus fuerat conditus, quomodo etiam eius filij in resurrectione. Quas cūm ipse esset amplexus, & qui cum eo aderant, & repleti essent inexplicabili odore & gratia, rufus quidem claudunt sepulchrum. Miraculum autem posteris filius à patre accipiens deinceps tradit. Atq; viuifici quidem corporis diuinæ sepulturæ ita se habet narratio. Siquidem quod ex ea natura erat, totam eam verbū ad se transtulit, & voluit eam apud se & esse, & perpetuo simul viuere. Verumenim uero pro eius impolluto corpore suam vestem, boni nostri magnā semper ducent rationem, veluti quandam dat huic ciuitati hæreditatem. Quemadmodum aut̄ hoc factū sit, & quomodo beatum illud donū ad nos venerit, & sacrosancto hoc thesauro ditata sit Cōstantinopolis, iam declarabit oratio. Leo ille magnus, qui illo tempore optimè Romanorum administrabat imperiū, duos sub se habebat, qui curam gerebant exercitus, quorū vni quidem erat nomen Galbus, alteri aut̄ Candidus, fratres genere, fratres virtute, & vt semel dicā, in ceteris quidē valde insignes, & paucis similes: sed vnum eis debeat, idq; maximū. Siquidem non rectam habere fidē, est laborare in rebus maximis & præcipuis: Arianae enim pestis erant participes, cūm ex paterna fortē traditione malum hoc tanquam quædā hæreditas, ab eo venisset. Dicebantur enim sūisse proximi genere Ardaburio, & Aspari, qui illis temporibus in regia obtrinuere tyrranidem: quos cum Arrio sensilla aperte arguit veritas. Verumenim uero Galbus & Candidus, qui aliqui se recte gerebant, & Deo placebant, non sunt diuina gratia nō esse illuminatos in eo quod est præcipui salutis: fed eos ab errore traducit ad veritatem adeo constanter & stabiliter, vt nō solum recte se haberent, & tūtū essent, quod attinet ad pietatem: sed etiam alios, quos nō essent non recto pede ingredi ad veritatem, studerent pro viribus efficere, vt eiūdem essent secum sentient. Ii cūm piē essent affecti, magno quoque & excelsō animo se dedunt misericordiæ exercendæ in pauperes, vt qui pro agnitione veritatis fatigarent Christo reddere gratias. Castissima ergo mater illius magni Dei & Salvatoris nostri, sacrosanctum thesauros, nempe suam vestem, volens suæ largiri ciuitati, vt hoc fiat, per dilectos illos viros prouidet quodam modo diuiniori. Modus autem ita habet. Immittit eis desiderium adorandi sancta loca, quæ sunt Hierosolymis. Quod planè & ab illis factum est. Cumque Leoni & Verinae rē aperiuit, comitatum non exigui eorum familiarium & amicorum secum adduxerunt. Cūm autem iter ingressi essent, & iam venissent Palæstinam, viam quæ ducit in Galileam prefrunt maritimæ, pluris facientes contéplari Nazareth & Caperneū, quām maritimis frui delectationibus. Ex quibus illa quidem fuit sacrum Deiparae habitaculum, & in ea multo tépore vidit Deum Verbum ex se genitū. Hęc autem eius filij charum & consuetum diuersorum.

Cum

Cūm h̄c ergo fuissent, vt diximus, quoniā non permittēbat tēpus, vt vñterius progredierētur, iam enim erat vespera, & nox obscura; prouidum aut̄ omnino hoc quoq; fuerat diuinus vicus quidem eos excipiebat, isque parvus: In eo aut̄ habitabant & alijs non pauci, & muliercula quoq; quædā insignis castitate, & planè honestissima & moderatissima: quæ propter profundum quidem senium & canos honorata, sed propter magnum virtutis ornamentum longè honoratior erat. Apud eam autem vestis, diuinus fuerat hic thesaurus recōditus. Quomodo verò fuisset illa tantæ rei custos, nūl & virtutis fuisset ornata pulchritudine, & animi puritatē? Quanquam enim Hebreæ quidem erat illa mulier (est namque amica veritas) illius tamen animā locū dixisset, qui est in præsentia quidē obscurus, aptus est aut̄ ad lumen excipendū, & valde accōmodatū. Diuinū verò erat in hoc quoq; apertè consilium, vt res apud eam mulierem recondita, quæ sic affecta erat, vt eam totis viribus celare studeret, postea in lucem prolata maiorem fidem haberet.

Vide ergo quām eleganter processerit diuinum consilium. Nam apud eam venientes excipiunt holpīto Galbius & Candidus sapientes, eos sic diuina deducente gratia. Erat verò propter id solum, quod in ea latebat, domus admirabilis: alioqui aut̄ nihil habebat magni, sed erat plana, vilis, & abiecta. Cūm eos aut̄ tempus vocaret ad coenam, vbi accubillarent, vident interius altam domunculam, quæ multo quidem lucernarū lumine illustrabatur, multis verò suffitibus & vnguentis suauè spirabat: in ea autem sitam magnā agrorotorum multitudinem. Ex quo diuinum quidē quippiam suscipabant esse, & venerabile, rei tamen veritatē omnino excogitare non poterant. Inuitant itaq; ad conuiuū egregiam illam aniculam, cupientes ex ea aliud scire eius quod desiderabant. Illa autem hoc recubabat, caufans religionem, & quod non fas sis ei, cūm sit Hebreæ, vesci cum Christianis. Illi verò, cūm propter magnam fidim cognitionis eius quod erat propositum, nihil de propenso suo studio remitterent, eam adhuc inuitant ardenter, & illius non parendi pertinaciæ obiciunt aliud validius: Quid dientes, obstat, si cūm tu acceperis cibos, quibus pr̄ more vesceris, nobiscum quidem colloquaris, sola aut̄ tuis alimentis vtis? His itaque paret mulier, & congreditur. Postquam autē comedissent, apud eam viri illi, precibus egerunt, vt eis id significare non recufaret, quoniam essent ea quæ habebant in domo interiori. Existimabant enim esse aliquid legale, & ex umbra tilibus illis & veteribus. Illa aut̄ ea quidem dicit quæ siebant, caufam verò quamobrem ea fierent, minimè persuaderet, vt aperiat. Videris enim, inquit, o viri diuinissimi, egrorotorum multitudinem. Etenim cūm Deo ita videatur, in hoc quidem loco Daemones expelluntur: cæcis autem vt liberū videant, claudis vt ambulent, furdis vt audiant, & mutis vt loquantur, efficiunt mirabiliter: & alijs morbi & corporum mutilationes, quæ medicorum artibus nullo fure modo medicabiles, curantur facilē. Illi aut̄ (non enim erant imprudentibus hominibus similes, neq; quod interrogare oportebat, ipsi pr̄ simplicitate prætermittebant) Vndēnā verò, ogabant, principium cepit locus talia operandi? Illa verò: Apud nos, inquit, Hebreos à patribus tradita habetur narratio, quod Deus in hoc loco visus sit cuius ex patribus, ex quo factum est, vt loco hæc seruaretur gratia. Hæc cūm ea diceret, illi ei corde minimè assentientur: sed videbatur eis muliercula, sicut res erat, probabilium verborum pulchra specie cœlare veritatem. Ipsi ergo eam quidem adhuc rogabant vehementius, vt eis rem, vt se habebar, aperiret, respicies, si nihil aliud, laborē saltē tanti itineris, qui nulla alia de cauſa erat suscepimus, nisi vt videret sancta loca, & audiēret ea quæ à pīs & sanctis dicuntur hominibus. Illa aut̄ ne sic quidem cedebat, sed manebat vt statuerat, apertū religionis existimans esse dedecus, si aperiretur veritas: & dicens si nihil scire amplius, quām quid locus sit plenus diuina gratia.

Cūm autem illi pulchre sensissent eam optimè quidem scire, vitare autem ne eam scire esset apertum, & ideo pr̄ se ferre ignorationem, evadunt audiores inueniendi eius quod quærerentur, & sicut Cleophas, & ille alius discipulus, corde cœperunt ardere. Eos enim virgo beatissima incitabat, volens Byzantinis diuinum hunc & sacrosanctum largiri thesauros. Omnen ergo statim mouebant lapidem, vt mulier remittens immobilem hanc occultationem, eis id quod tacuerat in apertum proferret. Quinetiani iusurandi necfistatem adhibebant, eiūsque adeo validi, vt anīnum quantumvis inexpugnabilem suo possent loco mouere. Cūm sic eam omni ex parte astrinxissent, & tanquam ineuitabilia ei vincula imposuissent, vix tandem persuaderet, vt eis rē aperiat. Cūm itaque ex alto, & cum lachrymis suspirasset, & in terram fixisset oculos, perinde ac si eam pudoret enunciare: O viri, inquit, nunquam in hodiernum vsque diem diuinum hoc mysterium viro euasit manifestum. Quæ enim in genere meo præcesserit, iurejurando adhibito, vni mulieri, cīq; virginī ita tradiderunt, vt singulis artibus ea res sic traduceret: sed quoniā video vos esse viros reuerendos & pios, & alioqui (nam hoc quoque vobis significabo) ad me vsq; redacte sunt mei generis scēning, acc̄ villa supereft alia post me virgo, cuius fidei à me credi posit cognitio mysterij, tem mo-

dō vobis aperiam. Existimo enim fore, vt quod à nobis dicetur, apud vos conferuetis. Maxime illius Deiparae (hoc enim est nobis ab altero traditum) hic custodita sita est vestis. Oblivuerunt viri illi, cùm solim rei audiissent principium. Deinde adiciens mulier: Etenim hęc, inquit, Deipara vitam finiens, duabus mulieribus virginibus duas suas vestes donauit loco benedictionis. Ex quibus una fuit ex mei generis maioribus quae id accepit, quod donatum fuerat, & in arca depositum: & omnino iusit iis quae erant sui generis, vt esset virgo unaquaque que quae eam acciperet. Est ergo arca recondita in interiorē domo, quam nunc videris: & quae in ea est vestis, est causa omnium quae sunt miraculorum. Hęc, o viri, est vera narratio eius quod à vobis queritur. Et videte, vt ad vos vltq; solum deducta sit cognitio, & nemo sciat ex iis omnibus qui sunt Hierosolymis. Cùm hęc audirent, adhuc maior metus viros subiit, & lætitia. Metus quidem propter magnitudinem eorum quae auditā fuerant: lætitia autem, quod essent participes talium sacramentorum. Quid ergo deinceps consequitur? Viri seipso humi deiiciunt, & pedes illius prehensantes: Nulli quidem, inquit, ex iis qui sunt Hierosolymis, notum erit id quod nobis dictū est: ne dubites domina, dominam enim iam te vocamus, quę sis talibus dignata mysteriis: ipsam tibi huius rei testem citamus Deiparam. Vnum autem aliud concede nobis rogantibus: Rogamus verò vt dormiamus in eo loco, in quo hic diuinus reconditus est thesaurus. Cùm hoc autem statim concessisset mulier, stragulae quidem vestes portare sunt in eū locū. Illi verò nō se somno dederūt, sed cùm nocturnum accepissent silentium, totam noctē perseverabant in oratione, & cù lachrymis agebant gratias Deiparae, quod talibus auditionibus & spectaculis digni esset habiti. Cùm aut̄ eos qui ægrotabant vidissent somno oppresos, meritorunt ex omni parte amictū arcę, in qua erat diuinū repositorum indumentum, ipsamq; ligni speciem & habitudinem, ex quo erat arcę, accuratē admodum & diligenter considerant. Deinde manę egredi, honestam salutārunt mulierē: & cùm rogasset, vt audacter iuberet, si quid sibi opus esset Hierosolymis: te enim rursus ad ipsam venturos per eandem viā, inerunt iter versus Hierusalem, cùm illa dixisset se nullo alio egere, nisi corum precibus, & vt eos rursus laetos videret & alacres. Cùm fuissent itaque Hierosolymis Galbius & Candidus, & partim quidem Deo preces fudissent, partim aut̄ pauperibus, & egitibus liberaliori dextera eleemosynam erogassent, secretè vocant quosdam fabros lignarios, quibus iubent, vt eis confruant arcę, & forma, & figura, & magnitudine illi quam viderant simile, mandantes præterea, vt formaretur etiā ex ligno veteri, quo nihil in ea cerneretur, quod non esset omni ex patre simile prædicta. Excogitant deinde aliquid aliud idoneum ad celandum id quod erat futurum. Comparant sibi auratum operculum, vt eo arca tegeretur. Postquam aut̄ & precatio, & erogatio eis satis bene habere visu fuit, eo accepto quod fuerat fabrefactum, redeunt in vicum sani & alacres, aromatibusq; & suffribus aptis ad sacrificium venerandā donat̄ mulierem. Et illa quidem rursus viros, tanquam sibi familiare iucundē excipit. Illi aut̄ rursus ab ea petunt quod prius, vt scilicet in sacro habitaculo totam noctem tranfigerent. Illa verò rursus quoque permittit nihil omnino suplicans. Qui ingredi summo otio vtebantur precibus ad incipitam, & ab omni reprehensione alienam Dei matrem, eas tanquam sacram hostiam lachrymis pinguefacientes. Non ignoramus nos serui tui, dicentes, o diuinissima, & in primis illustris domina, quænam olim Ozia euenerint, qui ausus est tangere arcam, quae erat secundum legem. Quomodo ergo nos, qui furnus multis obnoxii peccatis, te non iubente, ausi fuerimus diuinam hanc arcā omnino tangere, intra qua est talis thesaurus repositus, & non solum tangere profanis manibus, sed etiam eam alio tralferre? Annue ergo voluntati nostrarum animarū, o boni filii bona mater. Ad tuam enim ciuitatem est translatio, quae est omnium aliarum Regina, & te semper magno studio statuit honorare. Ad eam nos hoc diuinum donū exportare statuimus, ad eius tutelam & gloriam, quae nunquam extinguitur. Hęc tota nocte dicentes in oratione, & solum lachrymis madefactes, repente implentur fiducia, fiducia, inquam, temperata cū reuerentia. Deinde ad diuinam accedunt arcā simul laeto & tremente animo, & cuncti omnes qui illic erāt efficeret somnus nullo sensu prædictos (O beatas manus: o fortū, in quod nulla potest omnino cadere reprehensio) hanc accipiunt, eis quoq; omnino hac in re fauente gratia. Et eam quidem sic tollunt, apponunt aut̄ quam Hierosolymis ad eius similitudinem fabricati fuerāt, cùm ei etiam impoſuissent operculum. Quod quidem erat aureum, vt diximus.

Cum primum autem illuxisset, sanctam mulierem quidem iubent valere, & rogant vt nō cesset pro eis orare, & eorum facere commemorationem. Deinde ei quoque dixit ostendit ab operculum, quasi veram illam tegeter, & primam arcam, quid mulieri quoque visum est ab illis allatum esse honoris gratia. Et cùm præterea iis qui fuerant inueniti, pauperibus supeditassent quae erant necessaria, valde lati protinus iter ingressi sunt, domum reuersuri. Postquam autem venissent Byzantium, non honestum esse statuerunt iis qui illo tempore erant Impera-

Imperatoribus mysterium prius communicare, quām Patriarcha. Eos enim subibat timor, ne quod ipsi suum esse bonum statuerant, eo ab illis priuarentur. Cū ergo multa consuetaſent, eis hęc visa est optima sententia, latenter eos ad hoc quoq; mouente Deipara: Erat eis prädiū apud muros ciuitatis, propinquū marini sinus cornu (Huic loco nōmen erat Blacherne) in eo extruunt quidem domū oratorium. Cūm aut̄ eis magnę esset curse, vt latenter, Petri Apostolorum principes, & Marci domū nominant. Cūm in eo certè facrum illū thesaurum posuissent, omne statim studium adhibuerūt, vt in templo esset perpetua hymnodia, perpetuus odor aromatum, & aspidus splendor luminum. Et sic quidem longo tempore hoc diuinum mylterium fuit semper re vera mysterium.

Quoniam aut̄ ei quae per ipsum honorabatur, & cuius erat ille amictus, visum est tantum bonum ad folos duos testes non debere contrahi, & tanquam profundo aliquo contegi silērio, & communes diuitias eis eorum tantum proprias, & communī epulo eos se folos explore, mouet ipsos ad id quod tacuerat, proferendum in lucem, & accedentes annunciant iis qui eunc erant Imperatoribus, & aperiunt quale sis miraculum, & declarant quemadmodum sit allatum. Eos autem cùm audirent, magnum inuasit gaudium: & protinus fit publicū quod fuerat occultum. Et beati quidem inter omnes reputantur Galbius & Candidus propter tale ministerium, & publicis honoratū honoribus. Diuina autem domus in eo loco Regiū impenis Deiparæ ædificatur: & capsa ex argento & auro constructa sacrum illum thesaurum excipit: & plurimis aliis muniberis & donis domus honorat. Leo verò & Verina, iij enim tunc imperabant, quorum tempore hoc quoque magnum reuelatum mysterium, & ad Regiā urbem exportatur, cùm pulchri & piē impræfassent: & Galbius & Candidus, qui hoc ministerium pulcherrimè obierunt, transserunt postea ad senectutē nō obnoxiam vitę conditionem. Cūm ergo hęc sacra arca nobis contineat non quidam tabulas manū Mosaica politas, sed vestem planè diuinam, & summè venerandam, quae non solum intemeratum, & ab omni labe alienum corpus texit, sed in qua (vt audacter dicam) cùm esset infans, Deus verbum fuit inuolutus, & auctus: adeo vt ea sape conspersa sit guttis lacris venerabilis, quo nutritus fuit is qui est omnium alimentum, & vita: ad eam quidē verè laudandum nulla sufficit da.

¹⁰ Vides quomodo etiam vestis beatissimæ virginis sit plane diuina & generosa.

S A N C T I P A T R I S N O S T R I A N D R E B A E

Archiepiscopi Cretæ Hierosolymitani, in Annunciationem sanctissimæ Domine nostræ Dei genitricis oratio.

Apud Simensem Metaphrasen.

D V E N I T hodie omnium gratia, quae primam illam exercrationē soluit. Pasim aduenit, vt omnia gaudio repleret. Quomodo aut̄ aduenit? Nō fatellitibus, non exercitu Angelorū stipata, non ostentans aduentum suū: sed silentium, & quietem adhibens, vt lateret p̄incipem tenebrarum, & arte sapientiæ serpente irretiret, draconemque decipiens, id est, mente illā Assyriam, quae in seruitutem suam omnem nobilitatem humanam redigerat, spolia illi detrahēret. Néquę enim infinita eius erga nos misericordia tam p̄æclarum manuum suarum opus, nemp̄ hominem, propter quēm celos condiderat, terra in firmauerat, aërem diffuderat, mare extendērat, & omnia quae sub aspectum cadit, procreat, & ciui detimento sustinuit. Idcirco Deus in terra, Deus ē celo, Deus in hominibus, Deus in virginis vtero gestatur, qui nusquam concluditur. Hinc hominis natura lætitia dicit exordium, & diuinæ conditionis initium sumit. Hinc multiplices suas à peccato, naturaduicias separans, creatori, tanquam sponsa, exornatur. Hinc renouationem suscipit nostra formatio, & senex mundus contractam ex peccato vetustatem depunit. Lætetur celum de super, & nubes pluunt iustitiam. Stillent montes dulcedine, & colles exultent, quoniam missus est Deus populi sui. Hodie enim mysterium quod ante secula absconditum fuerat, declaratur: & omnia in Christo perfectionem recipiunt. Hodie rerum omnium potentia procreatrix confutum, quod sibi in illis procreandis proposuerat, ad exitum perducit, vt malitia prii, cipis doloris ab inicio excogitatos destruat. Itaq; lætantur homines, gaudent Angeli, & recreatus in se reddit orbis vniuersus. Quę mens hęc cōcipere? Quę lingua explicare? Quę oratio assequi? Aut auris percipere valeat? Merito igitur diē hęc faustū, letumq; dicimus, quō nostrī generis massam à Deo assumptā celebramus. Ex quo lætitia gestit omnis creatura: & hunc

X iii mana

mana natura excitatur. Hodie lætitię nuncius assertur: Dei erga nos benignitatis patent indicia: mundi totius salus ostenditur. Undenam, & à quo, & cui assertur hic nuncius? E cœlo, & à Deo, & Virgini vito delfponsat. Quid enim hæc virgo? Equis ille vir? Et quibus nominibus appellantur? Illa quidem Maria: hic autē Ioseph: Ambo ex genere Davidis. Quo inter nuncio hæc gesta sunt? Et unde is venit? Archangelo Gabriele, qui ab altissimo missus rem admirabilem nunciauit. Oportebat enim, vt minister altissimi, ex altissimis in terram proficisciens, maximè omnium admirandū mysterium indicaret. Quodnam mysteriū? Dei submissionem, arcānū seruandi generis nostri rationē, absconditā à seculo diuinę voluntatis, prouidentię, consiliū. Sed ubi hæc, & quādo, & cūi gratia? In Nazareth ciuitate Galilæe, sexto mense ex quo Ioannes conceptus fuerat, vt veniente, dū adhuc in vtero gestaretur, nunciaret. Gabriel igitur ab æthereis sedibus ad terrestre Dei thalamum denolans, & ad virginem accedens sine strepitu, virginei partus arcuam significauit.

Hoc inter Deum atque homines reconciliationis mysterium Dei cum hominibus coniunctionem, assumptę carnis diuinitatem, imaginis nostrę instauracionem, & mutationem in melius, atq; sublimem in celos exaltationem, hodie celebramus. Quamobrem omnia increbili gaudio exultant; lætatur omnis celestium virtutum chorus, quibus gratum est, quod Deo firmus reconciliat, & meliorem in statum perducit. Benigni enim admodum sunt, & Deo firmi reconciliati, & meliori in statum perduci. Et Gabriel mysterio inservit, ac Virgini succinit illud: Ave, vt lætitiam quam prima parens Eua perdidit, filii Adam orta ex Davidis stirpe restituit. Hodie gloria pater genus humanum commiseratus, naturam in Adam corruptam benignis oculis intuetur. Hodie clementia largitor clementium viscerum suorum abyssum patescit, & naturę misericordiam effundit: vt aqua copia maria conteget. Conseruanteum enim erat, vt is ex quo, & per quem, & in quo omnia collidunt, antiquę contra nos execrationis septentiam misericordia commutaret: & gloria sua natura, que in Adam fedata fuerat, honestaret. & perniciosem patris mendacij consiliū, que primi parentes nostri ceciderant, excluderet. Ideo magnus inter Reges, ac diuinus pater David: Misericordia, inquit, & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculare sunt. Cur dixit hæc? An vt filii misericordia ex bona patris voluntate, qua noſtri milertos ipse misericordie dator factus est, excepto peccato, quales nos sumus, & veritatem aduentus eius ad nos significaret? Neque enim, vt aliquis forte suspicatur, simulatam ex nobis humanitatem assumptę, sed veram. Benigne enim & humano more, ex hominis essentiā sumpsit essentiā, qui omni est essentiā praestantior, & totam naturam nostrā in seipso diuinam reddidit. Neque dispensationem finxit, sed carnis veritatem suscepit, diuinitate ipsius aliena ab omni mutatione permanente. Quoniam igitur misericordia, & veritas (vt prophetia testatur) obuiauerunt sibi: merito iustitia & pax osculare sunt, iustitia quidem, que aduersus eum à quo primi parentes iniuria affecti fuerant, sententiam tulit. Quando? Et apud quem? Hodie, & apud altissimum patrem, qui natura benignus, & hominum studiosus dignum duxit, vt filius suis virginem humanam formam induens, aduerſarium condemnaret. Pax autem quam è cœlo repente chorus Angelorum in ortu pacifici filii secundum carnem decantauit: Gloria, inquietus, in altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Gloria nimurum, qua humana natura per Christum super celos eucta est, & super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & magnus inquit Apostolus. Pax autem, qua mediis ipse conciliator intercessit, terrestribus celestia coniungens, & nouam in cœlum redeundi semitam mortalibus patescens. Bona portio voluntas, qua patri placuit dilectum filium ad nos damnatos mittere: qui salutem nostram patri in ipso approbatam, eiusdem cum patre voluntatis expleret. Hoc nos hodie celebramus. Hoc Gabriel mandatum exequitur: & diuinitati atque humanitati nuncius est: reconciliatoris pignus assert ad Virginem. Nam misericordiarum pater genus nostrum peccati labore iam corruptum miseratus, meminit operum manuum suarum: nec paſsus est, vt in perpetuum periremus. Primum legem tabulis lapideis inscriptam Moysis manibus imposuit. Quae quidem lex cum nihil admodum proficeret, viros diuino spiritu afflatos, nempe Prophetas futurae prospicientes, ac denunciantes misit, qui rectas Dei semitas demonstrarent. Verum cum iūdiciis quos missi fuerant, senibus occlusis, nihilominus in peccatis iacerent, non despexit opifex opus à se confitatum: sed ex optimo finu suo & perfectissimo, filium eiusdem potentiae, sapientieque, ac bonitatis genitum misit ad nos indignos, ad quos fines seculi- poterit, & qui natura sanctus est, in virginis natura officina corpus sibi ratione mirabiliter fabri- catus.

Satius enim esse duxit, vt peccatorum salutem perageret, quam vt opus à se

à se confectum despiceret. Vni igitur ex præstantioribus Angelis mandat, vt mysteriū exquatur: & amplitudinis suę nutu sic illi, vt arbitror, imperat. Age Gabriel, abi in Nazareth ciuitatem Galilæe, in qua puella virgo habitat, nomine Maria, viro qui vocatur Ioseph, sponsata. Abi, inquit, in Nazareth. Quid ita? Vt Deo gratissimum virginitatis decus, tanquam suauissimam rofam, & spinosa regione decerpatur Omnipotens. Et propter prophetiam, quæ Nazarenū vocatum ire prædictit. Quem? Eum qui à Nathanaele postea Dei filius, & Rex Iſraël vocatus est. Solet vtique Gabriel in Dei mysterijs minister adhiberi: vt patet in Daniele. Abi igitur in Nazareth ciuitatem Galilæe: cumque illuc peruenieris, hunc primum Virginem lætitię nuncium affer, quem Eua iam amat. Causa perturbes animum eius: Gaudij enim non meroris hoc est indicium: Solatij, non perturbationis hæc est salutatio. Quod enim maius humano generi gaudium esse potest, quam vt fiat diuinæ particeps naturæ, & vnum cū Deo propter coniunctionem in persona efficiatur? Quid porrò admirabilius quam Dei submissionem eiusmodi videre, vt in mulieris vtero gelfetur? O rem maxime omnium admirandam. Deus cui cœlum sedes est, terra autem scabellum pedum eius, quem cœli non capiunt, qui idem quod pater solium habet aeternitatis, in virginis vtero concluditur. Quid maiore dignum admiratione, quam Deum sub hominis forma à propria diuinitate non deficiente inueri? Et humanam cerne naturam totam omnino cum suo creatore coniunctam, vt totus homo Deus euadat? Gabriel igitur cum hæc audisset, mandatumque diuino nutu confirmatum, sed viribus suis maius accepisset, inter metum atque lætitiam dubius hærebat, cūm nec sibi ipse fideret, nec iubentu repugnare tutum existimat. Quam ob rem diuina iussa faciens ad virginem deuoluit. Cumque Nazareth peruenisset, ad domunculam constitit: & cogitabundus atque hæsitanus, hæc secum ipse, vt arbitror, volutabat: Quomodo que mihi à Deo mandata sunt, perficere aggrediar? Celeriter in thalamum introcam? At animum virginis perturbabo. Tardius ingrediar? At puella introitum abscondere me voluisse iudicabit. Foreine pulsū? Quo pacto, cūm id nō fit Angelorum proprium: nec quicquam eorum que continent, aut continentur, impeditre posset ea que corporis sunt expertia? Ostium aperiā? At mihi, vel offio clauso, licet ingredi. Vocémme Virginem nomine? At illi terorem injiciā. Sic igitur faciam. Ex illius à quo missus sum voluntate, gressum meum moderabor. Hoc enim illi propositum est, vt genus serueth humanum. Quod quidem reconciliationis consilium vt nouum est & admirabile, sic est benignitatis & clementiae plenum. Quomodo igitur ad Virginem accedam? Gaudium illi nunciabo? An Dominum in ea dicam esse, an spiritus aduentum, aut altissimi obumbrationis significabo? Gaudium igitur illi nunciabo, indicabo mysterium admirabile, accedam, salutabo, succinam vocem hanc: Ave, Gaude, Lætare. Aptum ad fiduciā principium est salutatio. Hoc verbum mihi Virginem alloquendi auditum patescat. Nihil enim illi timor potest injicere: quinetiam animum eius leniet. Sic igitur exordiar, vt primum illi gaudij & lætitiae nuncium aferam. His enim verbis decet Reginam salutare. Nam hoc est gaudiū negotium, tempus lætitiae, tranquillitatis imperium, consilium salutis, initium consolationis. Hæc ipse secum Archangelus. Tunc domum petit, & ad thalamū in quo Virgo habitabat, accedens, sensim ad fores appropinquavit. Cumq; iam esset intus, miti voce virginem alloquens: Ave, inquit gratia plena: Dominus tecum. Qui est ante te, hodie tecum est, & paulo pōst erit ex te. Illud quidem ab omni aeternitate, hoc autem in tempore. O immensam humanitatem, & benignitatem incredibilem. Non fuit satis gaudium indicasse, nisi ipsum gaudiū autem inesse Virgini significaret. Illud enim, Dominus tecum, perspicue Regis præficiam declarat, qui sic ex ipsa corpore assumit humanum, vt a propria gloria non recedat. Ave gratia plena, Dominus tecum. Gaude, lætitiae instrumentum, per quod tristis execrationis sententia in lætum gaudiū iudicium commutatur. Gaude, verē benedicta, Gaude, virgo præclarissima. Gaude ornatisimum diuinę glorię templum. Gaude sacra ſancta Regis palatiū, Gaude thalamē, in quo sibi Christus humanitatē ſponsam adiunxit, Gaude electa à Deo antequam genita. Gaude diuinum inter Deum atque homines conciliacionis perfugium. Gaude thefaure vita immortalis. Gaude cœlum, in quo Sol gloriae splendet: domicilium cœlo præstantius. Gaude vnicum illius qui nūquam capit, amplissimum habitaculum. Gaude ſancta terra virginēa, ex qua nouus Adam formatur, qui veterem Adam feruēt. Gaude fermentum ſanctum, ac Deo gratum, ex quo totius generis humanae fermentatur, & in vniū corporis Christi panem euadit, & admirabili ratio- ne coagulentur. Ave, gratia plena: Dominus tecum: qui dixit: Fiat lux, & facta est lux: fiat firmamentum & ſatuum est, cuius denique amplitudinis opera sunt omnia que facta sunt. Gaude gaudiū mater sempiterni. Gaude noua Dei arca, in qua Dei spiritus conqueſcit. Arca, in qua noſter Noë Christus humanitatem ſeruauit. Arca, in qua nouæ gloriæ sanctifica- tio, & qui natura sanctus est, in virginis natura officina corpus sibi ratione mirabiliter fabri- catus.

catus est, non deponens id quod erat, est enim immutabilis: sed assumens id quod non erat; est enim benignus, & hominum amansissimus. Gaude virga aurea, quae continet illum qui dulce manna, & mel petra ingrato populo subministravit. Gaude seraphica mystici carbonis ardentes forceps. Salve spiritale præcognitionis perspicue speculum, per quod Prophete infinitam erga nos Dei submissionem mysticè vaticinati sunt. Gaude speculum, per quod iustitiae Solem venientes e cœlo suscipientes, iij qui densis in tenebris peccati versabantur, illustrati sunt. Salve Prophetarum & Patriarcharum omnium decus, & clarissima arcana præcognitionis humanae tuba. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Et merito benedicta, benedixit enim te Deus tabernaculum suum, quoniam patrem glorie plenum Christum Iesum, hominem eundem & Deum in ipsis, ex quibus naturis consistit, admirabilis ratione in vtero tuo gesisti. Benedicta tu in mulieribus, quae celestem thefaurum, in qua sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae Dei reconditi, in sacro virginitatis tua penu, sine angustia comprehendisti. Tu verè benedicta es, cuius vterus arcu cumulus est: quia benedictionis fructum, immortalitatis spicam Christum, sine semine, sine cultoris labore, multiplicem frugum innumerabilium mensem nostræ salutis agricolæ produxisti. Tu verè benedicta, quae sola ex omnibus matribus creatori tuo mater electa es, & quod est matrum omnium proprium, ignoras: cuius quoque excellentia virginitatis maternis doloribus corrupta non est, virgineo germine tuo signa tue castitatis integra conferante. Tu verè benedicta, quae sola sine viri coniunctione filium genuisti, qui cœlos condit, & terram virginitatem tua coelis exequatur. Benedicta tu in mulieribus, quae sola benedictionem suscepisti, quam Deus per Abraham gentibus omnibus promisit. Tu verè benedicta, quae sola benedicti filii Iesu Christi, & Salvatoris nostri declarata es mater, per quam clament gentes: Benedictus qui venit in nomine Domini. & Benedictum nomen gloria eius in secula. & Impiebit gloria eius omnis terra. Fiat, fiat. Benedicta tu in mulieribus, quam beatam dicunt omnes generationes, quam Reges honorant, Princes venerantur, diuites populi obsecrati, virgines quae vel præcesserunt, vel sequuntur, in templum Regis comitantur. Benedicta tu in mulieribus, quam Elysias oculis prophetici aspiciens, prophetiam, & virginem, & laterem, & locum, & capit libri obligiaturum arcana ratione nominauit. Benedicta tu verè, quam Ezechiel auroram, & portam conclusam per quam solus Deus ingressus est, & rufum conclusam appellauit. Tu sola verè benedicta, quam vir desiderior Daniel montem vidit: & Abacuc admirabilis montem opacum. Montem quoque Dei, montem pinguem, monte coagulatum, montem in quo placitum est Deo habitare, te tuus ille progenitor, atq[ue] Rex propheticè decantauit. Benedicta tu in mulieribus, quæ Zacherias rerum diuinorum inspecto eximius, candelabrum aureum vidit septem lucernis, & septem infusorijs, id est, septem spiritus sancti muneribus exornatum. Tu verè benedicta, quæ tanquam paradyſus intra te continet ipsius Eden plantatorem Christum, qui infinita virtute ex almo vtero tuo prodicens instar fluij, quatuor principijs per Euangelium rigat faciem viuenteræ terra. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Fructus ex quo protoplastus Adâ vescens, euomere veterè illam potionem, per quam fraudis venenum haufit. Fructus, ex quo ligni amaritudo dulcescit: qui expurgat humanitatem: qui verò Israëli fontes vberrimos præbet in solitudine, qui aquas amaras efficit dulces: & noui panis ac cibi imbrevis emitit. Benedictus fructus, qui ex incorrupta virginei vteri planta maturus racemos extulit. Benedictus fructus, ex quo fontes emanant aquæ salientis in vitâ æternâ. Fructus, ex quo vitalis panis Dominici corporis, & salutare immortalitatis poculum conficitur. Benedictus fructus, quem omnis lingua celestium, terrestrium, & infernorum celebrat tripli faniitate, in vna diuinitate trinitatem indicans perforanum: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.

At illa turbata est, inquit, hoc sermone, & secum ipsa cogitabat, qualis esset ea salutatio. Non incredulitate (absit) sed orationis potius nouitatem commota. Mirabile enim vaticinum videbatur. Neque diffidentia substituit, vt ante fecerat in adytis Zacharias. Quanobtem prece illi ex procreandi instrumentis ab ea quæ ad loquendum pertinent, translata est: & qui prius liberis caruerat, tum loquendi caruit facultate. Sed cum esset ab omni reprehensione remotissima, & ab hominum coniunctione & consuetudine aliena: cumque assidue in rerum celestium contemplatione versaretur, ex ea salutatione non potuit non commoueri. Etenim cum minimè esset audax, & ad loquendum velox, acri prius rationis iudicio qua dicebantur expendit, ne temerè, & inconsideratè responderet. Quod sapienter admodum indicauit Evangelista, Cogitat, inquit. Pure mentis examine Angelis verba perpendebat, ne illa sine iudicio susciperet. Quænam, dicebat, est hæc salutatio? Consentaneum enim est, eam vtpote nobilem, & Davidis filiam diuinarum scripturarum non fuisse ignaram, & animum statim ad prima matris casum conuertisse, cogitaseque

quomodo decepta corruisset, & mente veteres alias eiusdem generis historias comprehensisse. Non immerito igitur eam Euangelistam cogitabundam descriptis. Sed vt prudentiam ipsius declararet, stabilem etiam mentis constantiam adiunxit, que respondendo nondum assentiretur, propterea quod illi de rei aequitate consideranti non constaret. Turbationem igitur virgo fedare studens, orationem non adhibuit: sed gestu solo parumper dubitationem significans, animi habitum, & morum probitatem demonstravit, secum ipsa cogitans, qualis esset ea salutatio. Solane ego, dicebat, inter mulieres naturæ ordiné immutabo? Egone sola ventris fructum serape sine viri congreſu? Qualis est hæc salutatio? Qui mihi nuncium hunc attulit? Vnde ingressus est? Homone est iste qui loquitur? At corporis expers videtur. Angelusne? At loquitur vt homo. Quid illud quod video fit, ignoro: & de eo quod loquitur dubito. Quid igitur Gabriel? Ut virginis turbationem animaduertit, ad nihil aliud attendens, statim vocem emisit, & Ne timeas, inquit, Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum: quam amisit Eua. Gratiæ dicens, animo dubitationem admetit: & quod heri non posse videbatur, adjiciens: Inuenisti gratiam apud Deum: fecit, vt credibile esset: & virginis metum eripuit. Ne timeas Maria, non lunt hæc fallentis verba, nō venio, vt te decipiam: non loquitur fallax serpens: à terra tibi non loquitur: sed bonum ex altissimi nuncium affero: nec bonum tantum, sed letitiae plenum. Non ludicra, nec tristis est hæc salutatio. Dominus tecum, qui omnis lætitia largitor est, & mundi Salvator vniuersi. Tecum est, qui de finu patris non recedit, & in vtero tuo cōceptitur. Gratia plena te appellauit, vt mylterij gratiam in te existentis significarem. Gratia plena te esse dixi, quoniam totam gratiam fulcips in vtero tuo, & stolam verè diuinarum gratiarum splendore decoratam. Dominus tecum, adieci, vt potentiam in te præcurrentem declararem. Dominus enim est Deus potens, & princeps pacis, & pater futuri seculi, idemque tuus ô Virgo, filius, atque omnium salvator. Dominus tecum: gratia & veritas tecum: Dominus quidem legis, pater autem gratia, & veritatis fons. Ne timeas Maria, Dominus tecu. Quia omnium dominationum est princeps, qui patris lumen filius est, qui sine principio ab ipso genitus est, in tempore ex te nascitur. Qui rursum totus est in finu patris, is doctissimum totus est in vtero tuo. Ipse tecum, & in te est. Adueniens enim in te desiliit: in vterum tuum ingressus est, acque in te comprehendendi voluit, qui natura comprehendendi non potest. Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Gratiam quam non suscepit Sara, quam Rebecca nō inuenit, quam Rachel ignorauit. Inuenisti, talem gratiam, qualem Anna, licet fuerit exaudita, non habuit. Tu sola ita mater es futura, vt simul etiam virginitatis decus retineas. Ne timeas igitur: inuenisti enim gratiam apud Deum: Gratiam, quam nemo vñquam accepit. Quenam talis esse queat apud Deum gratie præstantia? Inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce conceptus in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. O rem admirabilem. Primùm illi dubitationis causam admetit, deinde rem explicavit. Vide autem quā multa quā pauca exequatur. Metum eripit, gratiam indicat, conceptus rationem exponit, partum preannuntiat, filii nomen declarat. Neque verò hic constitit: sed vt amplitudinem eius maiestatis ostenderet, subiecit: Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur: & dabit ei Dóminus Deus sedē David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Cernis quomodo Virginis metum abstulerit? Cernis quantopere animum eius confirmari? Cūm enim altissimi filium dixisset, patrem orituri Dauidem nominauit. Statim igitur erectus est animus Virginis, vt indicant ea quæ sequuntur. Sed eius prudentiam considera, quæ cum hec audiisset, & immutabilem diuinæ voluntatis potentiam cognosceret, ad Angelum: Quomodo, inquit, fieri istud, quoniam virum non cognosco? Noua, inquit, mibi, & quæ naturam supererunt, nuncias. Nuptiarum sum expers. Desponsata enim sum, sed non cum viro coniuncta. Ioseph sponsum tantum, non autem maritum agnosco. Domo, non lecto mihi iunctus est. Fœcundus quidem est venter, sed non cultus. Quomodo erit mihi hoc, quoniam virum non cognosco? Méne solam naturæ sine viri coniunctione matrem declarabit. Egone præter naturam sola nouum atque inauditum naturæ partum edam? Nuptiae non præcesserunt, virum experta non sum, Ioseph non maritum, sed sponsum & custodem tantum agnosco. Et quomodo erit mihi hoc? Respondit Gabriel, & responsionis sublimitate Virginis diluit dubitationem: Cur haec dicis, Virgo beatissima? Ego è cœlo veniens celestis affero nuncium conceptionis. Non de terra loquor tibi. Dixi, Dominus tecum: & tu dubitas, quomodo id tibi sit futurum? Ego enim qui aduentu meum antecedit, in vtero tuo nuncio: Sc tu mihi de viro, de quæ terrena loqueris generatione? Et dicas: Quomodo erit mihi hoc? Quomodo hoc erit tibi? Cogita, quomodo virga floruerit, quomodo petra copiam aquarum effuderit, quomodo ignis in rubo ardens eum non combusserit: Que si credis, & id quod nuncio crede. Is enim hoc faciet, à quo & illa facta sunt. Noua & præter naturam ratione mater es futura. Non vt Elisabeth, non vt Anna, ex qua fu orta es, illæ enim ex vi-

rorum semine factae sunt matres: tu autem sine viri coniunctione paries eum qui sine semine in te inhabitat. Quod si modum requiris, cum quoque tibi declarabo: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Non enim ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis gignetur. Nulla carnis voluptas intercedet. Naturæ enim terminos superat. Quamvis enim naturalis conditionis omnino non sit expers futurus quem paries: præstantiori tamen ratione concipitur, & sine villa perturbatione, quemadmodum & ab æternæ fine perturbatione genus est. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Considera quomodo trinitatis mysterium declaretur. Spiritum enim sanctum inquietus, non alium, quam paracletum indicavit. Nam virtus aperte filium significat. Vox autem illa, Altissimi, Patris personam declarat. Illud vero, Obumbrabit tibi, mihi videtur innuere id quod antea prophetice oculis Abacuc viderat, cum montem umbrosum virginem appellauit, quasi obumbrantem illi Patris virtutem describens, & arcum sibi tabernaculum efficiens in carnis afflumenda ratione, qua sibi templum corporis non manufactum, in veteri Virginis ab omnibus maculis alieno, atque integrissimo ipse Dominus fabricauit. Id quod ex sequentibus patet. Ait enim: Ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Qui enim ex sancto spiritu per sanctum patrem diuinâ ratione formatur puer, meritò sanctus erit, & filius altissimi vocabitur, cum altissimi sit verbum sempiternum. Dilicè igitur Virginis demonstratum est, quid, & unde, & quale id sit quod in ipsa conceptum est. Nempe sanctum, & ex ipsa, & filium Dei esse quem pariet. Verum ut clarius adhuc & expressius ostendat Verbi virtutem, Elisabeth exemplum adducit. Quasi diceret: Qui ventrem in vetula præter spem fecundum efficeret potuit, virginem etiam poterit præter naturæ rationem matrem reddere. Atque ita subiicit: Quoniam non erit impossibile apud Deum omne verbum. His virgo auditis & inhabitantis spiritus splendor illustrata, & fæstæ promissionis lætitia affecta, in tranquillitate versabatur, & animi gratiam cum pulchritudine oculorum præ se ferebat: quemadmodum de Dauide scriptura commemorat. Re enim admirabili & salutatione gaudebat, in qua summa lætitia continebatur. Facili igitur sapienterque Gabriel virginis persualit, vt miraculum crederet: Non erit, inquietus, apud Deum impossibile omne verbum. Quid autem sequitur in Euangelio? Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, stat mihi secundum verbum tuum. Prudentiam Virginis animaduertis? Vides præclaræ coniunctionis decus? Cùm enim foetus conceptionem, & filij ortum intellexisset, & quis, cuius esset filius, & quo foret nomine appellandus, & cuius sedis successor, & quibus imperaturus, & Regni eius nullum finem futurum, statim lætitiam vocem emisit: Ecce: inquietus, ancilla Domini: illud aperte significans. Ecce parata sum, & nihil prohibet. Animus promptus est, uter oportunus, ut pote minimè inquietus, & soli seruatus creatori. Ecce ancilla Domini, ad obedientiam parata, ad seruendum idonea, ad suscipiendum prompta. Fiat mihi secundum verbum tuum. Quoniam, inquit, quod fieri potuit, recte nunciasti, & quod faciendum est, diuina est gloria plenum: Ecce ancilla Domini, stat mihi secundum verbum tuum. O prouidentiam, & gratiam admirabilem! & consilium ab æternitate præcognitum atq; institutum. Verè spiritus sanctus in virginis inhabitat, & virtus altissimi obumbrabit eam ex præfinito eius consilio & præcognitione. Et discelsit ab ea Angelus: Cùm ea nimirū, quæ sibi mædata fuerant, perficeret, discelsit ab eo Angelus: sed Dominus non discelsit. Angelus enim, licet sit expers corporis, loco tamen includitur. Dominus, quamvis in virginis corpore atque vtero capiatur, nullis tamen locorum terminis circumscribitur. Et ille quidem, venientem ad salutem hominum nunciavit ex Virginis vtero oriturum. Hic autem essentiam nostram à se suscepit, reformatum, naturæque imaginem ac dignitatem, quam contumacia primi parentes amiserant, restituit: tamque supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, atque omne nomen, quod in hoc futuro secuto-

lo nominatur, prouestam, in colesti folio collocavit. Ipsi gloria, & imperium, & honor, & adoratio cum Patri, & Spiritu sancto, nunc, & semper, & in æternâ secula.

AMEN.

ALOYSIVS

ALOYSIVS LIPOMANVS

Episcopus Veroneñ. candido pioque Lectori.



Rinsquam ad hunc qui sequitur, diui Joannis Chrysostomi sermonē legem accedas, benigne Lector, est quod te aliquantulū detineam, cautumq; reddam. Videbis namq; magnū Chrysostomū eiusdē h̄c esse sententiæ, cuius & in libro de excidio Hierosolymitanis Eusebii Cesariensi lib. 2. cap. 1. Ecclesiastice historiæ, multisq; ex Græcis patribus suis le ḡtetur: n̄p̄ beatissimū Joseph sanctissima Deipara & sponsum, filios ex alia uxore suscepisse, & inter ceteros Iacobū Apostolū, cognoscere fratrem Domini: Ea verò deinde res pudiata, seu, vt alij volunt, premortua, in castitate vixisse, & liberos in disciplina & timore Domini educasse. Huius etiam opinionē suisse videmus diuīnū Hilariū Pictaurū Episcopū, super Mattheū. cap. primo: & diuīnum Ambrosium Mediolanensem Antistitem, super Epistolam ad Galathas cap. 1. Chrysostomū quoque secutus est compilator eius Theophylactus Bulgariæ Archiepiscopus, qui cundē Iacobum & reliquos fratres, filios afferit suisse Joseph: sed alio modo quam Chrysostomus autem. Cuius verba, vt melius res percipiatur, subiecta. Ait enim is super Mattheū. cap. 3. Fratres habuit Dominus, et sorores, Joseph filios quos genuit ex uxore fratru sui Clopa. Mortuo enim absque liberis Clopa, Joseph iuxta legē, uxorem eius accepit, & pueros procreaverit sex, quatuor mares, & duas feminas: Mariam quæ dicebatur Clopa filia secundum legem, & Salomon. Et hac quidē ille. Vides igitur quid magni virtusq; Ecclesiæ viri de beato Joseph sentiant.

Ego, vt verum fatior, & animum meum coram Deo, teque, ac toto Christiano orbe testatum faciam (pace sit dictū omnium horum præexcellentium virorum, quos in alijs sequor, plurimum amplector, & tanquam venerabilissimos patres vehementer obseruo: at in hoc mibi placere nequaquam possum) Semper contrariam tenui sententiam, teneo reque profitebor usque ad mortem: nisi sancta mater Ecclesia diuersum aliquid super hoc statuat: vel nisi quis me potentioribus & efficacioribus viris rationibus, vt à mea vita eius recedam opinione. Credoque, & firmiter teneo, beatissimam Virginis sponsum, virginem & ipsum suisse, nec unquam pudicitia sua florem amisisse. Talem enim matrem, talem sponsum, & talem tantumque filium, talem putatuum patrem habere par erat. Et ne ex meo cerebro hæc eruta videatur sententia, tribus eam si potero, enī medijs confirmare: Sacre primum ipsius scripturæ fontibus, usque, & secundū germanum sensum deductis: Constanti etiam, vt credimus, & quæ vinci non posuit, ratione. Tum demū sanctorum aliquorū patrum autoritate. Quod nisi efficerem, tum tu me imperitie stultus que arguit: atque ego liberam tibi concedam quicquid volutis credendi potestatem. Audi ergo diligenter, & patienter ausulta, quæ pro hac sententia firmanda tibi affero.

Ac primum quidem id nobis explorandum censeo, num ex scripturis, quisnam verus pater, & quæ vera mater fuerit Iacobi istius minoris, qui etiam dictus sit frater Domini, reperiri possit. Credoque non fore id difficile, imò ex propatulo loco satis constare: Sed assertio illa præmitenda, quam negare mihi nequaquam possunt etiam iij, qui vel sacras literas eminus salutauerint. Scripturā nempe sacram quorū ita loquitur, Isaac Abraham, vel Iacob Isaac, hunc in audientium aures sensum, & intelligentiam immittere, & non aliam, Isaac esse filium Abraham, & Iacob filium esse Isaac. Hoc Lucifer capite maxime ostendere possumus, ubi genealogia Domini ex Joseph ascendendo usque ad Deum describitur. Dicior namque ibi: Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur filius Joseph, qui fuit Heli, subauditur filius, qui fuit Martha, nempe filius: & sic de singulis usque ad Adam, de quo ultimo loco dicitur: Qui fuit Dei, & subintelligitur filius. Hoc idem probatur Ioannis ultimo, cùm dicit Dominus Petro: Simon Ioannis amas me? Hoc est, Simon filii Ioannis. Quod ita esse, ostendit Dominus ipse Marthæ decimo sexto, ubi dicit ad eundem: Beatus es, Simon bar Jona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Bar enim Hebraicè, Laz time filium sonat. Vnde est duxit locus in quo propositio ista non currit, quando

Videlicet

videlicet aliter interpretari scriptura ipsa tenecessariò compellit. Et ut me intelligis, opportunum tibi afferre complum, *Lucas* sexto, ubi duodecim Apostolorum nomina ressentur: quo in loco inter cetera habetur: *Et Simonem, qui vocatur Zelotes, & Iacobum Iacobi, & Iudam Iscariotem, qui fuit proditor.* Quomodo hic expones Iudam Iacobis Filiūm? Minimè quidem, quoniam te alia scriptura ita facere prohibet. Quomodo ergo Iudas Iacobus fratrem interpretaberis, quoniam in sua Canonica Epistola ita de seipso loquitur: *Iudas Iesu Christi seruus frater autem Iacobi.* Vbi autē nulla nus adigit scriptura semper prædicta regula propositioque tenenda est. *Venit nunc ad ipsum questionis scopum,* & parrem Iacobi minoris dico non fuisse Joseph, sed Alphæū. Hoc probamus ex Matthæi capite 10, ubi ponens Euangelista duodecim Apostolorum nomina, ita inquit: *Duodecim autem Apostolorum nomina haec sunt.* Primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Philippus & Bartholomeus, Iacobus Zebedæi, & Iohannes frater eius, Thomas, & Matthæus Publicanus, & Iacobus Alphæus, & Thaddæus, Simon Chananeus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum. Marcus quoque capite tertio, & Lucas capite sexto, & ipsi duodecim Apostolorum catalogum recensentes, sicut primus Iacobum cum Iohanne fratre Zebedæi, ita Iacobum alterum Alphæum dicunt. Quod si prius illum Zebedæi filium expone cogeris (*Eius enim filius fuit*, vt ex Matthæo estē capite quarto, & Marco capite primo constat) ita etiam secundum Iacobum, hunc videlicet minorem fratrem Domini nuncupatum, Alphæi filium expondere, velis, nolis, compelleris. Cur enim Iacobum illum ex Zebedæo natum patre afferas, hunc autem ex Alphæo natum neges? Aut ergo utrosque filios expone, aut utrosque nega: vel scripturam adducito aliquam, propter quam Zebedæum Iacobi maioris patrem dicere cogaris: Iacobi autem minoris Alphæum patrem non ita. Quam certò scio, haud quaquā inuenire poteris. Crede ergo expositioni nostra. Et hoc quantum ad parrem pertinet. Quæ verò Iacobi huius iusti mater fuerit, & ipsa scriptura se consulentibus aperit. Si enim legeris 27. Matthæi caput, inuenies profectò ita in eo scriptū: *Erant autem ibi (nempe ubi crucifixus est Dominus) mulieres multæ a longe, quæ secuta erant Iesum à Galilæa ministrales ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, et mater filiorum Zebedæi.* Et ne qua detur tibi dubitandi occasio, quis iste sit Iacobus, cuius mater Maria dicitur scrupulum ribi omnem auferat Marcus capite 15, inquiens: *Erant autem mulieres de longe aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome: quæ, cum esset in Galilæa sequebantur eum, & ministrabant ei.* Et quia futuros esse hereticos, præuidebat Spiritus sanctus, qui hæc Maria, quæ Iacobi minoris, & Ioseph mater dicitur, eandem esse quæ erat Salvatorem nostrum peperit, quæq; ex Ioseph marito Iacobum hunc fratrem Domini, & alios fratres eius genuisset, impudentissime asserturi erant: *Ioannes discipulus Domini dilectus, omnis Evangelistarum ultimus hac hereticorum blasphemiam omnino sustulit, cum dixit cap. 19.* Scrabat autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleopha, & Maria Magdalene. Mariam Cleopha, id est filiam accipe secundum propositionem nostram primo loco positam. Ecce ergo quam alij Euangelista Mariam Iacobi minoris, & Ioseph matrem nominant, Iohannes sororem matris Iesu dicit, & Cleopha filiam: *Et quia soror erat sancte Dei genitricis, ideo Iacobus, Ioseph, Iudas, & Simeon fratres Domini usitato scripture more, quo filii duorum fratrum, seu duarum sororum, hoc est patruelles, vel consobrinæ, fratres nuncupari solent, & ipsi fratres Domini dicti sunt, Matthæi 13, in fine.* Ex his omnibus luce, ut arbitror, clarissima meridiana liquet patræ Iacobi minoris fratri Domini, dicti, & fratræ illius fuisse Alphæū: eorum verò matrem Mariam soror è sanctissimæ Deipara, filiamque Cleopha. Quæ autem Mariæ istius mater fuerit, ad pressens intactum relinquo (Fortè in fine huius epistole, & de hoc aliquid dicetur.) Non enim ad presentem questionem multum spectare videtur. Satis namque nobis est sciére, sororem illam beatissimam Virginem excitisse. Quod si Iacobus, & ceteri eius fratres, Alphæi, & huius Mariæ Cleopha filii fuerint, videant, obsecro, quomodo id fieri posse, ut Ioseph pater Domini puritanus ex alia uxore eos genererit. Venio mō ad rationem virginis.

Urgitissimam triplex embro: cui in licio meo nullus aperte satis, & respondere posserit, quæ est huiusmodi. *Aut Ioseph alia uxorem, ex qua Iacobus, & alios fratres fuisse ceperit, ante beatam Virginem habuit; que postea mortua est, vel repudiata;* *Aut simul cum beata Virgine & alteram illam habuit;* *Aut denique post mortem sanctæ Mariæ alteram uxorem superinduxit, ex qua filios illos suscepit.* Nec enim quartum membrum mibi dare poteris. Si primo modo dixeris, ut velle videtur Hilarius: videlicet ex priori coniugio fuisse illus suscepitos, hoc profectè falsum est, & à veritate alienum. Nam ista coniunctio, quam tu prætendis ante dæcam, & postea mortuam, non potuit esse altera à Maria ista forore matris Domini, que ab Euangelistiis mater dicitur fuisse Iacobi minoris: que tamē tempore mortis Christi Vina erat, & stabat iuxta crucem Iesu vñā cu[m] forore sua sancta Deipara, que dudum ante, & iam annis 33, fuerat ipsi Ioseph sponsata, ut superius ex Euangelij ostensum est. Quod si dicas: Ea quidem Vina potuit esse, sed repudiata, ut vult Chrysostomus: vide obsecro quomodo id afferere possis, tum quia non conuenit viro iusto, cuiusmodi erat Ioseph, Euangelio testis, sanctam mulierem, quæ continuè Dominum sequebatur minister trans eum, repudiare: tum quia ea adhuc vivente, minimè beatam Virginem fororem suam haberi potuisse: ut in sequenti membro evidenter patet. Dices forsitan: Ambas Ioseph uno, eodemque tempore uxores habuit, Mariam scilicet Domini matrem, & Mariam alteram fororem eius. Hoc simili modo mendacium esse conuincitur, sed et insulsius primo dicto. Nam licet Jacob Patriarcha duas simul uxores haberet, Liam et Rachael, hoc tunc ex diuina permissione, aut etiam significacione factum est. Pres significabatur enim in duabus illis fororibus Iudaorum Synagoga, & Ecclesia de gentibus congreganda, sive actina vita, & contemplativa. Quod si fortasse in alijs quoque saeculum fuisse reperiatur, quod hanc credo facile ostendi posse, id usque ad legis Mosaicæ promulgationem licuit. At ea lata, minimè: in modo qui iasceret, mandatum est tolli de medio populi sui. Adduco autem tibi diuinam ipsam legem, factum hoc omnino inhibentem, quæ est huiusmodi, Leuiticii 18. Sororem uxoris tuae in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius, adhuc illa viuente. Vel ut alij legunt: *Uxorem cum forore eius non accipies ad simulationem,* vel ad lascivendum: Nempe sicut faciebant duo uxores Iacob, quæ magna inter se ob virum ardebat zelotypia. Quam legem Iosephius, Radolphus, ceteriq; libri illius expoſtores de eo intelligent, qui uxori, simul & eius forori iungatur, ita ut duas forores pariter uxores habeat: illæque in vniuersi viri consubstanciali simul habet, aut quomodocunq; una viuente, quam cognoverit, alteram suscepit. Superest ergo, ut tertium modū eligas, & dicas, post mortem sanctissimæ Virginis Ioseph hanc Mariam in coniuge accepisse, ex qua Iacobum minorē, & alios filios, & filias genuit. Hoc si dixeris, in eandem, & adhuc maiorem forouam te precipite dabis, quia nunquam exire poteris. Nam cum beata Virgo post mortem filij sui superuixerit, quomodo potuit Ioseph, ea mortua, fororem Mariæ ducere, & Iacobum, & ceteros fratres eius ex ea generare, qui ita adhuc viuente Salvatorem nostro gradueri erant, & in Apostolos eius assumpti: ut patet ex Euangelistarū libris, in quibus etiam Maria hæc Iacobum minoris iā profectōnati, & non nascituri matris titulo prenotata iuxta crucem Domini sterile reperitur? Impossibilita hæc sunt, & eruditis auribus indigna. Vides iam quos cunq; te vertas, indissolubiles esse tricas, à quibus te explicare non possis? Non ergo de rum, Ioseph ex alia uxore Iacobum minorē cognominare fratrem Domini genuisse. Tertium erat medium, quo nestræ hanc assertiōnem nos probaturos dixeramus, sanctorum nonnullorum patrū autoritas, qui Virginem fuisse sanctum, quoq; Domini patrem putatiū manifester adibuant. Inter hos post Abdiam Babyloniam Episcopum in vita sanctorum Apostolorū Simonis & Iudæ, quam is eorum discipulus longo sermone descripsit, primum obtinet locum diuinus Hieronymus, qui in libro de perpetua Virginitate Mariæ cōtra Heliuidiū hereticum ita ait: *Tu dicas Mariam Virginem non permanisse, ego mihi plus vēdico, etiam ipsum Ioseph virginem fuisse per Mariam, ut ex Virginiali coniugio virgo fuisse non scribitur; Mariæ autem, quam putatus est habuisse, custos potius fuit, quam*

maritus; relinquitur virginē eū mansisse cum Maria, qui pater Domini meruit appellari. Huic proximē succedit diuus Augustinus, & ipse Ecclesia Doctor insignis, qui in fine sermonis 14. de Nativitate Domini ita dicit: Habe ergo Ioseph, cum Maria coniuge tua communē virginitatem membrorum, quia de virginē membris virtus nascitur anima gloriorum. Sit Maria sponsa Christi in carne sua virginitate seruata: sis autem tu pater Christi, cura castitatis, & honorificentia virginitatis, ut de virginē membris genitrix eius seculis Christianis nulla sit Zelotrypia. Et paulo post: Gaudete itaque Ioseph, nimiumque congaude virginitati Marie, qui solus meruisti virginale affectū possidere conjugij: quia per meritū virginitatis ita separatus es à concubitu uxoris, ut pater dicaris Salvatoris.

Rupertus quoq; Abba Tuitiensis super Matthēū capite 1. relatis Diui Hieronymi verbis contra Heliodorū, eius sententia amplectitur, & approbat. Sequitur hanc eandem Hugo de Sancto Victore, in Annotationibus super Epistolā ad Galatas, quæstione 5.

Demum Beda Venerabilis, quem de industria in ultimo loco reseruavi, in hanc sententiam & ipse accurrit, qui etiam super Marci caput 6. de fratribus Domini loquens, inter cetera ait: Fratres & sorores Domini Iudei secum esse restabantur. Qui tamē nō liberari Ioseph, aut Marię iuxta haereticos, putādi sunt: sed potius, iuxta more sacrae scripturae cognati ipsorum sunt intelligendi: quomodo Abraham, & Loth fratres appellantur, cūm esset Loth filius fratris Abraham. Cuiusmodi inuenies multa. Vides ergo, si quis dixerit hos Domini fratres, vel ex beato Ioseph natos, vel ex sancta orto Dei genitrice, nedum in honestam assertionē, sed etiam haereticam inuentiōnem esse. Quod si adhuc clarissimus, quos modo Iacobus, & ceteri fuerint Domini fratres, cognoscere desideras, & per quē sanguinis gradū, vel cognationis, siue affinitatis linea: legē Hugonis ipsum in predicto loco, qui abunde tibi in hoc satisfaciēt id ipsum ostendere satagens. Quod si forte nec quae ibi dicte tibi placuerint, nempe Cleophas post mortē Iochim accepisse Annam beatam Virginis matrē in uxorem, ex qua Mariam hanc Iacobi, & ceterorum fratrum matrē genuerit: quae admodū nec mihi placere potest tantū illam matronā post sterilitatem diuinā gratia solus tum impedimentum, & post dignissimā illius plantula futuram, nempe Reginā Angelorum, & Domina nostra ortū mortuo Iochim, vnu atq; alterū, ut vulgo dicunt, sibi maritos superinduxisse, et rursus coniugales amplexus adamasse: dicitio Cleophas, qui hanc Mariam Iacobi matrē genuit, fratre germanum sancti Ioseph fuisse, ut Theophilactus afferit, qui ex coniuge sua quæcunque ea fuerit, Mariā hanc genuerit, quæ postea Alphao nupta mater hora filiorū effecta sit: Cum ergo sanctissima Maria sponsa fuerit beati Ioseph, Cleophas glosfuit, illeq; ei leuir, atq; filia eius Maria, beatæ Virginis neptis: quæ eius soror more scripturarū, dicta fuerit: sicut Loth frater Abraham. Hincque factū, ut Iacobus minor, et reliqui eius fratres, fratres etiā Domini dicti fuerint. Et hoc modo si dixeris, in nullam incidet difficultate. Quod si nec hoc tibi placet, aliam tu excogita rationem meliorem, cuius ego libens acquiesced, modò ne dixeris sanctū & iustū virō Ioseph ad Deo custodiā castissimi templi eius, & Spiritus sancti tabernacula, hoc est, beatissima Deiparæ, electū, & iusta dignitate decoratū, ut pater filij sui in terris dici mereveretur alterius se vxoris osculis & amplexibus misericorde, ac suauissimā decorā pudicitia florē amississe. Non quod si hoc fecisset, aliquid insuffit eius, aut beatissimā Virginis, vel admirabilis filij eius sanctitati detrahatur, cūm honorabiles ubiq; predicentur nuptiae, & thorax immaculatus. Sed quia indecent quodammodo Dei filio videretur, si dum virginitatis gloriā, meritum ac priuilegiū in sua sanctissimāq; matris persona primum dedicabat, eandem minimē in patre quoq; suo putatino, tanquam nō suauiter omnia disponeret, cooptasset: Cum ille maximē ad noui testamenti gratiā, in qua bibitur vnu germinans, virginē pertinuisse videatur. Quod si dixeris: Et quid ad dicta sanctorum patrum contraria sententiā tenentium respondebis? Quid, inquis, respondebo: De duobus alterum: vel (quod tangere vnu est Beda) ab haereticis hæc in eorum voluminibus fuisse interierit, cuicūmodi plurima etiam alijs in rebus immista quandoq; cognoscere possumus: vel quæ ab eis dicta sunt, imprudentiusculè, ac minus accuratè (prout humana fragilitas servat), quod grauissimi etiam & eruditissimi viri quandoque dormient) fuisse enunciata. Nā

si maiori cum diligentia Euangelicos codices perpendissent, nequaquam Jacobum minorē fratre Domini, filium Ioseph, sed Alphæ, proculdubio afferuissent: sicut & Jacobum maiorem Lebedei filium, & Petrum Ionæ, vel Ioannī astruere compulsi sunt.

Habes ergo meam, bone Lector, hac de resententiā: quam & te quoque, si piues, si castitatis & sanctimonī amator, si beati Ioseph devotus filius existis, securum non ambigo. Plura autem, si Verona in Episcopatu meo suissem, super hoc forsitan colligesssem, ubi & librorum mihi copia suppedeat, & adjunt nonnullarum Epistolarū schēdæ ulro citroque missarum, dum recolenda memoria Joannes Coelius vir doctissimus, & de Christiana Republica optimè meritus, adhuc nobiscum in humanis ageret. Nam memini hac de re inter nos multa & dicta, & constituta fuisse. Hæc vero quæ per me tunc apud nobilissimum Poloniam Regem Pontificium Legatum agentem, & libris frēcarentem, arq; assidue huc illucque obequiantem, ac negotijs difficillimis implicatum quasi ex memoria dici potuerunt, tu & benigne suscipito, & æqui bonique consiljio.

V A L E .

S A N C T I P A T R I S N O S T R I I O A N N I S

Chrysostomi Archiepiscopi Constantinopolitani, in sanctissimā Dei genetricis Annunciationem oratio.



Vrus lætitie nuncij, rurus libertatis indicia, rursum reuocatio, rursum reditus, rursum gaudia, rursum à seruitute liberatio. Angelus cum virgine loquitur, quoniam serpens cum muliere locutus fuerat. Sexto, inquit, mense missus est Angelus Gabriel à Deo ad virginem desponsatam viro. Missus est Gabriel, vt totius mundi salutem nunciareret. Missus est Gabriel, vt scriptum reuocationis acutum alterret. Missus est Gabriel ad virginem, vt mulier dedecus in honorem conuenteret. Missus est Gabriel, vt pure sponso thalamum pararet. Missus est Gabriel, vt inter creaturam, & creatorem sponsalia celebraret. Missus est Gabriel ad animatum palatium Regis Angelorum. Missus est Gabriel ad virginem desponsatam quidē Ioseph, sed seruatam filio Dei. Missus est seruus incorporeus ad virginem immaculatam. Missus est à peccato integer ad corruptionis expertem. Missus est lucernæ splendor, qui iustitiae solem nunciat. Missus est nitor auroræ, qui diei lumen præcurreret. Missus est Gabriel, vt ostenderet eum, qui est in finu Patri, in matris etiam vlys gestari. Missus est Gabriel, vt indicaret qui est in folio, in spelunca etiam iacere. Missus est miles qui Imperatoris mysteriū promulgaret. Mysteriū quod fide cognoscitur, & curiositatē non inuenitur. Mysteriū adorandum non humana prudentia ponderandum. Mysteriū diuinis, non humanis rationibus explicandum. In mense sexto missus est Gabriel ad virginem. Quem sextum mensem dicit: Quem? Ex quo nimurum. Elisabeth bonum accepit nuncium. Ex quo Ioannem concepit. Vnde id planum fit? Ipse enim Angelus virginem alloquens sic interpretatur: Ecce Elisabeth, inquit, cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi quæ vocatur sterili. Mensis sexto scilicet conceptionis Ioannis. Oportebat enim, vt miles anteiret, contentanter erat, vt minister antecedenter: æquū erat, vt index Domini presentem significaret. Mensis sexto missus est Angelus ad virginem desponsatam, nō autē coniunctam. Desponsatā quidē, sed seruatā. Cur desponsatā? Ne celeriū latro mysteriū intelligeret. Nam per virginem quidē Regem esse venturi improbus non ignorabat, quippe qui Elia ipse quoq; verba illa audierat: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium. Itaque singulas virginē obseruabat, vt vbi mysteriū impleri animaduerteret, infamiam pararet. Idecirco Dominus per desponsatā venit. Quæ enim desponsata fuerat, deinceps manū sponsi tradenda erat. Mensis sexto missus est Gabriel ad virginem desponsatam viro cui nominat Ioseph. Audi quid de hoc viro, & de virginē dicat Propheta: Dabitur hic liber obsignatus viro: scientie literas. Id est, viro planè immaculato. A quo dabitur? A sacerdotibus, virisque. Cuinam viro Fabro Ioseph. * Hic Ioseph, fratres, clero prius iunctus matti monio suscepere liberos: post autem, uxore repudiata, in castitate vixit, & liberos in disciplina, & timore Domini educavit. Cum enim Paulus Apostolus ad Evangelium promulgatione proficeret, & vnu ex filiis eius reperiisset: Aliu inquit apostolorum, vidi nemine, nisi Jacobum fratrem Domini, nō ex Maria, sed ex Ioseph generū. Cum igitur sacerdotis casto Ioseph virginem despondisset, eam illi commendauerit, medij cōlūcimūs, nuptiarum tempus expectantes. Verum eam ipse suscipiens integrum erat conseruatus. Id quod multo ante Propheta pronunciārat, Dabitur, inquiens, liber obsignatus viro sci-

*Cautio hoc leges
nam Ioseph etiam
virginē fuisse cred
dimis quod super
rius evidenter simus

enti literas, hoc est, matrimonio coniuncto; & dicet: Non possum legere. Cur non potest legere Ioseph? Non possum, inquit, legere, quia liber est obligatus. Cui seruatur? Rerum omnium procreatori pro domicilio. Sed ad propositum reuertamur. Mensa sexto missus est Gabriel ad virginem. Qui profecto eiusmodi à Deo mandata accepit: Ades huc Angele, minister eius mysterij grauis & reconditi: miraculo inserui. Misericordia mea commotus, ad requirendum Adam qui aberrauit, descendere festino. Peccatum prostravit eum qui ad imaginem meam factus est: corruptis opus manuum mearum: infectus decus à me confectum. Lopus deuorat alumnorum meum. Exultat incola Paradyssi. Vitæ lignum à flammis gladio custoditur. Clausus est locus delitiarum. Errantis me miseret. Hostem capi volo. Placet, vt virtutes omnes quæ in celo sunt, mysterium hoc lateat, & tibi soli sit manifestum. Vade ergo ad Mariam virginem. Vade ad animatum ciuitatem, de qua loquitor Propheta: Gloriosa, inquiens, de te dicitur sicut cœtus Dei. Vade ad Paradysum meam ratione prædictam. Vade ad portam Oïstalem. Vade ad habitaculum verbo meo dignum. Vade ad alterum cœlum, quod est in terra. Abi ad nebulam leuem: & præsentia meæ illi nuncia integratam: Abi ad sanctuariū mihi paratum. Abi ad thalamum diuinæ humanitatis meæ. Abi ad purum cubiculum ortus mei secundum carnem. Loquere in auribus arcæ meæ ratione prædictæ, vt pareti mihi auditus ingressum. Cœte offendit, aut turbes animum virginis. Templum illud diuinum modeſtè adi. Prima tua vox illi gaudium afferat. Dic: Ave gratia plena: vt ego miserear afflictæ Euæ. Audiuisti hæc Angelus, & secum, vt par erat, hæc cogitabat: Noua res hæc est, cuius intelligentia nullis verbis explicari potest. Quem metuunt Cherubin, quem Seraphin intueri nō possunt, quem omnes virtutes Angelicæ comprehendere nequeunt, speciali quedam modo nunciatum cum puella virginis conuersatur, & propria eius persona præsentia significatur, imò vero ingressus per auditum ei promittitur. Qui Euam condemnauit, eius filiam glorificare tantoperè festina! At enim: Vt pareti mihi auditus ingressum. Nunquid potest virginis veterus eum capere, qui comprehendi non potest? Verè mysterium magnum & venerandum. Sic Angelo cogitanti: Quid, inquit Dominus, turbaris, ô Gabriel, nouitate rei? Nónne paulò ante missus es à me ad Zachariam sacerdotem? Nónne illi Ioannis ortum nunciasti? Nónne incredulò sacerdoti pœnam intulisti? Nónne senem taciturnitatē multastis? Nónne quæ tu pronunciasti, ego rata habui & comprobau? Nónne nuncium tuum res ipsa confecta est? Nónne sterili concepit, veterus paruit? sterilitatis morbus discessit? naturæ fugit inertia? Quid est quod ego ne possum efficiere? Cur igitur dubitas? Tunc Angelus: Naturæ, inquit, errores, Domine, corrigere, morborum nebulam dissoluere, membra mortua ad vitalem vim renovare, naturæ precipere, vt liberos gignat, à certis membris sterilitatem removere, senescētem stipulam ad viridem formam reducere, terram infecundam statim efficere manipulorū matrem solitum est tua virtus opus. Testis est Sara, tum Rebecca, post autem Anna, quæ cum grani sterilitatis morbo laborarent, abs te liberatae sunt. Virginem vero sine viri congressu parere superat naturæ leges, & præsentiam tuam in puella denunciat, vt quem cœli, terræj termini non capiunt, virginis veterus comprehendat. Quomodo, inquit, Dominus, me tabernaculum Abrahæ potuit continere? Quoniam, inquit Angelus, hospitalitatis pelagus habebat. Verum illic, ô Domine, te conspicuā Abrahæ præbūisti in ostio tabernaculi, & pertransiſti qui omnia cōplexi. Quomodo autem feret Maria diuinitatis ignem? Solium tuum ardet splendore illustratum, & virgo te ferre poterit, vt non comburatur? Si læſit, inquit Dominus, rubrum ignis in solitudine, tæder omnino Mariam quoque præsentia mea: sin ignis ille qui diuini ignis mei præsentiam significabat, rubrum potius irrigauit, quām combustit, quid de veritate dices, non in igne flamma, sed in pluia specie descenderit? Tunc Angelus Dei iussa faciens, virginem adiit, & clara voce: Ave, inquit, gratia plena: Dominus tecum. Non est amplius diabolus contra te. Vbi enim prius hostis illi vulnus infixit, illuc medicus adhibet medicamentum. Vnde mors ingressus principium habuit, inde vita sibi aditum patefacit. Per mulierem mala fluxerunt, per mulierem emanant bona. Ave gratia plena. Ne te pudeat quid mulier causa damnationis extiterit. Tu enim iudicis & redemptoris mater existes. Ave gratia plena, quæ mundi paries Saluatoris. Ave gratia plena genitrix vite, quæ mortem delibit. Ave animatum Dei templum. Ave cœli terræj pariter domicilium. Ave, naturæ illius quæ comprehendit non potest, amplissimum habitaculum. Per hanc adeſt, charifissimi, ægrotantibus medicus, in tenebris confidentibus illuxit iustitia sol, tempestate iactans factus anchora, portusque tutissimus: Deo inuisis, & inimicis reconciliatio, captiuis redemptio, in bello versantibus munificissimum propugnaculum: ille nimurum, qui est pax nostra. Qua quidé pace vitam detur nobis frui, per gratiam eiusdem Dei nostri Iesu Christi: Cui gloria & imperium cum Patre & sancto spiritu, in secula seculorum. A M E N.

SANCTI

S A N C T O R U M H I S T O R I A : P a r t . I . 257
S A N C T I A T H A N A S I I A R C H I E P I .

scopi Alexandrini sermo, in descriptionem sanctissimæ
Mariæ, & Beati Ioseph.
Apud Simeonem Metaphraſten.



V E M A D M O D V M qui terram effodiunt, aurum perscrutantes, cùm venam aliquam inuenient, auream arenam præ se ferentem, in eam incumbunt, & magis magisque terram effodiunt, quippe qui venam illam lucri ducent inuenient, quam prosequentes non prius ē loco illo discedunt, quām auri propositi latebram aſſectu fuerint: ita & nos, vt Ecclesiasticae negotiacionis operari, beatum Euangelistam Lucam in manu habentes, Dominici ex Mariæ virginis conceptione theſauri considerationem aggrefi, non prius ab huiusmodi perſcrutatione defuitimus, quām propositas diuitias ſyncrè colligamus. Quamobrem & ordine feruato, Euangelistam ita perſcrutabimur, vt nihil eorum quæ utilitatem aſſerre poſtunt, derelinquamus. Nam & fi verba ipſa non ſublimia ſint, nihilominus tamen magni gaudij mysterium in ſe continent. Nemo igitur propterea fegnem, ac negligenter ſe praefeat, quid quæ modò lecta ſunt de Iesu, parua quædam eſſe videantur, ſi audiuto ſolo percipiantur. Quantum enim ad geniti Domini potentiam pertinet, parua quidem ſunt, & valde humilia, quæ lecta modò audiuiſimus, vt faciæ, præſepe, ac locus, qui tantæ maieſtati videbatur minime cōuenire. Parua nimurum ſunt hæc, ſed myſtica & arcaña quædam eiusdem Domini ortus nobis proponit, vt Mariæ ventrem, cuius gratia verbis explicari non potest: ſinum, quem humana cogitatione comprehendere non valemus: mammas naturæ conſuetæ radicem non habentes: lac peregrino & nouo modo fluens: vbera longè à naturali conſuetudine ac legi aliena: Matrem Domini descriptam: Ioseph ſponsum Mariæ, communionem eius non re ſed nomine habentem. Auditris paulò ante Lucam Euangeliftam dicentem: In illis diebus exiit editum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuersus orbis. Hæc autem deſcriptio prima facta est à Praefide Syriæ Cyrino. Et ibant omnes, vt proſterentur ſinguli ſuam ciuitatem, Ascendit autem & Ioseph à Galilea de ciuitate Nazareth in Iudeam, in ciuitatem David, quæ vocatur Bethleem, eò quid̄ eſſet de domo & familia David, vt proſteretur cum Maria deſponsata ſibi vxore prægnante. Vides quām exiguis verbis, quām magna comprehendantur myſteria? Dominus conceptus erat in ventre virginis, & prima gentium Auguſti edicto inſtituebat deſcriptio. Qui omnem naturam apud ſe deſcriptam habet, quiq[ue] Discipulis ſuis ait: Gaudete & exultate, quoniam nomina veftra ſcripta ſunt in cœlo: ille ſuam ipſius matrem paruiſ quibusdam Romanis codicibus deſcribi voluit. Quis non loqueretur, quis non admirabitur dispensationem illam, qua Dominus ad nostram ſe demifit humilitatem? Qui in excelsis liber eſt, in terris deſcribitur. Illic Dei filius, hic ſeruus: Illic Rex, hic ſubditus: in cœlis diues, in terris pauper. In cœlis adoratur, in terris vextigial ab eo exiguitur ac ſoluitur. Illic diuino ſede in throno, hic in agresti, & rustica naſcitur spelunca. Illic in paterno eſt & incomprehensibili ſu, hic in paruo brutorum reclinatur præſepi. Quis non admiretur ſuperna & ſublimia illa, cum humilibus & paruiſ his collata? Involuitur facijs, qui ſoluit omnia. Nutritur is, qui nutrit vniuersos. Qui nullo loco potest comprehendendi, puer angulo comprehendit præſepi. Qui emittit fontes, mammam ſugit. Qui fert omnia, inexplicabili quodam modo ſerebatur. Qui nusquam non eſt, in exigua Iudaicæ regionis parte incircuſcribitur, circumſcribitur. O res admirabiles, & omnium hominum cogitationem ſuperantes. Elizabet in domo illuſtri Ioannem peperit: & virgo ipſa in parua spelunca Iesum parit. Ioannes in lecto, & Dominus in præſepi reclinatur. Sed non ſimpliſiter factum credant, vt gignetur Dominus Iesu, facijs inuolueretur, mammam ſugret, in præſepi reclinaretur. Non temere factum exiſtimemus, vt illa Cæſaris Auguſti deſcriptione numeraretur. Omnia hæc certa de cauſa, & ad finem aliquem facta ſunt diuina quidem dispensatione, ſed obſcura. Ex virgine gignitur, vt ex terra virgine formatum priuum illum humani generis parentem Adam reformaret. Facijs inuoluitur, vt peccatorum noſtrorum catenæ diſſolueret, vinculis ſcilicet foluens vincula: peccata enim vinculorum nomine appellantur, vt ait scriptura: Vnusquisque ſuorum peccatorum catenæ conſtriguntur. Suxit mammam, vt diuinum illud gratiae lac nobis ſcaturierit, quod ex proprio latere profudit: nihil enim aliud eſt lac niſi ſanguis, albus effectus. Reclinatur in præſepi, vt naturæ humanæ depravatam rationem corrigeret, & duorum animalium eſca fieret. Gentilis & Iudaici populi, de quibus ſcriptum eſt: In medio duorum animalium cognoveris. Auguſti Cæſaris deſcriptione ſuſcepit, vt orbis terrarum coſuſionē ordinaret. Hęc enim deſcriptio fuit ordinationis, quæ in orbe terrarum futura erat, pignus & imago quædam.

Y iii Quæd

Quod autem vera sint quae dicimus, paucis verbis explicabimus. Antequam Dominus homo fieret, multa humanum genus tyrannide premebatur, & orbis terrarum homines temere ac sine ratione vitam degebant, & regalis dignitas delouerat, cum multi & copiosi exemplò crearentur reges. Centum homines aliqui subiectos sibi habebat, & statim Regni nomen ac specimen sibi vendicabat. Talis erat gentium concertatio, suarum regionum principatus appetentium, neque ex proprijs locis excedentium, nisi forte aliquo modo in se vicissim arma fumerent. Cum eulmodi confusio diutius vigeret, & Dominus Iesus Christus solus ipse virginalem aulam in terris habitare contentus esset, statim multorum principatum extingueens, Romanæ gentis dominati constituit, vt sub uno principe ad militiam ecclesiasticam imitationem omnes viuerent. Sicut enim in celis sub uno Rege viueri continetur, demonibus ipsis, more Barbarorum, imperij iugum recusatibus, ita & in terris, etià multæ sunt gentes quæ subiecti noluerint, vnum tanen Romanorum imperium potestatem tenet, qui supernæ potestatis ope adiutuantur. Huius igitur ordinationis causa celestis ille Rex, cum adhuc in sanctissimæ virginis vero conceptus gestaretur, primam descriptionem orbis terrarum sub Augusto Cæsare fieri iussit, atq; sub illa imperij Romani descriptione seipsum quoque contineri voluit, vt legem illam diuina prouidentia latam confirmaret. Tunc enim Regis lex firmatur, cum Rex qui eam tulit, primus exequitur. Nam qui legem fert, & non obseruat, euerter potius est, quam legislator. Eius igitur, quam supra diximus, ordinationis gratia, sub Augusto Cæsare prima descriptio facta est, vt Iudaicæ gentis depravata consuetudo repremeretur, neq; liceret deinde inordinate viuentibus Iudeis sua depravata lege innocentes homines interficere, sed necesis sit iugo compresi alienis legibus seruirent. Necessaria igitur fuit sub Augusto descriptio. Illa Iudeorū gentē depresso, & Christianorum fidē amplificauit: cum Iudaica natio Romanorum imperantium timore non amplius audeat superiorem insaniā atq; immanitatem exercere. Quamobrem post descriptionem illam cū Dominum Iesum comprehendissent, & morti tradere fernerent, non auti sunt pro sua libidine ac temeritate, quemadmodū in alios Prophetas se geserāt, quibus iniulta cædem attulerāt. Dominū Iesum aggredi, sed ab Pilatum Romanorū loco præsidente adduxerunt, poenas ab illo exigentes. Quamobrem Pilatus præses, vt vidit Iudeos cædē Domini communiter flagitantes, dicebat illis: vt manifeste vos etiam ipsi cognovistis: Nihil dignū morte inuenio in hoc homine. O nefarios & iniquos Iudeos, cui tantoperè studetis Romanorum magistratum labefactare, iniusto iudicio iustum illū aggredientes, & dantes omnem operam, vt inoccensissimus, & ab omni labe purissimus tanquam nocens condemnatus de medio tollatur? Nihil, inquit, dignum morte inuenio in homine isto. Iure igitur Barabas condénetur, & Iesus absoluatur: cum ille seditionis sit & homicida: hic beneficis & vitae dator. An illi beneficia, tanquam criminis, exprobabit? In hanc sententiam Pilatus respondit. Sed quidnam Iudeorū natio? Illa quidem nihilominus sœuens, Pilatu ipsum, vt Augusti Cesaris inimicū, quippe quod Christo patrocinaretur, his verbis presentem insequebatur. Si hunc dimisisti, non es amicus Cæsaris: siquidem illi vitâ condonas, qui se Regem esse dicit, Hæc Iudei. At Pilatus neq; sic permisit Iudeos suo arbitratru quicquid vellere in Christū facere. Nam si per imperium Præsidis licuisset Iudaicæ genti facere quæ volebat, lapidibus Dominū Iesum obruiuissent, vel ferra lignea dissecuisserent. Quod si factum fuisset, nos Crucis beneficio defraudati, darmū passi fuissenuis. Crucis enim lignum, Romanī iudicij proprium est supplicium. Quamobrem Pilatus iterum eos interrogans aiebat: Quid vultis faciam ei, qui dicitur Christus? Illi verò clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Quibus statim Pilatus affensus est. Datum enim ei fuerat de super diuino nutu. Huius igitur recte ordinationis causa instituta est prima sub Augusto Cæsare descriptio. Nisi enim lex haec antea lata fuisset, Dominū Iesu Christi corpus integrū sepulturæ mandatum non esset. Nam Iudeorū natio nimio furore accensa, Dominicum corpus in igne, aut in mare deiecerunt. Nam si Hieremiam non sic iniurium in lacum coeni plenum coniecerunt, quid in Christi summopere sibi exosi corpus facturi fuissent, nisi Romanæ legis poenam timuerint? Quamobrem cum nulli Iudeorū Pilatus concessisset, vt Christi corpus de cruce deponeret, Ioseph ab Arimathia Pilati amicus accessit, & petiit corpus Iesu, quod & accepit, rem planè singularē atq; incōparabilē. Necessaria igitur, vt sepe diximus, descriptio fuit sub Augusto Cæsare, qua & sponsis virginis, vt paulò ante audiuitis, censu fuit: nam totus mundus descriptio illa recte ordinationis primordia tunc accepit. Sed prosequamur Euangelicæ historiæ narrationem. Ibat Ioseph cum virgine, partim adiutor, partim spectator eorum, quæ futura erant, non quia virginis adiutor opus esset, vel ei qui conceperat in utero virginis portabatur: ille enim est omnium adiutor, ad quem clamatris Prophetæ spectat oratio illa: Auxilium meū à Domino, qui fecit cælum & terram: sed quia eius dispensationis mysterio necessarius erat Ioseph, vt virgo quasi sub viro esse crederetur,

S A N C T O R U M H I S T O R I A: P a r t . I . 259
 & res ipsa lateret diabolum, ne scilicet scire posset quod futurū erat; id est, quemadmodum Deus ipse cum hominibus versari contentus esset. Sed quidnam Euangeliista Lucas ait? Fācūm est autem cū essent ibi, impletū sunt dies vt pareret, & peperit filium suum primogenitū, & pannis eum involuit, & reclinauit eum in præsepio, quia nō erat ei locus in diuenerio. O res admirabiles, & omniū cogitationē superātes. Papē quām paucis verbis quām magna continentur mysteria. Factum est, inquit, cū essent ibi, impletū sunt dies vt pareret. O res omniū admirabiles. Effectus temporum certum expectat tempus: qui certos temporibus praefigit terminos, præfinitim expedit diem, ne quis eius ortum specie quadam, non re vera fuisse suspicari possit. Operæ pretium autē est huiusc rei mysteria considerare, ac primum illud contemplum, quemadmodum parua illa domus, in qua virgo peperit, Ecclesiæ figuram continebat. Præsepe verò altaris, Ioseph sacerdotis per vices munus suū exercentis: Pastores diaconorum, Angeli sacerdotum, & Dominus Iesus Pontificis formam in se gererat. Thronus autem Dei per virginem Mariam figurabatur. Quamobrem supradicta omnia in virginis partu præmonstrata esse cernens, admirare cū audis Euangeliastam Lucam sic dicentem: Factum est in illis diebus, impletū sunt dies, vt pareret filium suum primogenitū, & involuit eum pannis, & reclinauit in præsepio. Vide admirabilem virginis partum. Illa ipsa quæ peperit, pannis involuit, & reclinauit in præsepio. Aliarum mulierum quæ in mundo sunt, vna parit, & alia in partu pannis involuit. At non ita virgo fecit, sed quæ peperit, illa eadem infantem pannis involuit. Quæ sine labore aliquo mater fuit, eadem & obstetricis munere functa est, cū nulla muliere didicisset. Non enim permisit quenquam impuris manibus attrahere partum ab omni labe purum. Illa per se eum qui ab ipsa, & pro ipsa genitus est, suscepit, pannis involuit, & in præsepio reclinauit, quoniam non erat eis locus in diuenerio. Iam vidisti amice, quemadmodum Ecclesia figuram præmonstrabat humile illud habitaculum, in quo virgo peperit. Quæ cū semel concepisset, ac peperisset, nunquam amplius genuit, neq; virum cognovit, quanvis aliqui delirantes, ed quod audiente Euangeliastam Lucam dicentem: Et peperit filium suum primogenitū: audeat dicere, virginē ipsam alteram conceptionem suscepisse, incorruptam atque ab omni labe puram virginem, corruptioni subiectam fuisse tenerè fastantes. Nunquam, inquit, diceretur primogenitus, nisi & alter partus fecutus fuisset. Non solum autem aduersarij sive temeritatis testem Lucam Euangeliastam proferre audent, sed Matthæum etiam eadem scribentem proferunt: quinetia manifestus hoc apud Matthæum Euangeliastam esse contendunt, cū his verbis in ipsis Evangelio scriptum legatur: Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Noli timere accipere Mariam conjugem tuam, quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Et post pauca: Exurgens autē Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, & accipit conjugem suā, & non cognoscerebat eam, donec peperit filium suum primogenitū. Ex his verbis similiter aduersarij conantur probare, Mariam alios filios concepisse.

Sed caue hoc suspicere: absurdā enim omnino res est. Nam virginale illud clausū, in quo diuinus thesaurus depositus fuit, omni ex parte purum atque impollutū permanuit. Non coinquatum fuit secundum illud cælum: neq; cōmaculatum, & tanquam inutile factum est vas Mariæ Dei capax effectum. Dominus autē primogenitus Mariæ verè dictus est, non quia & alter ab eadem natus sit, sed quoniam primogenitus, hoc est singularis, atq; incomparabilis genius fuerit. Beatus item Paulus, liceret de Domini ex parte, qui est sine principio, scribens origine, dicat illum primogenitum omnis cœraturæ, non propterea & naturalem aliquem fratrem ei fuisse innuit: neq; enim cū eundem appellat primogenitum mortuorum, iam similem aliquem introduxit infernum conculcante. Quamobrem hæc scripturæ verba prudenter intelligas, & piè credas. Dominus propterea vocatur primogenitus à mortuis, à patre, & à virginine, vt ex omnibus his notior fieret singularis eius dignitas, qua filius Dei est. Incomparabilis enim fuit Domini origo. Cuius enim mater ipsa virgo est, eius origo qua ratione poterit explicari? Quod autē dicit beatus Matthæus: Non cognoscerebat eam, donec peperit filium suum primogenitū: non in eam sententiā accipiendū est, in quam isti præcepiunt. Verè nō cognoscerebat illā Ioseph, donec peperit filium suum primogenitū, quamdiu scilicet virgo ipsa, quæ conceperat, ferebat in ventre. Namq; Ioseph quid in ea lateret, ignorabat, & quale quantum illud esset, & quem ad finēs spectaret, non antea perspectū habuit, q̄ virgo peperit. Tunc enim quia est eius virtus, ac dignitas diuinitatis ei collata, manifeste cognovit. Tūc vidit mammā infantia virgine datā, cuius virginalis flos intactus permanerat. Tūc vidit virginē peperisse quidē, sed nihil corū sensisse quæ parturientes pati solet. Tūc cognovit petrā illā ē montis vertice abscissam, & mammā sugenda dedisse petrē illi spiritali, quæ mentis lumine comprehenditur. Tunc cognovit Ioseph clarissimi præconij Prophetā Elaiā de virgine illa hoc scripsisse: Ecce virgo concipiet, Propterea igitur primogenitus dicitur Iesus, quod singulari-

& incomparabili modo genus sit. Nam si verum dicere volumus, Dominus ipse vnigenitus verè est ex Patre, Solus enim ex solo fine principio genus est. Idem Dominus & vnigenitus, & primogenitus: vnigenitus ex Patre, vnigenitus ex Matre, propter dispensationis terminum. Habet ille quidem multos fratres non natura, sed gratia, & in virgine, & in patre. Et in resurrectione habet fratres Dominus Iesus. Sed quinam sunt isti? Ante omnes fuerunt sancti Apostoli, quibus dixit Dominus: Vado ad patrem meum, & patrem vestrum. Ipsi patri filii cum filio, & sancto ac viuificante spiritu sit gloria in æterna secula. Amen.

AMPHILOCHII EPISCOPI ICONII

Homilia in Purificationem Dei genitricis Mariæ, in Annam
Prophetissam, & Simeonem.

Apud Simeonem Metaphraster.

*Vide virginitatem
et commendationem
elegiam.*



NVL TI quidem non vulgare, sed viri summi atque præstantes, virginitatem admiratione magna prosequuntur, idq; non immerito faciunt, cum verè sit admirabilis, vt Angelorum naturæ cognata, & eundem cursum sibi proponens, quem & naturæ illæ incorporeæ propositum habent, vt Ecclesiæ sanctæ lampadem geltant, vt mundi superans, vt affectus & perturbationes carnis conculcans, vt appetitus refrenans, vt cum Eua non cōmunicans, vt à dolore, ac tristitia liberata, vt calitatis adhaerens, vt à gemibus redempta, quippe quæ condemnationis sententiam non admisit, quæ ait: In dolore paries filios: & conuersio tua ad virū: & sub viri potestate eris. Verè igitur virginitatis ipsa est admirabilis, vt possessio quædam à seruitute libera, vt gerimen nunquam exarcens, sed semper vires ac florens, vt vita institutio insignis, vt exercitationis, & vita laudabilis ornementum, vt humano habitu superior, vt corporeis affectibus pura, vt denique vñà cum sponso Christo in thalamum Regni coelestis ingrediens. Virginitatis igitur multiplex gloria, talis tantaq; est, cui hæc & his similia conuenient. At nuptia & honoratæ etiam sunt, & quois terrestri dono superiores, secundæ arboris similitudinem præ se ferentes. Est enim coniugiū ipsum tanquam planta quædā pulcherrima, ex qua virginitas ipsa nascitur, & rationalia, animataq; germina producuntur. Est, inquā, coniugiū ipsum beneficium illa qua mundus crevit, & generis instauratio facta est: per ipsum enim natura-humana reparata fuit: quam cùm Dominus suscepisset, diuinam imaginem renouauit. Tale deniq; coniugiū est, vt vniuersum genus humanum contineat, & cum illo versetur, ita vt liberè possit dicere: Ecce ego & pueri, quos dedit mihi Deus. Cùm ergo tam eximiū sit coniugiū, quid virginitas erit coniugij flos? Non enim ex alia re, quām ex coniugio virginitas gignitur. Hæc aut cùm dicimus, inter virginitatem & nuptias contentione aut pugnam non introducimus, sed vtriusq; bona, vt par est, admiratur: quandoquid tam coniugiū virginitatis curā habet Dominus ipse, qui non alterum alteri, tanquam in trutina, opponit, sed facit, vt in vtriaq; parte Dei timor adlit. Nam si pietas absit, & Dei timor, neque virginitas ipsa veneranda, nec nuptia sunt honoratæ. Hæc antequam Euangelica lectionis explanationē aggrediamur, dixisse volui, propter id quod in lege quidem scriptū, sed gratia tempore confirmati est: ab vniuersis expectatum, sed in solo Domino completum est: Dico primogenitum fructum illum Mariæ virginis. Auditum enim Evangelistam paulò ante dicentem: Postquam consummati sunt dies octo, vt circuncideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo, prius quām in utero conciperetur. Et postquam impleti sunt dies purgationis eius, tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterenteum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adperiens vulnam, sanctum Domino vocabitur. Auditum coniugiū benedictionem: Id communiter quidem dictum est de omnibus, sed in solo Domino perfectum. Quod enim scriptum est: Adiuva fratres, sed ne te vulnus sanctum Domino vocabitur: ad solum

Pece quoniammodo
enigenitatis deus
luis nulla praetexta
viri cognitione in
virgine matre ac
sine virginitatis illius
corruptionem,
ex adem ortus est
contra veteres et
recetes haereticos,
ptura dicit: Omne maiorum accepimus vultum, laetare Domini.
Dominum Iesum referatur, non ad alium quempiam, licet communiter dictum sit. Talis enim
est iustificansque virginis natura, ut primum viri congressu aperiatur vulva ipsa, deinde pa-
riat. Sed in saluatoris nostri ortu non ita factum. Nam nulla praetexta a viri cognitione in
virgine matre ipse sine virginitatis illius corruptione ortus est. Itaque dictum illud: Omne
malculinum adaperiens vulnam, sanctum Domino vocabitur, vere ac propriè ad Dominum
Iesum referebatur. Nunquid Cain sanctus fuit, quoniam omnium primus ex materno vtero
editus est? Num, inquam, propterea sanctus vocabitur, qui nefariè vitam terminauit? Num Iesu
vir bellicosus, & gladij haeres propterea sanctus dicetur, quia prior natus est, quam Jacob?

An Ruben sanctus, quia primus ex vtero matris editus est, quippe qui patris cubile commis-
culauit? Nemo istorum sanctus fuit. Omnes rei isti extiterunt. Ex his igitur manifestum est
scripturae dictum illud: Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur,
propriè ac verè ad solum Dominum Iesum spectat. Idq; confirmatur illo Gabrielis ad vir-
ginem testimonio: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibis
ideoq; quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Sunt aut̄ qui nostris dictis aduersan-
tes hac nobis obiiciunt. Si scripturæ locus ille, Omne masculinum adaperiens vulvam, san-
ctum Domino vocabitur, ad Iesum solum refertur, nō igitur virgo ipsa remansit virgo, cūm
scriptura dicat: Omne masculinum adaperiens vulvam. Animaduerte, & prudenter intellige
quicunque de virginis illa natura verba facis, quid scilicet nullo modo virginalis illa porta
patefacta sit, eius prouidentia & voluntate, qui antea in ipsa conceptus est. Hoc enim futurū
prædictum Spiritus sanctus, cūm per Prophetam dixit: Hæc porta clausa erit, & non aperietur,
& vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israël ingredietur, & egredietur per
eam, & porta ipsa erit clausa. Quantum igitur pertinet ad virginalem natum, virginis 4 C.
claustra nullo modo aperta sunt: quid vero pertinet ad potentiam geniti Domini, nihil clau-
sum, omnia aperta, nihil quod impedimentum afferre poterit, cūm omnia Domino ipsi sint
referata. Quamobrem & superiores potentias clamantes dicebant inferioribus: Tollite por-
ta principes vestras, & introibit Rex gloriae.

4 Clauſtro ſacraſ
au- eiiſimae viginis
ſint naſcente Domiño,
or- nullo modo ſunq;
a perlae

tas principes velitas, & introibit Rex gloria.

Admirabilis certe virginitas ipsa est, sed quae vera virginitas dici possit: nam & in virginibus discrimerent, cum aliæ dormient, aliæ vigilantes sint. Admirabile coniugium, sed quod verè coniugium est: multi enim coniugi legem seruârunt, multi eam violantes transgressi sunt. Admirabilis est & viduitas ipsa (quandoquidem omnes tres istos ordines decet commemorari) admirabilis, inquam, est & viduitas ipsa in castitatis certamine fe' vetricem ostendens: cuiusmodi fuit Anna illa, de qua paulò ante Lucā Euangelistam narrantem auditivis. Ea enim cùm bene ac laudabiliter confervisset, renouauit vt aquila iuuentum suum. Hac autem ipse Lucas: Et erat Anna Prophetissa filia Phanuel de tribu Aser. Hæc processerat in diebus multis: & vixerat cum viro suo annos septē à virginitate sua: & hæc vidua vsq; ad annos octogintaquatuo, quæ non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruens nocte ac die. Audisti quibus landibus in sacris Euangeliis ornata sit Anna vidua sancta? Verè fidelis fuit Anna illa, morū probitate, vt nomine ipso gloriosa. Audiāt mulieres, & egregiam Anna vitam imitentur. Similē cursum & ipse teneant, vt pares coronas consequātur. Nulla sibi proponat viduitatis defensionem, ne monogamię continentiam amittat. Certe viduarum corona fuit Anna, sexu mulier, ordine ac dignitate Prophetissa (vt est in Evangelio) in viduitate vitam degens, & in templo versans, corpore quidem imbecillis, & propter senectutem infirma, sed animo fortis ac robusta: corrugata facie, sed prudentia vigens ac florens: senectute incurvata, sed concilio & sententia rectè incendens, multorum annorū numero senior iam facta, sed Dei cognitione præcellens, ieiuniis non saturati studens, Deū precans, non inter os̄cantes vitam degens, in templo perseverans, non alienas domos obiens, platos canens, non rugis vacans, prophetiq; intenta, non fabulis, aut nugacitati, diuina meditās, in honesta reiciens. Tot tantaque fuerunt Annae virtutes, vt illam etiam superarit, quam Apostolus Paulus beatam prædicat, hæc sc̄ribens: Vidua delegatur non minus sexaginta annorum, si filios educavit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem parentibus subministravit, si omne opus bonum subsecuta est. An non hanc ab Apostolo predicatam viduam superavit Anna, & annorum numero, & vita, ac moribus? Quæ enim prophetæ dono digna, & sancti Spiritus capax effecta est, Deiq; in carne humana præsentiam omnibus qui eam expectabant minciuit, atq; ostendit, quomodo nō illa omnes alias viduas superauerit, cùm Euāgelium, sicut paulò ante audiūtis, de ipa dicat: Et hæc illa ipsa hora superueniens, confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redēptionem in Israēl. Videſne quanta fuerit Annae præstantia? Pro Domino testimonium proferebat, & Dñi sp̄itu afflata, quæ ipsius erant, prærente illo ipso Domino, loquebatur. O res admirabiles. Erat mulier illa vidua, & ea reuelabat, quæ fæcēt, quæ sacerdotes quidem & Scribas merore afficiebant, sed populum ipsum recreabant, cùm ex Domini præsenti futuram in Israēl redēptionem nunciaret. Videbat Anna infanten Dominum dona pro seipso in templo tunc offerentem, neque tamen propter ea essensa est, neque quid videret Dominum in ætate puerili: sed confusa est infansen illum esse Deum, medicum, redemptorem, forte ac validum peccatorum destructorem. Noli, quæſo, Anna verba simpliciter præterire, quæ omnibus qui præsentes erant, Domini Iesu Christi futurum opus prænunciabat. Videſne, inquit, puerum hunc mammam sugentem, in materno ſuū quiescentem, nondum pedibus velfigia ſupin terram figere valentem? Videſne puerum istum, qui octauo die circunciditur? Hic fundauit ſecula, hic cœlos in orbena

circunduxit, hic terram dilatauit, hic mare ipsum arena, tanquam vallo quodam, circundedit. Puer iste educit ventos de thesauris suis. Idem & Noë temporibus cataractas cœlorum aperebant, diluuium in omnem orbem terrarum imminisit. Hic pluianam arque imbræ componit. Iste puer nūrem, vt lanam spargit. Iste Mosaica illa virga patres nostros de terra Ägypti liberavit. Iste mare rubrum dislocuit, & tanquam per campum aliquem fecit illos tranire puluerulento pede, qui spem suam in eo collocauerant. Hic & manna, vt imbræ quodam, demisit. Iste patribus nostris terram melle ac lacte fluentem forte distribuit. Iste templum hoc per Salomonem construi, atque in sublime erigi fecit. Iste iurans dixit Abraham: Multiplicans multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli, & sicut arenam qua est in littore maris. De hoc puer propheticus chorus consolationem afferens dicebat: Excita potentiam tuam, & veni, vt saluos facias nos. Non igitur offendatis in eo quod puer sit: idem enim & puer est, & cum patre coeterum. Idem sub tempore numeratur, & genealogiam non habet. Idem puer est balbutiens, & hominibus os & sapientiam largitur, partim ut ex virgine homo factus, partim ut naturam habens quæ comprehendendi non posse. Nam & hoc expresit Esaias, cum dixit: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis: partim enim genitus, partim datus est. Quod ad humanam naturam pertinet, genitus: quod ad diuinam datus est. Hec in illa vidua Annæ prophætia continebantur. Hæc à muliere & vidua illa egregia clara voce prænunciata sunt. Quæ verè fuit vidua, quæ bene vitæ statum permuteauit, quæ virum quidem, cum quo fuerat coniugata, diem suum obeuntem amisit, sed Deum ipsum suscepit. Septem annos cum viro suo vixit à virginitate sua. Annorum hebdomadam complens, & anno septimo à viri consueudine requiescens, bene sabbatismo functa est, benè amplexa est Dominicæ diei gratiam. Turturis morem Anna seruauit, Non oblitæ est coniugis sui, non admisit in cubile virum aliquem, à quo eius castitas violari posset. Nam & in lecto ipso priorem virum, quamvis mortuum, memoria rerinebat. Non commaculauit sydonem, in qua cum primo illo viro copulata fuerat. Verè reprehensione dignæ sunt, quæ virorum, quibus autore Deo coniugata sunt, memoriam cum eorum sepulchrals obruunt, præsertim filio aut filiis ex coniugio suscepitis, cuius rei causa coniubium concessum est. Nam si iuniori vidua non sit proles, reprehendenda non est, si filiorum desiderio impulsu veniat ad alterum coniugium, quoniam & beatus Paulus hoc admonens dicebat: Volo iuniores viduas nubere, filios procreare, matres familiæ esse. Itaque præcreandorum filiorum causa secundum coniubium additum est. Cum verò sit proles iuniori viduæ, superuacaneum videtur semen spargere, cum scilicet aristæ florent.

Sed quidnam deinceps narrat Euangelista? Operæ pretium est enim totam seriem tractare. Auditi pùlò ante Lucam Euangelistam narrantem, quemadmodum Simeon dixerit virgini: Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicetur: & tuā ipsius anima pertransibit gladius. Quæsio, quidnam hoc est: Tuam ipsius animam pertransibit gladius? Intellige prudenter quod dixit Simeon virgini: Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicetur. Diceret virgo vt mater Domini: Quidnam hoc est, quod ait Simeon? Cur tristitia quædam aduersus Christum denuncias? Ignoras qua ratione hic puer conceptus fuerit, & propterea tanquam alieuius communis hominis signo contradicendum significas. Nulla in hoc ipso ruina, sed exaltatio multa inuenietur, qui ad alios extollendos se dimisit. Cur igitur non ei benedicis, sed ait: Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicetur? Hæc dicere poterat virgo, cui responderet Simeon: Sat is tibi virgo, matre omnium. Creatoris dici: sat is nutritum esse illius qui nutrit orbem terrarum, & mundum sustentat. Saris est, quod eum feras, qui portat virtutera. Qui nunc in te habitauit Christus, & nunc in manibus meis tenetur, hic ipse suggestus mihi quæ de ipso loquar: quod scilicet hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum in Israël. In ruinam scilicet non credentium Iudeorum, & resurrectionem Gentium quæ creditura sunt. Signum autem cui contradicetur, Crucem appellauit. Quandoquidem multi ex infidelium numero contradictionis verba Crucis Domini, in tulerunt, verbis ac factis Iesum impugnantes, arundine caput ipsius persecutientes, ac etiam dantes illi bibere, vel pro cibo afferentes, corona spinis contexta eius caput induentes, sceleratis manibus alapas infligentes, lancea latus aperientes, contumeliosa illa verba magnis clamoribus obiicientes. Alios saluos fecit, seipsum no potest salu facere. Totu hoc interpretatus est Simeon, cum dixit: Et erit in signum cui contradicetur. Multi illo ipso tépore contradicuerunt, quo Petrus negauit, & omnes Apostoli, vt oves sine pastore, dispersi sunt. In eodem illo crucis signo ipsius etiam virginis cor dolore sive repletum, ita vt vitam ipsam acerbam sibi esse existimatuerit, ed quod dñe illi viderit, & crucifixi filio intestino dolore affecta fuerit. Huiusmodi multas Virginis cogitationes, gladiū Simeon appellauit, quippe quod intimum

intimum cor pupigerit, & scandalis intulerint, sicut Dominus noster predixerat: Omnes in me scandalum patienti in nocte ista. Quamobrem & Simeon hoc futurum previdit, & dixit: Tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Vidéne quemadmodum infinitas illas cogitationes gladium appellauit, vt intimas cordis partes, & renes, ac medullas ferientes? In huiusmodi cogitationes incidit virgo ipsa, clivis verisimilis, ejusq; secundum resurrectionis potentiam cognouisset, quod scilicet proxima esset Christi resurrectio. Ignorabat enim tantam esse Christi virtutem, vt mortem quidem ipsam gustatus esset, sed ab illa decuorari non posset. Itaque post resurrectionem non amplius gladius anceps, sed hilaritas, & exultatio consecuta est. Signum igitur cui contradicetur, Crucis signum Simeon appellauit, cuius causa gladius variarum cogitationum anima virginis penetrauit. Licit etiā alia quædam de hoc signo dicere: si Dominum hæc in Euangeliō dicetem attendamus: Generatio hæc prava est, signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Iona prophæta. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit & filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Vides quemadmodum Crucis signum non solum in nouo, sed etiam in veteri testamento nominatum sit? Multum enim vetus testamentum conuenit cum novo, quoniam vnu & idem est Deus, qui & veterem legem tulit, & novam sanctiuit. Huius rei testis est Dominus ipse, quem audi in propheta Ezechiele dicentem ad Angelos, & vniuersalem consummationem significantem: Ne pareat oculus vester, neque misereatur senis, vel adolescentis, non virginis, aut pueri, & mulieres interficie vsque ad intercessionem. Eos verò qui tulerint in frontibus suis signum Tau, ne terigeritis. Vidēne signum veteris, & noui testamenti? Quod signum nihil aliud est, quam crux ipsa, quæ mundo salutem dedit per Iesum Christum Dominum nostrum: Cui sit gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.

Habetur in eius martyrologiis
xxvij. Cal. Sept.

DORMITIO SANCTISSIMÆ DEI

Genitricis Mariæ, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

Die xv. Augusti. Dormitio ¹ sanctæ Dei genitricis & perpetuae virginis Mariæ. Cuius sacramentum corpus eti non inuenitur super terram, tamen pia mater Ecclesia venerabilem eius memoriam sic ² festam agit, vt pro conditione carnis eam migrasse non dubitet. Quo autem illud venerabile spiritus sancti templum iudicio & consilio occultatum sit, plus elegit sobrietas Ecclesiæ cum pietate nescire, quam aliquid friuolum & apocryphum inde tenendo docere.

¹ Si dormitio appellatur s. Dei genitricis; cur Hierarchici volunt sanctos potius emortuos dicere, quam dormientes?

² Ecce quomodo sancta mater Ecclæ eiusdem festum celebrat migratio[nis] B. Virginis.

SANCTI PATRIS NOSTRI ANDREÆ

Cretensis Archiepiscopi Hierosolymitani encosmum, de Dormitione sanctissimæ Deiparæ.

Apud Simeonem Metaphraten.

YESTERIUM ¹ est festum præfens, cuius argumentum est Deiparae dormitio, orationis facultatem superans; mysterium (inquam) quod non apud multos quidem iam celebrabatur, apud omnes aut nūc honoratur, & amatatur. Et hoc est nostru festu, mysterij declaratio, seu explicatio. In qua re nos vellemus quidem silentium præferre orationi, cogimus tamen a desiderio: quibus parum quid dicere conceditur, quanuis confidere nō possimus, & non strâ imbecillitatē nō ignorerns. Non igitur cōmittendū est, que minus longi silentij secretū cōpenemus. Celebrandumq; est donū, & nō obruendum obliuione: nō quod recenter sit inventum, sed quod sit suo decori restitutū. Non enim quoniā à nōnullis qui nos præcesserunt, nō fuit cognitū, iam etiā est tacendū: sed quod non omnino effugit, id est sancti prædicandum.

Sit ergo hodie vnum commune festum cœlestium & terrestriū: & cū Angelis collætentur homines. Omnisq; lingua choros ducat, & Deiparae occinat Ave. Hoc Gabriel prius sumpsit exordium mysterij, quando id quod est totius Theologiaz clarissimum, diuina Iesu secundum nos formatio, ineffabili consilio & dispensatione, noua quadam & præclarâ ratione effingebatur in virginal naturæ officina. Et nos quoque rufus oportet hoc tanquam compatum ad ageendas gratias offerre Reginae generis. Illi enim etiam post excessum conuenti dīcere illud *χαίρε*. Sola euim nobis introducto gaudio, expulit dolorem primæ parentis. Tubis ergo canamus in Sion. Accipiamus. Psalterium, & citharam. Canamus matri Dei nostrâ

¹ Festum dormitio Virginis.

nostris canamus non epit halarium, sed funebre canticum. Rogauerit autem meritò quispia eorum qui diligenter considerant: Quānam de causa Sion fecisti mentionē: ò qui canis hymnum sacrae præfentis latitudinē? Sed non ab instituto hoc est alienum ei ego dixerim, si memini sanctissimam Sion. In ea enim peractum hoc est magnum Deiparae mysterium. In ea saecorum castissimi corporis genuum inflectiones, tanquam clara voce testantur tabulae, quae sunt humi confractae. Toto enim tempore incolatus in ea est versata. Et illic naturae seruiens legibus, vitæ finem accepit. His quoque latuis principem tenebrarum, quomodo in pariendo ea effigit quæ accidunt matribus, illa sanctissima & à Deo vocata, quæ gloria & gratia cœlum & terram impleuit magnitudine diuinæ sua translationis. Cuius si omnia vellem d'inceps persequi, quomodo excederet, aut concepta, vel nata sit: non inuenierim quod respondet orationi: aut dicendi facultatem, quæ factis exæquatur: nisi quid præclaras eius omnia quæ narrantur, pollunt summatim iacentiferi. Dico autem generis claritatem: parentum utrinque insignem nobilitatem, qui hinc Sacerdotalem, illinc regiam nacti erant dignitatem: liberorum egelatatem & sterilitatem: pro ea frequentes interpellationes, & crebra sacrificia: in quibus Deum rogabant, orabant, supplicabant ut vincula solueret sterilitatis, & vt qui carebant liberis, fecundi fierent ex sterilibus, & ex infertilitate datum fructum producere. Deinde amitionem sterilitatis, implementum promissionis, & paulo antè ea quæ visa sunt in somnis: & quæ re vera audierunt, & quæcumque ambo communiter & priuatim, visione præstantioribus diuinis exauditis vocibus, diuina illuminatione sancti accepere responsa. Deinde ad generandum aptitudinem, & ad eam progressionem: facias: aduentum ad Dei templum: quomodo sit pulchrum munus Deo dedicatum: quomodo in adytis, tanquam in aurea vecta thalamis, immortalem, non autem communem cibum sumebat. Deinceps vero educationem: & quomodo crescent, à puerili ætate peruerenter ad adolescentiam, & quæcumque declarant perfectam illam conditionem, quibus, vt par est, pubescens, augebatu cōuenienteris quæ sunt supra naturam. Mitto dicere occulta plus quām ignotæ conceptionis mysteria, & supra modum admirabilem, & ineffabile partum Iesu aperitionis: vt verbi causa quid ea non fuerit corrupta: quid sine dolore, & obſtricice perpererit: quid ea fuerit sine macula: quid inuolatim fuerit claustrum virginis: quid nouo & admirabil modo lac produxit: quid ex lege fuerit purgata, & quæ in templo fuere prophetias, quibus à propheta, qui legem & Deum fuscipiebat, Simeone prædicta sunt futura. Deinde rursus persecutions: fugam in Aegyptum: ex Aegypto reuererem: quemadmodum circumierit, & in terra morata sit: quæ ante crucem probra subierit: quos iuxta crux passa fuerit dolores: quos post crucem terrores: & postrem quæcumq; ab ea in vita & facta & dicta sunt. Quæ cùm esset immaculata & impolluta, & supra modum plena purissime castitatis, eum quæ totus mūdus neq; capere, neq; verbis explicare poterat, cōseruauit perpetuò arcu & ineffabili, tanquam Regis mysterium, quæ ex eo exprimitur, iis solis vota faciens, qui diuina diuinæ conferre didicerunt. Quibus maximè purgatis ea quæ est apud Deum, appropinquatione, per loquendi egestatem, & ignoratione eo modo qui omne superat silentium intelligentè cutè aperiens sanctissima ostendit aliquā partē occulti, qui intus latet mystici splendoris. Vt in aut nobis quoq; qui sumus præsente splendore illuminati, liceat longe clarissima dignitatis effusione luminis purè videre, aut modicè accipere radiū mystica contemplationis, & ita imbuī, si non in iis quæ ad planè inexplicabile illa vitam pertinent (sicut enim ignota) at vt doceamus saltē quoad eius fieri potest, ea quæ hodierno die dicenda fuscipimus. Adeste ergo, ò verbi chari mystæ, & rerū honestarii amatores, & spectatores. Vos enim voco magno & alto preconio, vt orationis aperta contemplatione, quæ est velis adhuc teatæ symbolis, vobis ostendamus eū qui est intus, decorè, qui Solis superat splendorē pulchritudine nitoris. Postquam aut ad hunc locū peruenit oratio, non alienum arbitror nonnullos ex iis qui hic sunt, præmunire, ne fortè illotis, vt dicitur, aut immundis pedibus sancta aedant. Nō enim ex æquo ab omnibus ingrediendus sanctorum locus: sed ab iis qui propter mentis puritatem transcenderunt omnia materialia, & transflerunt omnia, quæ cadit sub sensu, quibus maximè sanctissimum Dei verbi tabernaculū parans, ingressum concedit liberaliter. Si enim iis qui ad Sina montē indignè progrederetur audacter contendebant, imminebant fulgura, & tonitrua, & terrores, & sonitus tubarum, & minè horribiles: Si autem templi quoque parietes non erat tutum vulgo tangere, & ideo secundis extrinsecus opus erat parietibus: magna quæ res erat ante sanctorum contactum prius expiari, & ante sacra quæ peragebanter, preparari, idque cum adhuc Deum colebant in umbra, & à velis dependebant typicis: quantò magis oportet eos qui veritatis lucem habent resonantem studium adhibere, vt ad hoc magnificum & longe maximum Dei gratiarum tabernaculū accedant diligenter? In quod cum ineffabili quodā, & qui nec cognosci potest, & intelligentiam omnē superat, modo se demississet ad exinaniedū,

in terris est versatus: & quæ nusquam capi potest, nullis compressus angustiis habitavit in utero virginis, quæ vniuersalim quæ est in generatione, naturā superauit puritate, & hinc tanquam ex lacris quibusdam adytis, suæ carnis peregit mysterium. Quis autē? Is qui nullo indiget, & sibi attribuit omnes fines humanos. In hoc à Deo formato tabernaculo vniuersa lex, & Prophetæ re ipsa sunt adimpleri: & in eo adumbrata typicorum characterū formæ fuere deletæ, speculis veritate dissolutis. His autem ad orationem satis iam præparatis, age typodimissio ad ipsam accurramus veritatem, vel in ipsa potius adytā ingrediamur. Quousq; enim in verbi immorabitur vestimenta, eam quæ est ante ingressum admirantes pulchritudinem, cùm liceat ingredi vnā cum matre Verbi, & velo discilio introspicere sancta sanctorum, & imitari in iis quæ sunt maiora & perfectiora? Si enim sunt talia sanctorum vestibula, & tēpli porticus excellunt pulchritudine mentis oculos perstringentes, qualis fuerit locus adytorum? Et corum quæ non licet aspicer, & ad quæ non datur adytus, intima: quæ solis illis oculis & labris aspici & dici possunt, qui gloriam Domini contemplantur euidentissimè, & quæ carbōne calculi Seraphici sunt expurgata, & ad summam peruerentur impatibilitatem? Si mihi ergo rectè vobis confidenti credatis, iubentes quidem valere carnis perturbationes, cùm & materialem omnem amicitiam, & quæ est infernæ, commixtionem expurgaueritis, & deinde eius quæ ex alto procedit, diuinæ illuminationis luce vos circūde deritis, accurritis simul ad Deiparam. Iam enim illustratos, & actione, orationeque, & virtutum pulchritudine omni ex parte resurgentis, Christus ipse, qui est purum mysterium, lux semper viua, ex Sole, hoc est, patre sine principio, & absq; egressione, tanquam ex luce radius, resurgentis, volet nos simul congregatos mystico coniuicio accipere.

Hoc autem aperte ostendit, ex eo quod suam matrem semper virginem: ex cuius utero suprà quām verbis dici posset, cùm esset Deus, formatus est (quod ad nostram conditionem pertinet) hodie è terra locis, vt humanæ naturæ Reginam transtulit, non prædicabile quidē, sed non omnino incommunicabile relinquentis vim mysterij. Neq; enim præter terminos, qui nobis desuper fixi sunt, neque noua præter naturam lege deducta est: ad generacionem, aut vixit, quatenus versata est nobiscum sanctissima in iis locis quæ sunt supra terram. Etia si in hoc quoq; sicut in aliis, habuerit rationem valde admirabilem: vt quæ nobis præstatiū vixerit, & conceperit, & tandem hinc excesserit, & re vera omnes superauerit, qui sunt in generatione, naturæ magnitudine. Sed iam abeamus, eo modo qui tempori conuenit, festum celebratur. Omnia enim cum celebitate pulchri concurrunt, & simul exultant. Ecce enim quilibet auditor eorum quæ à me dicuntur, talis est, qualia quæ nunc cernuntur. Reginæ triubuum, Ecclesia fidelium, Reginæ generis, quæ à Deo Rege, omnium Principe, in cœli regiam regaliter hodie assumuntur, pompā celebrat, & ex se dono ei offert quicquid est pulcherrimum atque iucundissimum. Quæ puluerem reddit coelestem, puluere exiuit, & quod à generatione acceperat, deponit opericulum: & terrenæ reddit id quod est ei cognatu. Quæ cum vitam conciliaferit, in vitalem statum denud revertitur: & in locum introducitur, ex quo via ducitur principium, & qui vinci nō potest, & qui ab omni materiali & patibili disfunctus est positura ac habitudine. Et in summa ex iis quæ apparent, id quod appetit assurgit: & cum eo quod intelligentia percepitur, intelligendi ratione congregatur, iis rationibus quas nouit is qui prius colligauit, & soluit, deinde rursus colligauit.

Nisi forte nimis sum ego audacio, qui ea attingo, quæ nō licet assequi. Quibus nemo sit qui nō credat, aut qui de eis dubitet, Eliā, & Enoch in animo cogitas. Qui postquæ ea quæ videntur superauit, obstrutis sensibus à carne & mundo remoti, ille quidē in curru, hic vero sublimis raptus est, nō disunctis eis partibus, nō dissolutis, sed consq; productis vitæ eorū terminis, quos nobis, quæ omnia sapienter definit, fixit prouidencia, à qua & quæ olim fuere, & quæ nunc sunt, similiter simul & conuenienter formantur, & deducuntur. Quidē si haec parva videatur, si cōseruantur cū exēples eius quæ à nobis laudatur, ipsa certè sibi ipsi sufficiet, sua cōseruantur & assimilantur. Considerandū aut est, an inter miracula inueniendū sit maius eo quod admirabiliter & præter opinionem in ea factū fuit. Deprehensum est legē naturalē easifile imbecillā, quæ vix tandem cōcidit. Omnino aboletur, & evanescit acerba mortis condēnationis soluta est vis malefici. Sed nemo vicerit ea quæ olim à Deo fuere definita, nisi sit Deus secundū naturam, qui omnia mutat, & transformat nutu sue bonitatis. Ei aut cōuenienter nunc quoq; decuerit ea in matre innouare. Sic enim ostēdet eā non solum esse matrē secundū naturā: sed etiā confirmabit eam quæ est ex ipsa dispensationem: per quam maximè eas quæ sunt in ipsa, magis mysticas rationes modo excellenti extollimus, quo verbū vitæ principium ea rationes quæ comprehendendi non potest, eius subiit vterum: & naturam hominis susceptam supereffentialiter induit. Propterea ea quæ olim quidem in ea facta sunt, à nobis autem nunc celebrantur: etiā videantur esse vtique admirabilia, & præter opinionem, & longe esse remota à naturæ legi.

legibus: si tamen consideretur, quæ naturam superat, inexplicabilis ratio conceptionis, ad eam relata facilius erit illa alseque. Erat ergo tunc quoq; Verbum præsens, & legem fecit celsare, legem, inquam, mortis, cui nihil poterat afferri detrimentum. Erat autem spectaculum verè nūn, & quod non poterat consequi cogitatio. Mulier, quæ cœlorum luperauerat naturam puritatem, in adytorum quæ sunt in celis, sancta commeans, & ingrediens. Virgo ipsorum Seraphin, ipsam vincens naturam miraculo Dei generationis, prima nature proximè accedens ad Deum opificem omnium generationis; mater quæ ipsum vivere pepererat, consecuta virtù finem partu non absimilem, & miraculum Deo, & fide dignum. Sicue enim non fuit corruptus parientis vterus, ita mortua caro non intererit. O miracula: Partus effugit corruptionem, & sepulchrum non admisit interitū. Sanctos enim non attingit. Quomodo potest hoc demontrari? Vultis dicam? Nemo autē ex iis qui adiunt, me irrideat. Quomodo est monimentum inane? Vos enim alloquar. Quomodo corpus evanuit? Quomodo non sunt in ea vestes, in quibus est sepulta, nisi effugisset interitum id quod sepultum fuerat, si translatus non fuisset thesaurus? Quod si ita est, quomodo non est vera, & à mendacio aliena translatio? Nam alia quoq; concurrent: animæ à corpore separatio, carnis depositio, compositionis solutio, partii diuinitio, resolutio, adiunctio, cōcretio, & cōdescensio, ut nihil appareat. Stat enim se-pulchri inane vñq; in hodiernum dñe, quod, & testimonio est approbatum, & approbat facta translationem. Nescio autē an id factum sit partibus rufis inter se collatis, & concretis in vñ compositionem (de his enim parum philosophabor) cùm sic forte vñsum esset Creatori arcano hoc excoigitato modo honorare parentem; an vno ex his alteri imposito, & vno quidem extra, altero verò intra fines sortito constitutionem, postquam fuerunt à se initicem separata: an noua quadam, & aliena consequentia supernaturaliter in ea concurrente: vt sint re vera omnia noua quæ ad eam pertinent, appositè admittentia rationem, quæ superat naturam, vt quibus cedat omnis ratio & cognitio. Nos ad hoc spiritale, conuocat verborum conuiuum, quæ est Verbi matre secundum carnem. Proponuntur autem hodie hæ mysticæ epulæ, & verborum argumentum diuinis abundans mysteriis. Harum ego sum hodie epularum conuiuator, qui sum hospes & peregrinus expolitor sublimium spectaculorum. Nemo autem inueniens ad nostram humilitatem & abiectionem, renuat conuiuum. Non enim à nobis, sed ab ipsa Deipara, sunt diuinarum harū contemplationū mysticæ paratæ narrations. Quarū quoniam plena est mens spirituæ inuitans conuiuia, eamus contuenter dignitati spirituæ, ad profunda spiritus. Iam enim sapientiam, quæ ipsam sapientiam secundum carnem genuit, appositè imitans, cùm totam seiplam, tanquam mensam mysticam celesternque parauerit, eos qui mente sunt in diuinis iniciati mysteriis, benignè inuitat ad conuiuum, non victimas matans, aut crateri liquores infundens: cuiusmodi fuerunt olim beatæ illæ victimæ, & crateri ille, qui beatum illud & à Deo perfectum nectar suscepit. Sed suorū mysteriorum illa planè admirabilia, & diuina re vera spectacula. Ad quæ quidem maximè eos qui sunt congregati inuitans felix Domina, sapientiae quidem clomum, quantacunq; sit, hinc nobis ex seipla ostendit. Ostendit aut suam quoq; sanctissimā mensam, vtpote quæ ipsum totum viuificum panem Dominum nostrum Iesum, qui est vita æterna, qui creatam continet naturam, ex fermento Adamicae conspersione panem factum, in vtero gestauit cōeconomicè: qui eos qui sanctè ad eum accidunt, reducit ad vitam recentorem, & reddit in Deo perfectos. Quo quidem modo eos quoq; expurgat, & reddit immortales: qui participatione nouæ illius, & pulchræ eius cōmunionis ei coniunguntur, sūntque familiare.

Quæ autem suis amatoriis in conuiuio apponit, hæc sunt apertæ, per quæ vita illa constat excellens, & ineffabilis, qua nihil ex iis quæ considerantur in natura, est excelsius: per quæ is qui omnem superat Theologiam, per arcana exinanitionem, homines cuius curam gerebat, flexus misericordia, vt vniuersa prôduceretur, se consultò demisit ad nostram vñque mendicitatem, & implicatus fuit in nostra conspersione, & similiter atque nos, fuit particeps carnis & sanguinis: Qui nullius indiget, qui est summè plenus, & diues: qui non recedendo à sua superessentiali diuinitate, elegit eam, in qua non erat, substantiam, integras in se seruans, etiam post vñionem inexplicabilem, rationes eorū quæ cōuenierunt, nulla vñq; intercedente confusione aut divisione. Qui ne supermundanis quidem celestium ordinum præfectis significavit, quidnam esset quod ab eo fieret, præterquam vñ ex primis Angelis qui ministravit in progressione celestis mysterij. Sic enim, qui erat incorporeus, intercedente mente, & carne, nobiscum est versatus, vt omnino commixtus toti nostræ conspersioni, renouaret id totum quod ex nobis sumpserat. Hæc quidem est, vt mea consequitur scientia, & vt res sic in promptu offert, intelligens mensa diuina mysterio traditæ sapientiæ. Talia sunt etiam quæ in eo mysticæ peraguntur, quæ sunt à Deo tradita arcana, in quibus merito oportet adnotare præsentis quoq; diei mysteria, in quo Dei mater nullo mutato ex iis præscriptis quæ.

quæ sunt secundum naturam, nostra legi seruit: & sub eiusdem quibus nos terminis, quæ in carne erat, vitam finiit, miraculo plenum mundo relinquens suum ortum & decessum. Si quid ergo, quod superat, in ipia diuina dispensatum est natura, nemo miretur, intuens ad nūnum & inexplicabile quod in ea peractum est mysterium, ab omni infinitate infinites infinitè exemptum. Et sicut hæc quidem perpetuò complicata, & arcana, & habentia suam rationem immobilem. Nos autem sanctissimæ, ex quo principium vitæ ductum est, corporis sepultura memoriam splendidi splendide celebremus. Ad quam cum eo quod est asperabile, quicquid percipitur intelligentia, & quicquid est cœlestis & terrestre simul congregatum, Reginam honorat, & deducit ante tabernaculum. Ex quo commune hoc propitiatorium quod ex ea absq; manuum sectione tanquam templi effectum, dominicum & salutare acquisuit corpus, eius qui tan naturalis quæ intelligentis motionis cuius nos, est particeps, excepto solo peccato. O miraculum. Quæ Deum qui est infinita magnitudine, & ab omni circumscriptione seiuentis, in partu sui vteri spatio cepit superessentialiter, ei hodie circumscrip-to lecto veste, sanctis manibus iusta sunt. Quæ in suo finu habuit collocatum eum qui tergis vehitur Cherubicis, insculpta petra sinibus sepelitur. Et cuius partum admirati sunt Angeli, huius tabernaculum deducunt Angeli chorus ducentes.

Et quis eorum quæ illæ peracta sunt rationes fuerit interpretatus? Quis pro dignitate in hoc extolleatur mysterio? Quis menti dabit alas, vt vñla volet cum miraculo, & eius accipiat communionem? Quis vt aliud dicam magis mediocre, & fortasse ex iis quæ sunt secunda) nostræ concretionis fluxionem descripsit, & afflictionem? Quam cùm non posset consequi natura, & quam comprehendere non poterat, superet constitutionem, appetitione conuersa in admirationem, ea quæ David, diuino spiritu afflata eloquitur ad Deum vniuersoru; Mirabilis facta est, dicens, scientia tua ex me: valida effecta est, non potero ad eam: propter modum nostram admirans compationem, vel compositionem, aut contraria, eam quæ sit in membris diuinatione. Quinetia quod huius intemperatæ & clarissima Regina eius matris coniectu difficultimum factum est miraculum, tanquam diuinu celebrans, quod cōmupiter in nobis, & propriè in ipsa ipsi soli vt ornatu opifici, & taliu operatori ante secula est agnitu. Hoc est nostra formatio, hoc concretio, hoc solutio, quod etiā hodie celebramus. Hinc ego me reprehens, ac cōtrahens, & metu honoris mysteriū, cum eo qui ex omnibus Prophetis maxima voce vtitur, Esaia: si mul loquitur: O miser ego, dicens, quod sum compunctus, quod homo cùm sim, & habeam labra immunda, audeo aliud dicere de pura & impolluta, & quæ summe plena est omni sanctitate: & eam aggredior funebri laudare oratione, cuius nubes tegunt ascensum ad contemplationem: intelligens autem quædā caligo circumfusa est theologis quæ sunt circa ipsam, conuersioribus, quæ nō sunt aperte explicari complicatam mysteriū cōprehensionem, quam est Dei tantum laudare pro dignitate, qui, quas ipse nouit, rationibus in ea fecit miracula. Tantum abest vt sit meum, qui humi iaceo, & nihil amplius scio, q; quod est ante pedes, quod defit mihi egregius ad res honestas animus. Non erubuerim igitur quæ sunt supra facultatem meam, etiā non possum pro dignitate ea dicere, cùm reiciendum nō sit quod sit pro viribus. Itaque loquendo silentium amouimus, Deo sermonem dedicantes. Cui gloria & potentia in secula seculorum. A M E N.

ANDREAB ARCHIEPISCOPI CRE-

ensis Hierosolymitani aliud encomium, De Dormitione san-

citissimæ Dominae nostræ Deiparæ,

Apud Simeonem Metaphrasten.

D concessionem nos rursus vocat cōtinuatio orationis: & oportet nos omnino iis quæ deinceps coniunguntur, ea qua iam dictis deerant, supplere, vt sit perfecta, & indissolubilis oratio, vt quæ nihil disiunctu villa ex parte habeat. Atq; in iis quidem quæ precesserunt, quoad eius fieri potuit, paucis à nobis est dictum de admirando illius corpore, ex qua vñte proceris ini-tium. Dico autē de virginali Dei matris tabernaculo. Reffat, vt dicamus, quisñ sit hymnus, & quænā sine cōtactu in eo laudatur. Nemo autē mihi nūc intrat labem arrogantis aut audacie, q; aliquid audeat, quod sit vñsté magnitudinis: nō enim ex dicendi facultate, sed ex sola precū promissione incitatus, hæc cōposuit oratione, quæ nunc est in manibus submissionis, & modestię semper curia gerens pro viribus. Sed non ideo vulnus mysteriū ministri oratio, etiamsi hoc tanquam non tritum, & minimè exercitatum ex arrogantiā id sit primū aggressa. Si quid autem ex iis quæ non sunt à multis considerata, hæc nunc est habitura oratio, nemo miretur. Ex conjectura enim, & vt mens ea potuit coniugere (rem enim ipsam exactè vix Angeli potuerint consequi) hæc sunt à nobis considerata.

Iam ergo illa innumerabilis eorum qui Deum honorant classis, sicut prius diximus, frequens erat congregata; & vniuersus supermundanarum potestatum qui intelligentia percipitur pulchre insitutus ceterus, a nullo conspectus, desuper aduolans, ad spectaculum coniluebat admirabile. Aderant quoque sanctorum, quas Deus, ut arbitror, inspirauerat, anima choris ducentes circa lectum, quas liber Canticorum vocat adolescentes ex mystica contemplatione. Oportebat enim cura Regina naturae vna adesse diuinis eorum qui vixerant, animas, in exitu præcedentes, & eam deducere, & ea canere cantica quæ cani solent exenibus. Erat ergo in meo propositum illud tricubitalis, & luminosum corpus Deiparae, quod Dei verbi tota capiebat plenitudinem. Quod quidem dum videbatur in lecto, vnguenti sanctificationis suauis odore perfundebat totam creatam naturam. Quæ mens, & quemam lingua eorum quæ illic fuere confecta rationes ineftigauerit? Omnia enim plusquam in infinito inuaserat omnini ignoratio, & videndi cogitas. Hinc certè factum est, ut diuinorum lapientium præcipui, & diuinum spiritu arrepti, ex insigni letitia diuini tunc oblectantis splendoris, id quod supererat illuminationis in ecclasi traducentes, illos hymnos diuinitus inspiratos: illam, inquam, quæ est in hymnis tropologiam, ut poterat vnuquisque, attingerent, aliis alium excipiens. Erant autem ea, non qualia ipsi inducuntur ut mente agitemus, aut ut quis forte descriperit: sed ut eosad dicendum informabat spiritus, & audire iubebat: ita & ipse hymnus, & quæ in hymno celebrabantur, ab iis qui hymnos dicebantur, dicebantur, & exaudiebantur: quæ ab inferiore quidem, & nostra harmonia, & consonantia erant infinito interculo seiuæta: parum aut, aut nihil aberrant à sono Angelorum, qui in celis festum celebrant. Quorum altitudinem, & profunditatem, & infinitam pulchritudinem non est nostrum velle temere describere, qui in tali dulcedine nullo modo sumus exercitati, sed silentio potius honorare, ut quæ nec polint comprehendendi, nec verbis explicari. Ea autem sola tuta possumus aggredi, quæ & iucundum est assequi, & si non assequaris, nullum est periculum: quæ neque scienti affuerunt molestia, neque, rudē cruciant. Hymnis autem, & quæ hymno celebrabantur, etiam si nostram effugiat comprehensionem, quantum tamen possumus assequi, ut rem vtcunque exprimam, sint eiusmodi. Hic est finis testamentorum quæ nobis fecit Deus. Hæc est declaratio occultorum & profundorum diuinæ incomprehensibilitatis. Hic est scopus, qui excogitatus fuit ante secula. Hæc est summa diuinorum oraculorum. Hoc est ineffabile, & quod plant cognosci non potest, eius quæ est ante principium, curationis hominum, confidit. Hæc sunt primitiae coniunctionis & coniunctionis omnium genitoris Dei cum suo figmento. Hæc est diuinarum reconciliationum, quæ pignore dato fit, fidei usus. Eximia pulchritudo: A Deo sepulta statua: Recepta descripta diuini Archetypi imago: Totius contemplationis & ascensus sustentaculum: Sanctissimum verbi omnium creatoris tabernaculum. Qui Deum suscepit, sapientia quæ non potest exinaniri, crater: Vite, cui nihil potest auferri penarium: Fons, qui non potest exhausti diuinum illuminationum: Potentia, quæ nequit labefactari: quatenus nequaquam vincebatur ab animi perturbationibus, ut quæ erat puritate omnibus superior. Per hanc fuere nobis data pignora salutis. Et quid vsque ad nostram quidem processerit mensuram, quæ fuit habita in tanta admiratione, & commune exoluerit debitum, est proprium naturæ. Quod autem ita viueret, ut non haberet omnino easdem quæ nos proprietates, erat proprius eius quæ illi cum Deo intercedebat propinquitas: quinetiam aperta quoque, est probato summe eius imcompatibilitas. Quid enim ex iis quæ sunt longe maxima, non in ea processit cum maxima virtus abundantia? Quid vero ex iis quæ spectant ad ostendenda miracula, non productum est admirabile: adeo ut omnium miraculorum quæ quomodo cuncta sunt, aut sunt, eam esse effectricem in omnium resonet auribus. Quorum pars est extrema id quod nunc adest: etiamque ante omne tempus id fuerat prædestinatum, cum diuinum cœlum sic altius definierit vniuersusque nostrum transiit. Et prouidentiam, ad cuius extrema nemo venit eora qui natu sunt, aut potest inuenire vestigium. Cuius opus est etiam, quod nunc peragitur, virginis mysterium. Est enim mysterium, etiamque circa nostrum finem consideratur. Et hoc est pars, quæ ab initio hominum naturæ sorte est attributa. Sed & quomodo discisa est sepe, quæ peccato fuerat colligata? Quomodo diuulsum est vinculum, quod complexum fuerat transgressiones? Qui q. contemptu mors est habita, tanquam diei somnium. Abit metus, non amplius terres eos, qui sunt in Christo infantes. Sed nunquid nisi mortuum fuisset Dei receptaculum, non dissoluta fuisset corruptio, quæ seminata fuerat inobedientia? Dissoluta certè fuit Christo prius mortuo. Iam enim excederat natura à condemnatione, quæ erat in corruptione, suscepto statu qui est per incorruptionem. O nouas remunerations, & diuinas permutationes. Produxit natura liberum arbitrium spinis obseptu. Ipsa cōtra produxit eum qui impleret paternā voluntatem. Peperit natura ex inobedientia mortem voluntariam. Ipsa cōtra peperit eum, qui mortem suscepit per obedientiam. Sola enim sola præter naturam fuit electa ad naturam renouan-

S A N C T O R U M H I S T O R I A . . . P a r t . I . . . 269

renouandam. Sola seruit opifici vniuersæ naturæ. Quoniam ergo nunc proponitur hæc diuina capsa eius, quod à Deo sumptum est, tabernaculi, quæ tanquam larga bonorum largitrix, inuitat eos qui sunt honesti studiosi, nemo cunctetur vocatus. Non indiget enim labore gratia, præterquam sola voluntate. Eat ergo prompte & alaci animo vnuquisque, qui certam & minimè dubitante habet fidem: et ad thesauri virginis depositorium, & discat experientia euentum eorum quæ desiderat. Propositum est hoc commune reconciliatorum. Omnes Deo reconciliemini. Ecce fons immortalitatis, qui non potest exinaniri. Venite qui morte affecti estis, haurite: Ecce vita fluvij perennies. Adepte omnes, efficimini immortales. O filia Adam, & mater Dei. O mater sine viro, & virgo quæ filium paris. O opus eius qui in te factus est temporaliter, & non excessit à sua eternitate. De te resonarunt omnes spiritus interpretes. Moyses primus cum vidisset rubrum, te prædictum. Transiens videbo magiam hanc visionem. De te Dei pater David Christum rogauit, dicens: Exurge Domine tu, & arca sanctificationis tuae. De te idem tuum præfigurans egressum, prædictum: Vultu tuo supplices erunt diuites populi. Ecce enim, inquit, omnis gloria filie Regis intrinsecus, in simbris aureis, circumambita varietate. Te Canticorum sanctus liber prædescribens, mysticæ præsignificauit. Quæ est hæc, quæ ascendit ex soliditudine, tanquam rami fumi, suffici myrra & thure ex omnibus pulueribus vnguentarij? De te rursus idem prius scriptus liber Eccle, dicens, Lectus Salomonis, Columnas eius fecit argenteum, & reclinatorium eius aurum: ascensus eius purpura est intra ipsum, conformatus charitate ex filiabus Hierusalem. Et rursus: Egredimini filie Sion, & videte Regem Salomonem, in corona qua coronauit eum mater eius, in die deponstationis suis, in die laetitia cordis sui. Videte eam filię Sion, & beatam eam prædicante Regine, & pellices laudent eam: quoniam odor vestimentorum eius est supra omnia aromata. Te prævides diuino spiritu afflatu exclamauit Esaias. Ecce virgo in utero concipiet, & erit radix Iesse: & flos de radice ascenderet. De te magnus prædictus Ezechiel: Ecce porta, dicens, in Oriente: & erit porta clausa, & nemo ingredietur per eam: & Dominus Deus solus ipse ingredietur & egreditur: & erit porta clausa. Te quoque prophetas vir ille desideriorū magnū vocavit morte, & lapide fine manibus viri ex te sumptum, non excusum: ablatum, non diuīsum assumptione nostræ humanitatis. Tu es res illa magna veneranda economia, quam cupiunt inspicere Angeli. Tu es diuinæ dimissionis pulchrum habitaculum. Terra, quæ es verè desiderabilis. Rex enim desiderauit gloriam tuæ pulchritudinis: & amauit diuitias tuae virginitatis: & in te habuit, & inter nos fixit tabernacula: & per te Deo & patri nos reconciliauit. Tu es thesaurus abfoli ante secula mysterii. Tu es liber verè viuus eius, qui in te tacite fuit inscriptus, verbi paterni, viuifico calamo spiritus. Tu sola verè es noui testamenti volumen à Deo scriptū, quod Deus autem fecit cum hominibus. Tu es ille decies mille millibus multiplicatus Dei currus, quæ millia locupletum adduxisti ad eum carne testum. Tu es mons Sion, mons coagulatus, mons pinguis, in quo beneplacuit Deo habitare. Ex quo in carnē concretus, que, sicut nos, est intelligentia animata, sicut coagulatus qui est superefficiens. O diuinum templum, & homo terrestris. O columna mortua, & columna viuifica: non carnalem per lucem deducens Israëlem qui fugatur: sed spíritalem, qui deducitur ad inerrantem lucem cognitionis, diuinis illuminantibus facibus. O nubes, tota lucida, & mons vmbrosus, non adumbrans ingratus populum Iudeorum, sed electum Dei populum, gentem sanctam maternis tuis tædis illustrans. O quoque auro purior, & quavis sensili & immateriali natura. O terra virginale, ex qua secundus & veterè antiquior processit Adam. Quódam sepulchrum te teget? Quænam terra accipiet, quæ coeli, & cœlorum naturam superasti sanctificare? Quænam erunt vestes, quibus sepeliris? Quænam fasciæ? Qui amictus? Quibusham autem vnguentis vngent tuum corpus odosserum, impollutum, & plenum sanctificatione, ex quo scatet remissio: ex quo manat immortalitas: ex quo est Deificatio: in quo est perfectio? Tu enim verè es quæ es re vera pulchra, & macula non est in te. Paruum quid tibi quoque accinat diuinissimus Salomon: Formosa vt Hierusalem, & odor vestimentorum tuorum tanquam odor Libani. Tu es noua theca vnguenti, quod minime exinanitur. Tu es olei vncionis exultatio. Tu es aromatum, quæ intelligentia apprehenduntur, suffici. Tu es floris incorruptionis: Terra quæ fersaromata: Lucerna luminosa: Quæ à Deo es contexta purpura: Indumentum regale: Amictus à Deo variatus: Aurea specie dyplois: Verbi purpurea, quæ intelligentia percipitur, quæ non potest nominari, tinctura. Manu non factum regni diadema: Thronus excelsus: Porta sublata supra cœlos cœlorum: Regina omnis humanae nature. Quæ habes non comparabilem cum aliis appellacionem. Quæ excepto Deo solo, es omnibus altior. Quænam te manus ad sepulchrum componeat? Quibusham vlnis portabimus eam, quæ eum portauit, qui minime potest contineri? Quænam sepulchrales preces in te fundemus? Quibusham te deducemus canticus? Quibusham autem laudabimus decessum? Qua voce, quibus verbis magnalia tua ornata enuntiabis?

270

mus? Quamobrem pro omnibus tales tibi voces offerimus. Beata es in mulieribus, & benedicta in generationibus: benedicta in celis, & glorificata in terra. Te enim gratè omnis lingua glorificat, matrem vitæ prædicans. Impletum est quicquid est creatum tua gloria. Sanctificatum est vinculorum vnguento boni cui odoris. Per te delecta est peccati occasio: transmutata est in letitiam primæ parentis execratio. Omnes propter te nobiscum canunt: Gloria in celo, pax in terra. Te nequaquam potest habere sepulchrum. Corpus enim Dominicum non delent ea quæ intereunt. Aduersus te non valebunt inferi. Animam enim regiam non attingunt ea quæ seruunt cum aliis. Abi ergo, abi in pace. Migrat ex iis quæ sunt in natura creata mansionibus. Placat Dominum pro communi figmento. Nam quændam quidem versabarunt in terra, te habuit parva terra portio. Ex quo autem translata es ē terra, te vniuersus mundus concinet communè propitiatorium. Supra Enoch magnificare. Supra Eliam in altum extollere, in latitia, in gaudio ineffabiliter, in eterna luce, ubi est verè viuere, regnum totum lucidum, perpetua Angelorum chorea. Præterea fruere pulchritudine filii tui, explore deliciis quæ non pollunt exinaniri, & beatitudine, in quam non cadit seneccus: illic ubi est torrens æternarum deliciarum, ubi sunt prata incorruptionis, fontes vitaè æternæ, fluenta lucis quæ ex Deo scaturit, fluente semper viventes lucis effusione. Illic est finis eorum quæ sunt sperata, & quæ nunc sperantur: propalatio eorum quæ occulta fuerunt, & tunc solim conspicuntur: comprehensio omnium honorum: vltimus finis, ultra quem nihil est omnino. Illic pater adoratur, & filius glorificatur, & spiritus sanctus laudatur, vñica natura vnius quæ est in trinitate, diuinitatis. Hæc & quæ sunt huiusmodi, arbitrari, diuinos illos viros diuino spiritu affatos tunc & dixisse, & hymnis celebrasse: & quæ etiam sunt his superiora. Nescio enim quid dicam amplius, cum sim terra, & cinis, & in summa putredo, & non secus atque serpentes serpam super ventrem. Atque orationis quidem debitura pro viribus est à me exolutum, nullo, vt arbitrari, ex iis prætermisso, quæ ad præsens festum pertinēt. Quod si quis his aliquid sublimius conferat, & ad nos hoc contulerit, & is festo fuerit conducibilis. Cum pauca autem dixero, sicut remos huius orationis. Atque ut pro dignitate quidem rem exequamur, ex æquo nullus alsequitur. Ut autem præstet quod posuit pro viribus, est vniuersusq; par alacritas. Scio autem fore, vt hanc nostram suscipiat orationem ea quæ verbum peperit: & redder non ea quidem quæ petimus, sed quæ meremur accipere. Solet enim sanctissima, vt quæ sit munificissima, maxima reddere pro minimis. Et hæc quidem ita se habeant. Vos autem ò clarissimi & illustrissimi cœtus: vos rursus voco ad conclusionem orationis: age, in sacra virginis thefauri dedictione præeuntes canamus carmina funebria: & eam quæ felto præf, quibus possumus, coronemus honoribus. Ut hoc verò fiat insignius, adit hodie omnis cœtus terrestrium, & celestium, & vna tecum compleat hymnū decepsu accommodatū, qui constat his verbis: Mota sunt castra Dei à tabernaculis Cedar, at mætræ experitia, & reduita tabernacula. Tabernaculum legis exemplar accepit arcam supermundanam, cuius figura erat arca legalis. Attollatur id quod est supra supernas forces, vt summa cœli portam celestium regia regio sibi accipiat. Hanc excipite candidis vestibus induiti Angeli: Laudate cœli: glorificate terrigenæ. Attollite ciuitatem Dei, Regis magni. Plaudite terra, prosequere laudibus: narrata quæ sunt gloriosa virginis partus, fascias, sepulchri miracula, quomodo sit sepulta, quomodo translata, quemadmodum cernitur inane sepulchrum, quod à doratur, iudea congregatus filios. Predica eā, quæ est ex Iuda Reginā: esto bono animo: noli timere: celebra tua festa. Hierusalē exclama: ubila: deduc Dei metropolim, canta Davidicē: dic aperte: In exitu Israël de Ægypto. Mater Sion, quā adsciuī Dominus, quam elegit, voca tuas filias, ecclesiæ ex gentibus: Cane canorum aliquid, sed non tragicum: iubilans, non gemens. Lætus enim est, non lugubris præsens cœtus.

Gethsemane, subi pe nouā Reginā, para sepulchrum: produc ea quæ sunt visui ad sepeliendū: ornata checā vnguetis. Sit arca tibi cultos thefauri. Caute & diligenter sanctū custodiatur. Si conservetur quidē, manens in ipso, erit cōmuni possesso, quæ adorabitur ab Angelis, & hoībus. Si quid aut̄ cōtigerit admirabile, & præter opinionē, & trāslati fuerit id quod est irnpollutū, esto prædicas miraculū. Narrato trālationē iis quæ sunt postea cōsecutur, & generationibus, supernis quidē spiritibus cōcēdē spiritū Dei matris: nobis aut̄ dās quās ex perēni fonte, instar vngueti sanctificatione corporis. Accurramus simul omnes ad Deiparā, chori patrum & Patriarcharū: spiritus Prophetarū, & conuentus facerdotū: cœtus Apostolorū: populi Martyrum: Doctorum congregatio: iustorum animæ: piorum ordines: dignitas quālibet, & ætas: Reges, & potentes: Principes, & qui parent imperio: adolescentes, & virgines: fenes cum iunioribus: laudes, supplices: Dicite Dei matri, dicite: Quām beata est Domus David, ex cuius lumbis gerimasti Dei mater? Matres & virgines glorificate eam quæ est sola mater, & semper virgo. Sponsa præcedite eam, quæ inter adolescentulas sponsa quidem fuit, sed planè incorrupta: &

² Sanctissima Del
genitrix totius mū
di communis post
Christum propria
torum.

³ Sepulchrum sui
& Dei generis
mone adoratur.

sola sine dolore peperit eum qui non potest comprehendere. Steriles & viduæ plaudite, eam descendentes quæ virum non est experta, & liberorum egestatis effugit vincula. Filiæ exultate, eam quæ filium peperit, prosequentes incorruptionē. Benedicte gentes: lingua beatam prædicare. Cantate matri Dei omnes tribus terre: cantate, deducite cum canticis & cymbalisis: uibilate, magnificare, pfallite. Tolle, tolle Maria, tympanum, & procede ante virgines: moue lyram David: extolle vocem tuam: lauda Reginam: duc chorūm: extolle modos cithare: vox virgines: congrega choros canentium: ordina choreas. Post lectum currant: ante lectum, cum lecto præcedant: circa capsum choreas ducant. Ecce enim Dei gloria noua arca, in qua est vrna aurea, & virga Aaron quæ germinavit, & tabula testamenti. Ecce summam, de qua clamarunt oracula Prophetarum. Ecce scalam quam vidit Iacob, qui in diuinis erat initiatus: in qua vidit Angelos Dei ascendentēs & descendēntes: quicunque is esset ascensus & desensus. Hæc est porta cœlorum, de qua dixit ille: Quām terribilis est locus iste? Non est is aliud quām dominus Dei: & hæc est porta cœli. Ecce propitiatorium, quod sanctum supra sancta est positum mystici tabernaculi & adytorum, tunc quidem alis adumbratum Seraphicis: nunc autem nostra peccata expians per mysticam Iesu contemplationem. Legalis seruitus iugum non amplius vero imponitur Israëli, cum Christus nobis sua manu adscriperit libertate per cultum, qui est in spiritu, in corpore quod ex Deipara sumpsit tāquam in charta. Nō ampli⁹ anniuerſarius Pontificū cursus sanctis applicatur. Ipse enim magnus Pōtīfex Christus, qui cœlos assumpta carne perusit, quæ habebat animam ratione præditam & intelligentem, tanquam in templo, in Virginis sanctuario nos adiens, suffit, & sacrificat, & sacrificatur: & offerentes oblationes offert: & pro nobis seipsum sanctificans, sanctificat eos qui ipsum sanctificant. Talia sunt, ò Deipara, supermundana tuæ dormitionis mysteria. Hæc sunt sacræ tui, cui Deus iusta facit, tabernaculi deductionis epitaphia. Hi sunt hymni & laudationes quæ celebrantur in discelli. Hæc quæ ante & post sepulturam sunt monimenta ad prosequendam eam, quæ planè ignoratur, translationem. Hæc sunt diuinarum & beatarum quæ in te sunt illuminationum simulachra per ænigmata. Nō enim potest mens nostra plura assequi, quām ea quæ dicta sunt. Hæc brevis tibi à nobis elaborata est oratio, quæ eadē simul agit gratias, & supplicat. Si habeat quidem dignum tua maiestate, pro eo tibi sunt agende gratiae, quæ dedisti promptū & alacre animi studium. Sin autem (quod necesse est omnino contingere iis qui aggrediuntur de te aliquid dicere) longè absuerit, vt pro tua dignitate rem tractauerit, ignoces omnino, cum tibi sit omnino innatu misereri, pro ea quæ tibi cum filio & curatore omnino intercedit propinquitate. Accipies autē hanc, statis scio, orationē vt donum pulcherrimum, à me ex pauperibus cōpositum laboribus. Nihil enim ultra habui quod offerem excellentissimè omnium matri verbi, nisi orationem quæ ex arcanis fontibus gratiae quæ est in te promanat, ò Dei gratissima. Atq; tuq; quidē quæ nunquā senescet, beatitudinis venerādus & planè ignotus status, vt qui nec omnino dicerni, nec dici possit, honoretur silentio. Et quū est enim, cum nostrum non sit ea aggredi quæ sunt supra nos, & quæ propterea quod cōprehendi nequeant, arcent omnē perscrutationē. Atq; tibi quidē, ò sanctissima, ter Regina, Dei genitrix, quæ à nobis debebatur, qui à te, & tuis liberis ad Deū precibus informati sumus arcanis tuis rationibus, hæc nunc sunt à nobis mediocriter compoſita pro viribus. Nobis autē quis præbebit vocem, & dicendi vires, quæ æquali proportione respondeant altitudini, & magnitudini longè gloriöſissimorū de te cogitatori? Sed ò omnium hominum Domina, & capax ipsius sapientiæ, & verbi quod cōsistit, quod est primū, & principale, & causa omnium. O vita suppedatrix, & vita viuentium, & causa vite: O sancta & sanctissima fauoris, & omnis sanctitatis sanctissime thefaure: O pars quæ insolubilitate, & nō per divisionem Deo vniuersi hominē, O regnum è terrenis quidem sumptum, sed ex superna gloria potentiam habens inexpugnabilem. O Christianorū fidei propugnaculum, & propugnatrix eorū qui in tē spem collocarunt: accipe à nobis, qui veritatis lucem per te accipimus, ea quæ de te honorificè dicimus, quæ ex obscuris imaginibus à nobis, quoad eius fieri potuit, sunt mystice considerata. Nobis autem qui te, ò Dei mater, ornamus, da vicissim hanc parui doni remunerationem: nempe vt habeamus quibusvis thefauris & diuitijs pretiosiores & splendidores, ad filium tuum, & nostrum Dominum, & Regem, & Deū, & Dominū, preces supplices. Per quas & peccantes Deum placamus, & nos recte gerentes ad nos melius attrahimus. Per quas arma Barbarorum, infantium tela ducimus: lanceas, & galeas, & iaculatio inutilia manū & inefficacia. Et (vt in summa dicam) per quas omne donū recte geritur à Christianis, & quæ sit Deo assimilatio. Habet ò dilecte, rationem mysterij, etiam si spe longè inferiorē, quia tamen nihil maius præstare potuit promotum nostri animi studium. Magis autem mysticam & sublimorem quæseris à verbo qui propter te fuit exinanitus, & carne intransitus, & te totū sibi propter suam vnit clementiam, & vt melius dicamus, homo quoque

factus est, ut te totum Deum faceret spiritu: & id quod est deterius eo quod melius est consumaret, & humo ad se attolleret, & in spiritualibus fedibus collocaret. Ad quem semper erigaris per puram vitam & contemplationem, vitam agens in diuinis sermibus & moribus: Deumque videns, quoad eius fieri potest, & visus. Qui quidem vt tibi manifestus evadat, stude ijs quæ per contemplationem sunt illuminationibus, & in virtute ascensionibus: ut vtrinque ex actione, in qua, & contemplatione, sis perfectus & solidus, eaudens in vnum absolutissimum, in menturam ætatis plenitudinis Christi. Cui gloria & in seculo seculum. AMEN.

SANCTI PATRIS NOSTRI IOANNIS

Monachi & Praesbyteri Damasceni, De Dormitione sanctissimæ Dominae nostre Deiparæ,

EM O quidem homo est, qui posuit pro dignitate laudare sacra auctorita discelsum Dei matris: non siliqua innumerabiles, neque si totidem essent ora. Sed neque si conuenient omnium lingua hominum multis in locis disperforum, laudes quas decet asequentur. Superat enim omnem legem encioniorum. Quoniam autem Deo gratum est, quod pro viribus ex desiderio & zelo offertur, & bona voluntate: matri autem Dei grata sunt, quæ filio sunt chara, & incunda: age, encionia rursus aggrediamur, vestris iussis parentes. O pastores optimi, & Deo in primis benevoli, qui ex ipsa carnem suscepit, Deum Verbum inuocantes: qui implet omnes os quod ad ipsum aperitur: qui ei solus fuit ornamentum, & gloriosum encionium: ut qui sciamus, quod quando laudes incipiems, debitum exoluemus: & cum id exoluerimus, debet rursus incipiems: Sit autem propitia ea quæ à nobis laudatur, quæ res omnes creatas superant, quæ omnibus dominatur operibus: ut quæ sit Dei mater, qui est creator, opifex, & omnium Dominus.

Ignoscite autem vos quoq; & cœtus, qui diuinos audiendi sermones tenemini desiderio, & promptitudinem quidem accipite, & desiderio applaudite: imbecillæ autem misereat orationis. Quomodo enim si quis Imperatori, & cui sunt à Deo creditæ contribulium gubernacula, qui plenam quidem semper habet mensam, & omnigenis cibis affluente, regiam autem sumptuosorum vnguentorum delinata exhalationibus, tempore non confuet offerat violâ purpuræ concolare, aut rosam, spinæ germin odoris suauissimi, quæ viride habet floris receptaculum, & ex eo procedente florem gemini coloris, & perueniente ad ruborë speciosum & elegantem, aut maturum aliquem fructum dulcissimum: non attendet Imperator vilitatem munieris: sed considerabit quād id sit nouum & alienum: & admirabitur quod sit inusitatum, optime iudicans, & recte intelligens: magnis autem & gratis donis agricolam remunerabitur: Ita nos quoque qui hyeme dictorum flores Reginae offerimus, & quæ iam consuevit, dicens facultatem, ad fuscipendi certamina encioniorum armamus, & menti desideriū tangendi facultatem, ad fuscipendi certamina encioniorum armamus, & menti desideriū tanquam ferro lapidem africamus atq; immaturo botro expresso, nempe mente quæ parit tanquam ferro lapidem africamus atq; immaturo botro expresso, nempe mente quæ parit narrationem, exiguum quandam orationis scintillæ vobis tribuimus, quibus placent orationes, & qui audiendi tenemini desiderio, longè magis admittentur. Verbi enim matri quid aliud offeremus quād sermonem? Simile enim simili delectatur. Et id ei quidem certè gratu est, quod fit pro viribus. Iam ergo orationem apertis carceribus, orationem, tanquam equi aliquem parum laxatis habentis, ad cursum dirigentes emittimus. Sed mihi fer opem, o Dei verbum, & effice ut mea cogitatio, quæ est expers rationis, sit ratione prædicta, lenem & planam ei fac semitam: & eius cursum dirige ad hoc, ut tibi placeat: ad quod quidem dirigitur sapientis oratio omnis & cogitatio. Hodie sancta & sola virgo supermundano & celesti templo offertur: quæ virginitatem adeo desiderauit, ut ab ipsa tanquam ab aliquo igne purissimo qualitatem accepit. Quae enim virgo partu amittit virginitatem. Ipsa autem & ante partum, & partens manet virgo, & post partum. Hodie sacra & animata arca Dei viventis, quæ sumum gestauit in vtero artificem, requiescit in templo Domini, quod nullis est excissum manibus: & David exultat eius parentis: & cum eo choros ducunt Angeli: Virtutes glorificant: Principatus simul exultant: Potestates collætantur: gaudent Dominationes: Throni festum celebrant: laudant Cherubin: gloriam eius prædicant Seraphin. Non parum enim glorificant qui matri gloria gloriam attribuunt. Hodie sacratissima columba, pura & innocens anima, & diuina consecrata spiritui, ex arca euolans, ex corpore, inquam, quod Deum suscepit, & vita dedit principium, inuenit requiem suis pedibus, ut quæ peruenierit ad mundum qui percipitur intelligentia, & in immaculata terra supernæ hæreditatis fixerit tabernacula. Hodie Eden noui Adami paradysum suscepit rationalem, in quo soluta est condem-

condematio, in quo plantatum est lignum vitae, in quo opera fuit nostra nuditas. Non sumus enim amplius nudi, & ueste carentes, & non ferentes splendorem diuinæ imaginis, & copiole priuaci gratia spiritus. Non amplius tragicè veterem deflentes nuditatem, dicemus: Exui me tunica, quomodo me ea induam? In eum enim non patet aditus serpentis: cuius cū falsum appetijsemus dignitatem, cum es facti sumus similes iumentis inspiéntibus. Ipse enim Dei filius virginitus, cum esset Deus, & ciuidem cum Patre essentia, ex hac virgine, & pura terra seipsum formauit hominem. Et factus quidem sum Deus qui erâ homo, qui mortalis autem, euali immortalis, & pelliceis sum exutus tuniciis: exi enim corruptione, & indutus sum in corruptione, amictu diuinitatibus. Hodie virgo intemerata, quæ non est verata in terram: sed animatum verè cœlum appellata, in 4 cœlestibus educata cogitationibus, nō abiit in terram: sed animatum verè cœlum appellata, in 4 cœlestibus collocatur tabernaculis. Quis enim cā celum vocans à vero aberrauerit? Nisi fortè dixerit aliquis recte intelligens, ipsam extollit incomparabiliter supra celorum excellentiā. Nam qui celos est fabricatus, & omnia continet tam mundana quā supermundana, & quæ sub alpeſu cadunt, & que nō cadunt, cuius nullus est omnino locus: siquidem locus definitur id quod que infunt continent, in ea est à seipſa fabricatus infans sine feminæ: & eam effecti spatioſum receptaculi eius quæ omniū implet, & à nullo circumscribi potest, diuinitatis totus in ea cōtractus impabiliter: & totus manēs extrinsecus, & sibi habens locum, qui non potest cōprehendī. Hodie vitæ thesaurus, gratia abysmus (neſcio quomodo dicā audacibus, & nō tremebitis labris) vitali morte tegitur, & ad eam sine metu accedit illa quæ eum peperit, qui ipsam fregit & dissoluit: si morte tamē vocare oportet, eius sacrificiū & vitale ē vita excessum. Quæ enim omnibus eam quæ est verè vita, edidit, quemadmodum morti fuerit obnoxia? Sed cedit legi latet ab eo quæ peperit, & tanquam filia quidem veteris. Ad dñm, paterna soluit debita. Nam eius quoq; filius, qui est ipsa vita, ea non recusavit. Ut quæ autē fuerit mater Dei viventis, indignè ad ea adducitur. Si enim dicit Deus: Ne si manum extéderit is qui primus est formatus, & acceperit de ligno vita, & gustauerit, viuat in æternum: quomodo quæ vitâ ipsam accepit, quæ caret principio & fine, quæ neque principiū, neque finis seruui terminis, non viuat in infinitu cœlū? Olim quidem dñs Deus eos qui fuerunt principes humani generis, & se implauerunt mero inobedientiæ, & magnitudine transgressionis cordis, clauserunt oculū & peccati crapula grauatos habuere mentis oculos, & somno in mortem fuere sopiti, exterminauit ex paradyfo Eden. Nunc autem hanc, quæ omnis vitæ repulit insultus, & produxit germen Dei patris obediētiæ, & viuenter generi sui vitæ principiū, non suscipiet paradyfus, non colum gaudens portas aperiet Maximè. Nam Eua quidē quæ aures prebuit nūcio serpentis, & inimici audij narrationem, & falsæ deceptricisq; voluntatis insultu fuit delinita sensibus, accipit sententiam doloris & molestiæ. Et partus subit dolores: & cū Adamo mortis dānatur supplicio, & in inferorum collocatur penetalibus. Hanc autem omni ex parte beatā, quæ aures inclinavit Dei verbo, & repleta fuit operatione spiritus, & per Archageli hymnū spiritalē, & patris voluntate absq; volupitate & viri coniunctione concepit omnia implentē Dei Verbi personā, & ap positè peperit absq; doloribus, & tota Deo fuit vñita, quomodo mors deuorauerit? quomodo suscepit inferiorum quomodo audebit interitus in corpus quod vitâ suscepit? Sunt hec aliena, & omnino remota à diuina anima & corpore. Hanc mors tantū apicies extimuit. Eius enim filium aggredita, didicit ex ijs quæ passa est: & cū ipsa didicisset experientia, fuit castigata. Ei clausum quidē & obseptum fuit iter tenebrosi descensus inferorū: recta autem, plana, & trita parata est via quæ ducit in cœlū. Si enim, Vbi ego sum, illuc sit meus minister, inquit Christus, qui est vita & veritas: quemadmodū nō mater cū eo habitabit? Priusquā dolorem sensisset, peperit, absque dolore fuit eius quoq; è vita excessus. Mors peccatorū est mala. In qua autem mortis stimulus, nempe peccatum, fuit morte affectus, quid cā dicemus aliud, quād vitæ principiū perennis & melioris? Verè quidem veneranda est mors sanctorū Domini à Dei protestatibus. Longè autē magis veneranda est matris Dei migratio. Nunc læetur cœli, & plauſant Angelii: nunc exultet terra, & p̄e gaudiu exilient hoēs: nunc p̄e lētitia refonet aēr cāticis: & nocti obscuræ auferantur atria tenebræ & deformes: eaq; diei splendorē alacriter imitetur, procedentibus ex igne fulgoribus. Viuens enim civitas Domini Dei exercituū sublime attollitur: & Reges ex templo Domini gloriōsē & illustris Sion, ad supernā Hierusalem, quæ est libera & sua mater, munus offerunt pretiosissimum, qui sunt constituti principes ab vniuersitate terra, Apostoli, inquam, Dei matrem semper virginem. Non videtur autem mihi alienū pro viribus describere, & figura vtrunque exprimere, quæ ab hac sancta Dei matre facta sunt miracula: quæ moderatè & valde consideratè filius à patre, vt dicitur, ex alto repetita accepimus. Videor enim mihi videre hanc sanctis sanctiore, & sacris sacratiōrē, & pijs magis piam, dulcem mannae vnam, aut, vt verius dicam, fontem, super aliquę lectū recumbente indiu-

individua & inclita ciuitate Davidis : in qua lex quidem fuit impleta Prophetarum , pronunciata autem fuit lex spiritus, in qua typicum patcha peregit Christus legislator : & verum patcha qui Deus est veteris & noui testamenti tradidit: in qua ceanam mylticam suis Discipulis, Agnus Dei, qui mundi tollit peccatum, celebravit, & eis seipsum, tanquam vitulum saginatum, sacrificavit: & vera vineæ botrum calcavit: in qua Christus alpicitur ab Apostolis surgens à mortuis: & fidem facit Thomæ, & per eum finibus terræ, quod sit Deus & Dominus: duas in se ferens naturas, etiam postquam surrexit à mortuis, & eis conuenienter, duas operations, & liberas voluntates, quae durabunt in seculum infinitum . Hæc est arx Ecclesiæ, Hæc est habitaculum Apostolorum. In hac, sanctissimi spiritus, in varijs sonis & linguis, & in specie ignis, effusus fuit aduentus Apostolis. In hac cùm ille Theologus accepisset Deiparam, subministrabat ei ea quibus opus habebat. Hæc est mater Ecclesiæ, quæ sunt per viuierum orbem terræ. In hac vitam egit Dei mater, postquam filius surrexit à mortuis. In ea ergo beata virgo iacebat super aliquem felicissimum lectum. Sed cùm ad hunc locum perueni oratio (vt enuntiem meum animi motum) ardenter accensus face desiderij, à quadam horrore occipor, & lachrymis quæ pariunt lætitiam, ipsum beatum, & amabilem lectum amplectens, qui est plenus miraculis: qui accepit tabernaculum, quod est vitæ principium, & eius accessione fuit participes sanctificationis. Ipsum sacram atque adeo sacratissimum tabernaculum, & spectaculum dignissimum, mihi videbar proprijs complecti manibus, oculos, & labra, & frontem, & collum, & genas membris admoveens . Et contactum sensi, perinde ac si confitaret ex præsenti corpore. Sed cùm essem contemplatus, non potui videre oculis quod desiderabam. Quomodo enim, quod sublime raptum est in templo cœlestia? Et hæc quidem nunc. Quidnam autem ei habiti sunt honores ab eo qui lege sanxit esse honorandos parentes? Eos quidem qui dispersi erant per viuierum orbem terræ multiplicibus & varijs, sed numerofis linguis spiritus: & verbi lagena captos homines deducebant ex profundo erroris ad spiritalem & cœlestè mensam coenæ mysticae: sacri, in qua communis spiritualium sponsi cœlestis nuptiarum, quas pater filio, qui est eiusdem naturæ & potentie, splendide celebrat, & planè regit. Eos, inquam, iussus diuinus, nempe nubes, tanquam quoddam rete, vrgebat ex finibus terra, veluti quædam aquilas cogens, & congregans. Vbi enim cadaver, illuc congregandas esse aquilas, dixit veritas. Nam etsi de ipsius qui haec dixit magno & glorioso aduentu in prædictum fuit: non absurdè tamen, tanquam quoddam conditum orationis, hic quoque afflumet. 5 Aderant ergo ijs qui Verbum & ipsi viderant, & ei seruerant, eius quoque matri vt debebant, ministraturi & tanquam præclaras & pretiosam hereditatem ab ea hausturi benedictionem. Cui enim dubium est, eam esse fontem benedictionis, & omnium bonorum, scaturiginem simul autem aderant eorum quoque aëcœl, & successores, & ministerij & benedictionis simul futuri participes. Quorum enim labor communis, conueniens erat, & fructus quoque essent communes. Aderat vero eorum quoque, qui erant in Hierusalem, quicunque erat cœtus à Deo electus. Oportebat autem iustos quoque, & Prophetas qui olim fuere, vnâ sequi, futuros huius sacri conuentus participes: qui prius annunciarunt, fore vt ex ea propter nos carne suscepta benignus Deus Verbum nasceretur. Sed neque cœtus Angelorum aberat. Quicquid enim Regi sua sponte obediens, & ideo ei atq[ue]stendi honore dignum habebatur; id tanquam satellites ad eis oportebat ad honorandam eius matrem secundum carnem. Ei omnes aderant resplendente face spiritus, & præclaris illustrante splendoribus eos qui reuerentia & metu, & immobili desiderio sinceros mentis oculos in eam defigebant. Nullus enim ordo ex iis qui in celo sunt, qui non vnanimiter adfuerit: nec quisquam inuentus est, qui ed quod in supornis versaretur, & cum inferioribus non comparandus esset, descendere: & omnia quæ diximus munera obire recusari. Hic fuerunt verba inspirata, & dicta diuinis, qui dicuntur 6 in discursu. Oportebat enim propterea quoque laudare Dei plusquam infinitam bonitatem, & quæ est omni magnitudine superior, magnitudinem: et infinitam potentiam, & quæ omnem sublimitatem & altitudinem exuperat, eius in nos moderationem: plusquam infinita diuinitas eius quæ comprehendi non potest, benignitatis: inexplicablem abyssum charitatis, quemadmodum à sua maiestate non discedens, ad eam quæ in altum extollit, descendit ex iniunctionem, id cum eo. Patre quoque comprobante, & spiritu, quemadmodum qui eslenitia, ex vtero muliebri supereficialiter accepte essentiam: quemadmodum Deus est, & homo factus est, & sicut manet vtrunque, quemadmodum neque excessit ex essentia diuinitatis, & similiter atque nos fuit participes carnis & sanguinis, quemadmodum qui implet omnia, & est super omnia, & vniuersa simul fert verbo oris sui, habitauit in loco angusto: quemadmodum materiale, & quod erat instar foeni corpus insignis huius virginis accepit, consumente ignem diuinitatis: & tanquam aurum purum, & minimè adulteratum

⁵ Vide esse verum quod vulgo dicitur omnes Apostolos interfulsi do mitio si sacratissima virginis.

⁶ Nota quod & tunc dicebantur hymni in discursu hominis.

tum, nequaquam consumptum fuit, Deo hæc volente. Nam si Deus quidem velit, possunt omnia fieri. Sin autem nolit, minimè possunt. Post hec autem inter eos quoque mota est dicendi contentio, non vt se inuicem superarent (hoc enim est mentis laborantis vanæ gloriæ cupiditate, & procul remota à diuina voluntate) sed vt de prompto & alaci animi studio & viribus nihil remittentes, Deum celebrarent, & matrem eius honorarent. Tunc tunc Adam & Eva nostri generis primi parentes, exultantes clare suis labris exclamârunt: Tu beata filia, deleuisti poenas nostræ transgressionis. Tu cùm quod corrumpi poterat, tanquam hereditarium, corpus à nobis accepisse, in utero nobis getasti indumentum incorruptionis. Tu cùm à nobis originem duxisses, vt bene simus, vicissim reddidisti: dolores partus soluisti: mortis facias perfregisti: nobis antiquum restituisti habitaculum. Nos clausimus paradysum: Tu ligni vita viam aperuisti. Per nos, ex ijs quæ bona erant, venière quæ erant molestæ: Per te, ex ijs quæ erant molesta, redire quæ erant meliora. Et quomodo morti es obnoxia, quæ es intemerata? Tu es pons ad vitam, & scala ad celos. Tibi mors quodammodo erit cymba, quæ traiicariis ad immortalitatem, verè beata inter mulieres, & vindique beanda. Ecquisnam talis, nisi verbum hoc passum, quatenus, fuit oblatum, quod dum patretur, mentem ipsam vicit? Plaudebat viuierus quoque chorus sanctorum, dicens: Tu nobis eam quæ expectabatur adimplisti lætitiam. Per te enim soluti sumus à vinculis mortis. Agendum huc ad nos veni. O diuine, & qui vitam aduersa thefaure. Veni ad nos desiderantes, quæ finem nostro imposuisti desiderio. Sed non paucioribus verbis eam vicissim retrahebat multitudo sanctorum, qui adhuc erant in corpore, dicens: Mane nobiscum, quæ es nostra consolatio: quæ es nobis vincum in terra solarium. Ne nos relinquas orphanos, quæ es mater misericordia, venientes in periculum. Habeamus te laborum requiem, & fudorum refrigerationem. Tibi si velis manere, in tua est potestate: & si velis recedere, nihil est impedimentum. Si recedes, quæ es Dei tabernaculum, nos quoque recedemus, qui vocati sumus tuus populus propter tuum filium. Te solam in terra relictam habemus recreationem. Técum viuente simul viuere, & cum moriente mori est beatum. Quid autem dicimus moriente? Nam tua quidem est vita mors: & vita es melior: & hanc vitam superasti incomparabiliter. Nobis autem quemadmodum erit vita vitalis, si te non habeamus cù qua verferum? Hæc mihi videntur Apostoli cum tota Ecclesia congregatione dicere beatas Virgini. Sed cùm ad excelsum è vita festinanter: & illum desiderant vidissent Dei matrem, conuersi sunt ad hymnos, qui dicuntur in excessu, diuina impleti gratia, & os commendantes spiritui, & à carne excedentes, & vnâ cum emigrante Dei matre emigrare cupientes: & quoad eius fieri poterat, vehementi animi studio p[re]migrantes. Postquam autem omnes desiderio simul & debito satis fecerunt, & ex multis floribus, variisque hymnis contextam sacram contextuere coronam, benedictionem, tanquam aliquem à Deo datum thesaurum accepere, quæ in exitu postrema dicuntur verba, dicentes. Ea autem, quantum ego possum scire, fluxam & inanem vitam præsentem enunciabant, & quæ erant occulta, in apertum producebant futurorum mysteria. Deinde quedam his conuenientia, & consequentia tunc videntur esse facta. Aduenit enim Rex, vt mihi quidem videtur, ad suam parentem, diuinisque, & ab interitu alieni manus suscepit eum purum, & nulli culpæ affinem anima. Et ea quidem dixit, vt est consentaneum: In manus tuas fili, commendo spiritum meum; suscipi tibi charam animam, quam conseruasti alienam ab omni reprehensione. Meum corpus tibi trado, & non terra. Custodi saluum quod tibi placuit habite: & cùm natus es, conseruasti virginem. Tu me ad te transfer, vt vbi tu es, fœtus meorum viscerum, ego quoque tecum degam. Ad te enim proprio, qui ad me ventitasti citra villam spatii distantiam. Tu meis filiis maximè desiderabilis, quos tibi placuit vocare fratres, effote mei discipulus solarium. Benedictioni eorum adjice benedictionem, per mearum manuum extensionem. Deinde cùm manus sustulisset, vt erat consentaneum, eis benedixit qui erant congregati. Cùm hac autem fecisset & audiisset à filio: Veni benedicta mater mea, in requiem meam. Audi, surge, propinquia mea, pulchra inter mulieres. Ecce hyems præterit, venit tempus putationis. Pulchra es propinquia mea, & macula non est in te. Odor ynguentorum tuorum supra omnia aromata. Hæc (inquam) cùm audiisset sancta, deponit spiritum in manibus filii. Quid deinde fit? Elementorum, vt mihi quidem videatur, factus est motus & alteratio, & cœque & strepitus. Laudesque dignas canebant Angeli, præcurrentes, deducentes, consequentes: partim quidem sanctissimam, & nulli culpæ affinem animam comitantes, & simul ascéntentes, donec regali throno stitissent: partim Reginam, partim autem diuinum & sacrum corpus circundantes, & canticas, quæ Angelis digna erant, Dei matrem celebrantes. Quid vero ijs, qui aderant sanctissimo & sacratissimo corpori? Meru, & desiderio & lachrymis exultationis 7 diuinissimum & sanctissimum circumstantes tabernaculum amplectentes bantur

⁷ Hæc quæ multa dicit in bonis & diuinissimi corporis beatæ virginis delata fuerit ab omnibus venerandis.

bantur, osculabantur, omnibus membris os admouebant, ex contacture repleti sanctificatione & benedictione. Tunc autem morbi quidem fugiebant, fugabantur turbae dæmonum, omni ex parte compulsa ad sola loca subterranea. Aëris, æther, & cælum ascensu spiritus sanctissimi cabatur: terra autem depositione corporis. Sed neque aquæ natura erat expers benedictionis. ⁸ Lauacrum enim aqua pura, quæ non eam mundabat, imò verò ipsa sanctificabatur. Hic fudis quidem perficiebatur auditus: claudis autem integer reddebat ingressus, firmaque & solidæ fiebant baies pedum: cecis restituebatur visus: accedentibus peccatoribus disfumpebantur chirographa. Deinde quidem mundum in mundis involuitur syndonibus, & in le, cito rursus Regina imponitur. Deinde ⁹ lampades, & vnguenti, & hymni, quibus eam prosequabantur. Angelis quidem suis linguis canentibus hymnum eis conuenientissimum: Apostolis autem, & à Deo inspiratis patribus, Deo grata canentibus cantica, & quibus aplaudebat spiritus. Tunc tunc arca Domini sublata, ex monte Sion, vecta inclitus humectis Apostolorum, in coeleste templum transmittitur per medium ciuitatem, tanquam quadam sponsa speciosa, decorata splendore spiritus ad quem non patet aditus: & sic fertur in sacrificissimum prædium Gethsemanes, Angelis præcurrentibus, consequentibus, alis contingentibus, & Ecclesiæ tota congregatione. Et quomodo Rex Salomon, propter arcæ requiem in templo Domini, quod ipse confixit, omnes seniores Hierusalem vocavit ad concionem in Sion, vt transferret arcam testamenti Domini de ciuitate David, quæ erat Sion: & sustulerunt Sacerdotes arcam, & tabernaculum testimonij: Ipsi verò, & Leuitæ, & Rex, & vniuersus populus ante arcam sacrificabant boues, & oves innumerabiles, qui & intulerunt ipsam arcam testamenti Domini in locum eius, in Daber domos, in sancta sanctorum, sub alas Cherubin: Sic tunc propter requiem arcæ intelligentis non testamenti Domini, sed ipsius hypostasis Dei verbi, ipse nouus Salomon, qui est Princeps pacis, & vniuersi optimus architectus, mentium coelestium supermundanos ordines, & noui testamendi processus. Apostolos in quamcumque vniuerso populo sanctorum, qui erat Hierosolymis hodie congregauit: & animam quidem per Angelos in sancta sanctorum, quæ sunt exemplaria vera & coelestia, introducit, sub ipsas alas quadruplicis formæ animalium, & suo stitit ¹⁰ throno in interiori tabernaculo, in quod præcursor ipse Christus ingressus est corporaliter. Portatus autem corpus manibus Apostolorum, Regæ Regum id tegete splendore suæ quæ sub aspergum non cadit, diuinitatis: & totu[m] cœtu[m] populi præcurrentis, & sacras voces emitente & sacrificante sacrificium laudis, donec in sepulchro, tanquam in thalamo, & per ipsum in deli- tis Eden, & in coelestibus repositus fuit tabernaculus. Aderant autem forte ex Iudeis non nulli. Operæ pretium enim est, tanquam obfōnō condimentum, id quod multorum labris profertur, admiscere narrationi. Autem, cum fuisse in descensu montis i[us] qui tollebant beatum corpus Dei matris, Hebreum quendam seruum peccati, & qui fœdus iniuerat cum errore, imitantes seruum Caipha, qui Dominico, & diuino Christi Dei vultu impedit colaphum, cum effectus esset instrumentum diaboli, audaci & considerato impetu, & intelli- li- cione irruisse in diuinissimum illud tabernaculum, ad quod timentes accedunt Angeli: & cum ambabus manibus furiose grabatum apprehendiserit, id in humum dejicere voluisse, iniuria illius, qui est autor malorum. Et hoc quidem fuit eius facinus. Sed laborem præuenit fructus: & amarant collegit vnam, & dignam sui animi instituto. Autem enim ei defecisse manus. Et licebat videre cum qui sua manu audax & nefarium fecerat facinus, re- pente carere manibus, donec mentem conuertit ad fidem & penitentiam. Cum primum enim confitissent i[us] qui grabatum portabant, & muriata brachia impoſuſet infelix taber- naculo, quod vite dedit principium, & peperit admirabiliter, ex manco manibus fatus & fatus erat. Solent enim magna ex parte calamitates quoque sapientia & salutaria patere confilia. Sed reuertamur ad propositum. Hinc ad sacratissimam deducitur Gethsemane. Rur- susque amplexus, & rursus encoria, hymni sacri, & genuum inflexiones, & lachrymæ, & ex animi moerore, & desiderio sudorum fontes circumfluentes: licebatque videre sudores, & lachrymas de fluxi contendentes. Sic igitur sanctissimum corpus præclarissimo impo- ritur monumento. Sed hinc tertio die ad cursus coelestes in coelesti transversa curricula. Non oportebat enim hoc diuinum habitaculum, fontem, qui non potest exhaustiri, aquæ remissionis, coelestis panis terram inatabilem, botti ambræ terram inirrigabilem, semper florentem, & fertilem oleam paternæ misericordiæ, coereri in finu terra. Sed quomodo quod ex ea consticit, Verbi Dei corpus sanctum, & integrum, & interitui minimè obnoxium, tertio die resurrexit ex monumento: ita etiam eripi è sepulchro decebat, & matrem transferri ad filium: & quomodo ipse ad eam descendit, ita etiam eam illi dilectissimum ad ipsum extollit in maius & perfectius tabernaculum, nempe in ipsum cœlum. Oportebat eam, quæ Deum Verbum in suo vtero hospitio excepterat, collocari in diuinis fui filii ta- bernaculis:

^a Vide morem la- vanai mortuorum corpora.

^b Sancta Genitrix cum lampadibus, vnguentis, et hymnis eius etiæ angelicis, sepelitur, ex quidem honorissimis.

^c Alma sanctissime Virginis in throno sicut situr a Dei.

bernaclis: & quomodo dixit Dominus, debere se esse in iis quæ sunt sui patris, ita etiam matrem oportebat habitare in regia filii, in domo Domini, & in atris domus Dei nostri. Si enim in ipso est habitat omnia qui lætantur, vbi est causa lætitiae, oportebat eius quæ in pariendo integrum conferuauit virginitatem, incorruptu conferuari corpus etiam post mortem. Oportebat eam, quæ Creatorem in finu gestauit infantem, in diuinis versari tabernaculis. Oportebat sponlam, quam pater despondit, degere in thalamis coelestibus. Oportebat eam, quæ suum filium in cruce affixerat, & doloris, quem in partu effugerat, gladiu in corde accepérat, videre sedente cum patre. Oportebat Dei matrem possidere ea quæ sunt filii, & tanquam Dei matrem, & ancillam, adorari ab omni creata natura. Nam etiæ semper quidem à parentibus ad filios descendit hæreditas: nunc (vt dicit quidam sapiens) ad fluorum caput fontes procedunt. Filius enim vniuersam creatam naturam rededit in matris seruitum. Agedum ergo nos quoque hodie Dei matri diem festum ¹¹ celebremus, qui solet in discelsu: non tibias aliquas ferentes, & Corybantes, & matris falsorum, qui vocantur, Deorū, vt ipsi dicunt, peragentes orgia: quam etiam multis filiis secundum stulti configunt: sermo autem veritatis ostendit carere filiis, Demones sunt hæc adumbrata spectræ, qui id quod non sunt temere simulacra representant, sororū qui falluntur ignorationem habentes adiutoriæ. Quemadmodum enim gignit ex coniunctione id quod est incorporeum, & quoniam modo coibit: & quis Deus est id quod prius quidem non erat, dicitur autem ad generationem. Quod autem dæmonum genus sit incorporeum, est cuius manifestum, vel ijs etiam qui metis oculis cœcuntur. Alicubi enim dicit Homerus, se dignorum deorum statum exponens. Non esca ijs panis, calidum nec potio vinum est. His deest hinc fanguis, immortalesque vocantur. Non est eis, inquit, elca panis, neque quod calefacit vinum est eis potus. Ea de causa deest eis sanguis, hoc est, non habent sanguinem: & nominantur immortales. Propriæ autem & verè dicit illud, Vocantur. Nam vocantur quidem immortales, non sunt autem id quod vocantur. Sunt enim mortui morte vitij. Nos verò quibus est verus Deus id quod colitur: Deus, qui non ex ijs quæ sunt, productus est ad hoc vt esset, sed qui semper est ex eo, qui est semper, supra causam, & rationem, & notionem temporis & naturæ, matrem Dei colimus & veneramus, non eius diuinitatis ex ipsa describentes generationem, quæ est sine tempore: Dei enim Verbi ex Deo generatio est sine tempore, & patri coæterna. Sed secundam confitentes generationem, per voluntariam carnis susceptionem, atque eius causam & scientes, & dicentes. Carne enim induitur is qui est sine principio, sine corpore, propter nos, & propter nostrâ salutem, vt simile feruerit simili. Et cum carnem suscepisset ex hac sacra virgine sine coniunctione, nascitur ipse manens totus Deus, & totus factus homo, ipse totus Deus cum carne sua, & totus homo cum eius plus quam diuinitate. Sic Dei matrem cognoscentes hanc virginem, celebramus eius dormitionem: non hanc Deum appellantes (Abfit: c[on]t[ra] enim gentilium nugarum haec fabulari: nam eius quoque mortem annunciamus) sed Dei carne induiti matrem cognoscentes, hanc hodie sacris prosequimur canticis, nos qui hoc adepti sumus, vt Christi populus & simus & dicamur. Hanc nocturnis honoremus stationibus. Hanc animi & corporis castitate oblectemus, quæ re vera post Deum casta est supra omnes. Solent enim natura literis similia gaudere similibus. Hanc colamus egenorum commiseratione. Si enim Deus nulla re æquè colitur, atque misericordia: quis contradicet matrem quoque non lætari similibus? Hæc publicauit ineffabiliter Dei in nos abyssum. Per eam nobis cum eo magno plausu inita fuit reconciliatio, paxque, & gratia fuit donata: & simul cum Angelis chores ducunt homines: & filii Dei sumus effecti, qui prius eramus contempti, & notati infamia. Ex hac botrum vita decerpsumus. Ex hac colligemus germin corruptionis. Hac nobis bona conciliavit. In hac, Deus quidem homo, & homo Deus factus est. Et quid hoc admirabilius? quid beatus? Caligo metu, timens id quod dicitur: Cum Maria prophetissa, O animæ iuuenes, choros ducamus cum tympanis, mortificantes membra que sunt super terram: hoc enim est mysticum tympanum. Iubilemus in arca Domini Dei, animæ iubilationibus, & muri cœdient Hierichuntini, contrariarum, in qua potestatum infestæ munitiones. Post David exiliamus spiritu. Arca Domini hodie requieuit. Clamemus cum Gabriele, qui primum locum obtinet inter Angelos: Ave gratia plena, Dominus tecum. Ave gaudijs pelagus, quod nō potest consumi. Ave vnicum molestiarum leuamen. Ave medicamentum, quod medetur cordis doloribus. Ave, per quam mors quidem fuit expulsa, vita autem introducta.

Tu verò, O sacrorum sepulchrorum sacratissimum, post Domini quidem, sepulchrum, quod vite dedit principium, quod fuit fons resurrectionis (etenim loquar, tarquam cum animato) vbi est aurum purum, quod manus Apostolorum in te recon siderunt? Vbi sunt diuitiae, que cœsumi nequeunt? Vbi est, qui Deum suscepit thesaurus? Vbi est mensa animata? Vbi est nouus liber, in quo ineffabiliter Deus verbum inscriptus fuit sine manibus? Vbi est aby-

fus gratiae? Vbi est pelagus curationum. Vbi est valde desiderabile & admirabile corpus Deiparae? Quid queritis in sepulchro eam quae ad coelestia translata est tabernacula? Cur à me custodia rationem exposcitis? Non licet mihi iustis diuinis resistere. Corpus sacram, & sanctum relictis syndonibus, cum me impertijset sanctificatione, & vnguento, bonoq[ue] odo re repleuisset, & templum diuinum effecisset, abis raptum sublime, comitantibus Angeli, & coelestibus omnibus. Nunc me defendant Angeli. Nunc diuina in me habitat gratia. Ego euasi officina medicinae agrotantibus. Ego sum fons perennis curationum. Ego remedium aduersus demones. Ego sum configium omnibus refugientibus. Fide populi accedere, & tanquam ex fluui hauriat charismata, fidem habentes non haesitantes. Accedite, qui sitiis: venite ad aquam (iubet Esaias) & qui non habetis pecuniam, proferante, emite sine pretio. Ego omnibus exclamauit Euangelice: Qui sitis? morborum medicinam à perturbationibus animi liberationem, peccatorum abstersionem, ab omni genio infulibus alienationem, regni celorum requiem; ad me fide veniat, & hauriat fluentum gratiae, quod magnæ est virtutis, & utilitatis. Quomodo enim aqua operatio, quae est simplex & vna, terræ quoq[ue] & aeris & solis ex parte lucentis, mutatur vnicuique eorum qui eam participantur, conuenienter eorum naturæ; & in vite quidem fit vinum, & in oleo oleum: ita etiam gratia, licet si simplex & vna, variè tamen, & habita ratione vnuicuiusque beneficio afficit eos qui sunt particeps. Ex mea natura non habeo gratiam. Sepulchra fecere solent, tristitia cœiliare, luctus esse aduersa: Ego autem euasi vnguentum pretiosum, & boni odoris particeps, vnguentum, unquam, tam odoriferum, & tanta efficacia, vt vel parua sui portione do net defensionem, que auferri nequeat. Sunt enim re vera eiusmodi charismata diuina, vt ea nullam vnuicuius inducent pœnitentiam. Letitiae fontem excepti hospitio, & diues remansi perenni eius scaturigine. Videlicet amici patres, & fratres, que nobis porrigit sepulchrum gloriosissimum? Quod autem hæc ita se habeant in Euthymiacâ quoque historia libro tertio, capite quadragesimo, his verbis scriptum est. Superius quidem dictum est, quod Constantiopolis multas Christo erexit Ecclesiæ sancta Pulcheria. Ex his autem vna est, quæ in Blachernis fuit ædificata, in principio imperij diuinæ memoriae Marcianni. Ii ergo, scilicet Pulcheria & Marcianna, cum illic ædificasset domum venerabilem maximè celebrandæ & sanctissimæ Deiparae, & semper virginis Mariæ, & eam omnibus exornasset ornamenti, quærebat eius sanctissimum corpus, quod Deum susceperebat. Et cum accesseruerint Iuuenalem Hierosolymitanum Archiepiscopum, & Palæstine Episcopos, qui in regia vrbe versabantur propter synodus, quæ tunc facta est Chalcedona, dicunt eis: Audimus esse Hierosolymis primam & egregiam sanctissimæ Deiparae, & semper virginis Mariæ Ecclesiam in prædio quod vocatur Gethsemane, ubi eius, quod vitam portauit, corpus fuit in loculo depositum. Volumus ergo eius huc adduci reliquias ad custodiæ huius Regiæ ciuitatis. Excipiens autem respondit Iuuenalis: In sancta quidem, & diuinitus inspirata scriptura de discessu sanctæ Deiparae Mariæ nihil traditur. Ex antiqua autem & verissima acceptimus traditionem, quod tempore gloriose eius dormitionis, viuieris quidem sancti Apostoli, qui orbem terræ ad salutem gentium obibant, momento temporis sublimè sublati conuenient Hierosolymis. Et cum apud eam essent, eis visio extitit Angelica, & audita fuit diuina hymnodia præstanciorum potestatum, & sic cum diuina gloria & supercelesti, in manus Dei sanctam tradidit animam ratione quadam ineffabili. Quod verò Deum suscepit eius corpus, cum Angelica & Apostolica hymnodia, elatum, vestis ei factis in loculo fuit depositum Gethsemane. Quo in loco Angelorum chorea, & hymnodia mansit tres dies perpetuos. Post tres dies autem Angelica celstance hymnodia, qui aderant Apostoli, cum vnu abfuerit, & post tertium diem venisset, & quod Deum susceperebat corpus adorare voluisset, loculū aperuerunt: sed intemeratum quidem, & omni ex parte laudandum corpus nequaquam inuenire potuerunt. Cum ea autem sola inuenissent, in quibus fuerat compositum & positus, & ineffabili qui ex ijs proficisciens, effens odore replet, locum clauerunt. Qui mysterij obstupescerat miraculo, hoc solùm poterant cogitare, quod cui placuit in propria persona carne indui, & ex sacrostante virginis homo fieri, & nasci in carne Deus verbum, & Dominus glorie: & post partu, eius incorrupta conseruavit virginitatem, ei quoq[ue] viuum est, postquæ ea è viuis excelsit, intermetuus eius & impollutu corpus honorare translatione, ante communem & vniuersalem resurrectio[n]em. Tunc autem aderant cū Apostolis sanctissimus Timotheus Apostolus, & primus Episcopus Epheliorum, & Dionysius Areopagitæ: sicut hic ipse magnus testatur Dionysius in iis quæ de B. Hierotheo, qui ipse quoq[ue] tunc aderat, conscripsit ad dictu[m] Apostoli Timotheum: sic dicens: Nam etiam apud ipsos à Deo afflatus sacram Antistites, quando nos quoque, sicut ipse nosti, & multi ex sacris nostris fratribus ad spectaculum corporis quod vnde principiū dedit, & Deum suscepit conuenimus (Aderat autem & Domini frater Iacobus, & Petrus supraemæ & antiqui-

¹² Ecce quod ex
quæ virtutis
bus decoratur Ma-
tris dei sepulchri.

antiquissima Theologorum summitas) & postquam eam vidissemus, viuum fuit vt omnes sacerdotes hymnos cancerent, & laudarent prout poterat viuisque infinitam bonitatem diuinorum viri: post Theologos ille, vt scis, vicit omnes alios mystas sacroru[m], qui planè exce deret, & à se omnino abduceretur, & in ea quæ hymnis celebrabat afficeretur societate & cō munione, & ab omnibus, à quibus audiebatur, & videbatur, & cognosciebatur, & non cognosciebatur, judicaretur esse à Deo afflatus, & diuinus scriptor hymnorū. Et quid tibi amplius dixerim de iis quæ illi diuinæ dicta sunt. Etenim nisi mei quoq[ue] sum oblitus, scio me sepius multofq[ue] alios, à te audiisse quæsdam partes illorū Deo afflantiū hymnorū. Hæc cùm audiissent Imperatores, petierunt ab ipso Archiepiscopo Iuuenale, vt sanctus ille loculus cum vestibus clarissimæ & sanctissimæ Deiparæ Marie sigillo munitus ad eos mitteretur. Quæ cùm missa fuissent, ea deposuerunt in veneranda æde, quæ ædificata fuerat in Blachernis. Et hæc quidem sic. Quid nos autem dixerimus sepulchro: Tua quidem gratia est perennis, nec vñq[ue] deficit. Sed non diuina virtus ijs circumscribitur: neque Dei matris beneficia habitant in solo monumento. Si enim solo sepulchro circumscriberentur, donum paucis suppeteret diuinus. Nunc autem in omnibus mundi finibus est abundè distributum. Nostram ergo memoriam efficiamus repositorium Deiparæ. Hoc verò quomodo erit? Ea fuit virgo, & amatrix virginum: Ea fuit casta, & amatrix castorum. Si ergo cum corpore metem quoque castam habuerimus inhabitantem, eius gratiam possidebimus. Fugit enim omnem limum: & omnes conosco declinat animi motus. Abhorret iniquum turpisima fornicationis, infesta est vitijs, ac exacerbandas eius cogitationes fugit, tanquam fœtus viperarum. Turpia verba & scurilla repellit, & cantria: vnguenta meretricia reicit. Odit iræ tumores: inhumanitatē, & inuidiam, & lites non admittit. Averatur vanam gloriam, que ponit studium in rebus inanibus. Ampullis superbie hostiliter aduersatur. Odium, & iniuria acceptæ recordationem odiit, vt salutis aduersariam. Omne vitum reputat, tanquam virus latiferum. Delectatur autem horum cōtrarijs. Contraria enim contrarijs curantur. ¹³ Iucundum est ei ieiunium, & continentia, & psalmorum cantica. Castitati, & virginitati, moderationi, & temperantia afferuntur, & beatitudinem & beatitudinem dicitur. ¹⁴ Splendens nostrarum corporis hereticis: non ergo habet amas buntur ab eis.

MIRACULA SANCTISSIMÆ DEI

Genitricis, per beatum Gregorium Episcopum Turenensem descripta.

Ac primum De Basilica eiusdem ab Imperatore Constantino extorta.

ARRIA virgo gloriosa genitrix Christi, vt ante partum, ita virgo creditur & post partum. Quæ (vt supra diximus) Angelicis chorus psallentibus in paradylium, Domino præcedente, translata est. Cuius ¹ basilica ab Imperatore Constantino admirabilis opere fabricata renitet, ad quam adductæ columnæ cum præ magnitudine leui non possent, ed quodd[em] est circuitus earum sexdecim pedum, ac diebus singulis casco labore fatigantur, apparuit artifici sancta virgo per viuum dicens: Noli me sustinere, ego enim tibi ostendam qualiter haueant eleuari columnæ: & ostendit ei quæ aptarentur machinae, qualiter suspenderentur coelestæ, atque funes extenderentur, illud addens: Coniunge tecum tres pueros de scholisi, quorum adiutorio hoc opus explore. Qui euigilans quæ præcepta fuerant, cum coaptasset, vocatis tribus pueris à scholis, erexit summa velocitate columnas. Præstitum est populi spectare miraculum admirandum, vt quod multitudine virorum fortium eleuare nequiverat, tres pueri absque virtute perfecti operis subleuerant.

Huius festivitas sacra mediante mensa Augusto, ² celebratur. Nam in oratorio Marcianensi dominus Aruerni territorij eius reliquiae continentur. Adueniente vero hac festivitate ego ad celebrandas ³ vigilias ad eum accelsum. Cumque per obscuram noctem properaret ad

¹ Hæc virtutes,
que sunt gracie
beate virginis, dia
placent nostraris
corporis hereticis:
non ergo habet
amas buntur ab eis.

² Ecce quomodo
antiqui principes
templo magnifice
in honorem Deli,
et sanctissime eius
genitricis adiutoriæ

³ Festivitas beatis
te virginis, que
medio mensi Ad
festi celebratur,

est eius Assumptionis

⁴ Vide verū esse
quod olim ante fe
stas solennia, vigi
lia noctu celebra
bantur in ecclesiæ

oratorium, suspicio à longe per fenestras ita immensam claritatem effulgere, ut putaretur ibi multitudo lichnorum aut cereorum esse accensa. Credens igitur quod aliqui deuotorum iam nos ad celebrandas vigilias praecessissent, accedo ad ostium, pullo, nec quenquam inuenio, sed reportum ostium clave munitum, cunctaque silentio data deprehendo. Quid plura? transmittimus ad custodem, cui tunc erat obseruandi cura, ut scilicet ostium clave exhibita referaret. Dum autem ille venit, nos accendimus à foris cereum. Interea aperitur sponte & ostium ingressusque nobis credo à caligine peccatorum meorum effugata claritas, quam admirabatur, apparente nolto cereo, discessit. Nihil tamen præter virtutem gloriose virginis aliud penitus videtur potuisse, unde claritas illa fuisset exorta.

De pueri Iudeo valde memorandum miraculum.

Habetur vbi su-
pra cap. 2.

⁴ Ecco quomodo
in sacra Eucaristi-
a verum Christi
corpus & sanguis
continetur.

Quid igitur in Oriente actum fuerit ad corroborandam fidem catholicam non filebo. Iudei cuiusdam vitarii filius, cum apud Christianos pueros ad studia literarum exerceretur, quodam die dum missarū festa in basilica beate Mariæ celebrarentur, ad participationem gloriæ corporis & sanguinis Domini cū alijs infantibus infans Iudeus acceſſit. Quod sancto assumpto, gaudens ad domum patris reverteritur, illoq; imperante, inter amplexus & oscula quæ acceperat cū gaudio referat. At ille Christo Dominio, ac suis legibus inimicis ait. Si cum iis infantibus communicasti, oblitus paternæ pietatis, ad vlciscendam Mosaicæ legis iniuriam paricipia in te durus existam. Et apprehenſum puerum in os fornacis ardentes proiecit, multaq; ligna, quod vehementius exureretur, iniecit. Sed non defuit illa misericordia, quæ tres quondam Hebreos pueros Chaldaico in camino projectos nube rorulenta resperferat. Ipsa enim & hunc inter medios ignes, & paternarum flamarum moles latenter proflus consumi non patitur. Hoc cū audisset mater, quod scilicet filium communem pater deliberaſſet exure, cucurrit ad liberandum eum. Sed cū vidisset incendia ab ore fornacis patulo, huc atq; illuc flamma dominante respigeri, ornatum capitis ad terram proiecit, diffusaque cesarie, se miserā clamitans ciuitatem vocibus implet. At cū Christiani quod actum fuerat didicissent, cōcurrunt omnes ad tam iniquum spectaculum, retrahitque ignibus ab ore fornacis, inueniunt puerum quasi super plumas mollissimas decumbentem. Quo extracto admirantur omnes illumsum, clamoribus locutus ille repletur, & sic Dominum omnis populus benedicit. Conclamat etiam vt authorem huius sceleris in ipſas proiicerent flamas. Projectum autem ita totum ignis absorbit, vt vix de oſſibus eius paruum quodammodo reliqueretur indicium. Interrogantes autem infantulum Christiani, quale ei inter ignes fuisset vmbraculū, ait: Mulier quæ in Basilica illa, vbi panem de mēnſa accepi, in cathedra residens parvulum in ſinu geſtā inſtantem, haec me pallio ſuo ne ignis voraret, operuit. Vnde indubitatem eſt, beatam ei Mariam appariſſe. Agnita ergo infans fidem catholicam creditit in nomine patris & filij & spiritus sancti, ac ſalutarius aquis ablatus vna cum genitrice ſua denuo eſt renatus. Multi autem Iudeorum exemplo hoc in yrbe illa ſalutariſtunt.

De monasterio Hierosolymitano.

vbi supra cap. 2.

Monasterium eſt valde magnum in Hierusalem, non modicam habens congregationem, in quo loco deuotio populi ſepe plurima conſert, ac etiam Imperatoris iuſſu, ibi non minima largiuntur. Accedit autem quodam tempore, vt præ penuria egestatis valde eis vicit necfaria deficitur. Congregatio enim garbula monachorum cū vna atque alia die refectiois alimoniane non caperet, vociferant ad Abbatem, dicentes: Largire cibos, aut permette diſcedere vnumquaque in locum quo vitam propagare poset, alioquin te inconsulto abſcedimus, ne pereamus fame. Hac his dicentibus, ait Abbas: Oremus fratres dilectissimi, & Dominus ministrabit nobis cibos: nec enim potest fieri, vt deficiat triticū in eius monasterio, quæ frumentum vitæ ex vtero pereunti intulit mundo. Quibus vigilantibus nocte tota ac pſallentibus, mane orto ita reperiunt cunctæ horreorum habitacula repleta tritico, vt vix vel referari oſtium poſſet. Accepto autem cibo gratias egerunt Deo.

Pſt multos vero annos iterum deficiente cibo, clamauerunt monachi ad Abbatem, qui ait, Vigiliomus, ac deprecemur Dominum, & forſitan transmittere dignabatur alimentera. Denique proſternuntur ad paumentum templi & vigilantes totam noctem in psalmis, hymnisque & canticis spiritualibus. Cum autem ſe post matutinas ſomno declidunt, venit Angelus & poſuit ſuper altare multitudinem innumeram aurii. Erant autem oſtia adiſis obſerata.

Vides vigilias,
psalmos, hymnos,
canticis spiritualibus.
Ite horum monas-
theriorum placuisse
Domino, qui corda
mopie subvenit.

Ex urgente autem manu Abbate cum monachis ad celebrandum, rufum videunt multitudinem aurii ſuper altare. Et ait Abbas custodi aedium: Quis prefectorum huc ingreſſus eſt, qui haec detulit? Respondit: Poſt egrſum veſtrum nullus huc hominum accessum habuit, ſed oſtia clavem munitam retinui, & mecum habui, donec ſurgerem ad commouendendum ſignum. Tunc stupens Abbas cum monachis munus cœleſte intelligit, gratias Deo agens col- ligit,

igit, comparatisque viſtui necessarijs, plebem creditam affluenter refecit. Nec mirū ſi ⁶ beata virgo fine labore ſuis protulit auxilium, quæ fine coitu viri concipiens virgo permanſit & post partum, Huus beatae virginis reliquias cum sanctoruſ Apostoloruſ vel beati Martini reliquias ſuper me in cruce aurea poſitas exhibeam. Cumque per viam graderemur, conſpicio haud procul à via hospitium cuiusdam pauperis incendio concremari. Erat autem folijs, quæ ignibus maxima præſtant fomenta, coniectum. Currebat miſer cum liberis & vxore aquam deportans, ſed flammæ non mitigabantur. Tunc extracta à pectore crucem elevo cōtra ignem: mox ⁷ in aſpectu ſanctorum reliquiarum ita cunctus ignis obſtupuit, ac ſi nō fuſt accensus.

De reliquiis beatæ virginis Mariæ.

Quidam reliquias beatæ Mariæ ab Hierosolymis accipiens, reuertebatur in Gallias, ſed prius Romam adire diſpoſuit. Verū vbi altas Italie ſolitudines eſt ingressus, incidit in latrones. Nec mora, ſpoliatur indumentis, & ipſa quoque capſa, in qua ⁸ beata geſtabat pignora, capitur. Existimates enim inimici illi auri ibidem ſeſtertas aggregatas, eſtracta clauē oſtia rimantur intentē: ſed cū nihil in ea pecunia reperient, extracta pignora in igne proiiciunt, caſofō homine diſceruent. Tunc ille ſemiuſus exurgens, vt vel cineres exuſorum colligeret pignorum, inuenit ſuper carbones accensos illæſas facere reliquias, ipſumque linéum, quo inuolutæ erant, ita admiratur integrum, vt non putaretur pruniſis inieſtum, ſed ex aquis collectum. Collegitque cuncta cum gaudio, & viam, qua pergebat, ingressus vique ad Gallias peruenit incolumis.

De vltione peierantium.

In vrbe autem Turonica eſt Ecclesia sanctæ Mariæ virginis ac Ioannis Baptiſte nomini confeccata, in qua periuris vltio diuina appetit. Quidam enim cū ad periurandum in hac Ecclesiā fuſſet ingressus, vbi manus ante altare ſtans ſursum extulit, vt sacramentum mendax proferret, ſtatiuſ ſequitur resuens ita caput in paumentum collit, vt vix vel viues eriguntur. Ad ſe autem reuerſus dolim periurij quod occultabat publicè patefecit. Vidiimus enim & nos quodam de Turonicis in loco codem periurasse, qui ira diuino iudicio condemnati sunt, vt in ipſius anni curriculo finirentur à ſeculo.

⁸ Sancto cap. 296
liquis quam mira de preſtant beneſt
ſtialibidem cap. 18.

⁹ Sanctas reliquias
as beatae pignora
vocata.

¹⁰ Vide quomodo
ſeuere Deus iudicis
cia exercuit conſtra
peierantia in
Ecclesiā.

Vbi ſupra cap. 296

S A N C T I P A T R I S N O S T R I G E R M A N I

Archiepiscopi Constantinopolitani encornium in adorationem venerandæ zone sanctissime Deiparae, & in depositionem ſanctorum fasciæ Domini, & Dei, & Salvatoris noſtri Iefu Christi, neconin in Eucœnia templi in quo illa depoſita fuerant.

Apud Simeonem Metaphraſten.

 L C R I O S A . dicta ſunt de te, ciuitas Dei: nobis diuinitus David ecclie in ſpirituſe vera ciuitatem, de qua glorioſa dicta ſunt apertissime vocans ciuitatem magni Regis. Quænam ea eſt? Existimo eum manifestissime & ſine vlla contradictione dicere eam quæ vere eſt electa, & omnibus superiori, non domorum excellentia, & altitudine excitatorum edificiorum, ſed diuinarum & iubilium virtutum magnitudine, & puritate omnibus antecedentem, Mariam nulli penitus culpaſſim, & caſtissimam Deiparam. In qua qui vere eſt Rex Regum, & Dominus dominantium habitauit, vel potius in qua plenitudo totius diuinitatis habitauit corporaliter. Hæc vere glorioſa ciuitas, hæc Sion, quæ p̄cipit intellegentia. Hanc, vt arbitror, David praedixit diuinus. Quid si quis eius quoque domum glorioſam vrbem vocauerit, non alienum à vero & honesto dixerit. Si enim iij quorum nomina in tetris celebraſtunt, diurno tempore nominis memoriā conſeruantalorum autem, quorū ne nomina, quidē ſas eſet labijs proſtere, columnę & tépla, & ſimulachra, vſque in hodiernū diē eis nomine tantum, ſunt tamē exteri, & ipſi tanq; adhuc ſuperſtitēs, reſonant in auribus ſimpliciorum: quid dixerit quiſpiam de glorioſissima & laudatissima virgine: quæ eſt omni ex parte interemerat, & nulli culpa obnoxia? Nam ſi ea appellata eſt ciuitas animata. Regis Christi, meritò illius quoq; templū ſanctissimum cuius dedicationem hodie celebraamus, & eſt, & nominatur ciuitas glorioſa. Ciuitas non terrestris, & mortali regi in ciuiū numerum aſcribens eos qui parent eius ditioni: ſed cœleſti, qui tranſmittit ad vitam æternam, & præbedit Regnum luum iis qui ipsum ſequuntur. Encœniorum autem nomen, id eſt, dedicatio-

nis, & reuerendi auditores, ne recenter saetis & edificijs, & modò coagmentatis constructionibus existimetis solum contineri, sed eam etiam quæ in spiritu fit, renouationem significare, per quam homo noster internus, cùm verus & lacerum peccati exuerit indumentum, nouum pietatis induens viuit in vita nouitate. Illis enim delectatur virgo ab omni penitus macula aliena, qui virtutibus, & secundum Deum vitæ pio instituto renouantur. Sic castæ castis castæ fruamur. Encænii: & tanquam ad ipsam præsentem, & omnia videntem accessuri, ita ad venerandum eius templum accedentes omnia componamus, & omnia mutemus in id quod est melius, actionem & contemplationem. Nihil sit nostro die indignum, non ingressus pedis, non risus dentium, vt dicitur, non vestis ornatus tendat ad indecorum. Quid dico? Ipsas quoque componamus cogitationes, & incessu eas esse Deo dignas ostendamus.

Hæc autem omnia præcedat etiam misericordia qua Deus colitur, ut mente, anima, & corpore encæniorum intemeratae Dei secundum carnem matris diem novo modo celebremus. Nam cum ea vnà quoque eluet veneranda ejus zona & intemerata eius filij faciarum Christi veri Dei nostri depositio, & adoratio Zona, inquam, maximè venerande, faciarum pretiosissimarum. Zona illius, qua sanctissimum illud corpus constringebat, & Dei, qui in vtero celebratur, continebat: Zona illius, quæ ad Dei arcâ pulchre & honeste exornabat: Zona, qua sepe humectabatur ex guttis lacræ intemerata virginis. Nec existimerali quis hoc esse absurdum ex iis qui lubenter reprehendunt, si ea tanq; animata alloquamus, & ea bonis verbis & laudibus proequamur. Si enim vasquid vnguentum vel breui tempore continuuit, eo effuso, diu feruat odorem, quid dixerit quispiam de ea Zona, quæ verè ineffsum, & diuum vnguentum, purissimum, inquam, & ab omni reprehensione alienum. Deipara corpus, diu inuoluit & est complexa. Non feruabit in æternum odorem curationum? & eos qui cum fide & desiderio ad eam accedunt, bono odore implebit, non quid eneuat, & effeminat, & est abiiciendum, sed diuino, & omni ex parte venerando, quod acerimè expellit vita animæ & corporis, & si vas, vt diximus, inanum, quod inanum cōtinuit vnguentum, scit, esse eius qualitatib; particeps, & grati odoris; quid dicentis de ea, quæ propinquæ fuit & nimate. Dei verbi habitat? Non occurremus? Non supplices, humili procedimus? Non purgationem animæ & corporis ab ea postulabimus? Omnino. Quid vero? Non perinde ac viuam alloquemur, & ei laudum cantica afferemus? Id certè faciemus. O zona, quæ iis qui ad te configunt, & das lumenborum quidem mortificationem ad vitia, animi autem fortitudinem ad virtutum operationem. O zona, quæ nostræ naturæ imbecillitatem astringis, & roturas & inimicos nostros tam qui sub alpectum cadunt, quam qui non cadunt, impedis. Sed qui mihi accidit, vt dum sanctissimæ compungenter desiderio & impetu vrgerer orationis: obliuiscer faciarum? Non mirum. Dùm enim mater gloriſicatur, sicutur quoque & voluprate afficitur filius. Quinetia legi cedentes naturæ, etiam si res sint supra naturam, matri prium munus obtulimus. Neque omnino id agi feret, qui est summè bonus Dominus. Cum enim verè homo ex ea progredi ei visum sit, & eius appellari filius, nos non condemnabit imprudentia, quæ extitit secundum hominem, qui est summè misericors. Sed facta mentione faciarum, rursus reuertor ad illam, quæ Dominum peperit. Ea enim illas suis castis cōfice manibus. Ipsi vt iuuentem oportuit, magnum Domini maternis manibus in his inuoluti. Ipsi cum iis eum ferens in gremio lactabat, qui supra rationem præbebat omni naturæ spiritu, & augmentum. Sed o faciat quæ liberatorem Dominum inuoluit, & nostrorum peccatorum catenas dissoluunt. O faciat quæ fortem Dominum constrinxisti, & imbecillitatem nostri generis roboraſisti. O faciat, quæ fideles quidem custoditis & conservatis: eos autem, qui contraria habent, ligatis & prosterritis. Sed o faciat, & zona veneranda, 3 tribuite sanctificationem, corroborationem at & expiationem iis, qui fide accesserunt ad sanctum hoc templum, & cum desiderio vos colunt & adorant. O zona veneranda, quæ tuam ciuitatem circundas, & contines, & conservas à barbarica illæfam excursive. O zona pretiosa, quæ Deum verbum, cum esset in vtero, inuoluit, & curationum benedictionem affat illinc hausti. O iucunda zona, quæ à corruptione alienæ Dei matris summè honesto corpori honeste appropinquit, & illinc induisti incorruptionem, manens illabetata & aliena ab interitu. Ut ad nos peruenit quædam narratio veritati consentanea. Sed quid conamur ingredi adytæ, & septa festinamus transilire, eis verborum honorem pro dignitate conantes tribuere, quod profectò ne Angeli quidem possunt facere? Sed veniamus rursus ad supplicationem.

O veneranda zona summè veneranda Dei matris, 4 accinge lumbos nostros veritatem, justitiam, & mansuetudine. Fac nos hæredes, eternæ & beatæ vite, & hanc nostram vitam interitu obnoxiam conserua, ne eam lædant inimici, tā qui sub visum cadunt quam qui non cadunt. Tiam hæreditatem, tuum populum, & intemerata zona intemerata conserua, rectos fidei, saluos vita quæ est secundum Deum, & nullo damno & iniuria affectos. Habeamus te vites

⁹ Vides o Heretico, quomodo a fasciis Domini, & veneranda Zona expedit tribus esse cedentibus eis fidei sanctificationem, corroborationem, expiationem.

^a Quæ magna petit a te veneranda Zona.

vites & auxilium, murum, & propugnaculum, portum, & salutare refugium. Tu autem o castissima, & optima, & summè misericors Domina Christianorum solatium, eorum qui affliguntur potentissima recreatio, paratissimum refugium peccatorum, ne nos relinques oportes tua defensione. Nam si tu nos deserueris, quoniam confugiemus? Quidnam autem de nobis fieri, o sanctissima Deipara, 5 spiritus & vita Christianorum? Quomodo enim corpus nostrum vitalis signum operationis habet respirationem, ita etiam sanctissimum tuum nomen, quod in ore leuorum tuorum versatur alsidue, in opini tempore, loco, & modo, vite, letitia, & auxilio non solum est signum, sed ea etiam procurat & conciliat. Nos protegas alios tuæ bonitatis custodias tuis ad fidem tuum & Deum intercessionibus: præbebas nobis vitam eternam, o spes Christianorum, quæ pudore non afficeris. Nos qui sumus egeni diuinorum operum & morum, per te nobis præbitas contemplati opes benignitatis, dicamus: Misericordia Domini plena est terra. Nos qui propter multitudinem peccatorum à Deo eieci eramus, per te Deum quæsiuimus, & cùm inueniessimus, salu facti sumus. Potens ergo ad salutem est tuum auxilium, o Deipara, & non indiget aliquo, alio ad Deum intercessore. Hoc nos certè scientes, vt qui etiam cùm sepe perierimus experientia didicimus, te esse vehementissimam nostram defensionem: affatim postulandi sumimus occasionem: & in praesentia ad te configimus tuus populus, tua hæreditas, tuus grex, qui tu filij appellatione exornatur & gloriatur. Non est re vera finis tuæ magnitudinis, nō est villa sacras tuæ defensionis, nō est numerus tuorū beneficij. Nullus enim est qui o saluus fiat, o sanctissima, nisi per te: nemo est qui liberetur a�nali, nisi per te, o purissima: nemo est, cui donū cōcedatur, nisi per te, o castissima. Nemo est, cuius misericordia gratia nisi per te, o honestissima. Quoniamque quis non te beatæ pronunciat? Qui nō glorificabit, qui nō magnificabit? si non pro dignitate, at promptè quidē certè & alacriter te quæ es glorificata: te quæ es dicenda beatæ: te quæ magistralia es confecta ab ipso tuo filio & Deo, vere magna & admirabilia. Quamobrem te laudant omnes generationes. Quis post tuū filium ita generis humani curā gerit, sicut tu? Quis ita nos defendit in nostraris afflictionibus? Quis tam sit præsidiens nos, ab irruentibus liberat tentationibus? Quis in supplicationibus adeo pugnat pro peccatoribus? Quis ea quæ corrigit nō possunt, adeo repugnando excusat? Tu enim cùm habeas maternam apud tuum filium fiduciam & potentiam, nos qui sumus commendati, & non audemus intueri ad cœli altitudinem, tuis intercessionibus & intercessionibus ei efficaci familiares, & das 7 salutem, & ab æterno liberas supplicio. Quamobrem is qui affilitur, ad te configit. Qui iniuria afficitur, ad te accedit. Qui est rebus asperis, & aduersis implicatus, tuum iuocat auxilium. Omnia tua sunt admirabilia, o Deipara. Omnia supra, patrum, Omnia ingentia, & aliorum vires superstantia. Propterea & patricium tuum maius est, quam vt intelligentia comprehendit posse. Homines enim ipso olim reiectos, expulso, expugnatosque tuo partu reconciliati, domésticos effecisti filios, & hæredes. Tu quotidie peccatorum pelago fluctuantibus hominibus adiutricem manum extendens, eripis a fluctuatione. Tu nequissimi hostis contra seruos tuos invaciones sola tui nominis 8 invocatione sanctissima repellens, tuos atque incolumes seruos. ^a Vide bicheros, & vide num præstare, beata virginis invocatio.

Tu implorantes te homines ab omni necessitate ex omnigenis tentationibus opportunitate, liberas. Quamobrem ad templum tuum studiosè accurrimus, in quo cùm stamus, in cœlo ipso stare nos credimus: in quo te celebrat, in Angelorum choro versati, nos existimamus. Equidnam genus hominum talis gloria diuicias affecutum est, talem opem, tale patricium posidet, quale Christianorum natio in te habet? Equisnam ex fidelibus venerandam tuam zonam inuenis, non statim animi iucunditate repletur? Quis feruient animo ad ea præsidens honesta petitione inanis redit? Quis tuum characterem inspiciens, non subito angustias omnes oblitus est? Norunt qui ad venerandum hoc tuum templum accedunt, in quo pretiosam zonam reponi concessisti, & filii tui, ac Dei nostri incunabula, quorum depositio nem hodierno die celebramus: quanto gaudio, quanto delectatione, quanto hilaritate affici solet. Non enim verbis explicari potest. O vas illud, ex quo recreationis manna nos malorum ardoribus arefacti ebibimus. O mensa, per quam exurientes nos panem, vita abunde adepti sumus. O lucerna, per quam qui sedebamus in tenebris, magna luce illuminati sumus. Habet tu quidem à Deo, ipso dignas, & congruentes tibi laudes: sed ne, quæsto, repellas hanc nostram dignam quidem laudationem, sed ex animo tamen tibi oblataem. Ne repellas formidabilis pronuntiatam orationem, quam benevolè tibi offerimus. Ne, quæsto, tenuis, & indignus illius supplicationem reicias: sed animum remetens, peccatorum nostrorum ⁹ remissionem nobis concedas, templerne vitæ fruitionem, & omnium malorum liberationem. Respicce de sancto habitaculo tuo circumstantem fidelem populum, qui cum te Dominam, & patronam habeat, huc conuenit, vt toto animo te celebraret. Diuina igitur protectione tua præsentem visitans cœcum, ab omni calamitate & angustia, ab omni morbo, & incommodo, ¹⁰ cœfessionis prestat.

do, atque violentia liberatum, omni gaudio, salubritate & gratia prosequere, atque in aduentu-
tui filii tui clementissimi Dei nostri, cum assisteremus omnes iudicandi, tu queso ut mater-
nam habens fiduciam, & maximam potentiam, valida illa manu tua ab eterno igne nos eri-
piens, fac ut sempiterna consequamur bona: gratia illius & benignitate hoc praestante, qui à
te genitus est Dominus noster Iesus Christus: Cui gloria, & Imperium nunc, & semper, & in
secula seculorum. AMEN.

EVTHYMI MONACHI ENCOMIVM

in adorationem venerandæ zone sanctissimæ Deiparæ, & fasciarum Do-
mini: necon in anniversarij diem dedicacionis templi in Cal-
copatriis, propter collocacionem sanctæ Caplae
prædictæ continens.

Apud Simeonem Metaphrasten.



10. Vides quomo-
do etiam res extra-
re Sanctorū san-
ctæ fune, ex cice-
betur reuectia.

21. Nota diem festū
adorationis zone
beatæ virginis, &
fasciarū Domini
nosteris Iesu Christi.

ROPOSITA est nobis hodie ad orandum, & spiritualiter celebrandum
(ò purum mihi adiutorium) veneranda, & insignis, & coleta vel ab ipsius
superioris ministris nostris secundum gratiam, qui non potest comprehen-
di, patris integra, intacta & incorrupta 10 zona, supra quam dici potest be-
nedictæ, & gloriosæ semper virginis, & intemeratæ Domini nostre Deiparæ.
Cum itaq; animas & corpora, per virtutes quæ reprehendi non pos-
sunt, & Deo dignæ sunt nos omnes abluterimus, ita accedamus ad eius di-
uinum, & suspiciendum, & quod supercelstiloco nō est inferius, templum. In quod quicun-
que, vt viderit, ingreditur tanquam in celo quodammodo, perpetuos & indeficientes cultus,
& glorificationes facit cum timore, & cordis exultatione, maximè autem hodie.

O miraculum in primis nouum & alienum, quoniā post stupendam & letam adoratio-
nem pretiosissimæ, & maximè Regiae, & Christi dilectæ zone, vel ipso, quod est in Edē pa-
radiso pretiosus, vt diximus, hoc templum fuit dedicatum. In quo etiam Domini nostri Iesu
Christi, qui est vius ex supersubstantiali, & in creatâ Trinitate, depositus fuit (ò miraculum, ò
ré nouare, & inaudita) quæ pretio estimari non possunt, & Dei decen, fascie lucide & fulge-
ti zone coniunctæ. Et quis loqueretur potentias Dñi, auditæ faciet omnes laudationes eius
aut quomodo possem ego hoc duplice luce respandens 11 festū verbis exornare splendida,
primum quidem vt Deo placeam, & ei quæ cum peperit sine femine, & planè ineffabiliter
deinde etiam vt profici iis qui conuenierunt, & iucundè exultant. Atqui vita quidem excel-
sa garens, quam conuenit habere eos qui volent scribere, (Primum enim cepit Iesus facere,
deinde docere) quinque spirituali egenis oratione (opertore enim lingua habere theologican,
vt non opus habeat alio conuertere oculos) diuinos, qui olim locuti sunt pulchre & panegy-
ricè nihil aliud efficiam oratione, quam molestia afficiam eos qui conuenierunt, indecora ver-
borum humilitate, & obsecra ac inordinata dictione. Sed tamen viri fidelissimi implentes ob-
edientiam, & eius qui est diuinis repletus, carnis iam duplex ad festum laudandæ semper
& beatæ virginis. Dabit enim verbum, inquit, Dominus euangelizantibus virtute multa. Age
verè hunc diuinum, excellenti, & iucundo diei nouum aliquod prius comparsum, & exequi-
tur spectaculum: & ita nobis orationem consequenter suppedante ea quæ sine yllis loci
angustiis eripit, ac continuunt confitentes verbum patris, adiiciamus coronas encomiorum his,
quibus est gratum festum, & amborum festo afferamus ea quæ est consonantia. Quomodo
enim propositis geminis qui gaudium afferunt oculis, sole inquam resplidente, & Oriente
illuminante, & luna, cum splendidis stellis nostræ obscuras illuminante: aut etiam duabus
solibus orientibus nutu, & prouidence diuina, & à patre mota voluntate est admirabile &
ineffabile iis qui hinc adsum spectaculum: ita etiam quæ nunc adest splendida & summa cele-
britas, in nos emititur radiorum mœciantia fulgura, & huius fidelissimi populi congregatio-
neni tanquam astrorum multitudinem penè innumerabilem mittit ad templum eius, quæ
est verè & propriæ Deiparæ diuinorumque radios, edoresque suauissimæ spirantes effundit innu-
merabiles, & per suadet Deum promptissimo glorificare animo, quomodo ex terrigenis
neppu fuerit electus. Non potest enim exhaustiri eius bonorum scaturigo. Est perennis
thesaurus eius miraculorum. Si enim, vt diximus, est dulcis & desiderabilis, & eximius.
& lata efficit corda oriens hic sol qui est ad tempus, & est interitus, etiam si solus fuerit
lucens, & illuminans: quanto magis putas, Christus sol iusticie nos illuminat incundissima
eius specie & pulchritudine fruenter per immateriales inquam glorificationes, & purissimas
precias? Ego enim (inquit Sapientia) eos qui me amant, diligo. Qui autem diligit filium
& Deum, & hominem Christum, diligite eum quoque qui ipsius genuit sine tempore, ante
omnia secula, & ineffabiliter. Diligit vero etiam sanctissimum, & paraclytum spiritum, &

hono-

honore æqualem, & confessorem patris, & filij, & vt qui ex patre quidem 12 procedit, per fi-
lium autem ad omnem piut mititur. Diligit autem filius (ò excellētem Dei conconomiam)
eam quæ ineffabili & stupenda ratione in ultimis temporibus continuit vngenitum verbū
patris, & quod cum eo est expers principij. Habuit enim, habuit in vtero intemerata, & im-
polluta verbum illud, quod cœlos constituit. Habuit in vtero eum, qui pugno omnia con-
tinet, & (ò castissimam, & nulli culpæ affinem, quam extimescent intelligentes omnes Hi-
archiæ) gestauit in vtero eum qui nec contineri, nec adiri potest ab vniuersa creatura,
Deum perfectum, & (verum quid ribi rei & benigne & clemens, cum mendicis & ab-
iectis?) hominem perfectum, duplicum natura, vna autem consistente persona. Non
enim dicimus hominem Deificatum tanquam in visione, ac phantasia; Absit, sed Deum in-
carnatum, & hominem factum, qui totum illud quod nostrum est, suscepit, dogmate nostro
tenemus. Verbum enim (inquit tonitru filii) caro factum est. Non quod conuersum, ac mu-
tatum sit ex eo quod erat verbum, sed quod præterea acceperit vt caro heret: non mutata di-
uinitate in humanitatem, sed cum propria fæce diuinitatis essentia in propria persona Dei
verbi & consistente comprehendens etiam esse hominem. Hominem autem dico perfectum. Que-
cumque enim homo, & qualia homo, & si quid est homo, accepit vngenitus, vt in perfecto
suo homine vniuersam salutem, cum Deus esset, sufficeret, hominis nihil relinquens: ne pars
relicta rursus fieret esca diaboli. Nō enim venit vt miraret naturam, carne induitus, vniuerso-
rum Deus, sed vt eam reformaret, & sufficeret puram à mutatione, vt etiam factum est. Quod
enim fuimus, erimus, propter mysterium eius incarnationis, eam que ab initio erat, immu-
tabilitatem acceperit, quam mihi, & bonis omnibus perficit, & corpus natura mūdum redi-
dens à peccato, & intelligentem animam voluntatem habentem immutabilem. Vno autem
verbo vniuerlum dico mysteriū. Neque Deū nudum corpore, & iis qua sunt corporis, Chri-
stum esse credamus, neque nudum hominem absque vera diuinitate, & iis qua sunt diuinitati-
tis: Vrunque enim aperte ostendit doctrinam diaboli; Sed Deum totum, & eum ipsum abs-
que conuersione totius hominis acceperit essentiam, corde puro credamus ad iustitiam, &
ore Apostolicè, & paternè confitemamur ad salutem. Hunc ergo ante secula Deum, qui com-
prehendi non potest, qui refluit in duabus essentiis & operationibus, vna autem, vt diximus,
persona, & nobis in omnibus fuit assimilatus præter peccatum, poperit quæ est verum pa-
tronum Christianorum, & propriè, vereque est Deipara: quæ est altior, & superior quavis re
creata, tam quæ sub aspectum cadit, quæ non cadit: quæ est pura, impolluta, intacta Pa-
tris, qui nec videri, nec comprehendendi potest, ab omni reprehensione aliena, & pulcherimæ
sponti, quæ est in omnibus gloriæ & benedictæ, & in bonitate & benignitate est incompar-
abilis, conuenienter ei, qui ex ea natus est Deus & homo, & nobis ad indeficientem pro-
posita open & salutem. Et quis non hodie (vt superius diximus) accurrit ad venerabilem
zone, quæ semper lucet, & omni ex parte resplendet, venerationem, & ad hanc longè cla-
rissimam, & illustrissimam eius ornatisimi, & à Deo conditi templi 13 dedicationem? Ho-
die enim admirabiliter ambo simili sunt proposita ad laetitiam fidelibus qui rectè sentiunt, &
qui verè eam conuentur, & adorant veram Deiparā, vt quæ peperit superefficiente verbum
Dei Patris, qui nequit comprehendendi. Et qui non est ita effectus, & non ita opinatur, vt paulo
ante scripsimus, voces mutantes ex paternis præceptis fit anathema.

Hodie laetantur Angeli, gaudent Cherubini, gaudio afficiuntur Seraphini, Throni, & Do-
minaciones mente nobiscum exultant. Transfilias, ô tu, pura mente æthera, & cœlum, quod
illum superat, puris & castis oculis: & videbis vim eorum quæ dicuntur. Nec mireris. Nam
si studio & diligenter homo fit Deus (inquit enim: Ego dixi, dij estis, & filii excelsi om-
nes) quid est incredibile, aut magnum, quod quis veritus cum Angelis, quæ illic sunt bona
videat, intelligentia, & in iis se omnino extendat & oblectet? Abunde enim diuina gratia
benignitatem suam iugiter effundit iis qui purè vivunt, & Euangelice. Ego enim (inquit
meus Iesus) & Pater venimus, & mansioem apud eum faciemus. Vide ergo, vide,
quemadmodum inhabitatio Trinitatis in hominibus maior fiat, quam contemplari pos-
simus. Hodie ergo à nobis quoque honoretur 14 zona, quæ est omnino à Deo maximè il-
lustrata, & summe admirabilis, & valde veneranda. Hodie honoretur zona, qua succincta
fuit laudatissima Deipara, & fraudulentissimum draconem per eam suffocauit, & nostri ge-
neris autores, à gravi renouatu exilio. Hodie honoretur zona, quam ipsum quoque vngen-
itum Dei verbum ineffabiliter ex ipsa carne testum, quomodo ipsæ solus nouit, tenet, &
est cornplexus adhuc corporaliter propter ætatem se gerens pueriliter, & vt puer solet
facere balbutiens, & in materno gremio requiescens, & exiliens. Hodie ipsi quoque,
inquam, primi Dei ministri, licet non videantur, eam adorant, & maxima colunt vene-
ratione, & arcant vna nobiscum laetantur. Hodie à nobis etiam terrenis adoretur, &
gnificetur

¹² De processione
¹³ spiritu sancti rea-
centiū Grecorum
more loquitur.

¹⁴ Etiam antiqui
Patres celebrabat
anniversarii di-
dedicationis ecclæ
sc. alicuius.

¹⁴ Ego quanto
honore prosequis-
tor beate Dot ge-
nitricis zonam.

gnificetur hæc zona ad gloriam eius, qui supra rationem fuit carne induitus. Et (ð mysteria, que comprehendunt nequeunt) hodie magnificetur zona, ad laudem & honorem semper Virginis & Deiparæ Mariæ. Lætatur enim cùm nos in his aspicit castissima Domina. Se enim ea re vera cinxit, vt credimus, & aras contruit Idolorum, & delubra gentium perdidit & communiuit, & celare fecit immoderati sanguinis effusionem. Hodie zona magnificetur, per quā aës fuit sanctificatus, celi summè resplendit, Sol & Luna supra naturam suam nunc splendide radios & mysticè emittunt, & vniuersus mundus, qui quatuor continentur finibus, renouatur, & illutratur. Et gloria sit ei, qui nos implet in bonis omnibus ad gloriam sua bonitatis. Hodie glorificetur zona, per quam montes exilunt, & tranquillum mare subridet placidè, omnesque summè ditantur & laetitia aspiciuntur, ad gloriam eius, quæ est semper virgo, & Dei mater. Hodie zona glorificetur, per quam pulchri euadunt fluij, & soli subiectam terram rigant, & fertilem efficiunt. Et gloria sit ei, qui eos regit, & nos in omnibus laetificat, & copiose alit. Hodie proponatur, honoretur, & adoretur zona, quæ diuina virtute celos superat, & resplender plus quam radij solares, manetque integra & intacta plurimorum annorum curricula, noningentorum, inquam, aut amplius.

O Dei mysteria quo comprehendunt nequeunt: ð dona eius, que non possunt investigari. Papæ tuam, ð intermerata potentiam. Pape tuā ad filiū tuum abfīllo intercessore fiduciam. Ecce quis, ð Domina potuerit fatis vel aliqua ex parte laudare hanc preclarām, & verè semper célédam celebratē? Et præbete quidem aures: Sum enim admirabilia dicitur. Nam vt scriputum inuenimus in admiranda, & semper resplendente arca, in qua est pretiosa hæc zona recordita, à tempore Arcadii, qui olim imperauit, in fide recte sentiens, quique fuit filius magni illius, & qui virtutibus resulfit, Theodoli, hic fuit reposita tricesimoprimo ¹⁴ vltimi huic mensis. Saluaque, illæsa & impolluta, ut videtis, permanescit usque in hodiernum diem, nullo modo sedata aut obfuscata, aut eius colore villo modo mutato: sed resplendens supra niuem, & tanquam modo ex coecino laborata, sic est proposita, virtute sancti, & viuifici, & adorandi spiritus. Ei autem prompto & alaci animo, & flectamus genua, lachrymas fundamus, prælaetitia, ante eam stenus, & fideliter omnes sanctificemur oculis, labris, frontibus, manibus, cæcum metu tangentes, & in altum extollentes, & sic dicentes: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. Vides enim, vides ante pedes pulcherum & tuę capsa nos omnes ardenter volutari, & tuum postulare auxilium, expectantes tuam defensionem, tuum in omnibus inuocantes patrocinium. Itaque vt dum hæc quidem manemus, nos protegas supplicamus, rurus autem vt cum excedemus, in ædibus semper viventibus & luminosis habitemus ¹⁵ obsecramus. Contrà autem nobis parcat tuus filius & Deus, perennibus tuis orationibus, Nihil enim est, quod tibi sit impedimentum, ð impolluta Domina. Ecce enim post tuum felutum pretiosa tua & adorandæ zone, huius quoque tui templi dedicationem concorditer peragimus, vt qui simus serui & debitores, ð optima. Relpice seruos tuos, respice: in te enim ¹⁶ omnes spem nostram collocauimus, & in te vivimus, & gloriamur, & sumus. Scimus enim, scimus fore, vt non hac nostra fructum tremur expectatione, aut fallamur, & excidamus. Tua enim sumus hæreditas, ð impolluta: & ad te mane surgere & configurare nunquam nos piguerit. Agendum verò popule electe, & Deo grata, postquam de veneranda, & pretiosissima zona pauca diximus, pro nostra quoque dicendi facultate nonnulla dicamus de dedicatione. Sicut vobis ante sumus polliciti. Dedicatur ergo hodie templum Dei matris, quod est pulcherum & luminosissimum, & celo potest æquiparari. Hodie dedicatur templum maximè benedictæ Dei Filiae, in quo Angelorum exercitus asiduè ministrant, & circa semper splendentem capsam cum timore aspistunt, quod & fasciæ Christi in ea sunt recondite, et hac à Deo contexta zona eius quæ peperit ineffabiliter. Gloria sit ei qui nos in his aspatum dicit, & refrigerat, et à multis malis liberat, nempe & ex incursione Barbarorum & grauibus alijs quibusdam casibus. Hodie celebrantur encænia nostræ intermeratae. Et quis ex viris terrigenis, & ea quæ sunt Dei scientibus, non exilierit, & non praeclarè supra niuem de albatu fuerit, & animo, & moribus mutatus? Ita enim in his erimus sine periculo, si maxime cum metu, & tremore, & spirituali exultatione in id ingrediamur. Hodie templum dedicatur huius gloriæ Dei matris, in quod ab Oriente, & Occidente, à Septentrione, & mari, omnes ardenter & fideliter confluunt, & spiritales cultus cum timore peragunt, & Deum ex corde non cessant glorificare à media nocte, atque adeò perpetuo prompto & alaci animo, assimilati Angelis, & Archangelis. Hodie dedicatur templum Regis Christi matris, in quo omnis scriptura à Deo inspirata, & utilis legitur ad utilitatem animarum innumerabilium. Etenim ex quoouis Christianissimo ordine in id magno studio confluunt Pontifices, & Reges, Principes, & magistratus, diuitiae, & pauperes, immatura ætas & piarum feminarum caterua. Sed quis tuæ gloriæ loquetur magnalia ð intermerata? Hodie dedicatur ¹⁷ templum

^{24.} Vltimum m̄s
sem appellat gr̄e
corum mōre, qui
Augstum extit
mū mensa a
ni faciunt.

²⁵ Vide quomo
do vult fleti ge
nua ante eonam
virginis, funda la
ebrymas, ac illos
rangentium oni
um labra, friones
et manus sancti
eari.

²⁶ Ecce quomodo
inuocat sanctissi
mam Dei matrem
in auxiliu.

²⁷ Vnde mira que
de matre Dei die
et ostendit fere que
de ipso Domino
Deo dicuntur. Et
quod omnis nostra
spes in ea stetit.
Quod tamē fribi
intellige, scilicet
post ipsum Domini
num Regm.

scimus fore, vt non hac nostra fructum tremur expectatione, aut fallamur, & excidamus. Tua enim sumus hæreditas, ð impolluta: & ad te mane surgere & configurare nunquam nos piguerit. Agendum verò popule electe, & Deo grata, postquam de veneranda, & pretiosissima zona pauca diximus, pro nostra quoque dicendi facultate nonnulla dicamus de dedicatione. Sicut vobis ante sumus polliciti. Dedicatur ergo hodie templum Dei matris, quod est pulcherum & luminosissimum, & celo potest æquiparari. Hodie dedicatur templum maximè benedictæ Dei Filiae, in quo Angelorum exercitus asiduè ministrant, & circa semper splendentem capsam cum timore aspistunt, quod & fasciæ Christi in ea sunt recondite, et hac à Deo contexta zona eius quæ peperit ineffabiliter. Gloria sit ei qui nos in his aspatum dicit, & refrigerat, et à multis malis liberat, nempe & ex incursione Barbarorum & grauibus alijs quibusdam casibus. Hodie celebrantur encænia nostræ intermeratae. Et quis ex viris terrigenis, & ea quæ sunt Dei scientibus, non exilierit, & non praeclarè supra niuem de albatu fuerit, & animo, & moribus mutatus? Ita enim in his erimus sine periculo, si maxime cum metu, & tremore, & spirituali exultatione in id ingrediamur. Hodie templum dedicatur huius gloriæ Dei matris, in quod ab Oriente, & Occidente, à Septentrione, & mari, omnes ardenter & fideliter confluunt, & spiritales cultus cum timore peragunt, & Deum ex corde non cessant glorificare à media nocte, atque adeò perpetuo prompto & alaci animo, assimilati Angelis, & Archangelis. Hodie dedicatur templum Regis Christi matris, in quo omnis scriptura à Deo inspirata, & utilis legitur ad utilitatem animarum innumerabilium. Etenim ex quoouis Christianissimo ordine in id magno studio confluunt Pontifices, & Reges, Principes, & magistratus, diuitiae, & pauperes, immatura ætas & piarum feminarum caterua. Sed quis tuæ gloriæ loquetur magnalia ð intermerata? Hodie dedicatur ¹⁷ templum

templum sponsæ expertis nuptiarum patris, qui non potest comprehendendi, in quo chorii piorum, & doctorum virorum in ordine alsistentes, & indoctis non paruam præbentes utilitatem summam accipiunt remunerationem. Qui enim adducit, inquit indignum ab indigno, erit tanquam os meum. Hodie dedicatur templum purum, & integrum gloriæ Dei filiae, in quod eriam iij qui sunt in montibus, & speluncis cursu venientes, ex bona fama offa (vt dicit scriptura) pinguefaciente, amore amorem assument, & læti domum vadunt, semper virginis Maritæ summum templū honorantes. Hodie templū dedicatur illius castissimæ templis omnibus superiorius, in quo plurimi ex iis qui sunt polluti peccatis grauissimis redeunt ad pietatem, & summam puritatem, & sunt equalis Angelis. Hodie dedicatur templū ¹⁸ patrocinij ¹⁹ Beata Mariae virgo patrocinij & defensionis Christianorū, in quo ij etiā qui optimè viuunt, reddunt formosiores, & luce lucē accipiunt, exornati humilitate, qui Christi imitantur. Hodie templū dedicatur laudatissimæ, & ab omni labore alienæ pueræ, in quod quicunque ingreditur ex desiderio & fide, & ea enunciata quæ ab eo facta sunt grauiter, & confitetur se amputaturum ea quæ sunt molesta, statim (ð miraculum) inuenit solutionem, & cordis exultationem. Dixi enim, inquit, enunciabo contra me iniquitatem meam Dominu, & tu remisiisti iniquitatem cordis mei. Hodie templum omni ex parte benedictæ & veneranda adolescentulæ, & prophetarum coronidis est dedicatum: in quo eriguntur paralytici: qui non vident, visum recipiunt, & qui horrore ac febri laborant, curantur. Est enim semper perennis scaturigo eius miraculorum. Hodie nos quoque, qui huc accurrimus ab innumerabilibus, & sibi inuicem succendentibus afflictionibus, & turpisimis improborum hominum maledictis liberati, & testi sub alijs eius intercessionis, suppeditatam rationem, & sapientię cognitionē desuper à filio ex ea nato per ipsam admittentes, cum loqui iussum fuerimus, sine impedimento clamemus. Ne asiduas ²⁰ nostras preces repudies, ne repudies ð intermerata. Defende nos secundum magnam & copiosam misericordiam tuam, ð Domina. Frange schedulam immensorum nostrorum malorum, tuis quæ nunquam dormiunt, intercessionibus, ð optima. Nos ante finem concilia tuo misericordi & iusto iudici, filio & Deo. Sumus enim plene omni defituti fiducia & audacia propter negligientiam & multitudinem peccatorum. Sed magnam vim habet, & laudatissima, precatio matris ad filij conciliandam benevolentiam, vt credimus. Cum ergo habes maternam & infinitam ad eum fiducia, qui ex te sine fluxione, & ineffabiliter ortus est, nos quoque fac bonus eternum participes, & ab omni graui hæc & illic libera afflictione. Potes ²¹ enim omnia tu, ²⁰ Beata Maria virgo omnis pœf*test*: ecce quod beatæ Mariæ inuocat, & quatuor eius intercessionibus cōfida*test*.

ALOYSIVS LIPOMANVS EPI-

scopus Bergomensis sincero Lectori salutem.



V M ex laboriosa illa, non minusque periculosa Polonia legatione, diuina prorsus ope, & non alia, in columnis in Italiam reuertener, & hexaphora vectus, ne irineris tadio torperem, diu Ephraem Edissene Ecclesie diaconi elegantisimos sermones legerem, quædam ex ipsis decerpsti, quæ ad illus grandum hoc nostrum sanctorum vitarum volumen admodum accommodata mihi visa sunt. Proinde ea tibi nunc subiicimus, benigne lector, quæ certò scio, ingenisti paritura desiderium, reliqua sanctissimi huius viri scripta per te ipsum percurseri. Quis enim eum morum probitate, & vita sanctitate, monachismi disciplina, eruditio, & pietate antecellit? Nemo profectò, nisi in vnu magnum sit Basilius, Ephraem ipsis spiritualis pater, præceptor, et institutor. Sed non longe post eius vestigia, crede mihi, graditur sanctissimus hic vir, & clericorum, & monachorum iubar, splendissimum. Accingere ergo tu quoque, & ad ea quæ scriptis, legendis: et ad ea quæ docuit, opere complenda. Ita enim nec ignarus lector, nec surdis apparebit auditor, sed verus illuminatus viri discipulus, post que huius brevis vita cursum, ibi tandem collocaberis, ubi ipse modò Deum omnipotentem cum sanctis omnibus indefinenter laudat, & glorificat. Vale.

ORATIO DIVI EPHRAEM DIACONI

Ecclesie Edissene, viri sanctissimi, & illuminatissimi,
de sanctissimæ Dei matris laudibus.

IN TEME.

ALOYSII LIPOMANI VERON.



IN TEMERA TA, prorsusque pura Virgo Deipara, Regina omnium, spes desperantium, Domina mea gloriofissima, eademque optima, sublimior celicolis, purior Solis radiis, & splendoribus, honorior Cherubim, & Polymatis, id est multoculis spiritibus, sanctior Seraphim, & nulla comparatio ne ceteris omnibus superis exercitibus gloriofis, spes Patria gloria Prophetarum, Apostolorum praeconium, & honor Martyrum, Sanctorum laetitia, & lumen studiorum Abraham, Isaac, & Iacob, decus Aaron, Moysis splendor, & Gedeon velius, Hierarcharum coetus, & omnium sanctorum ac virginum corona, ob fulgorem inaccessa. Accesa aurea, lucerna micantissima, verna cœli manna gestans, tabula scriptam legem ferens mortalibus, arca vera, charta diuinissima, omnium princeps, circumspecta, & lucifera virgo, consolatoria sanctissima, & omnium dux, sacratissima puella. O rube incombus, & parentis praedium, & viridans Aaron illius virga, Virga profecta extitisti, & flos filius tuus. E radice David, & Salomonis germinauit Christus noster creator, Deus & Dominus omnipotens, altissimus & solus. Tu quoad corpus Deum & verbum genuisti, virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum. Claves non excusit Deus creator tuus in tuo virginali vtero abiit semine carnem induit, te & celestria talem praefervans, qualis exiteras ante partum. Per te reconciliatus sumus Christo Deo meo filio tuo. Tu peccatum, & auxilio destrutorum adiutrix. Tu portus & procella vexatorum, solatium mundi, carcere clauorum liberatrix celestissima. Tu orphanorum suscepit, tu captiuorum redemptio, tu egrotantium exultatio, & omnium salus. Tu solitariorum stabilimentum, & spes mundanorum. Tu virginum decus, corona & gaudium. Tu mundi laetitia, o Domina princeps, Regina præstantissima, & perquam benedicta, puella veneranda, dominorum domina purissima. Sub aliis tuis custodi me & protege. Misericordia mea, qui sum luto inquinatus, qui sceleribus quam plurimi creatorem Deum meum & iudicem offendit, ne aduersus me glorietur satanas extixissimus, ne in me exurgat execrandus inimicus meus, ne seruum tuum a tui spe defitui cognoscam, ne calumniemur me detractantium lingua. Non mihi alia fiducia, o virgo sincera. Ex vlnis equidem maternis tibi Domina mea, deditus sum miserabilis, & cliens tuus vocatus sum, ne maleolens satanas me ad infernas portas adducat. Tu enim meus portus o virgo inuolata, & preses auxiliatrix. Denique sub tutela & protectione tua totus sum. Crebris lacrymis te, o celestissima mater & imploro, & aduoluor tibi, domina mea suppliciter clamans, ne dulcis filius tuus, & vita omnium dator, ob multa que patrua scelera tollat me de medio, & miseram animam ceu leo, diripiatur, vel velut sterilem sicum infeliciem me excidat. Sed obsecro, vt Christum meum audeam, & subeā aulas illas beatorum, vbi non sunt lachrymae, non vexatio, non molestia, non mors, non tormenta, non locorum angustiae, sed laetitia inexhausta, voluptas iustorum deliciae, & exultatio gloria, & splendor. Implo os meum gratia dulcedinis tue. Illumina mentem, o gratia plena. Moue linguam meam & labia, ad laudes tibi alacri & leto animo canendas, & precipue melos illud Angelicum celebratissimum: quod Gabriel in Nazareth seruili habitu ad te virginem & matrem Dei mei integrerit, clamans cecinit, salutationem maximè congreuam, & dignissimam, mundi salutē, cunctarumque animalium tutelam. Dignare, virgo, te tuum seruum laudare & dicere: Ave Dei splendissimum, & luculentissimum vas: ave Domina Maria gratia plena: ave in mulieribus virgo beatissima: ave stella fulgentissima, ex qua Christus prodit: ave illustriſſima lux, mater, & virgo: ave quæ mirifice Regem omnium peperit: ita per quam nobis sol præclarissimus illuxit: ave Domina cunctis sublimior: ave canticus Cherubim, & hymnus Angelorum: ave pax gaudium & salus mundi: ave generis humani laetitia: ave patrum praeconii, & prophetarum decus: ave martyrum pulchritudo, & corona sanctorum: ave piorum gloria, & in solitudine degentium hymnus: ave præclarissimum hierarcharum celestium ornamenti: ave hymnigraphorum omnium oratio: ave præstantissimum orbis terræ miraculum: ave terrigenarum omnium delectatio: ave paradyse deliciarum & immortalitatis: ave lignum vite, gaudium, & voluptas: ave vallum fidelium, & mundi salus: ave tranquille portus, & à fluctibus agitatorum liberatrix: ave nostra periclitantium auxiliatrix: ave progenitoris illius Adam resurrectio: ave iucunda libertas: ave omnium parentum: ave flos gratie & consolationis: ave refugium peccatorum, & hospitium: ave propitiatorium laborantium: ave refugium in Hierosolymis: ave thronus mei creatoris gloriofissime: ave auii splendor illustrissime & micantissime: ave spes omnium proborum aduersis casibus afflitorum: ave conuersum refugium: ave virorum iuxta mulierum: regina & tutelata: ave mundi mediatrix gloriofissima: ave vires terrarum orbis conciliatrix: ave Domina sceptrum fidelibus tuis impetrans: ave gloria & laetitia omnium facerdotum: ave virgo solitarioru: ave porta celorum, ascensio omniū: ave referamentum portarum paradysi: ave quæ mortores sedasti, adornatrix omnium: ave

¹ Ecce quomodo
sanctissima virgo
est humanogenitus
refugium, et totius
mundi salus post
Deum.

² Innocet sancta
Dei genitrix pro
conquesta pec-
catorum venia a
filio ex beatitudi-
nis gloria adi-
scenda,



S A N C T O R U M H I S T O R I A. P A R T I.

289

eadem quæ lenijisti oppressorum molestiam: ave clavis celorum, & regni Christi: ave portus optimus huius vitæ nautarum: ave animæ meæ spes bona & fida: ave Christianorū omnium firma salus: ave lumen præfulgens, quo mundus illustratur: ave mater Christi filii Dei viui: ave nostra genitorum protectio luculenta, & gloria: ave quæ nullo spatio comprehendens in sinu comprehendisti: ave quæ Christum vitæ datorem educasti, Christum pientissimum omnium creatorum, Deum, dulcem Iesum meum, altorem mundi, hominum amantisissimum, omnipotentem patrem meum, cui cōperit gloria, honor, & potestas in secula, laus, & magnificencia, cum ēterno patre, & spiritu sancto, nunc & semper, & in secula seculorum. Precibus ³ Dei ^{Vide quod sancti} genitricis semper virginis, & exercitus celestium, ac cœtus Angelorum, Cherubim, Seraphim, Propheta, Martyrum, Hierarcharum, Sanctorum studiorum intercessionibus, & bis. ^{intercessione pro nos}

et

E I V S D E M D I V I E P H R A E M

oratio, ad sanctissimam Dei genitricem.



M M A C V L A T A, impolluta, incorrupta, pudica virgo, Dei sponsa, Domina nostra, quæ Deum Verbum hominibus minifica tua conceptione cœiliasti, & rebellem humani nostri generi naturam celestibus confaciasti, unica spes desperatorum, oppressorum subfdium, & ad te currentium auxiliū presentissimum, omnium deniq; Christianorū profugū, me sclestū peccatorem, & foedis meis cogitationibus, verbis, factis, factum vilissimum, atq; adeo voluptatum mollitiem animo seruili & abiecto amplectatum, ne aduerseris queso, quin potius sicut humanissimi Dei mater es, ita me peccatorem humaniter suscipe, & meam torpiditatem, indignitatem, labijs expressam orationem admite, necnon tuum quidem filium meum aut herum, & Deum, maternam tuam liberalitate, volens exora, ut mihi quoq; mitissima illa suę pietatis vifera referet, & posthabitis innumerabilibus peccatis meis, ad penitentiam mea conuertat, probeq; sua complete mandata concedat. Adhuc 4 mihi semper Virgo misericors, clemens, & benigna, in præsenti quidem vita seruens protectrix & auxiliatrix, hostiles gemens, ^{4 Et hic invocat} ^{immaculata virg}

impetus repellens: & me deducens ad salutem, ac in supremo vita momento miseram meam animam conseruans, & tenebroflos malorum dæmonum aspectus ab eo procul abigens: in terribili autem die iudicij, ac gressu damnatione me liberans, postremò inaccessa tui filij & Dei gloriæ me hæredem efficiens. Quam per intercessionem fauoremq; tuum, Domina mea sanctissima Dei mater, te etiam atq; etiam oro, assequi valeam, gratia, miseratione, & humilitate vñigeniti tui filij Domini, & Dei, ac salutatoris nostri Iesu Christi, cui conuenit omnis gloria, honor, & veneratio cum ēterno eius patre, & sanctissimo, optimoq; vitæ autore Spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

C P A S S I O S A N C T O R U M I N N O C E N

tum, per D. Ioannem Chrysostomum Episcopum Constantiopolitanum scripta.



E D I C A T V R noui ab infantibus sermo sancti laudibus Christi, in gloriam Domini primâ vocem aperiunt innocentes: Funt diserti laude, qui fuerat imperiti sermoni. Offerunt Domino primitias lingue, nouos oris imolant fructus, verborum principia libant. Infantes enim quæ per ætatem loqui non poterat glorias Dei cum gaudio resonabat. Norunt laudare Christum, qui loqui non norunt: funt pueri laude, qui fuerunt imperiti sermoni. Ostendunt laudibus Christum, suffragijs prædicanter Christum. Funt interea pueri sine magistro diserti, docti sine doctore, periti sine eruditore. Agnoscent Christum, prædicant Dominum: non quem persuasio humana docuerat, sed quem diuinitas innocentibus inspirabat. Cestant enim humana, cum diuina tractantur: quia humana ipsa prode se non poterunt, nisi diuinorum solito subleuentur. Necesse est enim terrena succumbere, quum cœlestia prædicantur, naturalia filere, quum virtutes loquuntur. Erigitur itaque infantium ætas in laudem, quæ delitorum non nouerat crimen: dignus à dignis laudatur, & innocens innocentium testimonio prædicatur: accipiunt enim à Christo, & reddunt, consequuntur, & referunt. Vno enim tempore, & qui dederat, recipie: & qui acceperat, reddit: vno, inquam, tempore sua Christo reduntur,

<sup>Est sermo xxxviii
in opere xxii. f. 2.
eius qui habetur
Tom. 4. fo. cccliiij
Est in operibus
eius Basilei im-
pres. Tom. 2. fo. 4
1555.</sup>

B B duntur,

dū eius laudes illi ab infantibus referuntur. Diximus de laude infantū, quid de lastentiā laudibus proferemus, quorū laudem inuenire nō possumus, nisi eos ipsos qui laudauerint, no-querimus? Qui sint, vbi sunt, quam laudem intulerint quero, qui loqui non norant? Neq; enim illa aetas nosse poterat, quod natura non dederat, aut celebrari à talibus poterat, quod institutio denegabat. Dicunt namq; Domino laudes trucidati ab Herode lastentes, loquuntur sanguine, quod lingua non polsunt; passione canunt, quod sermone non norunt; occisi praedicant, quod viui non poterant. Nec nouum quid dicitur, vt innocens sanguis, aur Deo referat laudes, aut suas indicet passiones, cū Abel sanguis clamet ad celum, aut occisorū animæ ab altari vociferantur ad Deum. Contulit martyrum laudem, quibus negauerat natura sermonem; licuit sanguine clamare, quibus narrare non licebat vocē; licuit sanguine loqui, quibus lingua non licuit; miscent cum Domino colloquia, quibus humana negata fuit verba.

Sed enim occisus innocentibus istis impleta sunt prophetæ verba, dicentes: Vox in Rhamma auditæ est, fletus & plorationis. Rachelis flentis filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Rachelem primò Ecclesiæ esse personam nemo qui abnuat, nemo qui aliud contra veritatem defendat: led duo in illa diuersa conspicio, fletum, & consolationis contemptum. Si enim fleuit, cur consolari contempnit? Aut si consolari contempnit, cur fleuit? Aut quomodo competit consolari noluisse, cui competit flesse, cū aut flesse non potuit, cū manifestum sit fletus consolatione tergi? Vel certè cur indiguit consolationis sermone? Sed (inquit scriptura) noluit consolari, quia non sunt: id est, noluit consolari quia sunt. Si idcirco noluit consolari quia sunt, quomodo voluit flesse qualis illos qui non sunt? Sed vt compendiosa diuersitatum causa reddatur, conditio à matre defletur, sed sp̄ gloriae consolatio humana contemnit. Pietatis affectus in fletibus declaratur, sed occisorum gloria repudium confiderationi indicitur. Pugnauit enim in matre affectus & fides, humanitas cū deuotione cōcērat, plangit affectus, sed fides exaltat: deflet humanitas, sed deuotio consolatur. L icuitenim matri humanitus flesse, cui non licuit consolatione humanitus indigere. Ideo & Dominus Christus in Lazaro fleuit: nec tamen ipse quoq; cuiusquam cōsolatione indiguit: quia hominis fuit quid fleuit, cū manifeste Deus sit qui Lazarum suscitauit.

Sed & beata lastentium gloria, quibus pro Christo contigit dedicare martyria. Expugnat tempore vno natuitatem & mortem, ingressum, & exitum, principium & occasum, vt ipsi posset tempore vno, vt dixi, contingere. & nascendo in gredi mundum, & dedicare martyrio colū. Prōbat novus exercitus Christus, rudes milites designat, legiones lastentes, victoria perpetrata coronat. Fiunt pro Christo viatores, qui ætate fuerunt coæquales: fiunt, inquit, infantes sine certamine fortes, sine pugna viatores: norunt vincere, qui pugnare non norant, existunt viatoria compotes, qui fuerint ætate imbelles. Merentur p̄ea martyrium, gloriam sanguine comparant, æternam vitam temporalis morte cōmūtant. Nec timuit ætas illa mortem, nec horruit: timere enim nō potuit, quæ timere nō nōvuit: transmittit infantes infans Christus ad celum, noua xenia, patri primitias fructuum ex hibet genitori. Ostendit futuram facundissimam messem, dum in semine tantam exhibet vberatatem. Derisit se, derisit hostilis immanitas, que putauit turbare posse consilium Dei, gloriam Christi, salutem necessariam mundi, sed contulit infantibus multis martyrium, dum infante quārit occidere Christum. Praefat hostis dum nocet, beneficium tribuit, quem cōcidit: inuidet enim eorum gloria, si amaret: fed aliae sunt terrestres pugnae, aliae celestes viatorie, in prælio Christi moriendo viuitur, cadendo surgitur, victoria per interitum comparatur.

ITEM DE SANTIS INNOCENTIIS, ex Diuino Gregorio Episcopo Nysseno.

NON Prophetæ solum & Angeli Domini natuitatis nobis gaudium denunciant, verum etiam cœli rebus suis admirandis, Euangelij gloriam prædicant. Ex Iudeis (vt ait Apostolus) propheta Christus ortus est. Sed eius ortu non illuminatur Iudeus: Peregrini, & à testamento promissione benedictione; patrum alieni sunt Magi, qui populum Iudaicum antevertunt, & celestem agnoscentes lucem, & in spelunca Regem non ignorantes. Hi munera offerunt: illi infidias struunt. Hi venerantur: illi persequuntur. Hi gaudent inuenientio, quem exquirerant: illi nunciatu ipsius ortu reformidant. Videntes enim, inquit, stellam supra locum vbi erat puer, gauisi sunt gaudio magno valde. Herodes autem sermonem audiens, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Hi & tanquam Deo thus offerunt, & auro dignitatem regiam colunt: & Prophætica quadam gratia, per myrram mortis dispositionem subfigurant. Illi vero cunctos infantes vnum in locum coactos, interneceione tollendos, cōfent. Quod eos mihi non solum crudelitatis, verum etiam summae dementiae videtur coarguere. Quid enim sibi vult ista puerorum trucidatio? Cur auti sunt homini-

homicidæ fese tanto scelere obstringere? Quoniam nouum quoddam, inquietum, mirandumque cœli portentum, Regis indicium Magis nunciauit. Quid igitur tum? aut portentis signo fidē habes vt vero, aut quod rumore iactatur, vanum putas? Si talis est, qui cœlos sibi fecerit inferire, prorsus est supra manum tuam: Si autem in potestate tua est, vt ille vel vivat vel moriat, cum fructu pertinefas? Qui enim id agit, vt imperio tuo subditus ipse sit, pro quo molitur infidias? Cur horrendum illud datur mandatum? cur impia fertur sententia, vt miseri infantes trucidentur? Quid peccarunt, quid morte aut supplicio dignum admiserunt? Crimen vnum duntaxat habent, quod nati sunt, & in lucem editi. Et properea necesse fuit, vt ciuitas carnificibus completeretur: vt cogeretur matrum multitudine, & infantium populus, vt adfessi etiam patres, & generis propinquitate coniuncti ad saeum facinus congregarentur.

Quis oratione calamitatem describat? Quis acerbitatē enarrans oculis alpicendam proponat? mixtam illam lamentationem, lustuosum questum puerorum, matrum, propinquorum, patrum ad minas carnificum miserabiliter exclamantium? Quis dicendo possit exprimere carnificem gladio contra puerum irruentem, & toru truciō; vultu contuentem: verbisque crudelibus alloquenter, vna quidem manu corripienter infantulum, altera veò gladiū adgentem? matrem porrè ex altera parte filium ad se trahentem, obiciētēmque ceruicem suā acuto gladio, ne miserum filium carnificis manu necatum proprijs oculis intueatur? Quis explicet ea quæ patres agunt, renocationes, suspiria, postremos filiorum complexus? præsertim cū idem à multis fiat eodem tempore? Quis variam multiplicemque calamitatem, & con-duplicatos puerperarum dolores partus exponat? & accerimuras admovebat natura faces? Quomodo puer infelix & vberi simul inhaereret, & per viscera lethalem plagam acciperet? Quonodo misera mater simul infantis ori subderet vbera, & sinu sanguinem eius exciperet? Manus autem impetu fæpeneret carnifex vno gladij ictu filium & matrem consuicabat, & vnum sanguinis riuis ex matris plaga, & ex mortifero vulnere filij mixtus decurrebat. Iam verò cū nefaria Herodis sententia nō solum nuper geniti necarentur, sed etiam illi qui alterum agebant annum raperentur ad mortem: scriptum est enim eum iussisse bimulos, & minores interfici, videre erat matres nō paucas, quæ eo temporis spatio duos filios enixa furent. Quónam igitur rursum in his spectaculum cernebatur, cū duo carnifices circa matrem vnam essent occupati, vñusque propè currentem filium ad se raperet: alter autem lastentem adhuc infantulum è gremio matris enelleret? Quid tum faciat mater infelix, cū natura bifariam in filios diuellatur, & vtroque filio maternis visceribus ex aequo faces admoveantur, vtrum ex carnificibus prius sequatur, cū vñus ex hac, alter ex illa parte pueros ad cædem trahat? Precurrat ne ad nuper genitum confusos indistinctosque gemitus emittement? At inhibetur ab altero iam loquenti, balburientique lingua matrem inclamante. Quidnam agat? quid se vertat? vtrius voce sua respondeat? vtrius gemitum gemitu excipiat suo? vtrius defeat necem, cū vterque naturæ stimulis æquè miseram feriat? Sed amoueamus aures ab hisque quælibus, & ad lætiora dieque festo magis conuenientia cogitationem conuertamus, licet Rachel, vt inquit Propheta clamans filiorum cædem deploret. In die enim festo, vt ait sapiens Salomon, malorum decet obliuisci.

ITEM DE SANTIS INNOCENTIIS,

tibus, Per Diuum Bernardum Abbatem.

Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, & illuxit nobis. Benedictum nomen gloriae eius quod est sanctum. Neque enim ociose venit quod ex Maria natum est sanctum, sed copiose diffundit & nomen, & gratiam sanctitatis. Nimurum inde Stephanus sanctus, inde Ioannes sanctus, inde sancti etiam Innocentes. Vtli proinde dispensatione triplex ista solennitas natale Domini comitatur, vt non modo inter contiguas solennitates deuotio continua perseueret, sed & fructus Dominicæ natuitatis exinde nobis velue ex quadam prosecutione euidentius innoteſcat. Siquidem aduertere est in his tribus & so-lennitatibus triplicem quandam speciem sanctitatis, nec faciliter hæc tria sanctorum genera quartum aliud posse arbitror in hominibus reperi. Habemus in beato Stephano martyri simili & opus & voluntatem, habemus solam voluntatem in beato Joanne, soli in beatis Innocentibus opus. Biberunt omnes hi calicem salutaris, aut corpore simul & spiritu, aut solo spiritu, aut corpore solo. Calicem quidem meum bibetis, ait Dominus Iacobus & Ioanni, nec dubium quin de passionis calice loqueretur. Denum cum Petro diceret: Sequare me, eui denter eum ad imitationem suę prouocans passionis, conuersus ille vidit discipulum quem diligebat fesus sequentem, non tam gressu corporis, quæ promptæ devotionis affectu. Et biberit ergo Ioannes calicem salutaris, & secutus est Dominum sicut Petrus, & si non omni modo

Est sermo b. Bernardi Abbatis in natali corudem,

Tres solennitatis contiguae natale Domini comitatur, S. Stephanus, S. Ioannis, sancti etiorum Innocentibus

modo sicut Petrus. Quid enim sic mansit, vt non etiam passione corporeā Dominū sequeretur, diuinī fuit consilii, sicut ipse ait: Sic eum volo manere donec veniam. Ac si dicat: Vult quidem & ipse sequi, sed ego sic eum volo manere. An verò de Innocentum coronis quis dubitet? Ille pro Christo trucidatis infantes dubiter inter martyres coronari, regeneratos in Christo non credit inter adoptionis filios numerari. Alioquin quando coœuos sibi paeros puer ille qui natus est nobis, non contra nos, propter se pateretur occidi, quod vtiq; solo nuru poterat prohibere, nisi melius aliquid eis videret, vt quemadmodum cæteris infantibus, tunc quidem circuncilio, nunc verò baptismus sine vlo propri voluntatis vfu, sufficit ad salutem, fui nihilominus, pro eo susceptum martyrium illis sufficeret ad sanitatem. Si queris 3 eorum apud Deum merita vt coronarentur, quare & apud Herodem crima vt trucidarentur. An forè minor Christi pietas, quam Herodis impietas: ille quidem potuerit innoxios neci dare, Christus non potuit propter se occisos coronare? Sit ergo Stephanus martyr apud homines, cuius voluntaria pax, si oporteret apparuit, in eo vel maxime, quod in ipso mortis articulo, tam pro perléquentibus, quam pro seipso sollicitudinem gereret ampliorem, vinceretque in eo sensu corporeæ passioñis, internæ compassionis affectus, vt illorum magis scelera, quam pueri illi nulla potuerunt bona opera edere quibus ex Dei gratia mē remur vitā aternam.

³ Quod negat pueros habuissimē apud Deum, non cōducit sanctorum meritorum cordam Deo, sed dicens vult, quod ppter exiguam etiam pueri illi nulla potuerunt bona opera edere quibus ex Dei gratia mē remur vitā aternam.

⁴ Non sufficit bona voluntas, vbi ad eam facultas operandis.

Considerent hæc qui de opere & voluntate contentiosi solent disputationibus corruxari, considerent & adjuvant neutrum negligi oportere, vbi non 4 videtur deesse facultas, prefertim cum vtrunq; sine altero, vbi tamen facultas deesset, non modò salutem conferre possit, sed etiam sanitatem. Sed & hoc quoq; firmiter teneant, prodebet quidem opus sine voluntate, non aut contra voluntatem, vt vide saluantur infantes, inde magis damnum faciat accedentes. Nihilominus fanè in quibusdam voluntas sine opere sufficiens est, non aut contraria opus, verbi causa: Raptur quis in bona quidem voluntate, sed neccum perfecta, neccum idonea, martyrium sustinere. Quis illi audeat pro hac imperfectione negare salutem? Fortè enim propterea non finitur in illam graue tentationem venire, ne deficiat & damnetur. Nimirum si in hac tā infirmita voluntate induceretur in eam, qua supra ipsum est tentatione, ne voluntas roboretur, quis illū dubiter defectur, negatur, & si in eo mori contigit, etiā perit?

Qui enim erubuerit me coram hominibus, erubescat & ego eum, ait Dominus, cora Angelis Dei. In ea igitur imperfecta voluntate in qua saluator quis vbi deesset facultas operis, iam non saluari posset propter defectum operis vel opus defectionis. Idem verò & in ignorantia posset accidere.

⁵ Remulanda charitas, restanda bona opera fratres mei, nec infirmitatis, nec ignorantiae peccata vlo modo paruipendentes. Magis autem solliciti & timorati agamus gratias benignissimo & largissimo Salvatori, qui humanæ salutis occasiones tam copiosa charitate perquirit, vt in his voluntatem & opus, in his sine opere voluntatem, in his etiā sine voluntate opus salutis inuenire lætetur, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem sui venire. Haec est enim vita æterna, vt cognoscamus patrem verū Deum, & quē misit Iesum Christum, qui vnu cum eo verus est Deus super omnia benedictus in secula. Amen.

BASILII SELEVCIAB DE SAN-

Eis Infantibus qui fuerunt interficii ab Herode.

Apud Simeonem Metaphraſten,



VR SVS senex ego deducor ad stadium orationum. Rursus perinde ac mater que laborauit in multris nutritiis filii, imbecillū & egenū vber meæ humiliatis cogor exprimere ad tantū populum. Et quis est qui me cogit? Hic magnus fluuius Euphrates: & ideo pareo. Potest enim ex sua inundatione, dicendi in me aliquam deriuare copiā, & tantam quantum potest capere animæ meæ capacitas. Sunt enim ò fratres, pleni quidem mellesauit scripturarum: & dulci rore abundè scatent aluei, adeo vt liceat studiosis eos absq; vlo labore exprimitibus, virtutum ebrietas in suis locis animis, que est mater temperantie: ebrietatem, que vigilante seruat obtutu animæ: ebrietatem, que lucem veritatis reponit in animis qui semper compléter: ebrietatem, que non facit amentes, nec eos qui bibunt imbecillos reddit ex satiæ, sed membra potius corroborat, & armis iustitiae

iustitiae armat aduersus peccatum: ebrietatem, qua fuit repletus chorus Apostolorum, quādo rōre spiritus qui è cœclis fluxerat, in sua lingua accepto congregatarum gentiū auribus diffribuit oris operationem. Vniuersusque vocem ad omnium gentium lensus accommodante & adaptante gratia, adeo vt fluentum sermonis quod profundebatur ex labris, fieret familiare omnium auribus, à spiritu sono transformato in id quod erat cognatum vocis vniuersusque eorum qui audiebant. Te autem infantium adhuc voces circumsonant, & me eos adhuc videre arbitror voce quidem clamantes nihil significante cum stupore, & ad ensium splendorem connivent, & cum timore le ad matris vlnas tanquam tutas inclinantes: Deinde in ipsos sinus subeuntes: Videor verò ipsas quoque videre matres, aliam aliò per virbem currentes cum illis miserabilibus & dulcibus oneribus, & locum fugæ querentes: & illam quidem que nec honestum sumpserat tegumentum in vigore malorum: & hanc autem quæ quod habebat in cursu alieno proiecerat: aliam verò temerè & confuse comas filio iniicien-tem, & tali tegumento sperantem se posse infantem surrari: aliam que comprehendebatur ab iis qui vehementer persequebantur, & deinde a cursu desistebat, & timore diriguerat, & flentibus oculis ad gladij fulgorem aspiciebat, & aspectum diuidebat nunc ad stricti ensis impetu, nunc ad filium qui erat feriendus, & se festinanter opponebat ferri violento motu: & rursus aliam quæ ne moueri quidem poterat, & nec parum quidem respirare, cum stu-por vixisset eius pedes, sed ante suum filium timore perierat, & cum exiliū eiulatu expectabat percussum: & iam remisis trementibus manibus infantem vehementer portabat: quæ quidem ignorabat ex vlnis lapsum infantem, casu morte ei allata, præuenisse mortem gladij. O Herodis insaniam. Quibusnam ex consilij egestate atibus replevit orbem terræ? Quis erat ille longè infelicissimus, quando tam acerbam tulit sententiam in eos qui cum nulla affecerant iniuria? Omnino certè speciem induerat regiam: & fastus ac pompe scenam sibi fixerat: & sedebat in aureo throno, gemmarum collucente splendoribus: & pectora ira dilatans, inuidia cogebatur in arctum: & capulo ensis innitebatur dextera: & viros sapientia insignes adhibebat in consilium, quorum linguas mouebat diabolus, illius vrgens interitum, & alia quidem furiose accipiens: alia autem statuens audire & iudicare, & improbis grauitate annuens consilio, meditatus est messem immaturarum fegetum. Poltquam autem seu decreto illud inhumanius confirmavit consilium, & totum iam in armis iussit esse exercitū, eumque ferro muniri, eique Centuriones & Tribunos diuisit, & Duces elegit, qui præclarè poterant intelligere, quid oportet facere in tempore, & optimè sciebant vti armis, huiusmodi verbi eos est allocutus, nullo pudore affectus eorum quæ dicebat. In multis quidem ò milites belligantes vos fortissimè gefisisti, & mœnia tropæorum meis circundeditis finibus. Nunc autem si vnuquam maximè, oportet vos magno studio incumbere ad victoriā. Ne sitis pigri & ignavi. Magnum est enim certamen & ingens periculum. Domi mihi nascitur malum. Latenter agunt cuniculi ad subruendam mei regni potentiam. Nullus me apertus inuidit inimicus. Puer qui adhuc ignoratur mihi sceptra eripit. Scitis Bethleem. In ea intellexi natum esse filium, qui à Deo regni accepit suffragium. Nondum circumagitur tempus duorum annorum ex quo natus est: & nullus quidem qui appareat me terret apparatus: sed timeo Prophetarum voces quæ de eo extiterunt. Etenim Magi (meministis autem) quando nuper ad nos venerunt, ex quadam stella quæ eis apparuerat, renunciārunt se, intellexisse oratum pueri: & requisiti Bethleem, vt viderent puerum: & Regem natum eo quo par erat honore afficerent. Ego verò volebam ex eis scire quānam is esset vi mihi effet facile & expeditum dissoluere tyrranidem. Sed cum illi nescio quānam de causa se fellerunt quæ mihi promiserant, & in suam redierunt regionem, timeo, conturbor, existimo adesse periculum. De cetero vos intueor, liberate me ab hoc metu. Properate cum armis, omnes hos fines rebus caedis circunfide, & senibus abstineat enis: iis qui riam pubescunt nullum afferre periculum: aduersus paruos tantum infantes armemini. Omne primam ætatem demerite miserabiliter. Nullius lacrymæ matris misericordiam: meum inimicu scutemini in suu vniuersusque. In eos qui ad matrum vbera configurunt, ferrum trudite, & caedis sanguis misceatur cum lacte. Etiam matres ipsas cum infantibus adactas transigite, vi iactus ferri à molibus corporibus ad illas delapli. Nullus huius caedis erit vobis accusator. Solùm festina te, instar leonum in ciuitatem irruite. Nulla vos caedis capiat satietas, donec à vobis existimat alius puer restare. Si nulli vitam concesseritis, ille quoque inter omnes videbitur cecidisse. Et ille quidem non bene nec tuto fruetur honore Magorū, mihi autem letam dabitis vitam & à cura liberam. Haec cùm illi audiissent, & à suis animis omnem amputasset misericordiam, & scelere statuerint alter alterum vincere, cursu ferebantur in ciuitatem, manus armatas extenderint: & in greges virbis Bethleem irruentes, teneros agnos dilacerabant, & sanguinis fontes omni ex parte emanantes, abundè inquinabant terræ superficie: & nihil videbatur

videbatur pereuntibus sufficere ad salutem. Non domus quæ celare posset eam quæ subie-
rat: non templum adferens parricidis aliquam Dei reverentiam. Non speluncæ clandestinus
ingressus, sed infantes tanquam hostes omni ex parte inuestigabant, neque latuit vallis eorum
gladium, cùm vniuersisque tanquam qui esset ipse Christus, in vniuersumque quæretur
sanguine. Quæ autem erant audaces matres, opponentes manus acies gladiorum, à seipso
quidem seriebantur pro pueris; sed nihil eis proderat: neque aliud efficiebat, quam ut esset
eis temporis longius periculum. Alia vero violenter apprehendentes pueros qui contraria trahebantur, quæ membra manibus constringerant, ea sollem habentes postea confitebantur: sunt
ferro matri diuidente infantem, & iis qui trahebant; & ille quidem, verbi causa, manum: hec
vero crux; illa autem aliquam aliam partem, tanquam totum tenens filium, excurrebat. Multæ
autem dum cursu fogerent, in ea quæ iam iacebant corpora incidentes, & solo teneros
suos foetus allidentes, ene nihil opus habebant ad eorum interitum. Iam vero aliqua stans
ante eum qui erat percussurus, & pro suo filio multum obsecrans, hens sic vociferabatur. Co-
cede mihi o miles, eorum quæ à te fuit ignorationem: & me occide ante filium: & ne ma-
tris offendas oculos tam acerbo spectaculo. Est tibi omnino vtique mater, est etiam vxor
quæ habet filium. Scis quemadmodum propter mala filiorum parentum dilacerantur visce-
ra. Illi autem flecebant quidem animus, & per genas fluebant lachrymæ. Herodis vero ser-
uiens rabiei, verbis adhuc fluentibus, in vlnis matris infantem occidebat, & supplicationem
interrumpebat cædis lamentatio. Hisque hæc agentibus magis fuit irritata inflamatio. In ipsas
domos irruerant, & omnia scrutabantur furentibus & cædem spirantibus oculis: & in ex-
celsis thalamos excurrebant. Deinde cum sub lecto, aut sub aliquo alio eiusmodi infantem
inuenientem latenter, quem solus fletus indicauerat, ex ædibus tanquam lapidem in vicis de-
nubebant: ire Regis mortem largientes tam impiam. Confusa vero existebat vociferatio, &
inualecebat varius sonus luctus, maioribus quidem pueris fratres suos deflentibus: parenti-
bus deplorantibus eos quos generant: matribus autem propter calamitates sonoros eiulatus
edentibus: senibus vero se nihil vñquam tale vidisse clamantibus, ne in hostium quidem in-
curiosibus conquerentibus omnibus de acerba luce illius diei. Cum finem accepisset pre-
clara hæc expeditio, & dimissus esset exercitus tanquam parta insigni victoria, rufus exci-
tata est matrum lamentatio: & cum flendi deinceps eis facta esset potestas, vnaqueque sui fi-
lii membra, alia alibi colligebat cum lachrymis, & violenter discilla in vnum coniungens, &
quod restabat inquirens, & quod inuentum erat sæpe amplectens, & totū corpus in sinu impon-
ens, valde clamabat. Hei mihi fili mi, hei mihi, qui nō ad talē spem nobis latus & producitus
fueras: Quomodo cum tanquam ramus germinafles, & magna ornatus es pulchritudine, &
bonæ spei nobis pulchra præbuissest semina, repente à meis abscessisti manibus. Exurge pa-
uper, execute somnum quem tibi Regis attulit inuidia; me voce imperti jucundissima, apprehe-
nde miserias manillas eius quæ te peperit: trahe vbera quæ olim diligebas: fac ut tu pendas à
collo matris: tales, quieciſt? Heu me miseras, quomodo rufus contexa membræ quæ ensa
discincti immaniter? Quisnam autem vterus mihi fiet administrator vt si rursus corporatus? Qui-
busnam vero manibus necessariam tibi terrâ congeram? Quomodo autem à tua me forma
separabo? Talibus fletibus completa fuerat ciuitas, singulis singulis ad fletum incitantibus: &
suam propter mortuos filios lamentationem, aspectus videntium indies incitabat. Coronatus
autem erat Rex tanquam propter erecta trophyæ: & se exstremabat adeptum esse victoriæ
qualém nimirum antea, & cum se ranto cædis contaminasset criminè, & sui imperij totas
plantas excidisset, magnos spiritus conceperat, & de securitate maximam accepérat fiduciam:
neficiens homo planè stolidus, quod reciderat illa callida eius machinatio. Quem enim quæſit,
non potuit laqueis includere: quos vero si fuisset adhuc sanæ mentis, noluisset sic afficeré, ma-
lè perdidit, ipse sibi adferens exitium. Christus autem Dominus vniuersorum, tam saeuo nefariorū
scelerum artifici morbum immissit acutissimum, cùm innocentium infantium animas re-
posuisset in sinu patris Abrahæ, ipse liberè proficisciuit in Aegyptum expurgare volens ar-
cem impietatis: & qui erat abditus in adytis idolorum errorem suis radiis aperire, & reddere
manifestum iis qui iam olim decipiebantur, & Diabolo luctum adferre grauissimum. Nā cum
paucos Iudeorum infantes se exstremasset perdidisse propter Christum, se illos quidem non
aduerit collocasse in pratis vt pulcherrimis, ita longe turfissimis, & nihil eos læſisse: se autem
iam vidi sua nudatum tyrannide, & priuatum antiquissima potestatis suę hæreditare: Eſaï
implera prædictio, quam ipse Christus in labris eius posuerat, longo à tempore talem suum
aduentum aperte significans, & per illius linguam clamans: Ecce Dominus sedet super nubes
leuem: & venier in Aegyptum, & soluentur manufacta Aegypti à facie eius. Eum decet glo-
ria in secula seculorum. AMEN.

VITA

VITA SANCTORVM

APOSTOLORVM PETRI ET PAVLII,

Per Egesippum scripta.



R A N T. Neronis tempore Romæ: Petrus & Paulus doctores Christiano-
rum, sublimes operibus, clari magisterio, qui virtute suorum operum Impera-
torem aduersum fecerant, captum Magi Simonis deliramentis, qui sibi animu-
matus conciliaverat. Cui adiumentum victoriae, subiectiones gentium, virtus lo-
gicæ uitatem, & salutis custodiā feralibus artibus pollicebatur, arque ille cre-
debat, qui vni rerum necifret examinaret. Denique sursum apud Deum tenebat amicitia
locum: quandoquidem etiam præsulem suæ salutis, vitæque custodem arbitrabatur. Sed ubi
Petrus eius vanitates & flagitia detexit, & species illum rerum mentiri, non solum aliquid
aut verum efficere demonstravit, ludibrii habitus, & digno est consumptus mero. Et
quauis in alijs terrarum partibus Petri esset expertus potentiam, tamen, præueniens Româ,
ausus est iactare, quod mortuos resuscitaret. Defunctus erat id temporis Romæ adolescentis nu-
bilis propinquus Cesarius, cum vniuersorum dolore, admonuere plerique experendum, utru
posset resuscitari. Celeberrimus in his operibus habebatur Petrus: sed apud gentiles nulla fa-
cti huiusmodi deferebatur fides. Dolor exigit remedium, perfectum est ad Petrum. Fuere, qui
etiam Simonem accersendum putarent: vtterque adfuerunt, Ait Petrus, Simoni, qui se de sua
iactaret potentia, priores sece partes dare: ve si posset, mortuum resuscitaret. Si ille non refusci-
taret, se non defuturum vt Christus opem ferret defuncto, quod posset resurgere. Simon qui
putaret apud vrbem gentilium plurimum suas valituras artes, conditionem proposuit, vt si
ipse resuscitaret mortuum, Petrus occideretur, qui magnam potentiam (sic enim appellabatur)
laesendo iniurias irrogauisset: sin vero prævaluisset Petrus in Simonem, pari genere vin-
dicaretur. Acquieuit Petrus, adorsus est Simon, Accesit ad lectulum defuncti, incantare atque
imfirmurare dira carmina, vt coepit, vius est caput agitare, qui mortuus erat. Clamor in-
gens Gentilium, quod iam viueret, quod loqueretur cum Simone. Ita & indignatio in Petru,
quod ausus esset conferre sece tantè potestati. Sanctus Apostolus poposcit silentium, & dixit:
Si viuit defunctus, loquatur: si resuscitatus est, surgat, ambulet, fabuletur. Phantasma illud esse,
non veritatem, quod videatur caput mouisse. Denique separetur, inquit, Simon à lectulo, &
tunc ne id quidem ostentui futurum. Abdicatur Simon à lectulo, manet sine specie motus a-
liuus, qui mortuus erat. Astitit Petrus longius, is intra se paulisper orationi intentus, cùm ma-
gna voce ait: Adolescens surge, sanet te Dominus Iesus. Et statim surrexit adolescentis, & lo-
cucus est, ambulans, & cibum sumpit, & dedit eum Petrus matri sue. Qui cùm rogaretur vt
ab eo non discederet, ait: Non derelinqueret ab eo, qui eum fecit resurgere, cuius nos serui fu-
mus. Secura estha mater de filio, non verear, habet custodem suum. Et cum populus in Simo-
nem infurget, vt lapidarerur, ait Petrus: Satis est ad pœnam eius, quod cognoscit suas artes
nihil valere, viuat, & Christi regnum crefcere videat, vel inuitus. Torquebatur Magus A-
postoli gloria. Collegit se, atque omnem excitans carminum suorum potentiam, cōgregat
populum, offensumque se dicit a Galileis, relieturum se vibram quam tueri soleret. Diem sta-
fluit, pollicetur volatum, quo supernis sedibus inueheretur: cui quando vellet, celum pate-
ter. Concedit statuto die montem Capitolinum, ac se de rupe dejiciens, volare coepit. Mira-
ri potius & venerari: plerique dicentes Dei esse potentiam, non hominis qui cum corpore
volaret, nihil tale fecisse Christum. Tunc Petrus in medio stans, ait: Jesu Domine, ostende ei
vias artes suas esse, ne haec populis iste, qui creditur est, decipiatur. Decidat Domi-
ne, sic tamen vt nihil se potuisse viuens recognoscat. Et statim in vocem Petri implicatis re-
migis alarum quas sumperferat, corruit, nec exanimatus est, sed fracto debilitatoque crure, Ari-
tiam concessit, atque ibi mortuus est.

Quo comperto deceptum se Nero & destitutum, dolens tanti casum amici, sublatum
que sibi virum, vt idem & necessarium Reipub. indignatus, querere ceperit causas quibus
Petrum occiderat. Et iam tempus aderat, quo sancti vocarentur Apostoli Petrus & Pau-
lus. Denique dato vt comprehendenderetur p̄cepto, rogabatur Petrus, vt sece aliò conser-
ret. Resistebat ille dicens, nequaquam se facturum, vt tanquam metu mortis territus cede-
ret, bonum esse pro Christo pati, qui pro omnibus se morti obtulisset: non mortem illam,
sed immortalitatem futuram, tanquam indignum vt ipse fugeret passionem sui corporis,
qui multos doctrinæ sua compulerit se hostias pro Christo offerre, debere sibi secundum
Domini vocem, vt & ipse in passione sua Christo gloriam atque honorem daret. Hac &
Domini vocem, vt & ipse in passione sua Christo gloriam atque honorem daret. Hac &

Habet libro, 3
eiudem de exa-
cidio Hieropolis
mitano, cap. 24

¹ Tu qui negas
Petrum Apostolum
Rome fuisse,
quid dicere posse
contratantum et
tam vetustum auto-
rem qui tempore
Anticeti suis, in
Apostolicorum via
cibus temporum,
vt ait D. Hierony-
mus. Aut igitur
ignorans es, si hec
non legitur, aut si
legit, si probus.

BB iiiij alia

In hunc reb memo
riam extat adhuc
bodie Romae extra
Appiam portam
erectum facillum,
quod vulgo appel-
latur. Domine
quo vadis.

alia Petrus obtexere, sed plebs lachrymis querens ne se reliqueret, & fluctuantem inter pro-
cellas gentilium deficeret; vietus fletibus Petrus celsit: promisit se vrbem egressurum. Pro-
xima nocte salutatis fratibus, & celebrata oratione, proficisci solus coepit. Vbi ventum est ad
portam, videri sibi Christum occurrere, & adorans eum dixit: Domine quod vadis? Dicit ei Christus:
Itecum venio crucifigi. Intelligit Petrus de sua dictum passione, quod in ea Christus pas-
sus videretur, qui patitur in singulis, non vtique corporis dolore, sed quadam misericordiae
compassione, aut glorie celebrate. Et conuerlus in vrbem redit, captusque a persecutoribus
cruci adiudicatus, poposcit vt viuens vestigia crucis affigeretur, quod indigne esset qui simili
modo crucifigeretur, vt pax eius Dei filius. Quo impetrato, vel quia ita debebatur, vt Christus
praedixerat, vel quia persecutor non iniuitus indulget peccatarum incrementa: ipse & Paulus, alter cruce, alter gladio necatus est.

ITEM VTRIVSQUE APOSTOLI

vita, per Diuum Maximum Episcopum Taurinensem scripta.



Loriosissimos Christiani fidei Principes, annuis solennitatibus honorantes, Fratres Charissimi, ipsum Dominum ac Deum nostrum, qui huius auror est fidei, debita religione veneramus. Apostoli namque Latino sermone dicuntur misi. Qui ergo honorant missos, manifestum est honorare eos mittentem, quoniam 2 dignitas que defertur ministris, illi sine dubio, cuius ministri sunt, exhibetur: ut ait ipse Salvator ad Discipulos suos: Qui vos audiret, me audit; & qui vos recipit, me recipit. Vere beata Apostolorum merita, in quibus se Christus & recipi predicit, & audiit. Beati nihilominus & illi, quorum deuotio delata Apostolis recurrat in Christum. Tenentes itaque fratres tantae huius promissionis fidem, de supplicijs patrum nostrorum pro Christi confusione suscepimus, fidelibus gaudijs exultemus: quoniam qui de martyrum morte lætatur 3 martyres non dubitat cum Christo regnare post mortem. Nos vero Ecclesiarum omnium reue- rendissimos patres, Petrum dico, & Paulum p̄fissimis studiis honoremus: quibus Christi pre- stante gratia, factus est hodie de morte natalis: quibus finis vita viuendi initium dedit: quibus, vt ait Apostolus Paulus, viuere Christus erat, & mori lucrum. Erat vtique Christus eis viuere, quibus vita non erat sine Christo. Erat eis Christus viuere, quia totū proficiebat Christi Ecclesiis, quod viuebant. Erat eis & mori lucrum, qui tali morte vitam sibi mercabantur eternam. Erat eis mori lucrum, quorum corruptioni incorruptio succedebat, & damnata pre- sentium temporum lucra perpetua sequebantur.

3 Qui letatur de martyrum morte, non dubitat eos regnare cum Christo. Infer ergo, quod hereticis nolentes. Apostolorū et aliorum sanctorum festa celebrari, populoq; in illis spiritis suadentes gaudere et exultare, non credant eos esse in celo.

Sed iam necessarium, charissimi, reor, ut proprias eorum specialesque virtutes, prout arida-
tas linguae nostræ, ingenijque tenacitas patitur, imò vt misericors Deus annuerit, proloqua-
mur. Hic itaque ille est Petrus, qui confidendo Christum Dominum viui Dei esse filium, vali-
dissima inuictaque nobis credendi fundamenta constituit. Nam percontanti Domino: Quis
esse ab hominibus diceretur, respondit: Tu es Christus, filius Dei viui: id est, Tu Domine de
carme virginis factus es Christus, qui Dei viui es filius semperius: Tu Dñe hominibus na-
tus es homo, qui incogitabiliter maiestate Deus es apud Deum. Tu es Christus, qui pro redēptione
nostra ad passionē venies, impensisib; permanes apud patrem. Quis igitur viuquā in tātu hoc
incomprehensib; Deitatis arcanaum humani sensus attollere potuisset obtutum, nisi ab ore Pe-
tri salutaris huius fidei veritas radiasset? Quis meritorum eius gloriā, quamvis magno æqui-
parare posset eloquio, à quo nobis adoranda diuinatis fides & cœpit, & permanet? Quid
tantio gloriōsissi viro, qui fidem secreti inscrutabilis loquendo edidit, viuendo docuit, patien-
do firmauit? Vtautem confessioni huius quanta esset magnitudo Saluator ostenderet, ait ei:
Beatus es Simon bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in celis: & tibi dabo claves regni celorum. Quis ergo Christum per carnem, & in carne natum
omnipotentis patris esse filium sentire potuisset, nisi propitius hoc ipse pater per Petrum no-
bis reuelasset ē celo? Hæc illi confessio dedit, vt ante claves regni celorum acciperet, quā
celi ianuas introiret. Sed ne qua vos fratres, de creditis Petro clavibus Regni, more no-
strarum clavium cogitatio terrena permoueat. Claves enim celi lingua est Petri, quia sin-
gulorum merita cēnſendo, Apostolus 4, vnicuique regnum celorum aut claudit, aut ape-
rit. Non est ergo clavis ista mortalisi artificis aptata manu, sed data à Christo potestas est
judicandi. Denique ait eis: Quorum remiseritis peccata, remissa erunt: & quorum de-
tinueris, detenta erunt. Hic est Petrus, quem Christi esse confidentissimum subiecta ve-
stigia eius maria probauerunt. Näm à Domino suo nouos sibi dari in fluctibus gressus, vt
fidelis poposcit, & vt dilectus emeruit. Qui ob hoc solum trepidasse visus est, vt fra-
gilis

4 Unicuique Apo-
stolus Petri? Iecū
dum merita claus-
dir, aut aperit, re-
gnūm celorum,

gilitas humana cognosceret, quanta esset inter Dominum seruumque distantia, dum aggra-
vata peccatis caro mergitur, & immaculati nescit planta desidere: similiter & illud, ne dum
super aquas ambulans Petrus pede intrepido peruenisset ad Christum, Domini fortè sui
virtutibus æquaretur. Sed quid illum tantopere dicimus trepidasse, cùm parua trepidatio sua
maiores profecit ad fidem? Vt enim credidit Petrus imperio Domini sui posse le à fluctu-
bus sustentari, ita nihilominus dum mergitur, credidit plus Domini sui se virtute saluandū.
Verè beati Petri & dum trepidat mirabilis fides, quam nec perurgentis periculi potuit tur-
bare formido. Clamando enim, dum mergitur: Domine libera me, de se diffusus est, nō de Do-
mino dubitauit. Ne quis ergo timorè hunc gloriissimū Petri ducat in vitium: quoniam timor
iste quanvis primam eius turbaverit fidem, confidentiam tamen in eo reparat, credulitatis
ornavit. Hic est Petrus, cui Christus Dominus communionem sui nominis libenter indu-
xit. Vt enim (sicur Appostolus Paulus edocuit) petra erat Christus, ita per Christum, Petrus
factus est petra, dicente ei Domino: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam
meam. Nam sicut in deferto dominico sienti populo, aqua fluxit è petra: ita viuens mū-
ndo perfidiae ariditate lassato de ore Petri fons salutiferæ confessionis emerit. Hic est Petrus,
cui Christus aſcenſus ad patrem, pacendas ouiculas suas, agnōfque commendat, vt quos
ille pietatis miseratione redemerat, hic fidei sue virtute seruaret. Et recte sanè ei arbiter oc-
cultorum Dei filii pacendas oves suas, tuendasque commisit, cui nouerat in nutrieond
grege dominico nec studium deesse, nec fidem. Hic est Petrus, qui dum ad crucem tanquam
Crucifixi discipulus duceretur, verso se poscens corpore crucifigi, passionem non tenuit, sed
equalitatem crucis Dominicæ declinavit, vt ostenderet viuens admirandæ se humilitatis
virtutem, nouisque mysterij disciplinam, & inter tormenta seruasse. Quām securus, charissi-
mi, perrexit Petrus ad crucem, qui repulso timore mortis, moriendo ordinem tam acerba in
passione quæsivit. Quid etiam de gloriissimo referam Paulo, in quo Dominus fidem no-
minis sui, dum ipsam fidem persequeretur, elegit? Qui dum velut acerrimus persecutor Chri-
stianam vaſfat Ecclesiam, inimico adhuc eius in pectori amicum sibi cor Christus inuenit.
Dumque temporalia caput ad supplicia Christianos, ipse perpetuum captus ad gratiam factus
est subito pastor ex lupo, ex prædone custos, ex hoste defensor. Vnde patuit nec Paulum
malignæ mentis proposito plebem Dominicam persecutum, nec Christum latuisse, quem
eligeret in Paulo. Hic est Paulus, qui Christi vocibus in clamatus ē celo, oculis in se Iuda-
æ infidelitatis obtulit, videndi aciem non perdidit, sed mutauit. Amisit oculos, & recepit, vt
uno eodemque tempore, & in persequente exortatus vincita procederet, & vocantis Dei
gratia illuminaret electum. Ait ille namque de celo Dominus: Saule, Saule, quid me per-
sequeris? Id est, Cur me persequeris Saule, quæ mea odium erga me tuum excitauit ini-
quitas? Nunquid quia illuminauit cæcos, quia sanauit ægrotos, quia fugauit demones, quia
esurientes populos quinque panibus paui, an quia de tumulis mortuos fuscitauit, an fortè
magis, quia fidelibus meis regnum celeste promisi? Sed si praetare me posse dubitas quae
promitto, aspice, si tamen potes, vnde te, vel qualis appello. Sed quare me persequeris
Saule? Aut quid me persequendo proficies? Nunquid aduerteris regnante in celo vñum
tua persecutio habebit effectum? Nunquid nocere mihi quicquam poteris, quem non po-
tes intueri? Ego enim sum IESVS Nazarenus, quem tu persequeris, qui terras celo, cru-
cem regno, mortem perpetuitate, mutavi. De quibus omnibus non te debere cuncta-
ri, & ereptus tibi nunc, & post paululum redditus suadebit aspectus. At beatissimus Paulus
repentina quidem cœcitate coœrctus, intellecta tamen maiestate loquentis ē celo, con-
tinuū fideli effectus, & a persecutio defitit, & nouos intuendi Christum oculos acqui-
sivit. Hic est Paulus, qui pro suarum remuneratione virtutum vñtra humana merita ter-
rium raptus ad celum, celestia secreta cognovit, vt Ecclesiarum futurus docto inter Ange-
los disseret, quod inter homines prædicaret. Aut quis ei impune vñtrā non credat, qui de
sacramentis Dominicis non solum audita loquitur, sed & visa testatur? Quanta hoc, fratres,
Dei nostri actum est gratia, vt qui de celestibus in Apostolatum vocatus est, Apostolatus
eius consecraretur in celo? Erpost omnia hic est Paulus, qui seruices suas, quas aduersum Chri-
sti nomen superibus exercat, perfidorum cœdendas gladio humillimus pro Christi honore
summisit, nec piguit eum pro illo mori, quem sepe probauerat viuere, & regnare post mor-
tem. Atque ita factum est, vt gloriissimum Paulum, qui in diuersis gentibus pro fide Chri-
sti multo certamine dimicando innumerā bella peregerat, velut victorem mundi Roma fu-
siperet ad triumphum.

Hieroſ sunt beatissimi Petrus & Paulus; qui sacramentum celestis regni vñ spiritu
prædicantes, sub vnius passione Dei doctrinam suam pio sanguine & morte fortissima
consecrarent, qui etiam tanquam Ecclesiarum omnium principes facti dispensatione
cele-

³ Audi bone vir qui dies Petrum nunquam fuisse Romam, ex hoc loco dico coruinci impunitissimum mercatum tuum.

* Eft sermo quin tus cuiusdem in na tali corundem.

⁶ Petrus et Paulus & quales meritis & pa sione.

⁷ Ambo Apostoli & come pax sunt.

⁸ Vide totiens re plicari Apostolorū meritis, contra eos qui dicunt sanctos nō habere merita.

⁹ Ecce heretice quō et si pax saluatoris sufficiat nobis ad salutem, nō tamē Deus erit nostra pax, sed afflictiones tū in allorū exē plū, tū etiā in Ecclesie meritorum, vnde Paulus de suis pa sonibus teat, ad Colossens, 1, 20 Petrus fixis genibus precatus est Dominum, & preicatione

Eft sermo 67 in ordine sermonū eius.

¹⁰ Natale beatissi morū apostolorū Petri et Pauli, bo die celebrates. Bre go ultra dies Domini patres veteres alia festa cœlebrabant.

¹¹ Ecce quō solennitatis sanctorum magna olimci le gita celebrabant.

VITA SANCTORVM APOSTOLO-

rum Petri & Pauli, per Diuum Ambrosium Episcopum Mediolanensem scripta.

Natalem¹ beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli hodie celebrantes, diuersis epulis nos reficere debemus, & tantam festiuitatem magna cum lætitia celebrare. Quis enim talium virorum solemnitatem non² magna cum lætitia debet celebrare? Quis enim talium virorum solemnitatem non magnos sibi exhibeat apparatus, vt quod plus expenderit, plus se Apostolos confirmet amare? Veruntamen non opus est proprio sumptui ad refectionem nostram, nam natali suo sanctus Petrus ipse nos reficit. Eft enim omnibus copijs refectum vas ei, quod illi de celo esurienti delatum est.³ Igitur qui esurit sicut Pe-

trus,

trus reficitur ipse cum Petro. Vt quid ergo præparemus nobis proprium prandii, cùm Apostolico ferculo saginemur? Cur nobis inquiramus terrenas epulas, cùm cœlestes copias habemus? Dicit enim sanctus Lucas in Actibus Apostolorum, post orationem esurienti Petro circa horam sextam, aperto celo vas quoddam splendidum velut linteum fuisse delatum, in quo erant quadrupedia, & repentina terra, & volatilia cœli, & dixisse Dominum ad eum: Petre iurge, immola & manduca. Ecce Petrus qui dicit alibi: Aurum & argentum non est mihi, num coniuij eius valiculum splendidius est argento. Et qui propter Christum argenti speciem refutasset, per Christum argenti nitore dicitur. Praniero igitur Petro defunct cocorum apparatus, defunct obsequia famulorum: sed quod est melius, ministeria diuina non defunt, & utilioris communione sancto viro quod deest in terris, abundat in celis. Vt reficiatur enim Petrus, non cellarium sollicitè reseratur, sed cœlum ipsum protinus aperitur. Legimus in scripturis sanctum Heliam in deferto coruis ministrantibus paup: quantò melius Petrus, cui non parvum elcam terra auis porrigit, sed integrum conutivum multitudine Angelica submittat. Post orationem ergo esurit Petrus. Mirandum cur sanctum virum post orationem fames sequatur, cùm soleat fames oratione depelli, esurientis anima non nisi obsecrationibus saginari. Sed puto Petrum post orationem non cibum esurisse hominum, sed salutem: nec inedia vexatorem esse corporis, sed inopia credentium laborasse. Cùm enim Iudaicus populus perfidus & ingratus, illo predicante, Christo non crederet, famem quodammodo Petrus sui officij sustinebat. Fames enim pacit, qui minimè fructum sui laboris asequitur. In coenaculum igitur ad orationem festinus ascendit. Bene ait in coenaculum ad orationem ³ ascendi Petrum, quia omnis sanctus quando orat, relinques humilis vel terrena in altum mentis extollit, & in sublime suspirans rapitur, & cogitatione sancta celo vicinus efficitur. Atq; ibi esurienti illi, hoc est, cogitant in cordis sui sublimiori loco pro salute Iudaici populi, offertur vas diuersorum generi animalibus plenum, velut diuinitate dicente illi: Tu in Iudeos solos esuris, ecce famem fidei tuę cunctarum gentium diuersitate reficio. Nam utique per diuersa animalia collecta in uno vaseculo, diuerfarum gemitum congregatio collecta in una Ecclesia demonstratur, qua Ecclesia in illius vaseculo splendido, dum non habet maculam neque rugam, inter nitore respendet. In qua primum animal Deo ex gentibus Centurio Cornelius est immolatus. De hoc ergo vaseculo suo hodie nos reficit Petrus. Cùm enim videmus gentilium turbas ad fidem Christianitatis accurrere, simul cum Apostolis gratulamur. Non enim mortui sunt quorum curamus natalem hodie, sed renati viuunt planè, quia participes effecti sunt Christi, qui vita est omnia. Quamvis enim corpora paliione ceſa sint, interruptus ⁴ si sancti Apo poli die passionis sive non sunt mors tui sed renati, cur audes illos appellare mortuos?

I TEM DE EISDEM PER EVN-

dem Diuum Ambrosium Episcopum.

Notum omnibus vobis est fratres, & vniuerso mundo notissimum, & quod beatissimum Petri & Pauli natalis est hodie, nec aliquam partem orbis latere potest tantum deuotio, siquidem de ijs dicat David Propheta: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum. In omnem terram mirabilem Petri virtus diffusa est, & in fines orbis terræ epistolarum Pauli verba penetrarunt. Quis enim non audiuit, Quod primum Petrus sedenti ad portam speciosam claudio, & ex matris sue olim ventre, iam debili, pedum restituerit firmitatem, vt quod natura minus contulerat, Apostolica gratia repararet. Cùm enim idem claudus stipem rogans, aliquid pecuniae se ab Apostolis crederet accepturum, ait illi Petrus: Argentum & aurum non habeo, sed quod habeo, hoc de tibi. In nomine Domini nostri Iesu Christi Nazarenus surge, & ambula. Beata planè largitas, quæ pertinet argentum quidem non contulit, sed contulit sanitatem. Beata largitas, quæ de thesauris suis aurum non protulit, sed protulit medicinam. Beatus & ille claudus, qui dum stipem querit pecuniae, diuitias incolumentatis accepit. Hoc enim ab Apostolis donatum meruit, quod nullis thesauris à medicis redimere potuisset. Primum ergo signum mirabilem suorum Petrus fecit claudio pedum restituendo vestigia. Diximus frequenter ipsum Petrum

Est Serm. lxviii;
in ordine vbi fug
pra.

Petrum à Domino nuncupatum, sicut ait: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Sic ergo Petrus petra est, super quam ædificatur Ecclesia, rectè prius pedes satan. Ut sicut in Ecclesia fidei fundamentum continet, ita & in homine membrorum fundamenta confirmat. Rectè, inquit, primum in Christiano pedes curat, ut iam non intrepidus nec imbecillus possit super petram Ecclesiae, sed robustus & fortis incedere. Vbi autem verba Pauli Apostoli non leguntur? Qui locus ea non literis inscribit, corde retinet, conuersatione custodit, quia Paulus a Domino vobis electionis est nominatus? Bonum vas, in quo pretiosa mandatorum Christi præcepta conduntur: bonum vas, de cuius plenitudine substantia vite populi semper erogatur & plenum est. Optima Apostolorum nomina, petra & vaseulum, necessaria domui Saluatoris. Dominus enim fortitudinis petra construitur, utilitate vas ornatur. Petra ad firmitatem ne labantur sustentat populos: vas ad custodiam ne tententur operit Christianos. Exitus vero eorum de hoc seculo quam beatus fuerit, nemo est qui neficiat. Nam prima haec in illis beatitudine, quod ambo vna die passi esse noseuntur, scilicet, ut quos vna fides seruio deuinixerat, vna fides martyrio coronaret. Deinde ipsa passio licet diuersa in singulis fuerit, tamen quanta referata est gratiae sanctitate? Nam Petrus crucis sicut saluator, exitum tulit, & à Dominicæ deuotionis similitudine nec morte discrecus est, scilicet, ut quem imitabatur fide, imitaretur & passione. De Pauli vero cerni cum eam persecutor gladio percussisset, dicitur fluxisse lacti magia vnde quam sanguinis, & mirum in modum sanctum Apostoli baptismi gratia in ipsa carne extitisse splendidum potius quam cruentum. Quae quidem res in sancto Paulo stupenda non est. Quid enim mirum, si abundat lacte nutritor Ecclesiae, sicut ipse ad Corinthios ait: Lac vobis portum dedi, non escam? Hæc est planè reprobmissionis illa terra, quam patribus nostris Deus promisit, dicendo: Dabo vobis terram fluentem lac & mel. Non enim de hac terra locutus est, quæ manantibus aquis conueni inuoluit, lutumq; permisit, sed de illa terra Pauli, & similium Pauli, quæ iugiter purum suaveque distillat. Quæ enī Pauli epistola non melle dulcior est, lacte candidior? Quæ epistola tanquam vbera Ecclesiærum populos enuiriunt ad salutem. De ceruice ergo Apostoli pro sanguine lac manauit. Legimus in ipso: Quoniam caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Igitur iam s. Paulus possidet regnum, quoniam caret & sanguine, qui impeditur dicitur regnaturum. Adhuc ergo Paulus in terris positus, etiam in regni celestis substantiam transformatur.

^{s. Iam Paulus pos-}
^{fides regnum excep-}
^{tum.}

NARRATIO DE HIS QVI AD AEDES

Apostolorum Petri & Pauli tempore Alarici Gothorum Regis conseruerunt: & de vasibus Ecclesiæ beati Petri miraculo seruatis, per Paulum Orosium digesta.

Adest Alaricus Gothorum Rex, trepidam Romanam obsidet, turbat, irruptus. Dato tamen præcepto prius, ut si qui in sancta loca, præcipueque in sanctorum Apostolorum Petri & Pauli Basilicas confugissent, hos imprimis inuolatos securoisque essinerent. Tum deinde in quantum possent prædae inhiantes, à languine temperarent. Accidit quoque, quod magis illa virbi irruptio, indignatione Dei acta, quam hostis fieri, non sufficiat, inutiliter a Barbarorum manibus refuta.

Oræ miradibiles vnu Gothorum, idemque potens & Christianus sacram Deo virginem iam ætate præbarbari hostes preser, vnu Gothorum, idemque potens & Christianus sacram Deo virginem iam ætate præbarbari hostes preser, et uictam, in quadam Ecclesiastica domo repert: Cumque ab ea aurum argenteumque horum vasorum nostri nesciè posceretur, illa fideli constantia esse spud se plurimum, & mox proferendum sponte erici diripiuit, pondit, ac protulit. Dumque expositis opibus attonitum Barbarum magnitudine & pondere, probabantur, Vides ut in pulchritudine, ignota etiam vasorum qualitate videret, virgo Christi ad Barbarum hoc factu nō similis ait: hæc Petri Apostoli sacra ministeria sunt: Præsume, si audes, de facto, tu videris. Ego gentilibus similes, quia defendere nequeo, contendere non audeo. Barbarus vero ad euerentiam religionis sed longe deterior, timore Dei & fidei virginis motus, ad Alaricum hæc per nuncium retulit, qui continuo reterres.

Habes hic quoniam portari ad Apostoli Basilicam vniuersa vt erant vasa, imperauit, virginem etiam usque chara. Deo vira multique omnes qui se adiungerent Christianos, eodem cum defensione deduci. Ea demissi, hæc et cetera a sanctis sedibus longo, ut ferunt, & medio interiectu virbis aberat. Itaque magno spectaculo publicum cum cunctis omnibus, disposita per singulos singula, & super capita elata palam aurea atque argentea vasa portabant, exercitus vndig; ad defensionem gladiis, pia pompa munitor, hymnis & Deo bymorum recita. Ita vasa portabantur, exercitus vndig; ad defensionem gladiis, pia pompa munitor, hymnis & Deo recitatione.

Romanis Barbarisque concientibus, publicè canitur. Personat latè in excidio virbis salutis tuba, omnesque etiam in abditis latentes inuitat ac pulsat. Concurruunt vndeque ad vasa Petri,

Petri, vasa Christi. Plurimi etiam pagani Christianis professione, si non fide, admiscentur, & per hoc tamē ad tempus, quod magis confundantur evadunt. Quanto copiosius aggregatur Romani confugientes, tanto audiū circumfunduntur Barbari defensores. O facia & ineffabilis diuini iudicij dícretio. O sanctum istud & salutare flumen, quod per arva exortum, dum beato alueo in sanctorum sedes tendit, oberrantes periclitanteque animas in salutis summa rapacitate peruxit. O præclara illa Christianæ militie tuba, quæ generaliter cunctos dulcissimo ad vitam modulamine intuitans, quos ad salutem inobedientes non sufficiunt, inexcusabiles reliquit ad mortem. Mysterium hoc quod transferendis vasis, dicendis hymnis, dicendis populi fuit, tanquam magnum cibarium fuisse arbitror, per quod ex congregacione populi Romani, tanquam ex magna massa frumenti, per omnia ex viuenter ambiu civitatis latebrarum foramina, effluxere grana viua, sue occasione, sua veritate commota, omnia tamen de praesente salute credentia, ex horro dominicae preparationis accepta sunt. Reliqua vero sicut stercora, & velut paleæ, ipsa vel incredulitate, vel inobedientia prædicatur, ad exterminium atque incendium remanerunt.

Quis haec perpendere plenis miraculis, quis prædicare dignis laudibus queat? Tertia die Barbari, qui ingressi vrbem fuerant, sponte discedunt, facto quidem aliquantarum ædium incendio, sed ne tanto quidem, quantum septingentesimo conditionis eius anno casus essecerat. Nam si exhibitam Neronis Imperatoris sui spectaculis inflammationem recentem, proculdubio nulla comparatione equiparabatur, secundum id, quod excitauerat lasciviu principi, hoc quod nunc intulit ira victoria. Neq; vero Gallorum meminisse in huiusmodi collatione debeo, qui continuo penè anni spatio incense euerque virbis attritos cineres possederunt. Et ne quisquiam forte dubitaret ad corruptionem superbie, lascivie, & blasphemie civitatis hostibus fuisse permisum, eodem tempore clarissima virbis loca fulminibus diruta sunt, quæ inflammati ab hostibus nequievunt.

VITA ALIA SANCTORVM APOSTO-

lorum Petri & Pauli, per D. Eusebium Emissum scripta.

Beatorum martyrum præclara gesta & speciosa certamina, fideliū incitamina sunt, & exempla. Armantur enim filiorū animi, dum patrum recensentur triumphi. Clamat vtq; Christianorum cordibus fanguis piorum, fanguis spiritualiū bellatorū, quantum amari debet Deus. Non solū enim transitoria sermonis institutione rem peragunt, nec nuda tantum voce nos instruunt: sed per lucis salutisq; contemptū, insinuat nobis autoris affectum, & simul tepidis ac dormientibus nobis, æternæ virtus dulcedine, auiditatē, iucunditatē ante oculos statuunt: vt vel sic intelligamus, quantū debeat desiderari vita illa, quā am̄ per crucifixionem comparari. Huius itaq; inexplicabili ardore succensi Christianorum principes Petrus ac Paulus atq; Andreas, sonerāuerunt vīsuram Deo huius lucis, pro commercio eternitatis. Ele-
cti duo præcipui, ad duorum populorum salutem, Petrus ad Iudeorum, Paulus ad Gentiū, etrogant per omnem terram pīj dispensatores argentiū igne examinatum, sapientia aurum, fidei margaritam aperiunt, & gratuitū per cuncta dispelunt theatrum salutis æternæ. Attroniti itaq; populus, gemina tuba, spiritu maiestatis impletæ, gloriam Dei intonant, de quibus legitur: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terre verba eoru. Itaq; tanquam sagittæ acutæ potentissimæ de pharetra legis electæ per totius orbis spatia deseruntur atque vibrantur, vt dura infidelium corda populorum, Dei timore confringent, & bruta nationum peccata, salubri charitatis vulnere penetrarent. Sicut exultat anima perfecta quæ huiusmodi in se sagittam, ac telum dominici armis exceperat, dicens: Quia vulnerata charitatis telo ego sum. Dubius itaq; fontibus, ex vnius fluminis impetu ebullientibus, sicutum animalium præcordia reficiuntur. Novo vino inebriantur, novo lumine irradiantur, noua salubritate cerantur. Putares duos medicos celo lapsos, qui officinam sanitatum aperiunt, diuerso noſſent genere variis opem ferre languoribus. Aliorū oculis incredulitate cœcatis, ac nubilo infidelitatis hebetatis, iucundissimam claritatem insulsum fidei luce reddebat. Aliorū auribus que ad vocem Christi obscuruerant, auditum mirabiliter imperabant. Aliorum interiorē venas carnalium incitiorū febris testantes, predicatione & castitatis refrigeriis irrorabant. Ex aliorū visceribus malitia, superbia, iracundia sagittas, ac diuersorum iacula peccatorum à diabolo inflicta euillebant, curantes adiutorio diuinitatis omnem languorem, & omnē infirmitatem. Ac sic per verbum sobrietatis euacantes omnem crapulam veterum passionum, æternæ vitae sciri indigentis ac defactis mentibus imperabant, & temperato piculo celestis antidoti, obliuionem præsentium, & futurorum desiderium propinabant.

Habetur in lib.
homiliarum eius
de sanctis.

^a Nota tu Herod
tice qui nihil ho
rū pati vis, ut sa
uis sit, sed in sola
inanī fide tua eō
fides.

Vere mirabiles lampadas æquales per vniuersam terram luce fulgetes; æquales enim illas ac pares, per varia, & diuersa virtutum genera dixerim, Petro quidem claves regni celorum Domino committente creduntur: sed Paulo quoq; siue in corpore, siue extra corpus, vsq; ad thronum tertium sublimato, celorum secereta referantur. In paradyso quoque arcana verba panduntur, quæ non licet homini loqui. Quæ cum ita sint, penè supra hominem est, cui creditur eloqua homini nō loquenda. Sed forsitan dicat aliquis, quomodo iste sine clavis penetrare potuerit diuinæ adis excelsæ? Agnoscamus charifissimi, veras celorum claves, metrorum & esse virtutes. Quantum autem arbitror, omnes in nobis habere possumus claves regni celorum, & quidem duplē vim gerentes, duplē habentes effectum: fides, humilitas, patientia, castitas, quasi bona clavis aperiunt Dei portam. Sed & superbiam, iracundia, cupiditatem, non immerito claves esse dixerim: nam claudunt regna celorum. Primus Angelus per superbiam & elationem, magnam clauem & validissimam seram inter se & celum misit: Paulus autem humiliatis ac pietatis clavibus, usque ad tertiam celi regiam penetrauit, æqualis per omnia virtutibus Petro. Nam etsi ille primus, iste præcipiuus.

Vnde charifissimi, his ducibus per sublimia salutiferi callis itenera, id est, per Dominica mādata gradiebus, circumfulos innumerabilis hostium, quibus hinc inde iter nostrum in uisibiliter vallatur, inimicos perugili circumspetione caueamus, ne nos aut in sinistra pemicio remissio, aut in dextera ruina supplanter elatio: ne incipiat aut prauitas de negligencie, aut vanitas pullulare de meritis. Quia illuc de infirmitate peccatum, hic de virtute sit viuum. Inueniemus aurem morum instructionem, si volumnus, vnde noster vel armatur interior homo, vel *Deest aliiquid* & medicamenta sumenda sunt, quibus vel repellantur vulnera, vel sanentur. Nullus profecto aut excusationis, aut venieæ relinquetur locus, quando omnis anima in promptu habere cognoscitur oportunum pro sui qualitate præsidium, id est, illæsa munimentum, & vulnerata remedium.

ALIA VITA SANCTORVM APOSTO-

lorum Petri & Pauli, per Diuum Gaudentium Episcopum
Brixensem scripta.

Habetur in II. iii.
sermonū D. Ze-
nonis num. xlviij.

Venerabilis antistes Christi, communis aut pater, affectu quo me proficiscentem dedit, nunc etiam compulit excusantem, vt iteru dilectionem vestram, tractatu sermonis alloquerer. Et idcirco aliquid de laudibus beatissimorum Apostolorum pro pulchritate sensu mei perstringam: ipsorum tamen quorum natalis est, precibus animatus. Tres intelligimus nativitates humano generi ab æterna Trinitate concessas. Vna carnalis est omnium, duas spirituales sunt pro merito fidei singulorum. Prima, qua creamur ex nihilo in superna vita mundane: Secunda, qua regeneramur in baptismo ex iniuitate & erroribus ad iustitiam veritatem: Tertia, qua beatissimi martyres ob confessionem nominis Christi per tormenta nascuntur ad regnum. Talis forma præcessit in Christo, qui ex virginе natus in Jordane nascitur, in Crucis patibulo pretiosi cruxis sanguine baptizatur. Nam post illud baptisma quod pro nobis in Jordane suscepit, per passionem suam dicit Apostolis, Baptismo habeo baptizari. Resurrexit enim ex ipso baptismo passionis, ad vitam nullu iam termino claudendam. Remenauit ad regnum, cuius regni non erit finis. Per huius magistri vestigia gradiuntur fideles discipuli Petrus & Paulus, quorum passionis natalem ³ hodie per vniuersum mundum omnes Ecclesiæ debito honore celebrant. In hoc enim apud virbē Romanū ⁴ ambos pro Christi nomine Neronis crudelitas interfecit, Domini iustitia coronauit. Petrus crucifixus verso ad terrâ capite, & in sublime pedibus eleuatis, afferens indignum se qui ita crucifigeretur et Dominus suus. Paulus gladio capite truncatur. Ambo nobiles, ambi insignes, duo verò mundi lumina, columnæ fidei, Ecclesiæ fundatores, innocentie magistri, totius sanctitatis & veritatis autores, quos nunc vere laudare possumus, si eos diuinis testimoniis prædicemus, quibus eos veritas ipsa laudauit. Petro confidenti Dominus dicit: Beatus es Simon Bar-Jona, quoniam caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui in celis est. Et tibi dico Petre, tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non praualebit aduersus eā, & tibi dabo claves regni celorum, &c. De Paulo quid dicam? Quoniam vas electiōnis est (inquit) hic mihi, vt portet nomen meum in vniuerso mundo. Super vnum fundarunt ⁵ Ecclesia, alter pretiosum fidei murū doctrina sua portat in populo, ipse vas electionis effusus. Petrus signis & mirabilibus enitescit, Paulus in doctrina, & perfectionibus gloriarer. Petrus erat ante pescator, Paulus persecutor: sed ambo postea facti sunt hominum pescatores. Etenim per totum mare seculi huius, salvatoris doctrinæ retia teneruntur. Petrus ambo latere iubetur in flutibus, Paulus in nubibus diuinisq; ad tertium ducitur celum: ambo

³ Natale Apostolorum hodie per vniuersum mundum

⁴ Petrus bone vir,

Petrus sult ne vnu-

quam Romæ

⁵ Si super vnum duorum Apostolorum fundatur Ecclesia, ergo Petrus est Ecclesia fundamen-

in invij itineris gradiuntur elemento, fidei virtute sublimes. Quem cui præponere audeam nescio, cūm Dominus eos sub vna confessione æquales in passione monstrauerit, in vera fraternitate coniuxerit, vnanimitatis vinculo copularit, vt etiam de ipsis rectissime presumamus propheticō spiritu prædictatum: Ecce quā bonum, & quām iucundum, habitare fratres in vnum. Sunt quidem Moyses & Aaron, de quibus dicitur, fratres: sunt prophetæ & Apostoli vna doctrina spiritu fratres. Sunt in nobis interior & exterior homo, si vnum sapient fratres: sunt etiam Petrus & Paulus vere consanguinei fratres, quos vna pariter fides proprij sanguinis fecit communione germanos. Ego eos & geminos dicere fratres audebo, quos matr vna confessione felici vtero simul fudit in regnum. Beati enim qui persecutione patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. Cōmunicemus igitur fratres sanctorum Apostolorum memoris, fidei, opere, conuersatione, sermone, vt mereamur ⁶ eo:rum preciibus ad omnia quæcumque possimus adiuuari, largiente gratia Domini Iesu Christi: cui omnis honor in secula seculorum. A M E N.

P A S S I O S A N C T O R V M A P O S T O L O R V M
Petri & Pauli, per Aurelium Prudentium virum
Consularem scripta.

⁶ Nota quod predibus sanctorū Apostolorum meritis in omnibus quæcumque potius mus adiuuari. Ergo orat pro nobis in celo.

Habetur in Pe-
ristephano eiusdem.

⁷ Dies festus tri-
umphi apostolicī
redit.

⁸ Non tenetur hīc
Prudentius nec
Augusti, in formis
ne incipiente pisa-
catoris: nō omnes
reliqui pīsel pā-
tres dīctū eos eō
dem anno, mēnē,
eodemque prorsus
di suisē corsādē
ētū.

PLus solito coēunt ad gaudia: dic amice quid sit,
Romam per omnem curvantur, ouantque.
Festus Apostolici ⁷ nobis redit hic dies triumphi,
Pauli atque Petri nobilis crux.
Vnus utrumque dies pleno tamen innouatus anno ⁸
Vidit superba morte laureatum.
Scit Tyberina palus: quæ flumine labitur propinquo
Binis dicatum cespitem trophæis:
Et crucis & gladij tellis, quibus irrigans easdem
Bis fluxit imber sanguinis per herbas.
Prima Petrum rapuit sententia legibus Neronis,
Pendere iussu præminentे ligno.
Ille tamen veritus celsæ decus æmulando mortis
Ambire tanti gloriam magistri:
Exigit, vt pedibus mersum caput imprimant supinis:
Quo spectet imum stipitem cerebro.
Figitur ergo manus subter, sola versus in cacumen,
Hoc mente maior, quo minor figura.
Nouerat ex humili cœlum citius soleare adiri
Deiecit ora spiritum daturus.
Vtteres orbis iter flexi rota percucurrit anni:
Diemque eundem sōl reduxit ortus:
Euomit in iugulum Pauli Nero feruidum furorem:
Iubet feriri Gentium magnitum.
Ipse prius sibimet finem cito dixerat fututum.
Ad Christum eundum est, jam resoluor, inquit:
Nec mora protrahitur, pœnæ datur, immolatur enīse.
Non hora vatem, non dies sefellit.
Dividit ossa duūm Tybris facet ex vtraque ripa:
Inter sacra dum fluit sepulchra.
Dextera Petrum ⁹ regio rectis tenet aureis receptum.
Canens oliua, murmurans fluento.

Namque supercilio saxi liquor ortus excitauit
Fontem perennem chrismatis feracem.
Nunc pretiosa ruit per marmora: lubricaque cliuant,
Donec virenti fluctuet Colymbo.
Interior tumuli pars est, ybi lapibus sonoris:
Stagnum nitiale volutum profundum.
Omnicolor vitreas pictura supernè tingit vndas.
Musci reluctant, & virescit aurum.
Cyanusque latex vmbram trahit imminentis ostri.
Crēdas moueri fluctibus lacunar.

Pastor oves alit: ipse illic gelidi rigore fontis
Videt fitre quas fluenta Christi.
Parte alia titulum Pauli via seruat Ostiensis,
Qua stringit amnis cespitem finistrum,
Regia pompa loci est, princeps bonus has sacrauit arces,
Lusitque magnis ambitum talentis.
Bracteolas trabibus subleuit, vt omnis aurulenta
Lux efficitus, ceu iubar sub ortu.
Subdidit & Pavias fuluis laquearibus columnas,
Distinguit illuc quas quaternus ordo.
Tum Camyros hyalo insigni varie currit arcus,
Sic prata vernalis floribus renident.
Ecce duas fidei summo patre conferente dores,
Vrbi colendas quas dedit togatae.
Aspice, per bisidas plebs Romula funditur plateas,
Lux in duobus seruet vna felsis.
¹⁰ Ecce quo in die
bus festis sanctorum
conveuerant etiam
antiquitus fidles
coru templo visita-
tare.
Nos ad ¹⁰ vtrunque tamen gressu properemus incitato:
Et his & illis perfruamur hymnis.
Ibimus ulterius qua fert via pontis Hadriani:
Leuam deinde fluminis peremus.
Transtyberina prius soluit, lacra perugil sacerdos,
Mox huc recurrit, duplicaque vota.
Haec didicisse sat est Romae tibi, tu domum reuersus,
Diem bifestum sic colas memento.

ITEM DE BEATISSIMIS APOSTO-

lis Petro & Paulo, ex D. Bernardo Abate.

¹¹ Est sermo eius
dem habitus in
vigilia Aposto-
lorum corundet.¹² Ecce quo in pra-
cipuis sanctorum
solemnitates olim
vigilia celebrab-
tur.

SN sanctorum vigiliis & necesse est vigilare hominem spiritualem, qui solemnitates eorum celebrare desiderat in spiritu & veritate. Aliae enim carnalium, aliae spirituali vigiliae. Illi & nitidores cultus, & epulas preparant laudiores, & fortalsis in ipsis vigiliis operantur opera tenebrarum, laetantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Vos non ita didicistis Christum, qui Christum secuti estis, qui omnia reliquistis, qui vigilanti oculo vigilium nomen debetis attendere. Ad hoc enim vigilia proponuntur ut euigilemus, si in aliquo peccate vel negligenti dormitamus, & praeoccupemus facie sanctorum in confessione. Non sic filii huius seculi, non sic, qui potentes sunt ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem, qui obdormierunt in flagitiis & facinoribus suis. Illud vos non lateat, quia qui ebrij sunt, & qui dormiunt, nocte dormiunt, & frustra sonat eis nomē vigilium sanctorum, cum ipsi magis dormire studeant, quam vigilare. Vos non estis filii noctis neq; tenebrarum, sed lucis & diei, vt non vos praeoccupet natilitij sanctorum dies, & inueniant imparatos. Tria sunt igitur, quae in festivitatibus sanctorum vigilanter considerare debemus, auxiliū sancti, exemplum eius, confusione nostrā. Auxiliū eius, quia qui potens in terra, potentior est in celo, quis ante faciem Domini Dei sui. Si enim dū hic viueret, milbertus est peccatoribus, & oravit pro eis, nunc tanto amplius quanto verius agnoscit miseras nostras, orat pro ³ nobis patre: quia beata illa patria charitatem eis non immutauit, sed augmentauit. Neq; enim quia impotibilis omnino, ideo & incomparabilis factus est: sed nunc potius induit sibi viscera misericordie, cum ante fontem misericordiae existit. Est & alia causa quae magis vrget sanctos vt solliciti sint de nobis, quia iuxta vocem Apostoli: Deus prouidet pro nobis, ne sine nobis cōfūmentur, sicut ait sanctus David: Me expectant iusti, donec retrubias mihi. Deberimus etiam attendere exemplum eius, quia quamdiu in terris visus, & cum hominibus conuersatus est, non declinauit ad dexteram neq; ad sinistrā, sed viam regiā tenuit, donec veniret ad illum qui dicit: Ego sum via, veritas & vita. Intuemini humilitatem operi eius, autoritatem verborum eius, & tunc videbitis, quomodo tam verbo quam exemplo luxerit inter homines, qualia nobis vestigia dereliquerit, vt ambulet per ea, & non etremus in eis. Verè iuxta prophetam, Semita iusti recta est, rectus callius iusti ad ambulandum. Sed diligenter inveni confusione nostram inspiciamus, quia horum ille similis nobis fuit passibilis, ex eodem luto formatus, ex quo & nos. Quid ergo est, quod non solū difficile, sed impossibile credimus, vt faciamus opera quae fecit, vt sequamur vestigia eius? Confundamur fratres, & contremiscamus ad vocem

vocem istam, si forte haec confusio adducat nobis gloriam, si forte generet gratiam nobis timor iste. Homines isti fuerunt qui praecesserunt nos, qui tam mirabiliter praecesserunt per vias vite, vt vix eos homines fuisse credamus. Sic ergo in sanctorū festiuitatis, & gaudere & confundi debemus: gaudere, quia patronos praeemissimus: confundi, quia eos imitari non possumus: ita semper gaudium nostrum in hac valle lachrymarum, lachrymarum pane cōdīri debet, vt semper non solū extrema, sed prima gaudij luctus occupet: quia eti magna est gaudiorum materia, sed maxima est dolorū. Memor fui Dei: clamat iustus, & delestatu sum: fed & statim subiungit: Deficit sp̄ritus meus, turbatus sum, & non sum locutus. Quod si hec in vigiliis vniuersitatisque sancti cogitare debemus, quid faciemus in solennitate ⁴ sanctorum & summorum Apostolorum Petrum & Paulum loquor: Sufficeret vnius festiuitas ad infundendam exultationem vniuersa terre, sed amborum iuncta est ad cumulum gaudiorum, vt quomodo in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati.

⁴ Solemnitas &
festiuitas summae
rum apostolorum
Petri & Pauli.

Quid illis potentius dum fuerunt in terris, quorum alteri tradūtrū claves regni celorum, alteri magisterium gentium: alter Ananiā & Saphitam occidit in verbis oris sui, alter donat quicquid donat in persona Christi, & cū infirmatur, tunc fortior est & potens? Quam potiores sunt in celis, qui potentes fuerunt in terris? Et qui nobis reliquerunt maiora exempla, quam illi qui in fame, & siti, & in frigore, & nuditate, & in omnibus illis que Paulus enumerat, iugiter sunt affliti, & demum sancti martyris & regna celestia concenderunt? Verē nobis rubor confusio nō sunt quos vix audemus respicere, ne dicam imitari. Oremus ergo ⁵ eos, vt ipsi propitium nobis reddant amicum suum iudicem nostrum, qui est Deus benedictus in secula.

⁵ Ecce anima san-
ctorum in celo.
⁶ Fælici martyris
regna celestia
concedunt.⁷ Sancti tanquam
mediatores orationis
vtr, vt proptimum
nobis Deum redi-
cant.Est sermo pri-
mus habitus in

die natalis corū:

Gloriosa nobis solennitas & illuxit, quā præclaris martyres, martyrum duces Apostolorū

quo Deus in corpore Ecclesiæ suę constituit, quasi geminum lumen oculorum. Hi mihi

traditi sunt in magistros & in ⁸ mediatores, quibus secūre me committere possum, quia &

notas mihi fecerunt vias vite, & mediantibus illis ad illū mediatorem ascendere potero, qui

venit pacificare per sanguinem suū, & quæ in celis, & quæ in terris sunt: Ille in vtraque na-

tura purissimus est, qui peccatum non fecit, nec inuentus dolus in ore eius. Quomodo ad il-

lum accederem audebo, qui sum supra modum peccator, qui peccavi supra numerum

peccatorum ad verū

arēm maris, cū ille purior, & ego impurior esse non possim? Verendum ne incidam in ma-

mediatore Domini

Iesum Christum. Obmutescit

ergo hereticus, qui

negat sanctos vos

cari posse aut debere

mediatores.

C

arē

graſſa

eſt, per ipsius filii

Dei vocem ad fidē adducitur, & pro tantis malis, tantis bonis repletus

eſt, vt was electionis fieret ad portandum nomen eius corā gentibus, & regibus, & filiis Israēl,

Was dignum, & ecclēstibus ferculū repletum, de quo & fanus escam, & infirmus accipiat me-

dicinam. Tales decebat humano genere pastores & doctores constitui, qui & dulces essent,

& potentes, & nihilominus sapientes. Dulces, vt me blandē & misericorditer suscipient: po-

tentates, vt fortiter protegerent: lapientes, vt ad viam & per viam dicerent, quæ ducit ad ciui-

tatem. Quid Petro dulcissimi, qui tam dulciter ad se omnes conuocat peccatores, sicut & Actus

Apostolici, & epistolari eius series attestatur? Quid illo potenter, cui & terra obediuīt, cum

mortuos reddidit, & mare sub pedibus eius fe calabile præbuit, qui Simeonē Magum spiri-

tu oris sui in aere attigit, qui claves regni celorum tā singulariter accepit, vt præcedat sententia

Petri sententia cœli? Deniq; quodcumq; ligaueris, inquit, super terrā, erit ligatu & in celis: &

quodcumq; folueris super terrā, erit solutu & in celis. Quid autē illo sapientius, cui non ca-

to & sanguis reuelauit? Libentissime Paulum sequor, qui pr̄ nimia dulcedine luget eos qui

peccauerunt, & non egerunt penitentiam, qui fortior est omni principatu & potestate, sapi-

entiam & medullā sacrō sensu, non à primo vel secundo, sed à tertio celo largiter aspor-

tavit. Hi sunt magistri ¹⁰ nostri, qui à magistro omniū vias vite penitus didicerūt, & docē-

nos vñq; in hodiernū diē. Quid ergo docuerūt, vel docēt nos Apostoli sancti? Nō pīscatorū ar-

summo mediatori preclūdūt.

C C iii Putas

storum: sed morte eorum mori multò magis desideremus. Sapientia enim iustorū nouissima præfert, ibi nos iudicans, vbi nos inuenierit. Omnino necesse est vita præsentis finem futuræ cohædere principio, nec tibi tolerabilis dulsimilitudo est. Sicut enim si quis duo sibi (vt ita dixerim) cinctoria consuerit aut colligare voluerit, minus de reliquis partibus curas, ipsa quæ sibi copulanda sunt capita vniiformiter parat, ne dissideant à seipso; ita dico vobis, quantumlibet extiterit conuersatio spiritualis, si carnis fuerit consummatio nostra, vita illi spirituali penitus non cohæret, nec caro & sanguis regnum Dei poterunt possidere. Fili(ait Sapiens) memorare nouissima tua, & non peccabis. Nimirum quod hęc maximē recordatio faciat timoratum, timor expellar peccatum, negligentiā non admittat. Hinc & Moyses de quibusdam: Vtinam(ait)saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. In quibus vtique verbis tria nobis video commendari, sapientiam, intelligentiam, prouidentiam. Arbitror sane tribus eas assignari posse temporibus, vt aeternitati quadam imago reformari videatur in nobis præsentia moderantibus per sapientiam, preterita per intelligentiam diuidantibus, nouissima prouidentibus ad caueclam. Hęc nempe spiritualis est exercitio summa, haec forma studii spiritualis, vt lapiente disponamus præsentia nostra, recogitemus in amaritudine animę nostrę preterita, futura quoque sollicitę prouideamus. Sobrie, & iuste, & pie vivamus in hoc seculo, ait Apostolus, vt videlicet in præsenti sobrietate obseruetur, vt iusta satisfactione preterita quae nobis sine fructu salutis preterire, tempora redimantur, vt pietatis clypeum, imminentium de futuro periculis opponamus. Sola est enim quę omnia valer pietas, cultus scientie Dei humiliis & deuotus, nec aliter nobis est prouidere nouissima, nisi vt vniuersa quę nobis imminet videatur pericula, sedula nobiscum cogitatione versantes, discamus de nostra omnino industria, magis 5 autem de nostris diffidere meritis, & soli diuinę nos protectioni committere, pio quodam mentis affectu pia intentionis in ipsum, cuius datum optimū & donum perfectum est, consummatio felix, & mors preiofa. Habet in Euangeliō tria hac ipso tibi sermone Domini commendata. Beati, inquit, pauperes, beati mites, qui lugent. Beati qui futura sapientia, pra desiderio coelestium, interno quodam sapore mentis præsentia respues, Beati qui nouissima prouident, in manuētudine suscipientes insitum verbum, quod eorum salvare animas potest, & pietate cordis ad futuram tendunt hæreditatem. Beati qui pristinum intelligentes errorem, crebris lauant lachrymis lectum suum. Vides quid optat via sanctus, quid obtinere cupit ei pro quibus ore? Vtinam, inquit, saperent & intelligent, ac nouissima prouiderent. Ac si manifestius dicat: vtinam esse in eis spiritus sapientis, & intelligentiae arque consilij. Vtinam haec in nobis inueniantur fratres, vt suauiter omnia nostra quod facere debemus. Quodcumque in nobis disponamus, vt intellectu preterita peccata claramus, vt prouideamus futura per sapientiam disponamus, vt intellectu preterita peccata claramus, vt prouideamus futura per consilio. Vtinam sapiamus ad presentis vite moderationem: vtinam intelligamus ad preterite correptionem: vtinam deuota in Deum fide prouideamus, vt felicem habeamus ipsos et nos habere me misericordiam, & nos habere me misericordiam confirmationem. Hic enim est funiculus triplex quo trahimur ad salutem, ordinata. Quod dicit, hacten conuersatio, rectum iudicium, fides deuota.

ADHVC DE EISDEM, PER EVNDEM,

Merito fratres Apostolis sanctis attribuit mater Ecclesia, quod in sapientię libris legitur. Hi sunt viri misericordie, quorum iustitia obliuionem non acceperunt, cu semine eorum permanent bona. Sunt enim hi plene viri misericordie, siue quia misericordia cōsecuti sunt, siue quia misericordia pleni, seu quia misericorditer à Deo nobis donati sunt. Et vides quia misericordiam cōsecuti sunt? Paulum interrogat de se ipso, vel magis sponte confitemet auscultat. Qui fui blasphemus, & persecutor, & iniquus, sed misericordia cōsecutus sum. Quis enim non audiuit quanta mala fecerit sanctis in Hierusalem? Nec solū in Hierusalem, sed & per totam Iudeam infanę cerebatur habenis, vt Christi membra laniaret in terris. Denique hac furia vestus ibat, sed præuentus à gratia est. Ibat spirans minarum & cedis in discipulos Domini, & discipulus Domini factus est, cui offenditeret quāta eū oportenter pro nomine ipsius pati. Ibat dirum toto corpore virus exhalans, & subito in electionis vas mutatus est, viam cor illius eructaret verbū bonum, verbum pium: & diceret, Domine quid me vis facere? Hęc vtique hęc mutatio dexteræ excelsi, Merito proinde loquebar. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quoniam Dominus Iesus venit peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Hoc ergo apud beatum Paulū fiducia & consolationis accipere fratres, vt ad Dominū tam conuersos, non nimis cruciēt præteriorum conscientia delictorum, sed tantum humilitet vos sicut & ipsum. Ego sum, inquit, minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari filium, an visiblem. Apostolus, qui persecutus sum Ecclesiam. 1 Dei Ita & nos humiliemur sub potentia manu Dei, & fiduciam habeamus, quia & nos misericordiam consecuti sumus, ablutis sumus, sanctis.

Quando Paulus perfectus est Eccl. 1, nō per se sequutus est in iustitia, sed in misericordia, qui perficitur in Christo. Nam in iustitia, non nimis cruciēt præteriorum conscientia delictorum, sed tantum humilitet vos sicut & ipsum. Ego sum, inquit, minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari filium, an visiblem. Apostolus, qui persecutus sum Ecclesiam. 1 Dei Ita & nos humiliemur sub potentia manu Dei, & fiduciam habeamus, quia & nos misericordiam consecuti sumus, ablutis sumus, sanctis.

etificati sumus. Et hoc quidem omnibus nobis, quoniam omnes peccauimus, & egemus hac gloria Dei. Verū apud B. Petrum aliud habeo quod apponam, eō charius quod rarius, & quod singularius, eō sublimius: Nam peccauit Paulus, sed ignorans fecit in incredulitate sua: Petrus cū cecidit, apertos habebat oculos. Porro vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Eorum siquidem qui peccent antequā Deum nouerint, antequā miserationes eius experti sint, antequā portauerint iugum suave & onus leue, priuquam deuotionis graciā & consolationes acceperint spiritus sancti, eorum, inquam, copiosa redemptio est, & tales omnes nos suimus. At eorum qui post conuersationem suam à peccatis & virtutis implicantur, ingratia accepta gratia, & post misericordiam manum ad aratum, retro respiciunt, tepidi & carnales facti, aut post agnitionem vitam veritatis retro eunt apostolatē manifesti: eorum & virtue perpaucis inuenias, qui post haec redent in gradum pristinum: sed magis in ² Notē hoc apud

fordibus politi, fordefcant adhuc. Super quos Propheta deplorat: Quomodo obscuratum est ³ statē nostri tem̄oris.

cora? Nec tamen si quis huiusmodi est, desperamus de eo tantum, vt resurgere velit citio. Quantò enim diutius permanet, tantò euadet difficultus. Beatus vero qui tenebit, & allendet parvulos Babylonis ad petram. Etenim si creuerint, vix poterunt superari. Filioli, haec dico vt non peccatis, sed & si quis peccauerit, ad uocatum habemus apud patrem, qui potest quod nos minimē possumus: tantum qui cedidit, non adiicit in malum, vt profundius cadat, sed magis vt resurgat, confidens quod nec ei negabitur venia; si tamen ex corde confiteatur peccata sua. Si enim is de quo loquimur, Petrus post tam grauem lapsum ad tantam rediēt eminentiam sanctitatis, quis de cetero desperet, si tantum egredi voluerit à peccatis? Attende, quod scriptum est: Egressi foras fleuit amarē. In egressu confessionem oris, in a-maro fletu compunctionem cordis intellige. Et attende quod tunc primum recordatus est verbi quod dixerat Iesus, tunc primum cordi fuit verbum, quo prædicta fuerat eius infirmitas, cum euanuit præsumpta temeritas. Væ tibi qui post lapsum fortiore te nobis exhibes. Ut quid tam rigidus es in tuam ipsius perniciem? Inclinare potius, vt melius erigaris & prohibeas frangi quod distortum est, vt possit melius solidari. Quid indignaris increpati gallo? tibi potius indiget. Pluviā voluntariam, ait Psalmista, segregabis Deus hæreditati tuę, infirmata est. Bona infirmitas, qua segregatur hæreditati, quę modicum non repellit. Induratos enim tanquam vas figuli in virga ferrea conteret, & hæreditas infirmata est, ait, tu vero perfecisti eam. Audisti certe quam misericordiam consecuti sunt Apostoli nostri, vt iam nemo ex vobis super peccatis præterita vlt̄rā quām necesse fit confundatur, in cubili conscientia sua compunctus. Quid enim forte peccasti in seculo? Nunquid amplius Paulo? Quod si & ipsa in religione, nunquid plus Petro? Attamen illi in toto corde penitentiam agentes, non modò salutem, sed & sanctitatem consecuti sunt, etiam & salutis ministerium, & magisterium adepti sunt sanitatis. Et tu ergo fac similiter, quoniam propter te scriptura loquitur: Viros illos esse misericordie, vtique propter multam misericordiam quā consequi meruerunt. Potes tamen in hoc verbo etiam illud non inconuenienter acciperre, viros misericordie fuisse Apostolos, id est, plenos misericordia, seu viros misericordiae datos Ecclesię vniuersi. Scimus enim quod viri nisi nec sibi vixere, nec sibi mortui sunt, sed ei qui pro ipsis mortuus est, magis autem nobis omnibus propter illum. Quantum enim proderit nobis eorum iustitia, quando ipsa quoque, sicut ostensum est, tantum profuere peccata pro nobis facit eorum vita, eorum doctrina, etiam & mors ipsa. Etenim in conuersatione contineat, in prædicatione sapientiam, in pælōne sua patientiam nobis beati Apostoli contulerunt. Quartum vtique hodie conferre non cessant, misericordia pleni, quod est sanctuarum frumentus orationum. 3 Quamuis & in ipsa corum vita adhuc inuenias, quod annumeres, fiducia nobis in celo.

& semen sunt, & nepotes. Meministis credo (scientibus enim legem loquor) meministis, inquam, legalis mandati, ut lusciter frater superest semen fratri defuncto sine semine. Quis sine feminis? Singulariter ait: Ego sum, donec transeam. Ideoque resurgens: Vade, inquit, die fratribus meis. Ac si dicat: fratres sunt, faciant quod fratres. Ergo per Euangelium ipsi nos genuerunt, non tamen sibi, sed Christo, qui per Euangelium Christi. Hinc est quoddam moleste tulit Paulus quosdam eorum dicì à quibus geniti fuerant per Euangelium, indignans aduersus eos qui dicebant: Ego sum Pauli; Ego sum Cephe; ego Apollo, Christi magis omnes & fieri volens, & dici. Itaque semé Apostolorum sumus per prædicationem, sed per adoptionem & hæreditatem semen Christi, & Apostolorum nepotes.

COMMENTARIVS QVI TRACTAT

sigillatim certamina, labores, & peregrinationes, & consummationem sanctorum, & principum Apostolorum Petri & Pauli.

Apropos Simeonem Metaphraffen.



ON eos solūm, qui fuere ab inicio patres artium, ad mititimus, & eorum fauemus laboribus: sed etiam, si quid aliud postea inueniunt est à posteris, id fouemus, & amplectimur. Quinetiam istos ob id maximè laudamus, & eorum honorificam facimus mentionē, quod quæ sparsim & sigillatim ab aliis inuenta sunt iij, coniungentes, & concinnantes, in vnum corpus redegerunt, & ei formam dederunt, & artes posteris perfectas reliquerunt. Nos quoque eos lequentes, vt fidelium satisfaciamus desiderio, tanquam informe materia ea quæ de summis Apostoloru Petro & Paulo, hic & illic decantantur, tractantes, eis formam tribuimus, corporis; articulis expressum efficimus. Quoniā ergo hoc est nobis institutum, & ad r̄s tantas nostrum studiu conferimus, incipiendum est dicere, vndēnam primis Christi discipulorum fuit ad vitam ingressus. Petrus ergo (vt illius primū faciam mentionē, cuius primi fidei commissari fuit cura Ecclesiæ) fuit quidem genere Hæbreus; Palestina autem regionem habitabat Galilæam. Patria verò ei fuit Bethaida, quoddam parvum & vile oppidū eiusdem tribus, & patriæ, cuius iij qui de Simeone gloriabantur Patriarcha. Pater autem erat Iona, non is qui redditus fuit à ventre balenæ, sed qui ex monstro, quod cadit in intelligentiam, multos liberauit per filium. Fuit autem in diebus Hircani, cui aures vñā cum regno ablatae sunt à fratre. Non is verò solus natus est patri, sed cum eo quoque erat frater Andreas. Cum autem accepisset Petrus filiam Aristoboli fratris Barnabę Apostoli, ex ea genui: filium vnum & vñā filiam. Et Andreas quidem, qui vitam à negotio remotam, & coniugis experientia agebat, fit Ioannis præcursoris discipulus, qui baptismum prædicabat ad pœnitentiam. A quo cum audiisset illud: Ecce agnus Dei, dum seruatorem Christum digito indicauit, reliquo Baptista Ioanne secutus est Iesum. Magnus autem ille Petrus cùm esset acerrimus & diligentissimus, magis versabatur in iis quæ ad viuentem comparandum pertinent, vt qui & cum vxore habebat, & senis patris prouideret senectuti. Cum eum autem aliquando otiosum inueniesset Andreas, adduxit ad Christum. Ille verò eum admisit, & Petrum vocavit, eius mentis soliditatem per nomen significans. Postquam autem fuit relatus in numerum discipulorum, apparet statim vir probus & feruens spiritu. Quocirca regni celestis claves ei creduntur: super mare, perinde ac incorporeus, propriis pedibus ingreditur: Domini transfigurationis spectator efficitur: Patris vocem suis audit auribus: in eos qui peccant, docetur esse patiens; & vniuersi orbis terræ cura ei cōmittitur. Sed hæc quidē, & his plura fuisus tractans facor liber Euangeliorum ipsa quoque rerum causas nobis declarat. Quas quidem in præsencia non exposuimus, eum oratio malit esse breuis, quām nimis fusa. Cum iam autem magnus Deus, & Salvator noster Iesus Christus per voluntariam, & salutarem suam passionem aboleuisse diabolum, qui mortis tenebat imperium, & mortis vincula perfregisse, & tertio die resurrexit, hic Petrus princeps Apostolorum, cùm esset magistri dictatus præsidentia, os efficitur reliquorum Apostolorum: vel ut magis propriè dicam, magister. Et cùm deinde duodenarium quidē numerū Apostolorum, in alterius locum substituto Matchia supplenisse: plurimas autem cōciones Iudeis qui in sancti spiritus infusione aderant, & propriae stuperatae quid aliis linguis Dei magnalia annunciarēt, effudisse, & alii orationibus eis tulisset testimonium, tria millia statim ad fidem in Christum euocauit. Et cùm eū qui erat ab ortu claudus, in speciosa tēpī porta, vñā cum Ioanne Euangelista curaseret, & rufus eos qui erat cōgregati, arguedo instituisset, & salutē inuitasset: & verū Deū esse Dñm nostrū Iesum Christū ex Moysē & prophetis evidenter ostendisset, nō solūmiraculi magnitudine, sed orationis quoque vehementia omnes obfusco fecit,

pefecit, & ad fidem in Christum attraxit, & decies mille virorū Ecclesiam constituit Hieropolym. Aniam autem, & Sapphirā eius vxorem, qui nouam quandam fecerant usurpatiō nem, sibi, inquam, tanquam usurpantes quæ Deo consecraverant, graui reprehensione statim vita priuauit. Vimbraq; eius non solūm variis morbos expulit ab hominibus, sed mortuos etiam excitauit. Liddæ paralyticum Aeneā verba curauit. Ioppæ pauperum amorem Dorcadem mortuam excitauit. Casareæ Centurionem Cornelium qui erat gentilis, ad fidem in Christum euocauit cum tota familia, & spiritu sancto impleuit per baptismū. Quinetiam fidei portam gentibus aperuit per eā quæ illi apparuit vñā linea visionē, in quo erant omnes bestiæ terræ, & vocē quæ de celo vñā cum vale est delata, & eum est adhortata vt surgens sacrificaret & comedaret, nihil eorum esse cōmune existimans. Ab Herode autē qui etiā dictus est Agrippa, duabus catenis vinclitus, & in carcere conieetus, cūm diligenter custodiretur à quatuor quaternionibus militum, à diuino angelo liberatur à vinculis, & à carcere, portis sua sponte apertis. Propter Simonem autem sceleratū illum. Magū obit omnes ciuitates Celefyrae, & præterea Pontum & Asiac, atq; etiam Galatiam. Et cùm in eis seminasset verbi fidei, ad ipsam vñq; Romam peruenit. Ut eas autem cursim persequamur, hæ sunt. Cūm: *Vide num. Peo trus Roma fuerit* ab Hierusalem venisset Caſaream Stratonium, & ijs qui ipsum sequebantur presbyteris, Episcopum constituit, venit Sidonem. Vbi cùm multos curasset, & Episcopum constituit, venit Berytum. In qua etiam cùm ex ijs qui sequebantur vnum ordinasset Episcopum, venit Byblum: deinde Tripolim; & apud Marponem virum quendam prudentem diuerſatur. Quē cùm fidelibus qui erant Tripoli Phoenicia, Episcopū constituit, venit Orthosiam: deinde Antardū, deinde in insulam quæ dicitur Aradus: deinde Balanceas: & illinc Panta: deinde Laodicæam, in qua cùm multos qui morbis laborabant, & vexabantur à dæmonibus curasset, Ecclesiā; congregasset, & Episcopum constituit, venit Antiochiam Syriæ ciuitatem. Quo in loco Simon quidem Magus eos qui ad eum quærendum ab Imperatore misi fuerat, declinans, constitut fugere in ciuitates Iudeæ. Petrus autem Domini Apostolus, simul ac eis, se ingressi, multaq; Antiochiae fecisset curationes, & vnum Deum in tribus personis, ijs qui erant congregati, feliciter annunciasset, & Episcopos ordinasset, Marcianum quidem Syracusis in Sicilia, Pancratium autem Tauromenij, venit Tyanem Cappadociæ, & illinc Ancyram Galatiam. In qua cùm precatione sūcitatasset mortuum, multofq; cœchesi instituisset, & baptizasset, & Ecclesiā constituit, & Episcopū ordinasset, venit Sinopen Ponti ciuitatem. Deinde Amaseam, qua est in mediterraneis Ponti, Deinde Gáram Paphlagoni. Deinde Claudiopolim Honoriadis. Deinde Nicomediam Bithynia. Deinde Nicæam. Deinde cùm festi- *Note festū Peo* nare ascenderet Hierosolymā propter Paſchæ z festum, reuertens venit Pisimuntē. Deinde *feste ab initio Regis* per Cappadociā & Syriā, rufus venit Antiochia. Et illinc profectus venit Hierusalem. Quo *alio*, in loco cùm tertius annus præterisset à vocatione magni Pauli, ab ipso Paulo visitur, sic ut ille ipse dicit: Post tres annos ascendi Hierosolymam ad videndum Petru, & manū apud eum dies quindecim. In quibus cùm Canones, & Ecclesiasticæ constitutiones exposuissent, beatus quidē Paulus profectus est ad opus, ad quod vocatus fuerat. Magnus autem Petrus rufus reuertens est Antiochiam. Vbi cùm Prochorum ordinasset Episcopum, venit Synadem Phrygiae ciuitatem. Deinde Nicomediam. In qua cùm Prochorum ordinasset Episcopum, venit Iulium ciuitatem Helleſponti. Quo in loco cùm Centurionem Cornelium constituit Episcopum, reuertens est Hierusalem. Visus est autem ei Dominus in visione, dicens: Surge Petre, vade ad Occidentem: opus enim habet, vt tuis illustretur facibus, & ego ero tecū. Simon autem paulò ante captus ab ijs qui eum quærebant, vt prius diximus, Roman ducitur, vt lat⁹ poenas eorum quæ pēpetrarent. In qua cùm suisset, & arte sua magica multo mente mouisset & decepisset, non solūm non dedit penas, sed etiam à multis Deus fuit existimatus. Romanos enim præcursor ille satanæ sua Magia in tam adduxit admirationem, quinetiam ipsum quoque Claudium: vt ei posita statua inter duos pontes in Tyberi inscriberent: Simoni Deo sancto. Et hæc quidem Iustinus, & Irenæus fuisus persequuntur. Nos autem peragamus ceptam persequi narrationem. Cūm ergo quæ vīa fuerant, magnus Petrus annunciasset fratribus, & vale eis dixisset, rufus venit Antiochiam visitans Ecclesiā. Quo in loco cùm magnum inuenisset Paulum, certo quadam confilio ab eo arguitur. Deinde cùm Tharsi Vrbanum constituit Episcopum, & Epaphroditum Andriacæ Licice, & Phygellum Ephesi, quem auit à recta via diuertisse, & cū Simone sensisse, & Smyrna Apellem, qui erat frater Policarpi, venit in Macedoniam. Cūm Philippis autem Olym- *Vides catechesis* pum Episcopum constituit, & Thessalonicae Iasonem, & Corinthi Silam, cūm eum illic inuenisset apud magnum Paulum permanentem & patris Herodionem, nauigauit in Sici- *Im semper præcepit* liam. Et cùm venisset Tauromenium, diuersatur apud Pancratium virum sapientissimum. *dere baptizamus* Quo in loco cùm quendam Maximum 3 catechesi instituisset, & baptizasset, & Episcopum ordi-

^{4.} Petrus Romæ
appellat.

ordinasset, Romam & appellat. In qua cùm quotidie synaxes celebraret, & vnum Deum patrem omnipotentem, & vnum Dominum Iesum Christum filium verum de Deo vero, & vnum spiritum sanctum Dominum, & viuisu in synagogis, & domi doceret, attraxit multis ad fidem in Christum, & per sanctum baptisma liberavit ab errore idolorum: adeo ut breui tempore ad sanctum baptismum omnes fere accurrerint, & Deo per Apostoli doctrinam crediderint. Hæc videns Simon, non satis duxit tacere, & suam cœlare improbitatem, sed gloria & exultatione se superatum esse arbitratus, si fineret Apostolum totis viribus ijs qui Romæ erat, veritatē annunciare, audacter, simul & indecè cœpit liberè loqui in mediacione, & imperiū aggredi est ei contradicere. Vbi & vmbrae quasdam eum sequi & procedere: quas dicebat esse animas mortuorum & mortuos suscitatos, & ei tāquam Deo, honorem tribuentes, claudosque recte ingredi & saltare ostendebat: sc̄q; insit fabulosi illius Proteri in variis formis mutans, ostendebat aliquando quidem duas habentem facies, deinde autem, parva interiesco spacio, transformabatur in capram, & serpentem, & volucrem, qualiter par est eum videri, qui à ratione alieni seruit cupiditatibus: & igni saepe assimilabatur & simpliciores omnibus modis non cessabat decipere. Ille autem magnus Domini Apostolus, si solummodo cernebar, omnes eius machinationes facillimè dissoluebat, & in nihil resolutebat. Cùm multas ergo (vñ est confitaneum) inter eos fuissent vtrique controversiae, & disputationes, nesciret autem Simon quidnam amplius ageret, aram quandā lauro coronatus ascendit. Ex qua turbas primum iracundè alloquens: Quoriam, inquit, adeo insipientes suistis & Romani, vt me quidem relinquere, Petrum vero sequerenias, ecce in complicitu vestro mandabo Angelis meis, & me tollent in manibus, & ad patrem meum ad am in cœlum, & illinc vos extremo afficiam supplicio: vt qui nō in ijs que vobis dixi, persistieritis. Hæc cùm dixisset, plaudens deinde manibus, per aërem missus cœpit volare quibusdam vmbbris, vel malis potius dæmonibus eum impellentibus, & portantibus. Magnus autem ille Apostolus Petrus cùm se párum retinuerit, audiencibus omnibus, cœpit dicere, Domine Iesu Christe qui es Deus meus, ne sis cum implere quod proposuit, ne immittat petram scandali, & lapidem offensionis malignum in eos qui in te crediderunt. Et sublati ad Simeonem oculis, clara voce clamauit: Vobis Satanæ ministris præcipio, ne eum portetis, sed eum dimittatis in eo loco in quo nunc est. Statimq; cùm quæ citra ipsum apparebant vmbrae, recessissent, & in nihilum resolutæ essent, Simon lapsus ab aere, ad terram fertur easu misero & miserabiliter, & contrito toto infelici corpore, secundo post die miseram emitte anima acribus cruciati doloribus. Cùm hoc autē factū esset, & turba multis horis clamauerit: Magnus est Deus, quo nobis à Petro prædicatur, Petrus cùm altum quoddam sedile accepisset, manumque mouisset, & turbis præcepisset silentium, postquam ex Moyse & Prophetis Dominum nostrum Iesum Christum Deum ante seculi annunciasset, & plurimos dæmones fugasset ab hominibus, & morbos curasset varios, eos demisit. Cùm autem non diu mansisset apud Romanos, & sancto baptismo multos regenerasset, & Ecclesiam constituerit, & Linum Episcopum ordinasset, venit Taracinam. In qua cùm Epaphroditum ordinasset Episcopum, venit Sirmium civitatem Hispaniæ. Quo in loco cùm Epænetum constituerit Episcopum, deuenit Carthaginem ciuitatem Aphricæ. In qua cùm Crefcentem ordinasset Episcopum, venit in Ægyptum: & cùm Thebis, quæ septem habet portas, Russum: Alexandriæ autem Marcii Euangelistæ, coru qui se in disciplina tradiderant, Episcopatu[m] præficerit, rufus venit. Hierosolymam ex reuelatione propter Deiparæ Mariæ migrationem. Deinde reuersus in Ægyptum, per Aphricam rufus Romanus redit. Ex qua venit Mediolanum, & Photicum, quæ sunt ciuitates in continente. In quibus cùm constituerit Episcopum, & presbyteros, venit in Britanniam. Quo in loco cum longo tempore fuisset moratus, & multas gentes non nominatas attraxisset ad fidem Christi, Angelicam aspergit visionem, quæ dicebat: Petre instat tempus ture resolutionis, & oportet te ire Romanum, in qua cùm mortem per crucem sustinueris, recipies mercedem iustitiae. Cùm ergo propterea Deum glorificasset, & egisset gratias, & apud Britannos mansisset dies aliquot, & verbo gratiæ multos illuminasset, & Ecclesiæ s[ecundu]s constituerit, Episcoposq; & præsbyteros & diaconos ordinasset, duodecimo anno Cæsaris Neronis rufus Romanus reuertitur. Quo in loco cùm Linum inuenisset consummatum, eius loco ordinauit Clementem reculancem, & non admittentem eam curationem. Cui cùm ad id accommodatis verbis persuaserit, & vt bono esset animo fuisset horratus, ad suorum sermonum eum prouehit cathedralm. Qui cùm huc quidem virtus, collum suum bono iugo subiecisset, cum magistro suo trahebat currum verbi. Quocirca multi quidem illustres prompto & alacri animo fidei obediebant: multæ autem nobiles feminæ addebantur iis, qui salvi fiebant. Cùm vero due feminæ Imperatoris, quæ plus quam alia ab eo diligebantur, fidei accessissent, & publice vivere statuissent,

^{5.} Vide primis
gna recepta eas
pholica fidelis
tutio se. Iohanni,
Episcopum, præ
sbyterorum &
diaconorum ora
dinatio.

statuissent, quoniam erat libidinosissimus Nero, & impudicissimus, furiebat aduersus omnem Ecclesiam: maximè autem Petrum principem Apostolorum, vt qui fuisset causa pudicitiaæ eius feminarum, quæ crediderant in Dominum. Quamobrem cùm ira supra modum effebuisset, capitis pronunciata sententiam aduersus omnes qui in Christu sperarent. Cùm itaq; milites omnes protinus comprehendissent, eos deducunt ad locum damnatorum, & Clementi quidem parcunt, vt qui esset cognatus Cæsaris. Herodionem autem & Olympam, vñ cum magna multitudine gladio subiiciunt: Petrum vero illum magnum Domini Apostolum inuerit ⁶ Crucis clavis figura Christus Deus noster, ipse quoque sustinuerit, puram & immaculatam suam animam in tur, levit Dominus Iesu Christus.

⁶ Petrus Romæ
sanctum Petri cor
pus magnifice co
positum in igni loco
a Clemente depo
nitur.

⁷ Venerandum &
sanctum Petri cor
pus magnifice co
positum in igni loco
a Clemente depo
nitur.

Sed de vita quidem, & prædicatione, & fine magni Apostolorum Petri hucque fit a nobis dictum breuiter. Necesse autem est de claro quoque, & beato Apostolo Paulo, quomodo poterimus, dicere. Magnus ergo & beatus Domini Apostolus Paulus, erat ipse quoque Hebreus quidem genere, ex tribu autem Beniamini, claris natus parentibus, haeresi Pharisæus, adscribens sibi patriam Tharsum ciuitatem Ciliciae, sub præceptore Gamalièle, in lege Moysis insigniter eruditus, ardens in orum paternorum æmulator, qui à pueritia Romanus vocabatur Saulus. Persequebatur autem & populabatur Dei Ecclesiam per ignorantiam. Quamobrem ei grata erat interfictio Stephanii primi martyris, vt qui omnium qui lapides in eum iaciebant, suscepit velles custodiendas, vt ad illius caudem omnium manibus veteretur. Porro autem primus quoque vbiq; aderat cum iis qui agitabant seditionem, studens destruere præconium pietatis: multaque erant & magna, quæ ab ipso siebant aduentus Ecclesiam: & nihil ei ad summam decretat infaniam. In hoc enim pietatem exercere, & præclarè gerere arbitrabatur, sicut ipse fatetur in epistolis, & Lucas refert in libro, qui inscribitur Actus Apostolorum. Etenim non solum is, quomodo multi Iudei, odio habebat & auersabatur præconium pietatis, sed etiam maiorem tortus gentis iñ provocabat aduentus eos qui ei ministrabat. Postquam enim id vidit repente refluisse, & fidei præcones evanisſisse minus superiores, rem泣atione percutitus, & ratus le maxima affisci iniuria, si præconiū quidem per viuferam terram diffundenter, præcones autem persecutorum parvifacie periculum, omne studium adhibuit, vt hos quidem de medio tolleret, illud vero retardaret ac reprimiceret. Quamobrem quum à sacerdotibus & doctoribus illo tempore accepisset epistles ad Iudeos, qui erant Damasci, iter aggressus est contra eos, qui erant in ea, discipulos. Sed qui ex vtero matris eum segregauit ad Iuum ministerium, videns eum iniusta teneri infaniam in iusta voluntate, & iusto animi proposito, & iis in media via apparendi, corporeis quidem orbis oculis, magnitudine purisimæ lucis quæ ei apparuit: eius autem mentem & animam adeo illuminat, vt eum qui erat olim persecutor, dilectum statim & fidelissimum fecerit suum præconem. Sauli itaque nomine in Pauli nomen transmutato, eoque ex falo persecutionis traducto ad quietem eius fidei, mittit ad Aniam quendam discipulum in vrbe Damasco. A quo cùm Paulus sanctu ceperisset baptisatum, & Christi intemeratis comunicasset sacramenta, efficitur fidelis socius prædicationis. Tantam ergo mutationem ostendit hic beatus post vocationem, & ad tantum in Christum exarxit desiderium, vt præcones veritatis non iolum verbis, sed factis etiam confirmaret, qui eum adhuc timebant, & suspicunt habebant, ostendens se toto animi studio erupisse in amoré Domini. Quocirca cùm fuisset cū iis qui erat Damasci discipulus, statim cepit prædicare Christum in synagogis, Iudeos confutans, & rufum confirmans eum esse Christum. Cùm autem ei suissent cognitæ, quæ à Iudeis parabantur infidiae, per murum in sporta dimittitur a Discipulis, & in Hierusalem accedit ad Apostolos: in qua liberè loquens in nomine Domini Iesu, differebat & discrepabat aduersus Gentiles. Sed cùm ei quoque rufus significatæ suissent infidiae, à fratribus deducitur Cæfaream, & illinc venit Tharsum. Quo cùm venisset Barnabas, & eum inuenisset, deduxit Antiochiam. Cùm toto autem anno illic cœtus haberet, & satis magnam docuissent multitudinem, & discipulos primum nominasset Christianos, in Iudeam ad fratres mittuntur cū ministerio, propter famam quæ fuit tempore Claudiij Cæsaris. Cùm impleissent autem ministerium, reuersi sunt Hierosolymam. Vbi Domino sacrū obeunt ministerium, & ieunantes, à sancto spiritu segregantur ad opus, ad quod vocati fuerant. Emisi autem venerunt Seleuciam, & illinc in Cyprus nauigant: & cùm fuissent Salaminae, Dei verbum annunciarunt. Cùm vero peruerserent Insulam vñque ad Paphum, excœant pseudoprophetā Barieu, qui multos peruerterebat. Quod cùm factum esset, euenit statim vt multi crederent, atq; etiā ipse Proconsul, qui erat in Insula. Illinc autem profecti veniunt Pergam Pamphilum, & illinc Antiochiam Pisidie, in qua cùm die Sabbatorum concionatus esset Paulus in Synagoga, at- traxit DD

traxit multos ad fidem in Christum. Quamobrem Iudei pleni æmulatione, eum & Barnabam elegerunt è ciuitate. Si vero ex ea egredientes, excusserunt puluerem è suis pedibus, conuenienter præcepto Domini. Et cum venissent Iconium, & illic longe tempore verfati essent, multosque Iudeos & Gentiles, atque etiam beatam Theclam ad fidem Domini euocasset, à Iudeis qui non crediderant, & Gentilibus, afficiuntur contumelias, & appetuntur lapidibus. Cumque Lystram & Derben confugissent, quae sunt vrbes Lycaoniae, medentur ei, qui fuerat claudus à matris utero. Quo in loco cum Præsbyteros ordinasset, & Pisidianam peruaissent, venerunt in Pamphiliam. Et cum Pergæ locuti essent sermonem, descendenter in Attaliam. Cum autem venissent Antiochiam, & congregasset Ecclesiam, annunciariunt quæcunque cum eis fecisset Dominus. Illinc dimisi peruerunt Pheniciam, & Samariam, narrantes conuerisionem Genitum. Cum venissent autem Hierusalem, revertuntur Antiochiam. Quod non oporteat circuncidi, neque vesci sanguine, & abstinentem sit à suffocato, & immolatis, ab Apostolis adferentes tractantem epistolam. Quo cum venissent, & satis longum tempus illic egissent, abiuerunt: Barnabas quidem in Cyprus, Marco assumptus: Paulus autem in partes Syriae & Cilicie, cum Sillam elegisset, & que erant in ciuitate Ecclesiæ confirmasset. Cumque venisset Derben & Lystram, & Timotheum assumpset discipulum, eum cœcumdidit. Deinde cum obiissent Phrygiam & Galatiam, à sancto spiritu loqui sermonem prohibiti, venientes per Myiam, tentarunt proficii in Bythiniam, neque suvit eos sanctus spiritus. Cum autem transiissent Myiam, descendenter in Troadem: & cum illinc accessissent in Samothraciam, veniunt Neapolim. Et cum venissent Philippopolis Macedoniarie, verfati sunt illuc dies aliquot. Quo in loco cum credidisset Lydia purpuraria, in domum eius venientes gratia precatio[n]is, spiritum Phytonicum eliciunt ex ancilla. Quamobrem ab eius dominis appetiti maledictis, vt qui alienos mores annunciant, cœduntur virgis à Magistratibus, & in carcere coniiciuntur, eorumque pedes ligno caute & diligenter stringuntur. Quo in loco cum media nocte orarent, & Deum laudarent, fit maximus terræmotus, & carceris fores aperiuntur, & vincit omnes relaxantur, & custos carceris efficitur fidelis cum tota familia, cum quod duci ad salutem, à Paulo accepisset baptismum. Egressi autem è ciuitate, cum Amphipolim transiissent, & Apolloniā, venerunt Thessaloniam. In qua cum multis accepissent in disciplinam, Iudeos ad iram provocarunt. Qui etiam collecta multitudine, conturbabat ciuitatem. Et cum accessissent ad ædes Iasonis, quærebant eos producere ad populum. Et cum non inuenissent, traxerunt Iasonem, & aliquot ex fratribus ad Magistratus ciuitatis. A quo cum satis accepissent, eos dimiserunt. Illinc autem egressus Paulus cum iis qui cum eo erant, venit Beroeam. Quo in loco cum multis accepisset discipulos, Timotheus quidem & Silas illuc remanent, magnus autem Paulus per mare venit Athenas. Transiens autem, & ea contemplans, quæ ab eis colebantur, aram quoque inuenit, in qua erat scriptum: Ignoto Deo. Ex quo parva accepta occasione, annunciat eis in medio Areopago Dominum nostrum, & Deum Iesum Christum: initium ducenta ab ipso aëre inscriptione: statimque satis multos baptizauit ad fidem in Christum. Inter quos Dionysium quoque Areopagitam, & honestam quandam mulierem nomine Damarim, & cum eis alios. Post haec vero Athenis abiens Paulus, venit Corinthus. Et cum Priscillam & Aquilam inuenisset, eiusdem cuius ipse erat artie, apud eos diversatur. Quo in loco cum annum & menses quinque transiisset, & multos tam ex Iudeis, quam ex Græcis, gratia verbo illuminasset, & ad Domini fidem euocasset, Priscilla & Aquila, & Timotheo assumpit, venit Ephesum, eisque illic relictis, venit Cæsaream vna cum Timotheo. Cumque salutasset Ecclesiam, descendit Antiochiam. In qua cum aliquantum téporis esset versatus, egestus est deinceps transiens per Galatiam & Phrygiā. Et cum per superiores partes venisset Ephesum, tribus mēsis cū Iudeis differens in synagoga de Regno Dei, persuasit ne iis attenderent, quæ adumbratæ dicebantur à lege, sed ea ad spiritu transferrent, & cōponerent. Cū aut apud eos alios duos annos, & paulò plus manisset, & ferè totam Asiam ad fidem Christi attraxisset, & non vulgares virtutes, non per se solum, sed etiam per fudaria, & semicincta sua perficiasset, & omne genus morbos & daemones exegisset, & Timotheum Episcopum eis constituisse, egressus est vt iret in Macedoniam. Cum illas autem partes transiisset, venit in Græciā. Et cum tres illuc menses transiisset, & multos accepisset discipulos, venit Troadem. Quo in loco cum Eutychium (qui dum differeretur, dormitauerat, & ex tertio cœnaculo deorsum cederat, & mortuus erat) suscitasset, venit Assum: deinde Mytilenem. Et cum die sequenti esset ex aduerso Chii, altera die appulit Samum. Et cum mansisset Strongylæ, die sequenti venit Miletum. Ex qua cum misisset Ephefum accepisset presbyteros Ecclesiæ. Postquam autem accessissent, cum eis dissenserit de humilitate, & malorū tolerantia:

tolerantia: deinde de constitutione Ecclesiastica & gregis cura. Et rursus cū ea quæ & sibi Hierusalem euntri, & eis post eius recessum erant euentura, prædixisset: & quod oporteat vigilare in eos qui instar luporum sunt gregem audiè diuulsuri, eis mandatum dedisset, coliq; Deo commendasset, & precatus esset, nauem ascendens statim soluit. Qua vectus cū venisset in Con insulam Rhodum nauigauit: & illinc Parata. Quo in loco cū alterū ascendisset nauigium, Cypro relata à finistris, præternauigauit Syriam: & cū venisset Tyrū, illic enim nauis imponitum onus exonerabat, & inueniens discipulos, manus apud eos septem dies. Et nauis rursus vñs venit Prolemaider, & illinc Cæsaream, & ad Philippū Euangelistam, qui erat ex septem Diaconis, diueratur. Et post dies aliquot, sublatis sarcinis, venit Hierusalem. Et septem dies purificatus, templum ingreditur, annuncians impletos esse dies purificationis. Quo in loco qui erant ex Asia Iudei, cū eum aspexissent, conturbarunt omnem multitudinem, & manus suas in Paulum immiserunt, clamantes: Viri Israélite fert auxilium. Cū fuissest autem maximus populi concursus, cooperante eum hæc dicere: Hic est qui aduersus Iherusalem, & locum hunc vbiique docet; Quinetiam gentiles introduxit in templum, & ad id inquinauit. Statimque nota multitudine incitata est, vt eum tolleret de medio. Sed mox adueniens Tribunus Lysias eum liberat, & cum militari auxilio eum mittit ad præsidē Fœdicem, cui succedit Festus. Cū sensisset autem Paulus à Iudeis in ipsum strui insidias, pro Tribunal ad Cæsarem statim prouocat. Et tunc quidem dimittitur à iudicio: cessant autem qui in eum à Iudeis parabant insidias & deinceps præsidibus & magistratibus mittitur ad Cæsarem. Cū vero esset constitutum, vt Paulus nauigaret in Italiā, cumq; eo accepto Centurio quidam nomine Julius, vñā cum aliis viñtis nauem ascendisset Adramytēnam, venit Sidonem, & illinc in Cyprus. Cū autem præternauigasset pelagus, quod est ex aduerso Cilicie, & Pamphilia, veniunt Myra vrbem Lycie. Et cū nauem ascendisset Alexandrinam, vix Cnidum perueniunt. Et cū subnauigasset Cretam per Salmineū, venerunt in locum, qui dicitur Pulchriportus. Ex quo cū solvissent, & Cretam præterlegerent, ventus qui dicitur Typhonius, qui lata excitat vndas, spirat, propè Caudam, quæ sic dicitur, decurrunt insulam, vehementi tempestate exagitati, & nauis armamentis proiectis suis manibus. Cū autem omnes magna affecti tristitia mortem expectarent, surgens Paulus in medio eorum, iusit eos esse bono animo, cū nulla sit eorum peritura anima, præter nauem, hortatusque est eos, vt cibum sumerent, vt qui iam quatuordecim dies manerentium. Cumque seruati essent ij, qui erant cum Paulo, ex nauigatione nauis dissoluta ab vndarum violencia, descendentes in terram, cognoverunt insulam vocari Militen. Quo in loco cū congregaret Paulus sarmentorum multitudinem, vepira eius manum apprehendit. Quam cū in ignem excussisset, nihil mali passus, Deus existimatus est à Barbaris. Quinetiam cū patrem Publij liberasset ab eo quo laborabat tormine intellinorum, & plura alia fecisset miracula, cum iis qui secum nauigabant, alia nauis venit Syracusas, & illinc Rheygium, deinde Puteolos, deinde Romanum ipsam.

Cū autem cognouissent fratres eius aduentum, iuerunt ei obiam vñque ad forum Appium, & Tres tabernas. Et Centurio quidem reliquos vincitos tradidit Duci exercitus. Paulus autem toto biennio seruabatur ab uno milite, omnes qui ad ipsum veniebant excipiēs, & Dei regnum cum omni fiducia prædicantes absque impedimento. Atque hæc quidem hucusque narravit Lucas in Actibus Apostolorum, qui librum eo tempore composuit. Quæ autem sunt postea consecuta, postquam Paulo Romæ relicto, profectus est Thebas Boeotiae, minimè composit. Eusebius autem, qui in secundo libro historiæ Ecclesiastice hæc est accuratè perscrutatus, dicit Paulū, cū tunc quidem causam dixisset apud Neronem, fuisse absolutum, & Dei verbum, cū esset relaxatus, Romæ agentem prædicasse totis decem annis. In quibus dicitur peregrine profectus in Hispaniam, Galliam, & Italianam, Christi præco verbum disseminasse, & multos à Diis patriis euulsiſſe, & cum grege Domini coniunxisse. Jam vero cū esset in Hispania, tale quid dicunt accidisse. Mulier quædam & gener, & opibus, & doctrina insignis, cū iam olim auditionem accepisset Apostolicam, cupiebat ipsi quoque intueri oculis Preconem, veritatis, & ipsi auribus institui in veræ pietatis dogmatibus. Cū ergo ei visum esset diuina quadam inspiratione in forum proficisci, quo tempore qui vel ex sola farma ab ea diligebatur, per medium eius transibat, dicitur & eum vidisse leniter, & placide ingredientem, vt qui non solidum gratia plenos mores haberet cætros, sed etiam ipsum inceſsum, & marito suo peruersum, cui nomen erat Probus (orum autem qui illuc erant facile princeps) vt intra ædes suas hospitem exciperet. Postquam vero fuit accersitus, & fuit proprie illos, eiusmodi aliquod miraculum accidisse mulieri: nempe apertis mentis suæ oculis, vidisse in fronte eius qui fuerat hospitio acceptus, literas aureas, quæ dicebant, Paulus Christi præco. Illam autem propter visionem DD ij inspe-

Insuperatam inuasit & voluptas, & timor : & lachrymis plena procidit ad pedes Apostoli : & catechesi ab eo instituta, primum quidem suscepit baptismum, appellata Xantippe : Polteca autem Probus eius maritus, qui erat notus Neroni; deinde etiam Philoteus praefectus : & deinceps omnes, qui illam habitant regionem. Quod autem in Hispania predicauerit Paulus, hoc aperte dicit in epiftola ad Romanos, sic scribens: Nunc autem non amplius habens locum in his regionibus, desiderium autem habens veniendi ad vos à multis annis, cùm proficisci in Hispaniam, veniam ad vos: spero enim transiens vos videre. Quoniam ergo etiam antequam fuisset Roma, in animo habuit prædicare in Hispania, cùm ei feliciter successisset, vt ad primam veniret ex ciuitatibus, non neglexit ea quæ ei prius visa fuerant, etiam Romam rursus reuersus, in ea cessat à longis laboribus. Quomodo autem, & quānam de causa, jam sum declaraturus. Cùm ad insianam summam processisset Nero, primum quidem suscepit Agrippinam matrem propriam: præterea verò patris quoque fororem, & Octavianam suam vxorem, & alios innumerabiles, qui genere ad eum attinebant. Postea autem generalem mouit persecutionem aduersus Christianos, & si venit ad cedem Apostolorum. Quo tempore accidit, vt Paulus quoque tricesimo sexto anno salutaris passionis, tertio decimo autem Neronis, fieret martyr, ei capite gladio amputato. Gaius verò quidam vir Ecclesiasticus, et Zephyrinus Romanus Episcopus, et Dionyius Episcopus Corinthius scribunt, vno tempore & Petrum & Paulum simul subiisse martyrium, tertio decimo anno imperii Neronis. Dicunt enim Neronem eo tempore fuisse motum aduersus Christianos, propter eius feminas, quæ in Dominum crediderant, & pudicè, calteque viuere statuerant, nec cum eo congrederintur, sustinebant: non autem propter Simonem Magum. Ei verò quod ab eis dicitur, fuit testimonium Ioannes quoque ille lingua aureus, in rebus diuinis egregius, & cuius mens est plena spiritu, scribens in oratione aduersus eos qui prohibent ne hant monachi: Neronem omnino auditus: fuit enim vir insignis libidine, qui primus & solus inuenit in tali imperio intemperante nosos quodam modos & turpidinitis. Hic ergo Nero beatum Paulum (fuit enim isdem quibus ille temporibus) eo modo criminans, quomodo nos nunc hos viros sanctos: Eius enim pellici valde dilecta persuasit, vt simul acciperet verbum fidei, & liberaret ab immunda illa congreSSIONe: hoc modo, inquam, ille criminans, corruptoremque & seductorem, & ea qua nos nunc loquimini, Paulum vocans, primum quidem vinxit inclusum in carcere. Postquam autem non persuasit, vt defisteret puerum dare consilium, tandem ei capit amputatum. Et hac quidem is, qui moribus & sermone est vir Apostolicus, de beato fine diuini Pauli. Principes ergo, & diuini (vt prius diximus) Apostoli decimo tertio anno Neronis consummantur. Execrandum autem Simonem circa medium annorum Claudiij aucti mortem subiisse teterimam. Dicunt verò quidam præcessisse quidem Petrum anno vno, & beatam illam, & Dominicam suscepisse perfersionem, cùm animam posuisset pro ouibus. Eum autem fuisse consecutum magnum illum Apostolum Paulum, vt dicit Iustinus, & Irenæus, cùm totis quinque annis synaxes, & disceptationes per se facerent ante resolutionem ad Christum. Atque ego quidem eis magis assenser. Eusebius autem Pamphili dicit, Petrum duodecim quidem annos esse veratum in Oriente, viginti autem & tres annos transfigisse Rome, & in Britannia, & in ciuitatibus que sunt in Occidente: adeo vt sit totum tempus prædicationis Petri triginta & quinque anni. Paulum autem ipsum quoque viginti & vnum annum prædicasse pietatem in Christum, & alios duos annos Caesaream transfigisse in carcere. His verò coniungit duos quoque priores annos, quos egit Romæ, & ultimos decem, vt eius quoque prædicationis, & vocacionis vniuersum tempus sit triginta quinque anni. Et sunt quidem nostra huiusmodi, & quæ possunt nostrum in vos desiderium ostendere, & Apostoli, & fraternum amorem in eos qui sunt congregati. Hæc enim est vestra lex, & communis Domini, & magistri, vt nos inuicem diligamus, & queramus muletorum utilitatem. Vos autem vicissim nobis reddite curam quam nostrum geratis, aduersus vitia victoriæ, contra daemones resistentiam, animi quietem, ac pacem erga omnes, atque adeo etiam ipsos, qui nulla de causa sunt nobis inimici, animi simul lenitatem, ac patientiam, benificientiam ac mutuum amorem. Vos certe ⁸ rogamus in quounque vniuersi loco sitis, seu etiam in vniuerso, vt credimus, nos quoque respicie, & ad animi tranquillitatem nostram vitam deducite, peccatorum expertem rectis factis & bonis operibus plenam, diuinis dignam oculis: vt in hac vita nobiscum festum perpetuè celebrantes, in futuro bona quoque promissa consequamur: Gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi: Cum quo patri simul cum sancto Spiritu gloria, potentia, & honor nunc, & semper, & in secula seculorum.

A M E N .

⁸ Ecce quomodo sanctos Apostolos inuocat, ne si pertinaciter iniuria sacre Domino Iesu Christo, vir voratores nostri somniant.

S A N C T O R V M H I S T O R I A . P a r t I .
S A N C T I P A T R I S N O S T R I A R C H I -
episcopi Constantinopolitan Chrysostomi encomium sanctorum
& principum Apostolorum Petri & Pauli.
Apud Simeonem Metaphrasten.



O E L I & terræ video certamen propter præsentem celebritatem memorie Apostolorum, cœlestibus quidem virtutibus laudantibus, & bonis verbis præfrequentibus doctrinam laboris eorum, vt pote quod per eos cognitum fuerit carnis à verbo suscepimus mysterium, quomodo clamat Paulus: Ut innotescat nunc principatibus, & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiplex Dei sapientia, qui sunt autem in terra, hominibus contendentibus per commemorationem, summis Apostolis dignas laudes adferre, vt qui per ipsos redierint ad salutem. Quid enim est Petro maius? Quid verò potest cōserri cū Paulo? qui quidem opere & sermone omnem naturam creatam vicere tam in celo, quam in terra: qui luto corporis implicati, vel ipfis Angelis inuenti sunt maiores. Quid ergo dicemus magistris naturæ creatæ tam internæ quam superne? Non inuenio orationem dignam ad laudandum eos qui nostrum genus laudauere: qui vniuersam terram & mare obiēre, & peccatorum radices euelliēre, & pietatis femina deiecere in cordibus hominum qui erant increduli. Petrus magister Apostolorum, Paulus cognitor œconomie supernarum virtutum. Petrus frēnum ingratorum Iudeorum, Paulus adhortatio gentium. Vide autem excellentem Domini sapientiam. Petrum quidem elegit ex pīcatoribus: Paulum autem ex iis qui confuebant tabernacula. Et quod electionis quidem apparet, est ex his artibus: quod autem intelligitur, est valde admirabile, quia dei quoque est electio. Quoniam enim obruebatur gloria Iudeorum, pīcatori commisit Deus, vt scrutaretur profunda maris, quod percipitur intelligenti, dicens ei: Vade ad mare, & iace hamum, & cū qui alcederit, primum pīscem sustuleris, aperi os eius, & inuenies stateram. Mare dicens, meātem Iudeorum infatibilem: hamum autem, doctrinæ verbum artificium, & pīscem, legem. Aperiore autem os eius, significat eam interpretari: quomodo rursus in eo inueniēt stateram, significat examinare ipfam spiritualiter. Paulus autem vīpote futori tabernaculorum, totas gentes tradidit, vt eos qui lege & gratia nudati erant, pelle induerat coccinea, que aqua & sanguine Domini tintæ fuerat. Audiuit enim ipse quoq; Dominum ad ipsum clamantem: Ad gentes pīcul ego mittā te. O beata Dyas, cuius fidei sunt creditæ animi mundi vniuersi. Petrus principium fidei orthodoxe, magnus interpres sacrorum Ecclesie, Christianorum necessarius conciliarius, thesaurus supernarum virtutum, qui suisti honoratus a Domino Apostolus. Paulus magnus pīcō veritatis, orbis terrarū gloriatio, qui es homo in cœlis, & Angelus super terrā, gloriæ Ecclesie, qui volas aquila in excelsis, qui es lyra spiritus, qui es hirundo & cicada, qui instrumentum Dominicū, qui vigilans Christi minister. Paulus & Petrus iūcti boues Ecclesie, qui vniuerso orbi terrarum bonam intulerunt negotiationem, qui crucem pro iugo sustulerunt: pro onere autem, nomē Salvatoris: pro collaribus vero, testamentum scripturarum: pro stimulo, gratiam spiritus. Paulus & Petrus, qui Ecclesiam indies lætificant, reūptacula spiritualia, orbis terræ publica diuersoria, sanctæ interpretandæ Trinitatis instrumenta, à Deo Verbo suscepimus carnis œconomie interpres. Petrus, amor meus spiritualis: Paulus vas electionis, meus baculus. Petrus, templum Dei: Paulus os Christi, qui es trium cubitorum, & ad tertium cœlum peruenis; qui loco circumscriberis, & mundum vniuersum Domini circumscribis: qui ab Hierusalem, & circum circa vique ad Illyricum sparsis Euangelium, qui es velox cursor, qui diuina es impletus gratia. Cui fecit Dominus testimonia quidem portes nomeri eius in conspicuū totius orbis terræ: qui tertium cœlum peruersisti, & ingessus es in paradysum, & vñq; ad Dominicam, quæ mente comprehendendi non potest, cœlestia ascendisti, & arcana mysteria audiisti, quæ non licet homini loqui. Quid aut de Petro? quodque dicemus, qui est dulce Ecclesie spectaculum? Is reuerā est lampas vniuersa terræ, alba & casta, columba, acris & vehemens Apostolus, feruens spiritu, Angelus & homo, gratia plenus, foliā petri fidei, vetustus Ecclesia seni. Qui, beatus es, & columba filius, prop̄er castitatem, audiisti ex ore Domini, qui claves regni cœlorum accepisti, à Domino. Vos, Angelorum ordines spoliasti. Et quid dicam amplius? Vos laudat ipse Dominus: Vos estis lux mundi, dicens. Qui estis potenteres Regibus, fortiores militibus, diores diuitiis, sapientiores philosophis, eloquentiores oratoribus, qui nihil habetis, & oia possidetis. Vos estis martyri tolerantia, Patriarcharū orthodoxa sententia, monachoru exercitatio, Virginum coronatores, eorum qui sunt matrimonio coniugati, pacificatores, raptorum rēfrēnatores, intemperantium castigatores,

ALOYSII LIPOMANI VERON.

tegumentum Regum, muri Christianorum, Barbarorum aduersarij, qui chamus haereticis imponitis, qui à ratione alienas morte afficitis animi perturbationes, qui legiones dēmonū expulisti, qui aras idolorum diruisti, qui & infra, & supra diuites fuisti, vt qui superorum quidem claves accepteris, eorum autem qui sunt fūlū, soluendi, & ligandi peccata potest. tem habetis. O rūdis idiorū miraculum, O illiterati sapientia. Petrus vmbra sua paralyticos astringit, & solvit mortem. Paulus vestimentis suis morbos expellit, & fugat dāmones. Qui intermedium habetis matrem Domini, & quisquis iusto spiritu estis præstantiores, colunq; Ecclesiæ, magna orbis terræ lumina. Qui vobis inuicem estis præstantiores, & simul omniū cœratā natura meliores. Gaudias Petre, petra fidei. Gaudias Paule, gloriatio Ecclesiæ, qui mala innumerabilia propter ipsam sustinuitis, in carceribus inclusi, à Iudea odio habiti, à Barbaris trahi & raptati, à Regibus tachi, & ignominia pafsi, quibus nec facile quidem licuit respirare, nec permisum fui cessare à doctrina, qui propter pondus vinculorum membra mouere non poteratis, & omnē orbem terrarum peccato alligatum veluebatis Episcopis. Vos dāmonum phalanges fudistis, per vos sancti spiritus gratia diffusa est in orbē terre, caliginem erroris vos è terra costraxistis. Quānam ergo vobis referemus grātias, qui tantū propter nos laborasti! Meimini tui Petre, & obstupescō: recordor tui Paule, & mente emotus opprimor lachrymis. Quid enim dicam, aut quid loquar, vestras contēplans afflictiones, nescio. Quot carceres sanctificatis? Quot catenae decoratis? Quot tormenta subiūisti? Quot maledicta tolerasti? Quomodo Christum portasti? Quomodo prædicatione Ecclesias legitificasti? Sunt benedicta vestra lingua instrumenta. Sanguine confersa sunt membra vestra propter Ecclesiam. Vos sine defēctu imitati estis Christi in omnibus. In omnē terram exiūs vester sonus, & velut vestra in fines orbis terræ. Insperabilem, quā eī a vobis est despōsa, Christus conseruet Ecclesiam. Nemo autē vos, neq; post vos talis apparuit. Quis enim sermonem, qui in docendo veſtatur, suscipiens, ausus est aliquid dicere absq; vestra traditione? Vos omnes effectiſtis magistros nostram vicit cœcitatē vestra tolerantia: vt qui optaretis esse Anathema, vt mundū lucraremini. Quid de cetero vobis retribuemus pro omnibus bonis, quā nobis tribuistiſtis? Fīt hodie commemoratione vestra decertationis. Gaudias Petre, cui datum est, vt ligno crucis Christi fruereris. Et ad magistrū quidem similitudine voluisti crucifigi, non recta tamen figura, sed potius capite demilo deorsum: tanquam qui à terra in cœlum iter faceres. Beati clavi, qui membra tua penetrarunt mihi desiderabilia, & quā cœlesti gloria sunt mihi præstantiora. Tu qui cum omni fiducia in manus Domini anima tradidisti: qui indiuise Dēmino seruisti, & ei despōsa Ecclesie: qui diligis Dominū, qui seruit spiritu: qui es Dēmino fidelissimus omnium Apostolus. Gaudias Paule, cui beatum caput fuit enī amputatum, cū hinc mo esces, quem verba enarrare non possunt. Quisnam enī tuū guttur perusit discernendi maxima potestate prædictum, Dominicū instrumentum, quod à celo habetur in admiratione, & quod terra reveretur? Quisnam locus tuū exceptit sanguinem, qui cruentauit quidem exteriore ū tunicam Barbari, qui te palo affixit: atram autem eius anima vestē dealbavit modo inexplicabili, & vsqueadē vt lucem fidei induerit, & ea citra inuidia contribules impertierit. Sit mihi enī ille pro corona, & clavi Petri pro lychnitibus geminis infixus in orbem diadematis, & illustrantis formā meam ex peccato turpisimā. Non est nobis ñ venierandi Apostoli, oratio, neq; mens sufficiens, vt aliquid suppeditet ad vobis agendas grātias. Egeni sumus omniū doni, quod offeratur excellētibus potestatibus. Mutuū date vos, qui estis verē diuites, indigētibus, vel potius donate. Neq; enim permisum mutuū reddere. Et si beatas voces a vobis accepterimus, exclamabimus. Salve beata biga, quā vna es anima in duobus corporibus, Petre, & Paule. Saluete vos semper in Domino, sine intermissione pro nobis rogamus & orate. Prēmissa vestra implente: Sūt enim hāc vestra cōuenta: vniū quidem hoc, venire mecum, & bonis ne deficiamur: alterius verē illud, Studebo post meum aduentum vestri facere mentionem. Pactorum ergo cōuentorū nolite obliuisci, sed Trinitati principio carenti nullo intermedio assidentes, perte, quā sunt nobis omnibus fatūaria: in Christo Iesu Domino nostro, quem decet gloria in secula seculorum. A M E N.

¶ Ecce q nomodo
rogat sanctos A-
postolos, ut pro no-
bis orient.

ENCOMIVM SANCTORVM ET
& principum Apostolorum Petri & Pauli.

ET RVM & Paulum discipulos Domini laudare quidem est laudabile & beatum: scopum autem aſsequi, est arduum & difficile, quandoquidem vis laudationum ex rebus inferioribus & terrenis sumitur. Quibus autem totus mundus est crucifixus, quomodo eis fuerit grata laus, ducta ex iis quā habuere contempsū? Quisnam verō, vt par est, eorum aggressus fuerit encomia,

qui laudem fortis sunt ab ipsa per se sapientia, Christo verē magistro: post quem omnis mortalis oratio ex illius participatione paruum quēdam suscipit splendorem, conuenientem eius prompto, qui id suscepit, studio? Quorum alter quidem dignus est habitus, vt beatus pronunciaretur, & colorum quæstor constitueretur: Alter autem segregatus in vas electiōnis, diuinum vehiculum ad omnem vīsum Dei constitutum appellatus fuit vīlisimū. Quid ergo? Quoniam eorum magnitudo ad tantam peruenit altitudinem, quā ad eos pertinent, mandabimus silentio: quoniam ita est comparatum, vt in rebus maximis silentio honoretur carum summa excellētia. Quid verō luci ex hoc redibit ad eos, qui illorum ardenti amore inslāmantur? qui & ijs qui ī festi pafentem congregauerū celebriter, vident cœlū extingui, & periclitari eis cupiditatem, eo quōd sit cessatio. Si enim sunt apud iplos otiosæ leges encomiorū: res autem maximas esse quietē tractandas censuit sapiens, & vetus oratio, si lentio potius quām sermone eis honorem tribuens: necesse est, vt viā definant festi latitiae indicia, & quodcunque in vitā sordidam & abiectam, in pauperes, iniquam, in tali festo effundit fluentum benignitatis, & quicunque sonus in tabernaculis iūstorum vocis exaltationis & confessionis celebratur. Ne hāc ergo omnino contemnatur, & vobis à nobis hanc grātiam petentibus, id quod desideratis, omnino definit in desperationem, age, age veluti quoddam modicum medicamentum ægritudinis animi vobis adhibentes, ea philosophemur quā festo conueniunt, onus quidem fortaſſe, quod vires superat, tubeantes. Sed vestris confirmati precibus, non desperamus fore, vt aliquid vtile adducamus. His ergo omnibus prætermis, quā nos à re proposta aggredienda retardant, nouum quoddam & alienum suscipientes argumentum, si iplos qui laudant, cum nobis ipsi, in rebus ab eis præclarē gētis comparauerimus, quod nostros pellat dolores, inueniemus. Erit autem hoc, quomodo? Cū primam vtriusque vocationem, tanquam ex qua sit genus eorum deriuatum, primo loco posuerimus, per quam ipsi & ad verisimilam lucem natūri sunt progressionem, & per hoc ad virilem cœtatem peruenientes, diuinæ prædicationis suscipere plenitudinem: ne videamur procul discedere à legibus encomiorū, aggredie- mur ad eam quā nos virget, grātiam. Ad eum qui est Deus & homo, Petrus est deductus, vt eius discipulus, fratre vītens, veluti quodam fatore partus Euangelici. Quinetiam Paulus nō vtique opus habuit alio, qui ad hoc inserviret: sed eo ipso, qui eum assumpturus erat ad Apostolatum, iūtu oculorum per fulgur stuporū afferendo, ipsum, qui prius erat sera agrestis, conuertente ad mansuetudinem. Et quid hoc, & quomodo? Nam mitis quidem, & facilis erat Petrus, nec tanto tuendae legis zelo tenebatur, vt aduersus stimulos calcitaret nō sentiens. Paulus autem cū sero quidem didicisset, quod oportebat, fracta autem nimia es- set eius audacia, tantus visus est in serviendo ei, quod est melius, quantus fuit ad impedien- dam prius prædicationem. Exegit vmbra Petri morbos: sed vestiū quoque Pauli superficies, & semicincta erant ijs qui homines vexabant morbis terribilia. Atque hāc quidem est (vt dixerit quispian) eorum in genere comparatio. Quānam autem ea quoque fuerit, quā post illam fuit laudabilis assumptione, licet ex ijs quā deinceps sequuntur, intelligere. Magnus Petrus, qui dignus est habitus, qui beatus pronunciaretur, cui fuerunt credita claves regni cœlorum, & à quo licet hominibus confequū quicquid refertur ad id quod est melius. Non minor est Paulus, qui vt vas efset electionis, ab eo ipso est segregatus, audaciisque & pericu- lo conato contendendo aduersus gentes, & Rēges resistentes, perfecit viam Euangeli. Diuinissimus Petrus, qui ad templum legale, ei qui ab vtero matris erat claudus pedibus, integrum restituit sanitatem. Grātia est dignissimus Paulus, qui clando qui erat Lystris, fecit simile miraculū. A Deo fuit adjutus Petrus, qui ab Angelo Domini fuit liberatus ex carcere Herodis, & à cædem spirantium Hebræorum expectatione. Non minor est Paulus, qui sporta fuit ē muro demissus, qui ipse quoque ab Angelo Dei, etiam si cum carne, in hac fuerit actione directus: siquidem eum, à qua impījū inserviuit operibus, ad Angelum Domini referunt labra à Deo mota. Sed quid hoc, & quānam de causa Dominus vtriusque tan- tam in his gerit curam? Num vt sicut Petrus circuncisio, ita etiam Paulus preceptio edat quod sit probatum: & sic quā & sententia, & vita erant distincta, concordem referent, & consentientem Dei cognitionem? Admirabilis est Petrus, qui linteō ē cœlo dimisso pleno omnis generis animantibus, castigatus fuit, & didicit esse ē indifferentem cum gentibus cō- munione. Non minor est Paulus, si non etiam maiorem dicere sit religio, qui in tertium eccloum raptus, eorum quā dici nequeunt ijs qui ab ipso initiantur, in tempore aperit my- sterium. Venerandus est Petrus, qui Thabitam fulcīt. Quid verō? Num à tergo eius relinquitur Paulus, qui Eutychū, qui cū fenestra cecidisset, vita excesserat, in vitam reno- cat? ¶ Romæ repreſit Petrus Simonem ab arte magica. Qua de causa ad suum quoque ab ijs Petrus Simonē ab arte magica, qui

^{zo} Nota celebris
festi & postos
lorum Petri &
Pauli.

qua instar Pythiae dabant responsa, ab errore quo populum tenebat irretitum. Qa de causa & virginis cæsus fuit crudeliter, & ene rursum ei caput amputatur, vt qui eam inuenierit mercedem, quod ex Cesaris familia quosdam Christo cœciaset. Deficet me tēpus, & ante tempus deficients verbū fluxus, vt hæc dicerem, concessissent. Confirmarunt enim, vt propheticè dicam, manus remissas, & genua dissoluta, mentem inquam, meam, quæ imbecillitate corporis simul equalis imbecilla, vt diuino vestro satis facere in desiderio. Id quidem quod speratis, præstis; aut parum absit, quin id sim afflatus: veltra est hæc, & non mea gloriatio, qui me ad hoc induxit, & nostram planè resolutam & imbecilem, ac defectam ètatem, veltra ad Deum fiducia roboraſtis. Sin autem à scopo procul aberrauimus, indignitatis nostræ infelicitati id est attribuendum, quæ ita multitudine malorum est conturbata, vt ne in precipiis quidem possim iusti munus implere. Sed quomodo cumque res se habeat, Gloria principij experti patri, & coetero filio, & qui cum eis est coæternus, diuino & bono spiritu, vni diuinitati in Trinitate, & quæ non potest diuidi, quæ vitam præbet omnis spiritui, & ab omni creatura natura colitur & adoratur, nunc & semper & in secula seculorum.

Habetur in lib.
eiudem de viris
illustribus.

¹ Vbi sunt Pseus
dorophore nostri
temporis, qui uen-
gant Petrum alii
quando come fu-
erit. Cum id nō ex
hoc loquantur,
verum ex Ego pe-
po quoq; Tertula-
no & Ambroſio
ac ceteris anti-
quis mis er pro
barbitim patris
bus afferatur.

² Si secunda Pe-
tri epistola a pler-
isque ius esse ne-
garat, su cuius lo-
cista teneatur
esse, quod ex diu-
nus, reu in
epistola a Paulis
linum, & D. Aug-
ustinib. d. fide &
operibus.

Habentur in libr.
eiudem, de pa-
tribus noui te-
stamenti.

³ Quod Petrus
quod Matthei le-
gitur Apostolorum
primus, id est, dis-
tinguitur a progra-
tu, vñ ordine vo-
catis. Ná primo
vocatus est Andree
et ari, sed cœsimul
cum Petru et vi b
dicit Iudorū, as-
pud Ioannem Pe-
trum tertio punitur

⁴ Habes hic tria
contra Sciolos no-
stri temporis, nem-
pe Petru Rome
fuisse, sibi que
gellii predicasse,
Rome martyrio
eo onus, Rome
etiam fuisse scolpa-
tum.

VITA DIVI PETRI APOSTORVM

Principis, per Liuum Hieronymum scripta.

SIMON Petrus, filius Ioannis, prouincia Galileæ, vico Bethsaïda, frater Andreæ Apostoli, & princeps Apostolorum, post Episcopatum Antiochenum Ecclesiæ, & prædicationem dispersionis eorum, qui de circuncisione crederant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithynia, secundo Claudio anno, ad expugnandum Simonem Magum pergit, ibique viginti quinque annis cathedraliter tenuit, sive ad ultimum annum Neronis, id est, decimun quartum. A quo & affixus cruci, Martyrio coronatus est, capite ad terram verso, & in sublimi pedibus eleuatissime, ut sic crucifigeretur vt Dominus fuis. Scriptis duas epistolas, quæ catholicæ nominantur, quarù & secunda à plerisq; eius esse negatur, propter stylum cum priore dissonantiam. Sed & Euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem eius, è quibus vnu Astorum eius scribitur, aliud Euangeli, tertius prædicationis, quartus Apocalypsis, quintus Iudicij, inter apocryphas scripturas reputantur. Sepultus Rome, in Vaticano, iuxta viam triumphalem, totius virbis veneratione celebratur.

VITA SIMONIS PETRI APOSTOLI,

per D. Isidorum Episcopum Hispanensem scripta.

SIMON Petrus obediens vel agnoscens, filius Ioannis, frater Andreæ, ortus vico Bethsaïda prouincia Galileæ, quæ est iuxta stagnum Genzareth, cuius prima vocatio nominis Bariona, legis directa generatio est. Petrus, in Christi Ecclesia firmamentum est. Cephas corporis Christi principatus, & caput est Simon Ioannis, virginitatis generatio incorrupta est. Qui dum iuxta Ioannem habebatur tertius, circa Matthæum legitur primus: nec immerito, quia Apostolorum princeps est, & confessor primus, filii Dei discipulus, pastor humani generis, Petra Ecclesiæ, clauicularius regni, amator Domini atque negotiator, cōfrendo laudatus, presumendo elatus, negando lapsus, lachrymando purificatus, confessione probatus, passione coronatus: cui nomen ex opere datur, titulus ex merito potestatis imponitur. Hic in Galatia, Ponto, Cappadocia, Bithynia, Asia, atque Italia Euangelium prædicavit, atq; his virtutibus magnus effulgit. Pendulo gressu feruimus mare calcavit. Præferiens umbra sua languidos sanauit. Claudis pristinum reintegrait officium: Paralyticis fluida membra in proprium reparauit statum. Inter hæc defunctam viduam suscitauit: Annianam & Saphiram reos perfidiæ mortis etiam aduersione damnauit, Simonem etiam magis arribus celum confendentem, ad terram elisti. Hic postquam Antiochenam fundauit Ecclesiam, sub Claudio Cæsare contra eundem Simonem Magum Romanum pergit, ibique prædicens Euangelium, viginti & quinque annis eiudem virbis tenuit Pontificatum. Sexto autem & trigessimo anno post passionem Domini, à Nerone Cæsare in vrbe Roma deorsum, vt ipse voluit, verso capite crucifixus est. Sicque post Apostolicum meritum, etiam martyrio coronatur. Sepultus Romæ in Vaticano, secus viam triumphalem, tertio lapide ab vrbe, ad Orientalem plagam.

ITEM

ITEM DE BEATISSIMO APOSTOLO

Petro per D. Ambrosium Episcopum Mediolanensem.

Diximus fratres, quod ad similitudinem Euæ Petrum ostiaria mulier quoq; deceperit: & homiliarum eius sicut Adam femina circumscripta, ita & Apostolum femina circumvenerit. Visitatus est de sanctis. Habetur in lib.
nim ad decipiendum sexus est, fraudis sue vaſculum in ostiaria diabolus recognouit. Fides vero non nisi per mulierem oppugnari consuevit. Ibi Adam per Euam superat, hic Petrum vincit per ostiariam. Fuit enim, sicut legimus, in paradyso delitiarum diabolus: Nec defuit, sicut intelligimus, in pretorio Iudeorum. Ibi imminebat satanas serpens, hic Iudas coluber perurgebat: est ergo eadem similitudo deceptionis in Petro, quæ in Adam fuit, quoniam eadem est & similitudo mandati. Accipit enim à Domino vterque mandatum, Adam ne tangaret: Apostolus, ne negaret. Ille ne lignum scientia præsumeret, hic ne crucem sapientiam præteriret: sed transgrediverat vterq; præceptum, pari modo delinquunt. Gustat ille quod non licet, loquitur iste quod non decet, & tamen facilius negatio Petri, quæ Adæ prævaricatio. Citius enim Apostolo, quæn protoplasto subvenit. Hunc etenim Deus ad vesperum requirit errantem, illum Dominus pullorum cantu denegantem. Adam reus facti nudus erubuit, Petrus confitus dicti correctus ingemuit. Ille deprehensus festinat ad latebras, hic tanquam emendatus prorumpit ad lachrymas. Velut latenti enim & celanti à diuinitate Adæ dicitur: Adam vbi es? Non quod Adam conspectum Domini latere potuerit, sed quod pecatrici conscientia nullus locus tutus vel certus sit, dum metuit deprehendi. Respexit Dominus, & apertis oculis eius emendat, quia scriptum est: Oculi Domini super iustos, & avares eius in preces eorum. Ergo Petrus prorupit ad lachrymas, nihil voce precatus. Inuenio enim quod fleuerit, non inuenio quid dixerit. Lachrymas eius lego, satisfactionem: non letatione, qua ratio redditur alicuius operis committi. Lachryma ergo verecundia delictum, quod vox pudor est confiteri. Lachrymæ ergo verecundia confulunt pariter & saluti; nec erubescunt in petendo, & impetrant in rogando. Lachrymæ, inquam, tacita quodammodo precès sunt, veniam non postulant, & merentur: causam non dicunt, & misericordiam consequuntur, nisi quod utiliores lachrymarum precès sunt quæ sermonum, quia sermo in precando forte fallit, lachryma omnia non fallit. Setmo enim interdum non totum profert negotiū, Lachryma semper totum prodit affectum. Et ideo Petrus iam non vtitur sermone quo fetellerat, quo pecatrici subduntur. Recit plane fluit, & tacit, quia quod dea mis confiteri. Inuenio autem & aliud cur taceret Petrus, ne tam citè venia postulatio per fleri solet, non fuit impudentiam plus offendere, quæ impetraret. Solet enim citius mereri indulgentiam, qui verecundius deprecatur. In omni & igitur culpa antè flendum est, & sic precandum. Scirpus quod defendi non iam hoc exemplo quemadmodum nostra peccata curemus. Ecce nihil nobis Apostolus potest, abil posse. Ips autem sicut & lachryme tem alibi: Cum enim tertio interrogaretur à Domino, Simon amas me? Respondit tertio Petri, quid illud Domine tu scis quia diligo te. Ait Dominus: pale oves meas. Et hoc tertio, quod quidem fuerunt quæ veridictum ad compensationem prioris proficit erroris. Qui enim Dominum tertio negauerat, pro peccato compatisfactionis, non ligatur tollitus tur in hoc loco satisfactiones, immo stabilitur magis. ¹ Ecce hereticorum & ambrosianorum sententia. ² Si in omni culpa ante flendum est, & sic precandum, ergo in omnibus culpa regreditur satisfactionis.

ITEM DE EODEM EX D.

Ambrosio prædicto.

AStruximus superiore Dominica, sanctum Petrum in Salvatoris passione sine erro-
ribus profecisse, & postea quæ negauit Dominum Deum, fuisse meliorem. Fide-
lior enim factus postquam fidem se perdidisse defleuit: atq; ideo maiorem gratiam re-
perit, quænam amisit. Tanquam bonus enim pastor tuendum gregem accepit, vt qui num eiudem
sibi antè infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum: & qui ipse interrogatio tentatio-
ne nutauerat, cæteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro soliditate devotionis Eccle-
siarum, 3 petra dicitur, sicut ait Dominus: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo
Ecclesiam meam. Petrus enim dicitur, èd quod primus in nationibus fidei fundamenta
posuit.

posuerit, & tanquam saxum immobile totius corporis Christiani compagem molemque continet. Petra ergo pro deuotione Petrus dicitur: & petra pro virtute Dominus nuncupatur, sicut ait Apollonus: Bibebant autem de spirituali consequente eos Petra: Petra autem erat Christus. Rede consortium meretur nominis, qui cōsortium meretur operis. In eadem enim domo Petrus fundamentum posuit, Petrus plantat, Dominus incrementum dat, Dominus irriguum subministrat. Petrus enim tentationibus suis proficit, fletibus suis gaudet, periculis suis crescit. Sic namque in mari dum super vndas temerarius viator ingreditur, nutat incessu, sed convalescit affectu: pericitur corpore, sed deuotio non labitur: mergitur pedibus, sed Christi dextera sustentatur. Sustentat fidem, quem vnda mergebat: & quem fluctu procella turbabat, Salvatoris dilectio confirmabat. Ambulauit enim in mari Petrus magis dilectione quam pedibus. Non enim videbat vbi pedum vestigium poneret, videbat autem vbi figeret vestigium charitatis. In naui enim positus considerat Dominum, & amore eius datus descendit in mare, non cogitat labentes aquas, non fluenter currentia: & dum Christum respicit, non respicit elementum. Credit fide etiam inter vndas, non tamen turbatur Petri semita que ducit ad Dominum. Ambulat igitur super aquas Petrus, & sub pedibus eius mollis vnda non cedit. Legimus in veteri testamento filios Israēl per mare rubrum fuccis itineribus ambulasse, & ad securitatem gradientib; ne laberetur vnda, in soliditatem quan- dam eam fuisse mutatam. Quantu? hoc melius, vbi ambulante Petro, nec mutatur vnda, nec labitur, nec solidatur aqua, nec refugit? Melius, inquam, est, vbi eadem vnda quae fluctuat & sustentat, vbi idem gurges qui mergitur & famulatur. Illic vt portaretur per mare populus Israēl, meatum suum natura perdiderat: hic portatur in aquis Petrus, & cursum suum fluenter non perdunt. Temerarius ergo viator Apostolus, noui itineris viam capit, modò curvatu gurgitis molem alcendit, modò subsidentis sinus vndam descendit, & inter marinos fluctus alascens illi itineris descensusque non deest: sed vbi turbatus ventis, exagitatus procellis incipit timere quod credit, statim ei gurges subtrahitur, vnda subducitur. Mox defatigente fide, fatiscit semita, tunc exclamans Dominum Iesum, saluum se fieri deprecatur, quem apprehensum manu Salvator liberat, & obiurgat dicens: Modica fidei quare dubitasti? Hoc est, cur tam parua fidei es, vt qui credendo mare ambulare coeperas, non id perseuerando transtres? Scriptum est enim: Qui per se uauerit usque in finem, hic salvus erit: sed dum cunctaris & dubitas, iter quoq; ingressus fueras perdidisti. Cur, inquam, tam modica fidei es, vt non ea fide que venire coeperas, peruenires? Intellige ergo quod in mari credulitas quae portabat, perfidia submergebat. Igitur fratres, sanctus Petrus dum fluctuat, dum mergitur, dum pericitur, sic peruenit ad Dominum, ostendens nobis quod non nisi per pericula properatur ad Christum. Multi enim diabolici fluctus sunt in hoc mundo, temptationum multa naufragia, à quibus ita liberari possumus, si clamantibus manu suam Salvator extenderit. Nos ergo clamare ad Dominum non cessemus, ille auxilium solitum non negabit.

ITEM DE BEATO PETRO

Apostolo, per eundem.

Ex oratione diuina Ambrosij de transdolis bafiiicis, qua habeatur in epistolaru eius.

2 Orabat pro Petro Ecclesia, ergo res bona oratio, non uerba.

2 Hoc factū Roma contigit, quo etiam in loco usq; bodie extat faciliū extra portam Apianam in huius rei memoriam extrusum, quod vulgo Domine quo gradis appellatur.

Aduertitis quod seruos Christi iij magis custodiunt qui non videntur, quām qui videntur? Sed & illi si custodiunt, vestris custodiunt orationibus aduocati. Legitis nempe eos ipsos qui Helisēum querebant, ingressos esse Samariam ad eum ipsum, quem capere gestabant. Cui non solum non potuerunt nocere, sed ipsius aduersus quem venerantur intercessione seruati sunt. Petrus quoque Apostolus utriusque rei vobis edat exemplum. Nam vbi eum Herodes quaesuit & cepit: recepit in carcere. Non enim recesserat Dei seruus, sed steterat timoris ignarus. Orabat pro Ecclesia, sed Apostolus in carcere quiescebat: quod est indicium non timentis. Missus est Angelus qui dormientem excitaret, per quem Petrus productus ē carcere, mortem ad tempus evasit. Idem Petrus postea victo Simone cum præcepta Dei populo seminaret, doceret castissimam, excitauit animos gentilium: quibus eum quarentibus, Christianæ animæ deprecatae sunt, vt paulisper cederent. Et quarnuis effecit cupidus passionis, tamen contemplatione populi preventis inflexus est. Rogabatur enim: vt ad instituendum & confirmandum populum se reserueret. Quid multa? Nocte muro ingredi coepit, & videns sibi in porta Christum occurrere, urbemque ingredi, ait: Domine quō venis? Respondit Christus: Venio iterū crucifi. Intellexit Petrus ad suam crucem diuinum pertinere responsum. Christus enim non poterat iterum crucifi, qui carnem passione suscepit mortis exuerat. Quod enim mortuus est, mortuus est semel: quod autē viuit, viuit Deo. Intellexit ergo Petrus, quod iterū

rum Christus crucifigendus esset in seruulo. Itaq; sponte remeauit, interrogatis Christianis responsum reddidit, statimq; correptus per crucem suam honorificauit Dominum Iesum. Videris igitur quod in seruulis suis pati velit Christus.

ITEM AD HVC DE BEATO

Petro Apostolo ex Arnobio.

E Numerari possunt, atq; in usum computationis venire ea quae in India gesta sunt, apud Seras, Perias, & Medos, in Arabia, Ægypto, in Asia, Syria, apud Galathas, Parthos, libri, Arnobij Phrygas, in Achâia, Macedonia, Epyro, in insulis & prouinciis omnib; quas Sol oriens aduersus Gentes, atq; occidens iustrat, ipsam deniq; apud Dominam 3 Romam in qua cùm homines sint trias linquere, & veritati coalescere Christianæ. Viderant enim cursum Simonis Magi, & fusse, cum Arnobij quadrigas igneas, Petri ore difflatas, & nominato Christo euauisse. Viderant enim, inquit, bus recenscat eius fidente dij falsis, & ab eisdem metuenteribus proditum pondere precipitatum suo, cruris confictum que libet: simone Mago bus iaculatu presfatis, post deinde perlatum Brundam, cruciatibus & pudore defessum, ex altissimi culminis se rursus precipitasse fastigio. Quæ omnia vos gesta neq; scitis, neq; scire heretico hominem voluitis, neque inquam vobis necessaria iudicatis, ac dum vestris fiditis cordibus, & quod impudentius est typhus est, sapientiam vocatis, dediit circumscriptoribus locum, illis, inquam, noxiis, quorum nomen intereft obsolefieri Christianum, superfundendi caligines, atque obscurandi iesantas, eripiendā vobis fidei, subiecti, contemptus, vt quia sibi presentium finem pro meritis imminere, vobis quoq; immitterent causam, per quam periculum adire posset, & viduari benignitate diuina.

VITA DIVI PETRI APOSTOLI

Pape primi, per Damasum Papam scripta.

Habent in P&P
B

Batus Petrus Apostolus, & princeps Apostolorum, filius Ioannis, prouincia Galilee, vico Bethlaida, frater Andreae, primò sedit in cathedra Episcopatus Antiochiae annis septem. Hinc beatus Petrus ingressus est in urbe Romanam, sub Claudio Cesare, 1 Duo hic habet ibi, sedit in cathedra Episcopatus annis vigintiquinq; mēsibus duobus, diebus tribus. Fuit de beato Petro, & autem temporibus Tiberij Cœlaris, & Gai, & Claudij, & Neronis. Hic scripsi duas 2 epistolas, quod princeps Apostolorum, & nominato Christo Euangelium Marci, quia Marcus adiutor eius me fuit, & nomen eius, & filius à baptismo. Post omnem quatuor Evangeliorum fontem, que ad interrogationem struque non & testimoniū eius (hoc est Petri) firmata sunt, dū aliud Græcē, aliud Hebraicē, aliud Latinē nullus negatur, & scribentes consonat, omnia eius testimonio sunt firmata. Hic ordinauit duos Episcopos, Lisperper quidem. 2 Nota secunda num & Cletum, qui praefecti alterius omne ministerium sacerdotale in urbe Roma populo vel ad se venientibus exhiberent. Beatus autem Petrus orationi, predicatione populū erudivit, & multis disputationibus habuit tam coram Nerone Imperatore, quam coram populo. Et quos beatus Petrus ad fidem Christi aggregabat, ille per magias & deceptions legregabat. Et dum diutius altercentur, Simon diuino nutu interemptus est. Hic Petrus beatum Clementem Episcopum consecravit, cui & cathedram, vel Ecclesiam omnem disponendam commisit, dicens: Sicut mihi gubernanda tradita est à Domino meo Iesu Christo potestas ligandi soluendi, ita & ego tibi committo, vt ordines disponentes diuersatum causarum, per quos actus non ecclesiasticī profigentur, & tu minimè curris seculi deditus reperiari, sed foliummodò orationi & prædicationis ad populum vacare stude. Postridē hanc dispositionem martyrio cum Paulo coronatur post passionem Domini anno 3 Nonne vides, 18 trigesimo octavo. Qui sepultus est in via Aurelia, in templo Apollinis, iuxta 3 locum ubi crucifixus est iuxta palatium Neronianum, in Vaticano, iuxta territorium triumphale, tertius Katakombas, lindas fuli. Hic fecit ordinationes per mensem Decembrem presbyteros decem, Diaconos, 2 Nota tertiā illius eius, Episcopos per diuersa loca numero tres.

SERMO IN ADORATIONEM VE-

nerabilium Catenarum, & Gladij sancti, & Apostolorum
Principis Petri.

Apud Simeonem Metaphrasten.

Quicunque

XVI. Ia-
nuarij.
x Nota diei festi
S. Petri ad vincula



VICINIQUE diuino Apostolorum summi Petri amore allecti ad eius panegyrim, ac diem festum celebrandum parati, & eius diuinis rebus capti, incolumesque seruati, illius Theologie lumine illustrati sumus, communem panegyrim hodie celebrantes, ad eiusdem laudum preconia linguam nostram dirigamus. Multis quidem de causis beati Apostoli Petri memoriam die festo & laudatione dignam esse censimus, non minime autem propter Apostolicę dignitatis gradum, & Euangelicę prædicationis cursum, ac doctrinam, admonitionesque, quibus in dispergente gentium veriantes Iudeos instruebat: illos enim eò maiore cura & sollicitudine præferebat, quod ex illis originem duxerat. Quae omnia cùm ad laudem materiam suppeditandam idonea esse iudicentur, atq; affluntur, omnino valent ad Apostolum ipsum summō laudacionis præconio extollendum. Sanctum enim ac iustum est eò quod ex his quae in lege diuina scripta sunt, et in qui ad salutem nobis conferendam in mundum venit, tanquam in speculo quodam perspexit, summis & meritis honoribus Apostolum ipsum prædicari: omnii verò maximè quod in extremis temporibus Deum ipsum viderit, vni genitum, inquam, Dei filium secum vna versantem, ac loquentem, & humanae carnis, quae induit, p. Etlanda, my flerij, cognoscendi facultatem præbentem: in quo & suam Ecclesiam pro diuina illius vocis præmio, qua ipsum Dei filium esse prædicavit, & dicitur in se prædictum, & celorum claves eius in se fidei arrabonem se illi daturū, & eorū quae ab ipso in terris ligata aut soluta fuissent, in celis sentientiā confi matū promisit. Addo quod vocanti fratri, & ad Melisiam sequendum invitanti libenter obedierit, & votacionē illam sequens ad Christum venerit, & Cep hæ appellacionem, velut quoddam suæ in ipsum fidei signum atq; imaginem acceperit: quodq; ex eo tempore totus à magistro suo pendere, & eius amore inflammatu esse coperit, ob idq; benevolentiae ardorem multis in rebus, ac sàpere talem ostenderit, qualem nullus alius ex discipulis ostenderat. Hæc eti tam magna sunt, ut humanas cogitationes exuperent, & orationis facultate maiora videantur, non tamen talia circa nino sunt, vt aditum nebris & viam obstruerat. Ad nostram enim vsq; imbecillitatem, & humilem captum se demittit emnūt in Apostolū summus, non solum propter commiserationem, qua p̄ræ catēris, nos homines profiguit, sed etiam quod magistrū suū imiteatur, qui cùm vsq; ad seru formam se dimiserit, eo ipso discipulos suos edocuit, non elatos, sed modestos esse, & cum humiliis submisse atque humiliiter se gerere. Hilaris quidem dies ille & festus est, & multo saepe spiritus lumine illustris, qui eius martyrium nobis representat, hoc est crucem fixam, & Apostolū prompto animo ad eam ascendentem, manus ad extensionem vlt̄o expansas, & Dcminacē passionis imaginem p̄ræ ferentes, figuram crucifixionis non rectam, sed capite in terram devolutam, quæ res eius in magistrum reuerentiam significauit, cùm semper lumen illus Apostolus Magistro suo reuerentiam, & primas (vt par erat) concescerit, suamque humilitatem illius celsitati subiecerit, atque eo modo humilia & infirma magis quam summa & sublimia optauerit. Nihilo autem hac ipsa hilaritas inferior est hodierna celebritas, quippe que eorum causas præmonstrat, quæ postremō Apostolus passus est: & non minus quam crucis elevatio, ea quæ ante passus fuerat, hæc indicat, quare & crux ipsa iucundior illi fuit, atque ceteris omnibus rebus optabilior. Hic enim dies venerandas eius catenas manifestas ostendit, & earum 3 adorationem proponit, quibus Apostolus ipse deuinetus, multiplices eius, quæ est malorum omnium origo, nodos, ac machinas dissoluti, & quos diabolus astrios teñebat, ereptos à morte sempiterna liberavit. Hæc pro diei festi argento habentes, cùm crucifixionis causam hanc rebus conciliante, suis cognoscamus, & in vno eccl̄o que Apostolo tam hæc, quam illa facta, & coniuncta contempsemur, ob id præsentem celebratam à sacro martyrij di alienam non existimabimus. Itaque ex vtrique re vnam componentes, orationis laudibus, & fidei ardore, quam maximè possumus, hodierno die celebratam ipsam illufremus, eamque vt omni ex parte insignem, & sacram atque vniuerso mundo lumen conciliantem, & Dei voluntatem in Apostolo suo decorando p̄ræ se ferentes, facris cantibus exornemus: hanc denique vt sancti spiritus gratiam, & lumen in animas illas, quæ sunt idoneæ, conferentes, pro viribus nostris laudemus. Ita enim fieri poterit, vt si Apostolicarum laudum sumus amatores, illum ipsum, quem honore prosequimur, ad misericordiam attrahamus, & nostræ laudationis, quam de illo instituimus, adjutorem habeamus. Eius enim lingua gratiam mihi dari exopto, quam Spiritus sancti virtus h̄men afferens concinnauit, & cœlesti, atque arcana rerum de cœtrina ita replevit, vt gentium nationes multis in locis dispersas in propriam sagenam magnificenter conculserit. Hoc autem loco, & Apostolicarum rerum pelago mentis aciem infigens, totus vertigine, ac tenebris repletus, & in me ipsum conuersus clarissimi Elaiæ verba illa pronuncio: Mi-

fer ego, qui impurus sum, & labia impura habens purissimas materias trastem, nulla ope mihi ad hæc ipsa recte aggredienda spem afferente. Quamobrem ad Apostolicę misericordia per fugiem recurrens, tenui haec lingua de eius laudibus dicere conabor. Omito nunc de eius ortu, de patria, & parentibus aliquid dicere. Honesta quidem illa sunt, & audita digna, sed mētem tamen obruerent, neque sinerent orationem longiore de his rebus habere quæ præstantissima sunt, & quarum memoria utilis est, ac falutaris. Diuinorum profecto signorum Apostoli huius, & miraculorum multitudo magna extitit: aliaque omnia, quæ spiritus sancti gratia in illo habitans effecit, tot, tantaq; sunt, vt si velim singula scribere (decer enim de ipso dicere, quod Theologus quidam scripti) nostrarum orationum vis satis esse non posset, quāvis ad eam rem tractandam audacter se ingeneret.

Hic Apostolus, postquam unigenitus Dei filius suprahumanam conditionem in paterno folio arcano quodam modo confedit, vna cum reliquo Apostolorum cœtu erat, ac viuebat, & communem cum illis Euāgelij prædicationem exercebat, ac modò tribunal, iudicijq; vna præsto erat, modò ignominias & verbera vna cum alijs Apostolis à Iudeis ipsis patiebatur: neque unquam ab Apostolorum societate aberat, sed cum illis in ærumnis perferendis communicabat. Liber ille qui Apostolorum scripta continet, multa eius pericula percurrit, in quæ Apostolus ipse incidit, & quibus detetus fuit: multorumq; miraculorū mentionem facit, quæ admodū admirabili quodam modo claudū illum sanauerit, & Ananiæ, ac Saphyræ morte inevitabilem seuerissimè intruet, Tabithamque puellam à mortis ipsis laqueo ereptam vitæ restituerit, atque Cornelii Centurionem Angeli præfentia edictum instruxerit, & ad Christi fidem traduxerit: quænammodū per umbra corporis infirmos homines firmos reddiderit: quot denique ærūna sustinuerit: quām sàpere cōprehensus, & ante tribunalia constitutus, & pro Christo ipso flagellis verberatus gauisus fuit, q; dignus habiebat sit, qui pro nomine Iesu multas ignominias pateretur. Licer ex eodē libro discere, quām libera oratione apud Iudeos sàpere vñus fuit: & quemadmodū ipse idiota ex illiterato ore sermones diuina sapientia refertos protulerit: vt precibus suis terrā cōmouerit, ac turbā que illuc cōuenerat, ad Christi fidē attraxerit. Hęc inquā, & quęcumque alia deinceps passus est, & effecit, cūm tā multa sint, vt facilē narrari non possint, oratio nostra summātivē perstringēs ad vñ illud periculū enarrandum se confert omniū grauitatis, & vitati difficultatis: nā in eo effugiendo diuino quodā miraculo opus fuit. Quæ res & multā Iudeorū aduersus Apostolū immanitatem, & diuini auxilij celeritatē declarauit. Herodes ille, eius vii progenies, qui primus Hieropolymorū Rex fuit cùm ē Iudaico semine ortum ducaret, et Iudaicū cultū teneret, zelo quodā excitabatur ad patrias institutiones ac leges defendēdas, easq; dissoluīt, nō patiebatur, quæ Apostolorū doctrina tolli, ac funditus everti videbantur. Ille igitur Iudeorū iracundia vocibus inflammatu, vt illis gratum faceret, furorē ac rabiem in Apostolos ipsos magis effundens, primū Iacobū fratrem Ioannis gladio interfecit. Quo loco diuinæ literæ eius seriociam arq; in humilitate eo ipso significarunt, quod gladio Apostolū Iacobū ab eo interfactum dicunt: Poterat enim alio mortis genere Apostolū interimerre, vel cruciatibus morti similibus subiaceere. Sed vt Herodius mens feris etiam ipsis immanior, Apostoli verò Iacobi animus ad cædem illam subeundā æquissimū cognosceretur, in istas quis que ad cædem trahitur, gladio interfecit martyrium perfectè obiit. Ita igitur facer Jacobus consummatus fuit, & martyrij morte Apostolicum cursum cōsignauit, calicem bibens, quæ olim Dei sapientia illi bibendū prædixerat, & proprio sanguine baptizandū anteā significauerat. Cum autem viderat gratum esse Iudeis quod faceret, præterea & Petrum ipsum capere aggressus est. Quem cùm cepisset, in carcere coniecit, & tradidit quatuor quaternionibus militum, qui eum feruarent, sōd quod essent dies Azymorum, volens post pascha producere eum populo. Omnibus his historię scriptor verbis vñus est, vt Herodis in effundendo sanguine studium, eiusque in patranda cēde voluntatē innueret. Nihil enim, quod iustū esset, ante oculos propositum habebat, nihil honestū, aut laudabile, sed quæ nationi suæ grata esse intelligebat, quæque ad profanā Iudeorum voluntatem alliciendam spectabant, ea rānum ab illo dicebantur, & siebant. Quod enim Apostolū ipsum tenerit, & in carcere custodiendum tradiderit, mortemque ipsam prelētem constituerit, totum hoc sōd spectabat, vt Iudaicis votis satis omnino faceret. Namque putabant illud futurum, vt si Petrum Apostolū de medio sustulissent, facile reliquos Apostolos superarent. Ille enim erat, qui contrarias voces emittebat, quicque in Conciliis, in Iudeis & in Synagogis cū aduersarijs certabat, & Iesu nomen palam prædicans, inuocato eius nomine, præcipuis quædam miracula perficiebat. Licer autem illud considerare, quemadmodū & Herodē ipse studuerit similius esse Scribis, & Pontificibus, qui aduersus Christum insaniam ac rabiem effuderunt. Nam sicut illi dicebant, ne in die festo Iesus comprehendenderetur, ne tumultus fieret in populo, vt post diem festum omnino in crucem

acturi: ita & hoc loco post Pascha mortem Petro Herodes inferre constituebat. Cum igitur hi, ad quorum gratiam haec faciebat Herodes, eadem senserint, que & illi quos supra diximus, iudicem & verbis, & operibus aduersus Apostolum vni sunt, quibus & aduersus illius magistrum superiores vi fuerant. In quatuor autem quaterniones militum custodiam distribuit, non uno in loco, sed pluribus, & paululum a se dilatibus, ut custodia ipsa tutior ac munitor foret, vt si forte Apostolus ipse a vinculis effugisset, & custodes qui proprius manerent, latuisset, ab aliis comprehendendi, & capi posset. Sed Petrus, inquit, erat in carcere dormiens inter duos milites, & ligatus catenis duabus: oratio autem siebat a seipso ab Ecclesia. Quænam fuit caula, vt tot diebus custodiretur, & non statim adhuc furore Iudeorum effervescente, & Petri Apostoli mortem sitiente, cedes ipsa Principi Apostolorum allata fuerit? Scriptoris quidè lenitus haec est, mortem propter dies Azymorum prorogata habuisse, quibus Iudei se iplos purgantes, & ab omni turpi atque in honesto facinore abducentes, diem festum Palachæ celebrabant, puris manibus sacrificium, quod in lege scriptum erat, contrectantes. Sed erat & alia eius rei causa. Cum enim Herodes ipse infinita rabie contra Petrum Apostolum redundaret, pluribus diebus eum detineri voluit, ut diuturniore cruciati, miceroribus, iniquis, gremium, catenarum pondere, ac morte, quam à fame ipsa inferenda spectabat: eorum denique militum, qui vnà dormiebat inhumanitate grauius affligeretur. Quot enim per illos dies verba temeritatis, & minarū plena, quā multa conuicta, & contumelias credimus à militibus illis in Apostolum injectas fuisse, partim vt cognitorum Iudeorum dogmata peruertere, partim vt preceptis legalibus aduersantem? Modò autē vt seditionis, & cauam tumultus, modò vt Mosaicis legibus contrarium conuiciabantur: nonnunquam pugnis, & alapis eum percutiebant: neque quisquam illud dubitare potest, quin catenis illis vehementius ac laboriosius Apostolum constringentes, ita coarctarent, vt ex omnibus his maiorem doloris sensum percipiens, celeriter ab hac vita migraret. Sed omnia illorum studia & facta inania extiterunt, perinde ac si quis in aqua ipsa literas imprimat, vel aërem verberet. Quod enim diutius in carcere Apostolus detentus est, eo firmior, atque constantior effectus fuit, & acerbis illis æternis, quibus vindicatur affligebatur, ut quibusdam stimulis excitatus & erekta, tantum aberat, ut rebus his infirmior fieret ac deficeret, ut custodes illi Apostoli Petri iucunda & secura hilaritate confusi in ruborem conuerterentur.

Hæc cum ita se haberent, preces ab Ecclesia missæ in celos penetrarunt. Itaq; statim Angelus illius missus est, & in carcere veniens, illū cōpœlit lumine, vt Apostolorum lumen miracula quæ fierent aperte intueretur. Percusso autē eius latere: Surge, inquit, velociter. Ac ne quid abfundi in Apostoli mente veniret, (quippe quid satanas etiā ipse interdū in Angelum lucis trânsformatus, & figuræ ipsius specie senium subripere solet) cùm primū verba illa proferata sunt: Surge velociter, catena manibus ipsius deciderit, ut verba ipsa factis confirmaretur, neq; potentia aliqua ex earum numero, que Deo ipse rebelles extiterunt, neq; quod visum fuerat, inane aliquod spectrum esse crederet, sed verū & celestem Angelum, visionē, inquam, verā esse sciret, ac certa fide comprobata. Hęc cum ita processissent Apostolo, quoniam adhuc metu, & tremore detinebatur, non solum re vīa dubius, atq; anceps, verū etiam qua ratione dispositas militum custodias pertransiret, quippe qui multa diligenter & cautione, multisq; vigilis in eo custodiendo vtebantur. Præoptera Angelus: Indue te, inquit, sandalia tua, & præcincte vestimento tuo, & sequere me. Quoniam, inquit, Regis & Iudeorum timore adhuc detenus es, ac eorum militum vigilia, qui circumstans te custodiunt, horrore ac stuporem tibi attulerunt, ob idq; non his, que à me dicuntur, fidē habes, rato te auxilio ac præsidio munitor esse facio, sicque omnī metum à mente tua excuto, vt & pallio ipso sine timore aliquo, & sandaliis indu possis. O celerrimum Dei auxilium. O Apostoli in Deum fiduciant arque graciā. O maximas, & ex corde ipso prolatas preces, quæ tanquam à funda quadā, ab ipsius Ecclesiae ore prolate, atque in celos emisse, Herodis animum lætaler vulnerarunt, & Apostolorum principem ab eius manibus incolument eriperunt. Proh quāta est Apostolica gracia, & spes firma & vera, quibus diuinum numen propitium, & ad audiendum prompū habens, à mortis laqueo Petrus ipse erexitur est? At si quis dubitaret, & à nobis illud quereret, curiam Apostolum ipsum eius magister Iesus à Iudaicis manibus non eripuit, quæ tempore ab illis comprehendebatur, sed & vinculis & custodia diebus aliquot eum vexari atque affligi permiserit: qui hoc obicit, is consideret, non ita inimicos ipsos fuisse miraculū illud cognituros, si Apostolus statim cùm comprehendenderetur, Dei auxilium eripuisse, quemadmodum cùm eorum manibus detentum, catenis vincitum, & à custodibus caute seruatum, è mediis atque ineuitabilibus illis retibus liberavit. Tunc enim his à quibus comprehendebatur, fortasse id beneficio & Magicis artibus factū videri potuisset, quod minus ab eis comprehensus est: itaq; Apostoli miraculum irridere ab illis potuisse. Nunc verò cùm & catenis vincitum, & qua-

& quatuor quaternionibus militum custoditus, & inter duos milites cubans, omnibusq; his rebus paratis, quæ mortem condemnatis hominibus adferre solent, ita superno auxilio dignus habitus fit, & contra omnī opinionē, admirabile liberationem asecurus fuerit, rato hoc admirabilius, & cōtra opinionem omnī fuit, quātō è medijs malis seruari maius est, quā illa non attrigis. At Apostolus ipse vel post tanti miraculi potentia, & Angeli adhortationem, nesciebat verum esse, quod siebat per Angelum: sed videbatus sibi visum videre. Adhuc enim arguebatur humanæ naturæ infirmitas, quodque supra naturam eo modo, quā explicari nō potest, efficiebatur, cū naturali ordine, ac viribus comparatu, tale perinde ac si inane aliquod visum esset, estimabatur. Sed quidnā Angelus ipse? Quoniam illū vidi adhuc animo fluctuantem, visioni fidem non habere, neq; quicquā ex iis quæ siebant, revera factū admirabiliter existimare, primam & secundā militum custodiā ita sine strepitu cum Apostolo pertransit, vt custodes ipsi eorum transitionē ne senserint quidem, diuino nutu somno ipso illorū palpebras detinente, quā minus factū illud sentire possent. Cum verò ad portā ferream venissent, quæ ad ciuitatem duebat, illa vltro aperta est. Deo ipso & hoc loco miraculum faciente, & Apostoli formidinē paulatim subtrahente, vt ad ea quæ deinceps futura erāt promptior fieret. Postea verò quām exentes processerunt vicum vnum, Angelus quidem ipse auolauit, neque amplius apparuit. Ille verò cū miraculi sensum cepisset, atq; considerasset tam ea, quæ prius in carcere mirabiliter effecta fuerant, quām quæ nunc supranaturam prodigijs facta viderat, atq; hæc cum illis conferens, & vtraque vicissim comparans, de visione ipsa certior factus fuisset, quid videlicet non inane aliquod spectrū, sed verum illud fuerat, quippe quod manifesto rerum euentu confirmatum videbat, gratias Deo agens talē emitit vocem: Nunc scio verè quid misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudeorum. Quidnam est, quod dicas Apostolorum princeps? Nunc te sciuissē aīs? Nunc credidisti? Nunc gaudes miraculo? Quónam abiit seruor ille tuus? Quónam auolauit certa illa spes? Quónam effluxit illa tua vehemens confessio? Vbiā sunt claves regni celorum? Vbiā appellatio, quā Ecclesiæ firmamentū nominaris? Vbi ardens illud desiderium, & coniunctio ad mortem vñq; inseparabilis? Nunquid tantæ fidei argumenta inaniam extiterunt? An talis, & tā multa spes in ventos dissoluta est? An non sensisti quæ à magistro tuo prodigia sunt effecta? Oblitūsne es maritimæ illius fluctuationis, quemadmodum dextera tua, qui submergebaris, in columnen seruauit? An non aures tuas vocibus illis adhuc habes personantes? Qui credit in me, opera que ego facio, & ille faciet, & maiora his faciet? Nónne scis, quemadmodum ē monumēto exturgens custodes ipsos velut mortuos prostravit, & ea quibus monumentū signatum fuerat, intacta seruavit? Nónne præfens fuisti, cū mortuos homines suo iussu exilire fecisti? cū cecis hominibus videndi facultatem præbuit? cū tibi per sancti Spiritus aduentum miraculorum potentiam impariuit? cū in porta speciosa claudum hominem, cū Aeneā, cū Thabitam, alterum integrū pedibus, & ad currēndū velocem, alterum diuturno morbo liberum reddidisti, huius animā, quæ auolauerat, in corpus reduxisti? Cū tantorum, & talium miraculorum particeps effectus fueris, quorum alia videris, alia ipse feceris, cū deniq; multam ipsius Dei potentia expertus fueris, nunc te scire dicas, quid aīs: Misit Dominus Angelū suū, & eripuit me de manu Herodis? Si tot præteritis miraculis adductus non fuisti, vt crederes, quomodo vni huic credes? Si tantorum miraculū multitudine veritatis confirmationem non attulit, qui poteris vnum hoc fluctuantis cogitationes tuas sedare? Maximè, inquit ille: non enim talia sunt diuinæ potentia opera, vt facile comprehendantur, & fidē afferant: facilis enim comprehensio non solum non augerat miracula, sed etiam illa immunit atq; extenuat, & eorum quæ facile comprehenduntur, formas ex animo delet: quod verò examinatione, & varijs cogitationibus sepe probatum fuerit, plus veritatis, quām opinionis inginit, ed quod animæ ipsius dubitatio, arque infirmitas ad ea, quæ sensum superant, & ardua sunt, comprehendenda, minimè idonea, post fluctuationem multam, & cogitationum varietatem demum certam fidem, ac veritatem in animos ipsos immittere, atque altius infigere solita est.

Cū deinde Apostolus ad eam domum accessisset, in qua fideles homines congregati erant, & ianuam pulsasset, ab ancilla quidem ipsa cū agnosceretur, nunciatus ijs est qui iutus erant. Sed quod ancilla nunciabat, tam incredibile videbatur, vt insana esse crederetur, & non Apostolum, sed eius Angelum præsentem vidiisse putaretur. Cū verò patefacta ianua Apostolus ipse ad eos ingressus esset, omnes stupuerunt, insperatam eius liberationem videntes. Tum ille statim narravit, quemadmodum ab Herode comprehensus, & in carcere detenus, & ferreis catenis vincitus fuerit, quodque per Angeli visionem catenæ ipsæ è manibus cecidissent, ipse verò Angelum sequens, eorum, à quibus seruabatur, custodias præterisset, & portam sponte patefactā transiit. Quibus rebus perterrefacti, & admirabili naratione

tione illa perculsi, apud seipso non amplius esse videbantur, gaudio cum admiratione cōiuncto, & duobus his affectibus illos obſidēcibus. Tales enim sunt res, quæ à Deo proficiuntur, quippe qui neque lætitia nimia homines ipſos diſſolutioneſ fieri, neque propter miraculum ad nūmī ſtuporem labi permittit: ſed gaudio animum erigit, & ad iucundiorē ſtatum traducit: admiratione autem, ac ſtupore cohibet, ne vltierius progrediatur: denique vtraque re hominum ipſum in composito ſtati conſeruat. Hoc loco velim conſideres Apoſtoli mentem ab omni ſuperbia & ambitione alienam, eiusque modiſtiam animaduertas, quippe qui miraculo illo non ita elatus eſt, vt ipſum tuba cecinerit, quod fortale alius feciſſet: non præclarā illa facta oſtentans, ſupra teſta prædicauit: non præ laetitiam rem ipſam omnibus velut triumphans propalauit, aut cum peregrinis, & notis hominibus ea conmuſicauit: fed manu ſilentiū indicens, hiſ ſolis qui in Eccleſia erant ſubmiſſa voce factū ſignificauit, per quos Iacobus, & iis qui cū eo erant, rem nunciandam curauit, vt cūm audiuiſſent, qualibus vinculis præter ſpem eruptus fuerat, magis magiſque ad fidei prædicationem inciberent miraculorū ſpe corroborati, quiq; à Iudaica infidelitate ad Christi fidem nuper converſi, & diuinæ cognitionis lumine illuminati fuerant: illi eadem opera confirmari, & ſi quam de Dei fide in animo latente dubitatione haberent, ab illa reuocari poſſent, & in bonarum rerum perfeuerantia firmiores eſſent. Sed ó animi excæcationē, qua Herodis mentē ecorripiens, totum illum ita oppreſſit, vt obſtinato animo miraculorum, quæ per Apoſtolum eſſet, fuerant, potentiam non conſiderauerit. Decebat enim admirabilem Apoſtoli Petri liberationem ex custodibus, ex catenis, denique ex foribus ſigillo imprefto clauis certa fide prosequi, neque negligenter aliquia factū credere, vt id accideret, ſed animo commoueri, atq; erubescere, & refiſſere, & fi non aperte propter Iudeorum in Apoſtoli ipſum furorem, atque infantiam, ſalem animo miraculum illud prodigiosum ſecum admirari, atque obſtupescere, & a cadendis custodibus deſttere. Verū ille, vt eius ferocitas atq; inhumanitas magis cognſeretur, innocentes homines mortis ſententiaſ ſubiecit, idq; cū illi in Apoſtolo cautiuiſ custodiendo nihil aberraſſent. Cum enim Herodes ipſe furorem ſuū in Apoſtolum effundere, & ferocem animū Apoſtolica cæde ſatiare non poſtuiſſet, quod proximum fuit, in custodes illos, ita vt erat infanus, mortem intulit. Quod Apoſtolus illos ipſos, qui eius cauſis condonati fuerant, miraculo aliquo factō à morte non liberavit, quæſtio hæc duobus modis ſolui poſteſt: priuimum quod: inhumanè ac ferociter custodes illi aduerſus Apoſtolum ſe geſſerant, quippe qui viuā cubantes verborum plágas vinculis acerbiores infligebat, ac nihilo minus, quam Herodes, rabiem fuanū & prauos affectus in beatū Petrum effundebant: deinde verò quod nō ſoſtis, rabiem aduerſus Apoſtolum Principem tanta ferocitate abuſiſſerant (Beniguitatem enim impetrare poſtuiſſent, ſi in eum ſolū peccatiſſent) fed etiam contra reliquos Apoſtolorum eandem rabiem exercuerant, & multos alios fideles homines perſecutionū pœnū, & omnigenis cruciatiſbus ſubiecerant, ac mortis retia vndiq; eis parauerat. Hac de cauſa morti addicti ſunt, vt veteris & inſanabilis malitia, in qua educati fuerant, penas exoluerent. Hoc fuit Petri Apoſtolorum ſummi contra diabolum valde illuſtre trophæum, hoc miraculorum omnium, quæ in eundem Apoſtolum à Deo collata ſunt, maximè admirabile. Quid enim priuimum in hoc Apoſtolo admirabimur? Eiūſine in Christū ardente benevolentiam? An reuelationem ē cœlo a Patre ipſo conſeffam? An quod cū magiſtro ſuo mori paratus erat, neque à mortuo a uelli poterat? Quid quod poſt Christi reuenerationem tertio interrogatus fuit? Qua re non folū Iefus Christus ſingularem & ſummi in ſe Petriam déclarauit, ſed mortis etiam geniuſ inuentutis, ſenectutis que nomine præmoniti, & eo ipſo quod ab alio cingéduſ eſſet, illum capite ad tertam verſo in crucem tollendum eſſe indiſauit. Hic propter fidei abundantiā cū reuelatione à Deo & patre accepifſet, Filium Dei viuū Christū aperte prædicauit, & diuarū naturarū veritatē certa fide teſtatus eſt. Hic magiſtri deſiderio ac benevolentia inflatiuit, cū Iefus ipſe longè ante ſe cruciatus paſſurum indicaſſet: Propitius, inquit, tibi ſi, Domine: non erit hoc tibi. Quod cū diceret, quaſi humanum quippiā non diuinū ſentiens, repreheſiſ, ſilere docebat. Hic è nauigio Magiſtruſ aliquādo repellebat, cū miraculi magnitudine obſtupſeret: quodq; illum à ſe repelleret, eius rei cauſam eſſe dixit, quod fe peccatorē agnoſeret. Hic preſens fuit, cum Christus alia forma in mōte appariuit, & tria tabernacula conſtruere ſe paratum eſſe aiebat, vt Iudeorum ad inferendā cæde paratos, ac ſceſtis animos vitaret. An nō hic cū Christo ſe moriturū promiſit, & homicidæ illius auriculā gaudio amputauit, in omni re fidei ſuā zelum atq; ardorē oſtentans? An non hic eſt, qui ne valde immiferors & durus eſſet, in Magiſtri ſuā negationē incide permiſſus fuit, & fleri multo peccatum purgare? Quid dicam alia? Miſſam facio timidiſtatem, fugam, duritiam, & eius in ſe pulchrum ingreſionem, mulierum vnguentuſ ferentium leta nuncia: quemadmodum etiā am Christus ipſe illi ſeorsum apparuit, & in mare Tyberiadis miraculum efficit: item alia quæcunque

quæcunque antea quām paſſus eſt, & poſt reuenerationem, tam non credente, quām credente, diſcipulo illo, Iefus perfecit. Que omnia non fruita ita diſpenſabantur, ſed quām hominiſ mente comprehendere potest) modò Apoſtoli remiſſum & inſirmū animū Christo ipſo reſcreante, modò auſteram & duram eius mentem leniente, & vtraque re illū docente, neque aliq; ſibi, quod humana inſfirmitate maius ſit polliceri, neque animo decidere, & obſtupeſcenti horrore, quo tempore oportebat in cruciatiſbus perferendis cū magiſtro coſmunicare, & ſeruitutem diſcipulo conuenientem oſtendere, ſed intra mediocritatis fines conſiſtere, vt & ab incoſiderato feruor, & ab humili, arque abiecta timidiſtate pariter diſtaret. Ego verò nō verebor hoc de illo dicere, quod teſtiſ, vt ipſe ait, Christi paſſionū agnoſcitur, & eius gloriæ quæ reuelanda eſt, coſmunicator: quoniam ad eos Iudeos qui diſperſi erant, conguenientes & diuinās admoniſſiones per epiftolas ſcripſit, quibus charitatē, & Christianæ fidei coſfirmationem ſuggeſſit, Christi queſtione aduentum omnino futurū ſperari docuit, ac in illis ipſis & ex hoc tabernaculo nos migraturos eſſe prædiſit: eaque ratione ad zelum & diuinorū preceptorū obſeruationem nos ipſos magis excitat, faciuit, vt maiore metu, ac terrore afficiamur, diluuij, & eorum Angelorum qui peccauerunt, condennationis exemplum adferens, quos & in tartarea loca detruſos fuſſe afſirmat. Ad hęc & alterum Christi aduentum ſignificat, quo tempore celos tranſiſtros dicit, & elementa ipſa comburenda diſſolutum iri. Hunc vinigenitus Dei filius beatum prædicauit. Hunc Deus ipſe ac Pater corona donauit. Hunc paracletus Spiritus sanctum reddidit, & inſtrumenti quoddam diuinās res ſpirans eſſecit. Hunc coeleſtes Angelorū ordines collaudarunt, & Apoſtolorum chorus valde admira- tuſ, tanquam ſuū amplexuſ eſt ac celebrauit. Hunc qui Christo crediderunt, ducem & magiſtrum fequentes, ad inſidelatiſ ſcopulos non offendunt. Hunc ad cœlum vñque peruenientē, & valde illuſtre spiritualis Iſraēlis columnam, & animarum in perſidia pelago fluētantium gubernatorē appellamus. Hunc vt umbra legi expulſorem valde honoramus. Quiq; nos ad veritatis lumen traduxit, eum laudib; atque hymnis prosequimur. Verē hic eſt Apoſtolorum firmamentum, & ſacramentum celorum magiſter, arcanorum interpres, nutrantiū conſirmator, Iapſos erigenſ, firmos conſervans, penitentias dux ardentissimū: Petrus denique magnū illud orbis terrarū miraculum, Eccleſia iactatio, diſcipulorū decus, & eorum qui recte ſentient ornamenū, Theologorum pulchritudo, Christi os, mens coeleſtis, Trinitatis puriſimum tabernaculum, Iapſorū reconciliator, honeſtē viuentium ductor, recte currentium propugnatōr, omni celeſti, & humana laude, omni præconio digniſsimus. Cuius ſi umbra & lincei morbos proſtagabant, certe catena que venerandū Apoſtoli corpus attigerunt, quanto propiorem taſti habuerunt, tantò abundantiorē miraculorū vim participarunt: catenæ, inquam, illæ omnino 4 venerandæ, ac pretioſæ, que Apoſtoliū illud ac beatū corporis colligārunt, que manus illas miraculorū effectrices alſtrinxerunt, que diuinā gratia ab ipſis repleta ſunt, ex quibus miracula abundē ſcaturunt, que agrotos homines à morbis li- berant, que homines illos ſanctos eſſiunt, qui cū ſide ad eas accedunt, à quibus animarum macula ſynto quodā modo expurgantur, & morbiſ influentię reprimitur, que denique in aereā celitatem extenſe, & vñque ad celos ipſos peruenientes, à Dominico illo, & diuino ſolio, tanquam ab anchora quadā extenduntur. Has catenæ potentiarū, que à Deo ipſo deſe- cerunt, princeps exhorruit, & nunc etiam exhorret, ac multo cum timore illas ſubterfugies comprimitur. Has aera ſpirituum multitudi metuens ac tremens, iaculif; que inde immiſſis percuſſi, longius proſtagatur. Non enim ferre potest Spiritus ſancti gratiam has ipſas catenæ obumbrant, neque ſcintillas ex diuino illarū igne exilientes fuſtinet, ſed ab ipſis incendit utque comburiuntur. Has compoſitum Dei Patris verbi eiusdē eternitatis, & principij particeps, vt eius de Deo coſfessionis præmii eſſent. Illa ſignitas reddidit carbo ille ab Eſaiā antea viſus, & ad Deū intuendū eſſe caciſſimus. Spiritus ſanctus paracletus ſuo affluat igne ē carbone illo exilientem ad opus perficiendum maximē idoneum reddidit. Quamobrem licet ferre ſint nature, diuina tamen gratia, & potentiā 5 plenē ſunt. Ab his demōnū praui ſpiritus illigati eneancur: ab hiſ princeps mundi huius per traſtus captiuos ducitur, à fidelibus hominibus illuditur, hoc eſt, ab iis, qui antea peccatorū laqueis conſtricti, ſoluti, & liberati ſunt, & mortis retribuſ antea circundati, ad vitam tranſierunt. Haec diuina hereditatis terminos cingentes, & vndique munientes, faciunt ne ab hoſtilibus expugnari poſſint. Eadem Christianorum vertices coronantes, ab illorum hoſtilium ſedijs, qui corporis oculis non cernuntur, inta- dios feruant. Nam & fi à malignis homiſ, ibus pro tormenti genera aduersus Apoſtoliū ſunt adhibeſt, tamen ad eos propellendos, qui malum aliquod interre volunt, idoneq; ſunt effe- cte, non magis cruciantes, quām veneſtandum illud Apoſtoli corpus vndiq; ſeruantes, ac mu- nientes. His catenis Apoſtolus ornabatur, his exultans ac geſtiens ſe oblectabat, & tanquam regalem aliquem ornatū circumferens, animo exultabat. Has & poenę instrumentum co-

4 Nota, catenæ ille omnino venerandæ, ac pretioſæ que ex catena.

Vide quot gra- quanta ſunt harum catenarum pre- cezia, vt ſciat etiam re exteris ſan- torum ſanctis ejus, & gratiarū be- neficia fidelibus preſtare ſolent.

gnoscet, & corona multæ conciliatrices existimabat. His & nunc sanctissima, omniq; ex parte incorrupta, ac pura Christi sponsa Ecclesia, tanquam splendido monili, & auro quodam ornata induit, velut corona quadam ex intactis floribus contexta, decorata est, & ad dexteram sui sponsi partem aspicit. Has, inquam catenas, & nos copiosissimus Christi populus hodierno die amplexamur. Has reuerentes veneramur & colimus, & pro animarum emendatione habemus. His omnem sensum & membrum admouentes, illarum sanctitate implemur, & per mentis intelligentiam sancti Spiritus graciam in animos ipsos admittimus. Deceret certe, deceret, non solum catenas, quæ manus illas astrinxerunt, magnopere venerari, sed etiam iudicia omnia, ad quæ Apostoli membra accesserunt, signillatam amplecti ac reueneri, & in illis singulis diem festum ac panegyri celebrare. Contentaneum autem & illud fuit eius prouidentia, & in nos benigitati, pro quibus laborauit, & quotidie certamina & pugnas libuit, propter quos catenam pondere aliquid fuit, & crucis morte libenter suscepit: contentaneum, inquam, fuit seipsum his, qui per eum Christo crediderunt, distribuere, acque impari, & veteri quidem & Romæ venerandi sui corporis depositionem, ac sepulturam largiri, huic autem regali, & nouæ vrbi eorum quæ paſſus est, symbola atque insignia relinquere, & sacratissimi corporis loco suaſſummarum catenarum munere vrbem hanc afficeri. Quas catenas qui in eandem præclarâ vrbem venisse crediderit, non aberrabit, neque aliquid Deo, & veritati contrarium crediderit. Vetus quidam sermo, & in libris ipmis conscriptus ad nos visque peruenit, non longe ab Herodis Tetrarchæ regia Petrum Apolstolum in carcere, sed in propinquum quadam loco militaris cohortibus obſeruatum, Nam illi metuebat, ne Apostolus ipse ab aliquibus solueretur = vinculis, & miraculū fuis videbatur. Illic igitur seruabantur, vt cum propter regalis palatiū vicinitatem, tum ob militum custodias, & catenas, quibus ipse erat constrictus, nullam effugiendi facultatem haberet. Quoniam vero multi ex iis, qui Petri Apostoli opera Christo crediderant, in regia illa erant, atque illic viuebant, & Regis ipsius ministeria obeantes, suam in Christum, & eius Apostolum benevolentiam in animis occultam seruabant, cum admirabilis illo modo Apostoli Petri liberatio per Angelum praesentiam allata est, & Apostolus ipse per portam exit, quæ ad vrbē duebat: catenas illas in carcere derelictas ipsi Herodis ministri, quibus diuinæ cognitionis lumen effulserat, clam suſſerunt, & apud se ipsos velut theſaurum quendam eas conſeruabant. Quod vero à patre suo, vt dicitur, traditi, & de catenis illis narratum sibi quicq; accepereat, posteris suis deinceps tradebat, & tute in loco catenarum illas occulta seruabat, quoad & Iudaica natio bello deuicta, caputque Hierosolymis ad nihil redacta est, & superstitiose idololatriæ cœtitate & errore sublato, Romanorū sceptra ad Imperatores, qui Christi fidē ſequabantur, translata sunt. Quibus Christi, & Apostolorum facta omni honore prosequi ſtudentibus, haec etiā Apostoli Petri catena manifesta facta est, & ab illis ad vrbem hanc regiā translata in Apostoli Petri ſacro tēplo iure optimo repolita est, quā vt eius ipius miraculorū effectione, & veneramur & amplectimur: hanc enim videntes, illum ipsum mente inspicimus: hanc tangentes, illum à nobis tangi existimamus. Sed quidnam gladius? Neque enim hic despiciendus est, quoniam & ipse Apostolica manu eductus totam sancti Spiritus gratiam, ac diuitias illinc attraxit. Hoc gladio Petrus, cùm Iesu ipse à Iudeis caperetur, Pontificis seruum percutiuit, & eius atriū amputauit: quare ſuæ in Magistrum fidei ardorem ostendit, suamque in eum, quā in animo accensam habeat affectionem, & benevolentiam patefaciens, magnum quiddam effecit, non suis viribus freuis, sed Magistri potentiam spectans: per quam auris illa, quæ abscissi fuerat, homini percusso refituta est, vt ex hoc ipso furens illa Iudaorum multitudine ſectæ auris curationem repente factam videns, resipiceret, & ſuā in Christum rabie defitifus, ab eo prodeo abſtineret, ac re ipsa eius ipius qui prodebat, vim illam omnipotentem, & diuinitatis magnitudinem cognosceret, deniq;, vt Pontifex ipse à seruo illo miraculū factum edisceret, atque cognosceret eum qui percutiuit fuerat, ita celere curationem minime affectuū fuſſe, niſi verus Deus eſſet ille, qui ab eo quæſitus iudicabatur. Aderat autem Apostolo gladius ille, non vt aliquis diceret, ad proprios viſus, & manū opera explenda ſumptus. (Quomodo enim hoc feciſſet is, qui Magistri ſui præceptis obtemperatis non peram, non zonam, non gladium ſerebat, ſed expeditus, & omni vita apparatu liber ab his cognoscet, qui eius prædicationem accipiebat?) ſed quoniam tempus illud expectabatur, quo Christus paſſurus erat, & diſcipulorū de Magistro cogitationes adhuc fluctuantes vacillabant. Partim enim credebant, partim non credebant: qua propter neque ſublimius aliqd cogitare poterant, neque ad humiliorem omnino, & abiectum ſenſum deueniebant. Illis autem adhuc imperfectoribus tunc non erat Christum aperte ſignificare, & predicere quæ paſſurus eſſet. Cum igitur eorū timideitate Dominus Iesu perſpicere manifeste, quod futurū erat, nō explicauit, fed eorum quæ paſſurus erat, mentionem obſcurè fecit, dicens: Et qui non habet gladium, emat.

Verba hæc non ſunt illis conſentanea, quæ anteā dixerat, cùm non peram nō gladium polſideendum præceperat. Quid eft igitur, quod gladios nunc emendos eſſe iubet? Maximè inquam, ob eam cauſam, quod tunc quidem, cùm illis inopia ſemina inſereret, vt ad Euangelij curſum confiendam leuiores, & agiles, atque expeditos redderet, gladiorum & aliarum rerum poſſeſſionem interdixit: hoc autem loco, tempore illo imminentे, quo ſalutaris eius paſſio futura erat, tacito & myſtico quodam modo indicare volet, non dormiendū, neque animo decidendum, ſed quā contra Iudæos armari oportere, & aduersus caſores, tanquam in acī aliqua contraria ſtandum eſſe, & iis refiſtendum, qui Deum interſicere parati erant, eiisque ſanguinem ac mortem ſtiebant. Nunq; non eſt, inquit, doctrina tempus, non curandorum ægrotantium locus, neque miraculorum opportunitas. Armis opus eſt, gladiis, & huiusmodi propugnaculis ad arma illa repellenda, quibus homicidae ſceleratim ad meam caudem ventur. Hac igitur ratione Petrus gladium attulit, cuius licet feruentem benevolentiam, & ardens ſtudium Iesu ipſe cognosceret, quodque eo gladio aurem illam abſciſſurus erat, non tamen prohibuit ne heret, vt & cuius in Magistrum ſuam ardor aperiretur, & curationis opus ac ingratos illos qui Deum interſicere aggrediantur, redarguendoſ patcheret. Quid autem non ad oppugnandum aut viciſſendum Dominus Iesu diſcipulia ſuis gladiorum poſſeſſionem præceperit, ſed ad eorum quæ paſſurus erat ſignificationem, licet hoc aperte cognoscere ex Euangelij verbis, cùm ipſe dicit: Mitte gladium tuum in vaginam: quā diceret. Non enim propterea iufi vos gladios poſſidere, vt illis ipſis inuadores viciſſeremini. Non eſt mihi hoc opitabile. Nam ſi deceret, & mihi opem ferri velle, polem regare Patrem meum, & dare mihi plusquam duodecim legiones Angelorum, Sed quoniam voluntariè me ipsum iis tradidi, propterea & gladiorum poſſeſſionem ad ea ſignificationa quæ paſſurus sum, vobis indicaui. Si enim permisi paululum te Petre, gladio vti, ob eas cauſas feci quas prædixi, & vt diſcipulos ad pericula ſubeunda promptos efficerem. Sed conuerte gladium in vaginam, quod mihi naſt gladiis vti ad imminentes cruciatuſ auertendos. Nam licet anteā gladios emendos Dominus præcepit, & diſcipuli de duos habere diſiſſent, ſatiſque illos eſt, Magister ipſe repondiſſet, ea re ſignificauit paſſionis ſuę tēpū prop̄ eſſe, quā gladiis vtendum eſſet ad inuatores repelliſſendos. Ita igitur gladium Petrus poſſidens, ſecum & in prædicatione adferbat, tum vt ſicubi optu eſſet, illo vteretur, tum vel maximè vt ipsum videns, ad magiſtri admonitionem memoria tenendam reuocarent, & eo modo tempus illud, quo Iesu crucem paſſus eſt & ea quæ poſtea ſecuta ſunt, ſecum cogitaret, inuidiam ſcilicet, odiū, inuidia, pröditionem, iniuſtū iudicium, iniuſtū rem moris ſententiam, crucem, ſepulturam, & reliqua omnia, quæ homicidae Iudei facere auſi ſunt. Hæc, cùm gladium illum Apostolus videret, contemplabatur: haec alſiduè animo reuoluebat: hæc ſecum reperens, meditabatur gladio ipſo memoriam ſuggerente, & ad prædicationem exequandam, illum alacriorem efficiente. Hoc gladio & ad omne periculum pro Christo ſubendum armabatur Apostolus, & ad pericula omnia ſuſcipienda, tum vel maximè ad ſacras illas catenarum induendas, & iniquorum hominum carcerem habitandum: denique ad crucis martyrium ſubendum firmior ac promptior effactus eſt. Quamobrem hic gladius, vt res quedam pretiosa, & omniho veneranda, Apostolicisque manibus deſeruens, ac eas tangens, eodem honore & veneratione, qua & catenæ ipſæ, in regali palatio, vbi Apostolo Petro ſacrum templum ereatum eſt, velut ſacruſ quidam & celeſtis theſauruſ in intimo loco reponit ſeruatur, vt ſcimus, qui fidelibus imperatoribus, & fidelium virorum multitudinem ad ſanctitatem proponi ſolet. Celeſtem enim gratiam 7 conſerit, variarum curationum copiam ſuppedit, ſui cultores ſalutariſt cuſtodiit, ſequam- plecentes erigit, animas ipſorum eleuans. Quod si breuis & informis videtur gladius ille, non eſt propterea deſpicendus. Apostolicam enim miraculorum vim, & potentiam ſecum continent. Nam hanc Apostolus vt potentis Dei frameam poſſedit, & vt ancipitem gladium cognovit, ſic & alię Apostolicæ veftes, atque indumenta multū illa quidem vilia ſunt, atque abiecta, ſed li quis eorum decorum, & magnificientiam, quæ mente comprehenditur, impoſeuit, diuina, & celeſti gratia repleta eſſe, & Apostolicis miraculū nihilo inferiora inueniſſe. Sed perinde valet cùm quis hæc ipſa recordatur, ac ſi Apostolū inuocet. Ego & carcerem ipsum in qua Apostolus cuſtodiuit eſt omni præconio dignum ceneo, quippe qui omni veneratione plenus eſt: dignus enim habitus ſuit, qui tantum ſanctitatis dominicium intra ſe acciperet. Ego & ſolū illud, in quo decubuit, & vinctus dormiuit, ſanctitate decorum exiſtimo, & Apostolica gratia reſeruitur. Sed dubitar aliquid, num hæc ita ſe habebant: neque hæc tanti eſſe credit, vt gratiam illam, quæ in Apostolo fuīt, par- ticipant. Persuadeat huic vmbra ipſa, & ſemicintia, quorū illa quidem ex corporis oppoſitione ad ſolis lucem composita, & ab Apostolorum Principis tactu longè diſtant: hec au-

Vide beneficia,
quæ D. Petri gla-
diuſ preſtat.

tem à Pauli corpore delata, & diuinam ex illo gratiam participantia, pari, & miraculorum electrici potentia repleta sunt: quodque admirabilis est, per secundam participationis confecationem, & gratiarum translationem sibi adhaerentibus imparta eandem miraculorum potentiam, & nihil minorem abunde suppeditant. Considerandum igitur est: Si quibus gratia imperita est, ea talia sunt, qualisnam is est, qui vim illam impertiu? At si participates res talium miraculorum gratiam præbent, quantum existimare oportet eum esse, à quo haec impertia lunt? Maius enim est id, per quod aliquid sit, quam in quo efficitur, vt causa ipsa maior est eo, cuius est cau, cùm superiore, & digniore gradum contineat. Si quis autem mihi daret, vt & sandalia, & vestes, quibus ab angelo se induere iussus est, ipse videt possem, illa certè apertis vlnis exciperem, atque amplecterer, & vt celeste donum in cordis mei penetralibus condemer. Hunc igitur sacramum gladium cum sacris, & Apostolicis catenis connectentes, Petrum ipsum mente in spicere nobis videamus: & utraque tangentes, Apostolum à nobis tangi existimamus: neque vlo modo ambigimus, eò quod hęc loco ab Apostolo ipso disiuncta sint: sed & hęc, & illum mente formantes, & per fidem ipsam in vnum copulantes, ad eum ipsum, qui per hęc passus est, totum referimus. Hęc amplectentes, illum videare nos creditimus: atque illū cogitantes, hac que illius fuerunt, videare nos arbitramur. Itaq; non omnino ipsius gratiarū expertes constituti sumus. Nam & si in veterē vrbe ² Roma diuersatur per corporis sepulturam, quam vrbs illa fortica est, non tamen à nobis ipsi absente vult, quod pertinet ad illius gladium, & catenas. Adeſt enim & apud nos: qui partem hanc, vt totum corpus continent, ab eius coniunctione non separant: sed cùm vna, eademque sit gratia, quae per eum corpus, catenas, vestes, & gladium miracula operatur, nemo dubitauerit, quin præsens sit in singulis, perfectus, atque integer, & ita qui cum fide accedunt, & hęc amplectuntur, pro diuino eorum desiderio, atque ardore mercedem remetuntur. Hic & vnu est, & multis impertitus nō imminuitur: quin eriā totus in se manens, omniē, & eadem vim ostendit: & quamus eorum quae passus est, symbolis non in vno, sed in multis locis diuiliis sit, idem tameſt, qui in Apostolica Ecclesiæ prodigia, & miracula ingētia perficit. Ita nihil ex iis quae in summo illo Apostolo insunt, inane est, & actionis expers, nihil gloria, & diuinis miraculis vacuum. Tu verò ³ Petre, Christi Ecclesiæ petra, & firmamentum, summe Apostolorum vertex, qui verus & ardens fuisti Christi discipulus: qui præter ceteros orationis libertate apud eum vsus es, viui Dei filium illū prædicando, cuius manus Regni celorum claves tibi traditæ sunt, vt quæ à te in terra ligata, aut soluta essent, eadē ligarentur, & soluerentur in celis: qui Christum Deum, & hominem suis clarissima voce prædicasti: qui ex circuncisione, quæ in lege præcipitur, ad præputium, diuinæ fidei cognitionem transtulisti: qui propter Christum omnia dereliquisti, vnu illum pro omnibus diuini possidere cupiens, à quo & mortis, & vitæ adserendę potestatem accepisti: cui Deus celeſte mysterium revelauit: qui columnæ quædam es ē terra usque ad celos extensa, eos ducent, qui ad mansiones illas feſſitant: qui rudiſ & inficiſ artificiam Græcorū orationem expugnasti: qui diuini Spiritu loquens, & verbo tantum gentes ipsas in ea conuertens, quæ voluisti, acerbam illam crucifixionē sustinuisti, vt nulla in re à Magistri cruciatibus distaret: qui catenæ has, instar scelerati alicuius hominis, pertulisti, & curationum fontem illas reddisti: quæſo, adeſto hodie misertus nostri, & hoc in loco spiritu versare. Ad ſis huic templo miraculorum promptuario, quod sancta nominis tui appellatione præcipue honoratur, in quo venerandas catenæ tuas, vt theſaurum quendam, reponi voluisti: in quo has ipsas, vt pretiosissimas res feruandas esse iudicasti: vbi catenæ ipſe propositæ, & ab omnibus Christi fidem colentibus impetū, miraculorum deriuaciones non corporeis oculis sed mente ipsa perceptas abunde à te ipſo querentibus suppeditant. His catenis noſtrarum animarum vulnera, quæſo, liges. His tumores & inflations à delictis illatas reſces, & diuinis medicamentis eas cures. His, vt ſcuo bonæ voluntatis Christi gregem corones. His Barbaros ipſos deuinias, captiuos ducas, & ciuitati te veneranti hostiles illorum exuicias conferas. Omnim autem maximè pium, & fidelissimum Imperatorem noſtri telis pro militariibus his catenis armes, munias, custodias, viatorii, & trophœi coronas, hostibus terribilem, & subiectis benignum, atque optabilem facias, vt pace fruientes sub eius regno simus, & ab eo gubernari tranquillam, & quietam vitam ducamus, veri Dei noſtri gloriam celebrantes, quem tu in omni re gloriose & magnificè celebrasti: quandoquidem conuenit omnis honor, & adoratio, eten no Patri, cognato filio, & eiudem ſubstantię parti Spiritui sancto, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

A M E N.

SANCTI PATRIS NOSTRI IOAN-

nis Chrysostomi Homelia in sanctos Petrum Apostolum
& Eliam Prophetam.

Apud Simeonem Metaphraſten.



A V C I hodierno die noſtræ concioni præfentes sunt. Quænam cauſa eft, quæm obrem id facere debeatis? Martyrum diem festum, & memoriam celebramus, & nemo nobis occurrit? Sed omnino via ſpatium ſegnes illos reddidit, imò verò non interuallum viæ, ſed ſegnitie ipſa eos impedivit. Sicut enim ſolerte virum animo, & proposito alacrem nulla res detinere potest: ita ſegnem, & remiſum hominem omnia poſſunt impediſtre. Martyres pro veritate ipſa ſanguinem ſuum effuderūt: & tu ne breuem quidem viam ſubire potes? Illi pro Christo capita sua expoſuerunt: tu verò eiusdem Christi cauſa neque extra viam egredi? Dominus ipſe proptere te mortuus eft: & tu ſegnem te offendis? Martyrum celebrauit memoria: tu verò piger es, & iacentem animum habes, quem oportet hīc præſentem eft, & diabolum ſuperatum, Martyres verò ipſos ſuperantes videre, necnon Dei gloriam celebratam, Eccleſiamq; martyrij corona insignitam? Sed istorum excufatio talis eft. Peccator, inquit, ſum, idcirco festo diei occurrere non poſsum, Maximè, inquam, ob hāc cauſam, quoniam peccator es, occurrere debes diei festo, vt iuſtus, eſſicariſ. At ſi iuſtus es, occurrere ne à iuſtitia excidas. Eſquifam ex hominibus fine peccato eft? Propterea ſacrificium ¹ & Eccleſia, propterea preces, ac ieiunia: & quoniam multa ſunt animæ vulnera, propterea medicamenta ipſa inuenta ſunt, quæ ſingulis animæ vulneribus congruentem medicinam aderunt. Habes Eccleſiam, & ſacrificium, quod perficitur, habes patrum orationes, habes Spiritus ſancti donum, & ſanctorum congregationem, multaq; alia quæ ſunt huiusmodi, quæq; poſſunt uti a peccatis ad iuſtitiam reuocare. Cum res ita ſe habeat, tu tamen ad Martyrium preces occurrere noluisti. Dic, agè, quam peccati veniam habere poteris? Nihil maihi in via poſitum fuerat, & tamen detentus es quod minus ad Martyrum concordiam celebrādam conuenires. Sed dices, vnam aliquam ex iis quæ huius viæ ſunt, curā te detinuiffe. Maius certè hoc crimen eft, cum ne breuem quidem horam Dei ipſi conſerere volueris, vt integrum totius diei mercedem reciperas. Peccator, inquit, ſum, & non poſſum facere, quod dicas. Quia peccator es, propterea magis hoc debes. An ignoras eos etiam qui altari aliſident, peccatis eſſe affixos? Carne enim ſunt induti, & ſanguine, arque oſibis compoſiti. Nos etiam ipſi in cathedra ſedentes, & alios docentes, peccatis quidem complicati ſumus. Non propterea tamē de benignitate diuina desperamus, neque duritatem, aut inclemantium aliquam Deo ipſi affigimus. Omnes, inquam, homines ſumus iuſdem elementis compoſiti, neque correptionem recuſamus, immensus diuinae in humānum genus benignitatis pelagus conſiderantes. Et vobis quidem, ſi poſt peccata commiſſa in Eccleſiam ingressi fueritis, non tantum crimen eft: ſub magiſtro enim viuitis. Nos verò quādignitate preſtaſtamus, eò maiori culpe ſumus obnoxij. Aliud enim eft eum peccare, qui docetur, aliud doctorem ipſum delinqueret. Non ob id tamen ² docendi locum recuſamus, neque ſubmitionis prætextu ad legiuitem decidimus. Nam & hoc diuina quadam diſpensatione factum eft, vt ſacerdotes etiam ipſi peccatis ſubiecti ſint. Audi, quæſo, quomodo re ſe habeat. Si doctores, & ſacerdotes ipſi non peccarent, neque vita huius affectibus ſubiecti eſſent, certè inhumani, & à venia alis danda eſſent abhorrentes. Sed propterea ipſos etiam ſacerdotes affectibus ſubiectos eſſe Deus voluit, vt eorum, quæ ipſi patiuntur, ſenſum habentes, alii etiam veniam darent. Ita Deus mundum optimè gubernat, quippe qui & illos ipſos, quorum fidet Eccleſiam, & populum cōiſſurum erat, permittit peccata ſubiecti, vt à ſuorum erratorum conſientia admonerentur in alios eſſe benigniores. Nam ſi ipſi non peccarent, nullam peccantibus veniam daturi eſſent, ſed inhumanitate duci, omnes ab Eccleſiae corpore abſcidissent. Quod autem re ſita ſe habeat, neq; temerē, aut coniectura duci me hoc dicere existimetis, agè rebus ipſis cōſideratis probemus quod dicimus. Petro Apostolo, orbis terrarum Eccleſia, & populorum multitudines eius fideli committenda erant, vel potius creditæ ſunt illi claves regni celorum. Quid enim ait ille Dominus? Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in celo. Erat autem Petrus non mitis, ſed admodum ſeuers, & aliquantò durior. Quod si ad eius naturam illud etiam accessiſſet, vt nullis peccatis ſubiecteret, quæſo, quam veniam habituri fuissent qui ab illo docendi erant? Propterea hoc egit Dei gratia, vt paululum ab ipſo deficeret Petrus, & peccato alicui ſubiecteret, quod ex hiſ quæ ipſe paſſus fuerat, diſcret humanior eſſe in alios. Sed vide cuiusmodi peccato permittit ſubiecti Petruſ illum talem ac tantum virum,

¹ Sacrificium, p. eſt
ecl. preces, & ie
nunia ſunt medica
menta vulnera an
timarū noſtrarū.

² Vides quod pro
pter peccatum p.
latus non perdit
tralaturam, nec
presidendi munus?

Apostolorum verticem fundementum immobile, petram stabilem, & quæ frangi non posset, Ecclesiæ principem, portum inexpugnabilem, turrim firmam, & quæ non posset concuti. Hic, inquam, fuit Petrus ille, qui dixit Christo: Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Petrus ille fuit, qui diuinæ reuelatione doctus, veritatem confessus ait: Tu es Christus filius Dei viui. Hic cum nocte illa, qua se ipsum tradidit Christus, staret ad prunas, & callesceret, ait illi puella quædam: Et tu cum Iesu Nazareno eras, Tu ipse: Neque scio, neque noui quid dicas. Hec Petre, modò dicebas: Si oportuerit me mori tecum, non te negabo; & nunc eum negas, & ait: Non noui hominem istum? Nondum tormenta, nondum flagella proposita tibi sunt, sed simplex vilis cuiusdam pueræ verbum audisti, & ad negationem prolapsum es. Negasti Petre? Nulla tibi tormenta, nulla flagella, nulla plaga, nullus furor, nulli principes, nulli gladij acuti, nulla iussa, nulla edicta, nulli Reges minantes, nulle dentes instantis, aut mox futuræ mortis minæ tibi obiectæ sunt: nondum carceres, & precipita, & mare, nondum aliquid tale terrorum tibi artulit, & Dominum negans, ait: Non noui hominem istum? Rursus puella coepit dicere circumstantibus, quia hic ex illis esset. At Petrus: Non noui, inquit, hominem istum. Quisnam est, Petre, qui te negare facit? Non vnu, inquam, aliquis ex gratioribus, sed foemina, eaque ostiaria, abiecta, & captiuæ quedam pueræ, nullius pretij mulier. Talis, inquam, est quæ te interrogat: & tu confessim negas? O rem nouam & admirabilem. Pueræ momento temporis illius Petri fidem concutauit. Petrus illa Ecclesiæ columna, a propugnaculo, pueræ vnu non minas, sed vnicum verbum non sustinuit. Locuta est illa, & ipse statim quassatus est. Verbum pueræ processit, & columna illa conticubatur. Illa locuta est, & propugnaculo fluctuauit. Quemnam vidisti, Petre, vt Christum negares? Pueram vilæ, & ianuæ cultodæ contemnendæ. Hanc vidisti, & Christum negas? Verū quamvis Petrus negauerit, humani tamē generis amator Deus peccatum illi condonauit. Nuit enim illi, vt hominæ humanæ quiddam pauprissim fuisse: cùm ob eam maximè cauam, ut dixi, ipsum peccare permisisset, quid populorum multitudine illi credēda erat, ne seuerus, & innocens, à venia propriis fratribus impartienda esset alienus. Succubuit igitur peccato, ut delictum suu, & Domini veniam considerans, condonaret & aliis benignitas cauâ, iuxta dispensationem Deo congruentem. Permissus enim est peccare is, cui Ecclesia credenda erat, illa videlicet Ecclesiæ columna, & portus fidei. Petrus orbis terrarum magister peccare permisus fuit, ut eius indulgentia humanitatis argumentum alii proponeretur. Sed quam ob re hac à nobis dicta sunt? Quoniam & nos sacerdotes in cathedrali sedentes, peccatis colligati sumus. Propterea enim non Angelus, neque Archangelo sacerdotium commissum est (liberæ enim sunt à peccandi libidine) né videlicet eos qui ex populo peccarent, fulguribus transfigerent: sed homini à Deo cathedrali hæc commissa est, qui & ipse 3 libidine & peccatis colligatus est, ut si quem peccantem inueniret, suorum peccatorum conscius, in eum qui peccat benignus efficiatur. Nam si Angelus sacerdos fuisset, & aliquem adulterium commitentem inuenisset, statim eum de medio sustulisset, cùm ipse huic libidine subiectus non sit. Si Angelus potestatem accepisset, peccantes homines non doceret, sed in iram mortiferam concitatus, repellere illos perderet. Itaque ob id homini commissa est Ecclesia, quid sciat se delinqueret, & peccata expertus, iis qui peccantem veniam dare possit, ne irascente illo, Ecclesia inanis fiat. Sed curiam tam minutis orationibus de Petro loquens, ad aliam personam sermonem non transferat. Age in medium proferamus prophetam illi Eliam, terrestrem Angelum & cœlestem hominem: qui humi quidem ambulabat, & ea quæ in cœlis sunt mente, animoque verbat. Erat trium cibitorum statura homo, & per sublimem aëris regionem perambulabat, & vsque ad ipsi cœli fastigia protendebatur: ille, inquam, aquarum custos, cuius lingua aquarum fuit thesaurus, & clavis cœlorum: ille idiota, & philosphus; pauper, & diues: pauper, quid propter Dei charitatem ac studium, reliq'is terrenis rebus, maiora sibi comparare studuerit: diues, quid cœlestes nubes lingua sua detinuerit, quippe qui durior erat ad condonandum peccatoribus, ita vt Deum orâret, ne daret pluviam. Vnde, inquit, Dominus, si erit pluviâ, nisi per os meum? Quid agis, Elia? Cur sic pronuncias: Vnde Dominus, si erit pluviâ, nisi per os meum? Vbi nam lunt heretici, qui dicunt, filium Dei orare? Miser homo, & impudens, quid agis? Elias pronunciat, & Dei filius orat? Seruus iubet, & Dominus obsecrat? Neque eum honorem Dei filio tribuis, quem & Elia? An non vis parem saltem dignitaté Domino concedere, & seruo? Non orat neque precatur Elias, sed veritatis sermonem proponit, & cœlum ipsum claudit. Non orat: sed quidnam facit Elias? Scio, inquit, quid me audiat Dominus meus: zelo enim impulsus hoc facio. O rem nouam, & admirabilem. Vidisti Dominus seru benevolentia superatum? Etenim Elias ipse multo zelo impulsus hoc fecit. Videbat enim absurdâ multa fieri. Videbat vitia ipsa multa cum libertate propagari. Atra siquidem nox orbem terrarum oppreserat: itaque omnes

3 Vee quomodo
sacerdos libidine,
et peccatis collis-
gatus non perdit
sacerdotem, ut
quidam male sensi-
ferus: sed retinet
locum suum, et offi-
cio suo fungitur.

omnes in tenebris illis offendebant. Erat orbis terrarum naufragium, non aquarum, sed intemperantiae. Propullata enim temperantia, incontinentia ipsa dominabatur: virtus expellatur, & vita tanquam res aliqua legitima, colebantur. Colles, montes, saltus, & viae, atq; aër tenebris contegebatur. Itaque obfuscato sole, cœlum erat caliginosum. Omnis natura propter idolorum culturam coquinabatur. Ergo tanquam in nocte aliqua omnes ambulabant, rebus creatis, non tanquam creatis, animum adhibentes. Videbant lapidem, & tanquam Deum adorabant. Videbant ligna, & illa similiter colebant. Altissima igitur nox illos opflos tenebat, cùm cretorem despicerent, & res creates venerarentur. In tam multis tenebris solus Elias virtus lucernam tenens, & tanquam in quadam montis vertice, in sapientia fastigio sedens, virtus quidem faciem præferebat, fed splendore præferens. Nihil tamen eos iuuabat, ed quid illorum mens tenebris oppressa erat, & idolatriæ sceleribus detinebatur. Excandescerat igitur Elias, animo dissecabatur, lamentabatur, & multis verbis illos ab erroribus reuocabat: sed nemo tamen eum loquentem audiebat. Precabatur, sed nemo illi obtenerat. Zelo igitur commotus, illos erudire voluit, vt fame ipsa tabefacti, preces suas tandem ad cretorem transferrent, ac famæ pietatis materies illis fieret. Nihil inquit, aliud homines istos erudire poterit, nisi famæ, vt vel sic augustis vindique coarstati, ad omnium cretorem Deum revertantur. Quid igitur Elias? Vivit Dominus, si erit pluia, nisi per os meum. Prolata fuit vox hæc, & statim aër mutatus est. Cœlum æreum factum fuit, non naturam mutans, sed facultatem suam refrenans. Satim elementa, tanquam in aliæ quandam figuram conuersi sunt. Prophetæ oratio, tanquam flamma quædam, ad terræ viscera demissæ est: & omnia statim exarescerat, omnia vastabantur, omnia destruebantur: statimque videbant licebat herbas ipsas arefactas, item arbores, ac plantas, tam fructum ferentes, quæ fructum non ferunt, tam quæ in campis, quæ apud mare positæ erant, omnia simul arefacta, omnemq; ætatem iam iam destruendam, puerorum lamentationem, matrum ejulatum, & desperationem multam. Vna fuit Prophetæ oratio, sed vide quæ multa efficerit. Omnes igitur feræ moriebantur, iumenta, pueri, viri, animalia, volucres omnes, denique orbis terrarum erat naufragium, & calamitas ipsa totam terram occuparat. Nemo seruabatur, sed vniuersi propter aquarum penuriam moriebantur: arefescant plantæ, arbores, fontes, fluuij, stagna, & paludes, omnia deniq; perire videbantur, & vniuersale quodam naufragium vniuersam terram detinebat, cœlum, que ipsum siccitate claudebatur. Itaque detentum erat, & naturam omnem mutauerat. Omnia igitur moriebantur, & ira, poenaque à Deo missi perdebat vniuersa, sed nihil tamen Elias haec ipsa curabat: nam præ zelo tanquam ebrios effervescebat contra eos, qui Deum non quarebant. Ergo & immatura etas extinguebatur. Quid agis, Elia? Esto, juvenes peccârunt, cur infantes castigantur? Esto, homines deliquerunt, cur iumenta ipsa vna cum illis moriuntur? Tantum immanitate indutus es, vt homines nihil curas? Non habes vxorem, non infantes: ob id perentes homines tibi curæ non sunt? Quid igitur Deus ad Eliam? Wade, inquit, ad fluuium Chorazim, & precipiam coru, vt te nutrit illuc. Libenter hoc loco quæsuerim ab homine Iudeo, vt ostenderem ipsi quemadmodum lex ea quæ legis sunt, euertat, & ipsa secum pugnet, firmitatem non habens, quippe quæ non erat veritas, sed vmbra: Nam in lege ipsa continebatur vmbra, haec autem nostra lex sine dubio continet veritatem: res illæ figuram, nostræ facta expriment. Elias ille quem veneraris, quem venturum expectas, quem multa oratione celebras, quem prophetam appellas, ille, inquam, Elias quomodo à coruo nutritur? Coruus in lege impurum animal habetur, coruum, inquam, lex ipsa precipit impurum esse animal: quomodo igitur ab impura volucre nutritur? Nam si lex ipsa coruum impurum esse dicit, omnino quæ à coruo nutritur, eum quoque impurum fuisse oportet. Sed cause hoc dicas, caue, inquam, hoc sentias, cùm diuinus Elias à coruo nutritus fuerit: nihil enim ex iis, quæ à Deo creata sunt, impurum esse existimo. Interullo autem temporis factum est, vt fluuius ille exaresceret. Eliam igitur Deus illinc excitans: Surge, inquit, vade in Sarepta Sidoniorum, & precipiam mulieri viduæ, vt te aueriat illuc. Hoc autem qua dispensatione Deus effecit, velim audias: quoniam videlicet nefsciebat Elias, quomodo apud alias nationes res se haberet. Cum enim in uno certo loco federet, neque orbis terrarum calamitatem videre posset, quomodo omnia arefacta essent, paludes, fontes, fluuij, plantæ, arbores, fructus, tam maturi quæ immaturi, tam quæ ferunt, quæque nullus ferunt fructus, tam quæ apud fontes, quæque apud paludes aquarum: cùm, inquam, haec ignoraret, & volucrum, aliarumque rerum omnium interitum, puerorum mortem, & matrum vñlatum, tantam denique orbis terrarum calamitatem nefscire, excitans illum Deus fecit, vt multam terrâ peragaret, illinc & Sidonem usque proficisciens, vt cum vidisset Elias, quo pacto res se haberet, rogaret deinceps Dominum suum, vt pluviam dare vellet. Excitauit igitur illum ob hanc rationem

stationem ad iter tam longum aggrediendum, non quod non posset eum illic nutrire, sed ut Elī oculis calamitatem illam subiiceret, qua ad pluviā ab ipso rogandā alliceretur. Poterat quidem Deus sine Elīa hoc facere: sed noblet tamē propriū famulū contemnere, ne malorum conciliatorem Elīam, bonorum autem Deum fuisse diceres. Itaque serui sui obsecrationem expectabat. Sed neque sic ille ad milericordiā flectebatur, quinimō duritiam quadam vīsi, neque cuiusdam rationē habens viam illam ingrēllus est: Zelo enim (vt prædicti) ebrius erat. Cui Elīa, tanta inhumanitate induitus es? Expecta paulisper, & redargueris etiam ī ple peccato esse obnoxius. Propter eorum peccata qui terram habitant, squalorē à Deo ipso impenitenti, cœlum clausisti, terrae frenum imposuisti, & naturae cursum retinuisti: neque pro hi quā hunc Deum orare vis. Non multo postea & ipse peccato subiectus esse redargueris, benignitatemque, ac veniam à Domino impetrabis, vt tu quoque in conferos tuos mitem atque humanum te offendas.

Sed quonobrem hodierno die harum rerum narrationem exponendam suscepī. Vt scilicet vobis ostenderem, propterea non vnum aliquem ex Angelorū numero in terris sacerdotem p̄fœctum fuisse, sed hominem ex homine genitum, ne si peccatorum omnino esset exp̄s, peccantes homines sine misericordia puniret. Sed propterea homo creatus est sacerdos, vt ex proprio affectu disceret humanæ naturæ confortibus veniam largiri. Itaq; in medium protuli magnos illos viros, quibus cūm populos multos crediturū esset, Deus eos peccato subiici permisit, sed postea peccatum illis condonauit, vt ex iis quibus ipsierū diti essent, benigni fierent. Primo Petrum tantum illum Apostolum adduxi, qui cūm peccare permisit fuisse, diuinā benignitatē adiutus, penitentē peccatum deleuit. Deinde venimus ad Elīam, cuius erratum iam iam exponemus, vt & impenitam veniam ostendamus, quoniam volebat quidem Deus Elīam benignitatem vti, sed ille noblet. Volebat Deus pluviā dare, sed petitionem à seruo requirebat. Cum igitur totum iter perfecisset Elīas, venit in Sa-repta Sidoniorum, & vidit mulierem viduam ligna colligentem. Quid expectas amplius, Elīa? Cur accurris ad viduam? Vidisti paupertatis exordia. Ne interroges quanta rit eius tenitas, nihil queras de his que intra domum sunt, cūm paupertatis ingressum iam videris. Quid est quod in eius domum introire velis? Vidisti ligna colligentem, & ab ea nutriti postulas? Sed habebat ille tanquam pignus quoddam, Domini sermonem. Abiit igitur illic, vt cum vidua loqueretur. Sed quidnam ait? Da mihi, inquit, paululum aquæ vt bibam. Animaduerte sapientiam Elīa, quemadmodum non statim ad maius aliquid petendum venit, sed ad id, quod erat vilius. Non dixit, da mihi panem, sed da mihi aquam. Prius aquam petuit, contētura colligens, quod si aquæ facultatem habuerit, possit & panis facultatem habere. Da mihi, inquit, paululum aquæ. Abiit vidua, aquam tulit: quām cūm ille bibiſſet, animū auxit, & ait: Sume mihi & bucellam panis vt comedam. Cui respondit vidua: Vixit Dominus, si est mihi panis cinerius, nīs pugillus farinae in hydria, & paululum olci in lecytho, que cūm confecero, comedam ego, & filij * mei, & moriemur. Quid ad haec Elīas? Vade inquit, & fac mihi subcibericium panem seorsum, & comedam, & postea facies liberū tuū & comedent, Quid ait Elīa? Esto, panem petis; cur seorsum, & primum tibi dari vis? An non gratias actus es, si vñā cum filiis vidua comederes? Tu vñā panem comedere, & eius filios fame necariſſcio, inquit Elīas, quam copiosa sit Domini met liberalitas. Hæc ille. Vidua verò, non eius sermone obstupuit, neque tale quippiam absurdum cogitauit, aut dixit: Tu es, qui famē hanc intulisti, & ex reliquiis huius famis à me nutriti postulas? Non dixit: Tam magnam orbis terrarum partem prætergressus, ad me venisti, vt liberos meos fame corrumperes, ipse auctor famis existens? Nihil tale dixit, sed Abraham illum imitata, ingressa est domum, & fecit sicut a Prophetā dictum fuerat. Quinimō licebat videre viduam illam, magis quam Abraham hospitalitatis amantem. Ille enim cūm esset locuples, Angelos hospitio acceptat, haec post famem mortem expectans, Prophetam accepit. Itaque videre licuit naturam cōtemptam, & hospitalitatem honoratam. Licebat videre eius viscera proiecta, & Prophetam suscepī, cūm integrum filiorū multitudinem sepulchro mādauit. Quantum enim fuit in viduā proposito, omnes eius filii mortui sunt: sed Dei benignitate factum est, vt vivuerent, & incolumes essent. Nescio certè quibus verbis huius viduæ laudes comprehendam, quemadmodum se ipsam & filios contempserit, & hospitalitatis studiū secuta fuerit, quemadmodum eius natura non tabuerit, & viscera non dissolua sint, cūm videret integrum filiorū multitudinem iam famē perituram. Sed illa animū gerens omnibus his rebus superiorem, accepit Prophetam hospitio. Cūm verò Prophetā ipse panem accepisset, & comedisset, deinceps mercedem retribuit. Hospitalitatis sementem vidua sparsit, & statim florēt, atque copiosam hospitalitatis messēm collegit. Quid enim Elīas ait vidua? Vixit Dominus, hydria faring non deficiet, & lechithus olei non imminetur. Facta

* Cum Chrysostomus huius vidue filios numero plus tali nomine ad uerte illum interprationem ses p̄tu aginta securū esse.

est viduæ dextera torcular, & sinistra facta est area, & manipuli fructū in ipsa necessitate redentes, ac propter prophetæ dicta viduam illam nutrientes. Torcular & area effecta est domus viduæ. Non imber, non pluia, non ver, non autumnus, non aestus, non ventorum vis, non temporum mutationes, sed verbum vñum ex illius Prophetæ intentiō p̄latum, abundantem rerum copiam viduæ suppeditauit. Post haec (vt orationem concidam) abiit illinc ad Regem Achab: Dicam nunc eius recte facta, vt cūm peccantem videris, discas ex Dei gratia bona omnia profici. Sed quidnam Elīas dixit Achab? Tu, inquit, es qui peruersis Israēlem. Cui Elīas respondit: Non ego id facio, sed tu, & domus patris tui. Vidisti liberam Prophetæ orationem, quemadmodum Regem ipsum redarguit? Post haec cūm federerit in monte, venit ad ipsum quinquagenarius, & ait: Homo Dei descendē, quia Rex te vocat. Cui Elias: Si homo Dei, inquit, sum ego, descendat ignis de cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Deinde venit aliis quinquagenarius, & ait: Homo Dei, descendē, quia Rex te opus habet. Si homo Dei sum ego, inquit Elias, descendat ignis de cœlo, & deuoret te, & 50. tuos. Ad haec venit ad orationis conuentione: cumque sacerdotes illos infames Baal prouocasset: Oremus, inquit, & addidit: Facite vos seorum altare, & eligite duos boues, & imponeite ligna super vñum bouem, & ignem non imponite, & ego idem faciam: Postea inuocate nomen Deorum vestrorum, & ego nomen Dei mei, & qui Deus exaudierit ignem mittendo, hic erit verus Deus. Fecerunt sacerdotes infames altare, & cœperunt inuocare Baal, dicentes: Exaudi nos Baal, exaudi nos. Cūm verò multo clamore edito, nemo esset qui exaudiret (non enim erat vox, neq; auditio) expectabat Elias patientiā retinēs, donec illi orarent. Cūm autem vidisset multam esse illorum moram, & intensos clamores, neque quenquam exaudire, irridens illos: Clamate, inquit, quām maximē potestis, nam forte domini Deus vester. Post haec cūm meritis esset, & tempus processisset: Concede, inquit Elias, vt faciam holocaustum meum: cumque fecisset altare, & imposuisset ligna, dixit: Adferre aquam circa altare: Adferre, inquit, bis tantum & ter tantum. Fecerunt hoc ministri. Velim consideres, quare ab Elīa hoc factum sit. Quoniam erroris mos est veritati propria vitia obiicere. Id quod faciunt meretrices, anticipant enim ipsæ, & ingenuas feminas meretrices vocant, vt non habeant illæ quid conuicij obiiciant. Propterea etiam in hac re sapienter se gesit Elias. Attende quæſo, quod dicturus sum: Vidi enim ipse quod dicam. In idolorū in altaribus foramina quædam sunt ex inferiore altaris parte, & fouea quadam obscura; defendant autē erroris artifices in fouea illam, & ex foraminibus, que diximus, ignem sufflant ad sacrificiū confiendum, ita vt multi decepti celestem esse ignem illum existimant. Ne igitur & Elīas in suspicionem veniret, quod & ipse aliquid tale machinatus esset, aquam effudit, vt aqua illa nulla esse infra altare foramina ostenderet: Vbi enim foramē aqua intineret, illuc aqua nō cōficit, sed per foramina ipsa defluat necesse est. Implevit igitur altare, & his verbis deū oravit: Exaudi me Dñe, hodie in igne. Exaudiisti me in aqua, exaudi me & in igne. Vidisti elementorū aurigē & gubernatorem Elīam? Et ecce, inquit, cūm ipse inuocasset, celeriter ignis descendit de cœlo, & consumpsit sacrificiū & lapides: & aquam deleuit ignis. Tunc ille: Comprehendite, inquit, sacerdotes istos infames, & nemo feruerit ex ipsis. Comprehendunt, & interfecerunt ipsis, quadrigētos scilicet, & quinquaginta sacerdotes Baal, & quadrigentos sacerdotes sublimum montium. Audit̄ Iezabel vxor Regis Achab, que facta fuerant, & misit ad Elīam, dicens: Heec faciā mihi dñi, & hæc addant, nīs cras ponam animam tuam, vt animam vñius ipsorum. Cūm hæc audissem Elīas, aufugit. Vbinam quæſo! Est Elias ille talis, tantusque vir. Propositum enim mihi est ostendere, quod peccato succubuit. Hoc autem dico, non accusans virum illum iustum: sed salutis materiam tibi procurans, vt cūm sanctos quoque peccantes videris, & de sua salute non desperantes, sed diuinæ benignitatis compotes factos, tu etiam si peccaueris, salutem valdesperes. Cūm igitur dixisset Iezabel: Hæc faciant mihi dñi, & hæc addant, nīs cras ponam animam tuam, vt animam vñius ex ipsis: Audiret Elias, & fugit itinere dierum quadraginta. Proh facinus. Quanta fuit hæc timiditas? Mulieris vñius audiret verbum, & aufugit quadraginta dierum itinere, idque fecit non post vñum, aut alterum, aut tertium diem, sed cūm primū mulieris sermo ad se perlatuſ est, ac præ metu nesciens quid ageret, tantam fugam corripuit. Quid hoc est, Elīa? Tu ne ille es, qui cœlum clausisti, pluviā refrenasti, & aéri iuſſisti, & ignem ex alto euocasti, sacerdotes interfecisti, & Regi Achab dixisti: Tu es, qui peruersis Israēlem, & domus patris tuū item illud. Vixit Dominus, si erit pluia, nisi per os meū: qui deniq; domum viduæ copioſam quādā aream & manipulos effecisti, & eius filii mortui suſcitasti? Talis, inquā, tantuſque vir, mulieris verbo audito, aufugisti, & mulier vñā captiuū te duciſ. Duo illa propugnacula & arcēs à duabus mulieribus sunt redargute; Petrus puerā extinxit, & Elias Iezabel formidans, in simile incidit peccati, & fugit itinere dierum quadraginta. Vbinam est ille feruortus,

Elia, cum dicebas: Viuit Dominus, si erit pluuiā nisi per os meum: cūm Achab regē redarguebas, & ignem ē cōelo euocās, tot & tanta fecisti? Enī ut mulieris vnius sermonē nō fūisti. Vbiām eti illa tua constātia, cūm Dominum rogare nolūisti, vt pluuiā daret terræ. Manifestis enim quibūdām demonstrationibus te provocabat, quasi illud diceret: Pete à me, Elia, vt terra dem aquas. Poterat ille quidem id facere sine te, sed nolēbat tamē: vt quē admodum mala per te inueniēta fuerant, ita & bona per te conciliarentur. Tu quidem faciūs cōmisiſti crudelitatis plenum, at Deus calamitatē tantā miseratus est, quoniam ipse omnium rerum creator & opifex est. Cūq; omnium ellet curaor, volebat ille quidem inhumanitatē tuam lenire, tu verò in illa permanebas. Dicebat ille: Noui ego p̄fēcētē calamitatē, noui matrum eiulatus, & puerorum eiulatus, video terræ illius quam ipse feci, speciem immutatam: itaque volo benignē cū illa agere, sed nolo tamente contemnere, & sine tuo consensu pluuiā emittere, ne malorum cauſa tu sis, & bonorū expēris existas. Honoris igitur tui gratia id facio. O summam Domini nostri beniguitatem. Hac quidem Deus faciebat, sed Elias tamē multū arrogantię habebat, quasi ipse peccare non posset. Nunc autem & illum peccato succubuisse ostendimus, cūm hoc Deus permiserit, ac prouiderit, vt quarum rerum indulgentiam ipse impetravit, eam & in alios exerceat. Fugit, inquit, Elias itinere dierū quadraginta. Cūm vellit Deus declarare miracula illa qua oftensa fuerant, non ab Elia, sed à sua ipsius potentia facta esse, vide quid faciat. Quo tempore Deus ipse operabatur, Reges, principes, & populi Eliae succumbentib; Cūm verò Deus abicessisset, etiam mulier vna Prophētæ illi terribilis vifa est. Abscessit Deus, & natura humana redarguta fuit. Sed nihilominus tamē cū fugisset Elias diebus quadraginta, & dormiret in loco quodam, venit ad illum Deus: Dominus ad feruum, sicut in humanū genus charitatem, vi creator exercens. Sed quidnam ait? Sciebat ille quidem quamobrem Elias illuc venerat, interrogauit tamen illum his verbis: Quid tu hīc Elia, quid, inquam, hīc agis? Hac dicens fugam illius innuebat, quasi diceret: Cur aufugisti? Vbiām est illa tua in loquendo libertas, vt discas viribus tuis non cōfideris? Respondit Elias, alia in mente habens, & alia dicens: Domine Prophetas tuos interfecerunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & querunt animam meam, vt auferant eam. Quid ad hāc Deus? Statim illum redarguens: Non propterea, inquit, fugisti Elia, non enim tu solus es Baal non adorans. Subiungit autem eum redarguens: Reliqui mihi ipsi septem milia virorum, qui non curauerūt genu ante Baal. Redarguit igitur illum, quid nō ob eam caufam fugisset, sed propter mulieris timorem.

Sic mulier vna talē tantumq; Prophetā Eliam fugitiū effecit, vt discas, cūm aliiquid admirabile feceris, illud non tibi, sed Dei potentia tribuendū esse. Vidisti quemadmodū discedēte gratia diuina, redarguta est natura humana? Fugit enim Elias itinere dierū quadraginta. Otimorem nimium, & formidinē vehementiā. Non vno, aut altero, aut tertio, sed quadraginta diebus aufugit, & ad regionē omnino desertā se conculit, non nutrimentū, non cibū aliquē secum ferens: nam tanquam ebrius p̄metu cetera nihil curabat: sed desertas tantum regiones sequebatur. Quemadmodū enim ventus Zephyrus, cūm vchementer flat in velum aliquod, nauigium ipsum cum impetu transmittit, ita illius mulieris oratio in Prophetā irrūs, multo cū impetu ad solitudinē desertā eum cōpulit. Vbi nunc est, Elia, tua in loquendo libertas? Vbiām os illud terrible? Vbi lingua, imbrrium atq; ignis gubernatrix, & quæ elemētis imperabat, modò cœlum claudens ne pluuiā demitteret, modò ignem ad sacrificiū adhuc caris? Sed, vt suprà dixi, hæc faciebat Elias Dei gratia operante: quo circa & à Deo postmodū redarguitur. Vides quemadmodū in peccatiū exigū illud quidē permisus est incidere Elias, vt integrām beniguitatis formam se indueret? Deinceps enim eruditus est, vt benignus esset quemadmodū & eius Dñs, & quam indulgentiam in se fuerat expertus, eandem & in alios ostenderet. Vidisti quemadmodū Deus permiserit in peccatum, quamuis exiguum, inciderē columnas illas, propugnacula, & turres, ne frominno suissent isti à peccatis liberi, omnes ab Ecclesia exciderent, neq; cūm viderent aliquē peccantem, immites & inhumani essent: sed suorum etiam peccatorū memores, quam illi à Dño beniguitatem imperarunt, ea & ipsi liberenter aliis impartirent. Hæc diximus, non vt iustos illos viros reprehendamus, sed vt salutis viam vobis p̄paremus, vtq; cūm peccaueritis, de vēstra salutē non despereris, viros ipsos memoria repentes, qui cūm delinquisti, per p̄sonitatem honorem non aliqua ex parte imminuet, sed integrum qualēm antea posidebant, recuperarūt. Diximus primū, quæ sunt illorum virtutes, & deinde protulimus peccata illa tenuis, in quæ lapsi sunt. Ergo & tu, quamuis peccator sis, ab Ecclesia absēs nō. Quamuis etiā iustus sis, nō absēs, vt scripturā cognitione aures tuę personēt, & iustus permaneas, memoria repentes, quæ p̄tinent ad regnum celorum, & bona illa, quæ p̄parauit Deus diligentibus se, quoniam gloria Patri, Filio, & sancto, boio, & vitæ datori Spiritu in secula seculorum. Amen.

EX LIBRO PRIMO HISTORIA.

rum Diui Gregorij Turonensis.

PETRVS ROMAM VENIT, ET PER MARTY-
rium Christo testimonium, vt ceteri Apostoli, perhibet.



E A T V S Petrus Apostolus sub imperatore Claudio quarto ab Augusto, Romā aggreditur, ibi q; prædicās in multis virtutibus manifestissime Christi. ¹ Habet hic, p̄ea-
stum esse Dei filium cōprobauit. Ab illis enim diebus Christiani apud ciuitatē & Paulū Ros-
tū & Paulū Ros-
tū Romanā esse cōperant. Cum autem nomen Christi per populos magis
magis suis, ibique
ac magis dilataretur, oritur contra hoc antiqui serpentis inuidia, & totis se
magis suis, & sub Nero-
perbus, virorum succuba, & rursus virorum appetitor, matris, fororum, ac proximarum qua-
rumque mulierum spurcissimus violator, ad complendam malitiae suæ molem, primus cō-
tra Christi cultum perfecitionem excitat in cōdentes. Habet enim secum Simonem
Magum, virum totius malitiae, & omnis magica artis magistrum. Hoc eliso per Apostolos
Dominī, Petrum atque Paulum, commotus contra eos, quid Christum filium Dei prædicā-
rent, & idola adorare contemnerent, Petrum cruce, Paulum gladio iubet interfici. Ipse verò
excitatam super le fidēm fugere tentans, quartu ab Urbe lapide propria se manu in-
terfecit. Tunc & Jacobus frater Domini, & Marcus Evangelista pro Christi nomine glo-
rioso martyrio coronari sunt. Primus ramen omnium hanc viam Leuita Stephanus, & mar-
tyr intravit. Magna autem post Iacobi Apostoli necem Iudeos calamitas est, assecuta. Nam
adueniente Vespasiano & templum incensum est, & sexcenta milia Iudeorum eo bello gla-
dio & fame confecta sunt. Domitianus autem secundū post Neronem in Christianos fuit,
Ioannemq; Apostolum in insulam Pathmos relegat in exilium, & diuersas crudelitates in
populis agitat. Post cuius mortem beatus Ioannes Apostolus, & Evangelista de exilio redi-
it, qui senex & plenus dierum perfectèque in Deum vitæ, viuens se depositit in sepulchro.
Hic fertur non gustare mortem, dōneç iteratō Dominus iudicaturus adueniat, ipso in Euan-
gelii ita dicente: Sic eum volo manere donec veniam.

VITA SANCTI PAVLI APO-

stoli, per Diuum Hieronymum scripta.

Flabitur in libro
eiusdem de vita
illustribus.



A V L V S Apostolus, qui antē Saulus extra numerum duodecim Apostolorum, de tribi Beniamin, & oppido Iudeæ Giscialfuit, quo à Romanis captio, cūm parentib; suis Tharsum Cilicie cōmigravit, à quibus ob stu-
dia legis mislus Hierosolymā, à Gamalièle viro doctissimo, cuius Lucas me-
minic, eruditus est. Cum aut interfuerit neci martyris Stephani, & acceptis
a pontifice tépli epistolis, ad perseguendos eos, qui Christo crediderat, Da-
mascum pergeret, reuelatione cōpus ad fidem, quæ in Actibus Apostolorum scribitur, in
vas electionis de persecutore translatus est. Cumq; primū ad p̄dicationē eius Sergius Pau-
lus, proconsul Cyprī credidisset, ab eo quid eum Christi fidei subegerat, sortitus est nomen
Paulus: & iuncto fibi Barnaba, multis viribus peragrat, reuertensq; Hierosolymam, à Petro
Iacobōq; & Ioanne, Gentium Apostolus ordinatus. Et quia in Actibus Apostolorum plenis-
simè de eius conueratione scriptū est, hoc tantū dicam, quid post passionē Dñi vigesimo-
quinto anno, id est, secundo Neronis, eo tépore quo Feitus procurator Iudeæ succeſſit Felici, Romanū vincitū mititur, & bienniū in libera manē custodia, aduersus Iudeos de ad-
uentu Christi quotidie disputat. Scendum aut in p̄mā satisfactione, necdum Neronis im-
perio roberato, nec in tanta erumpente sclera, quanta de eo narrant historiæ, Paulum à Ne-
rone dimisum, vt Euangelium Christi in Occidentis quoq; partibus p̄dicateat: sicut ipse
scribit in secunda epistola ad Timotheum, eo tempore quo & passus est, de vinculis dictans
epistolam. In prima mea satisfactione, nemo mihi adhuc sed omnes me delinquerunt: nō
eis imputetur. Dñs autē mihi adfuit, & confortauit me, vt per me p̄dicationē completeretur,
& audiret omnes gentes: & liberatus sum de ore leonis: manifestissime leonē proper cru-
delitatem Neronem significans. Et in sequentib; Liberatus sum de ore leonis. Et statim:
Liberauit me Dominus ab omni opere malo, & saluauit me in regnum suum cœlestē, quod
felicitet p̄fens sibi sentiret imminere martyrium. Nam & in eadem epistola p̄miserat:

¹ Si hec te Hiero Ego enim iam immolor, & tempus resolutionis meæ instat. ² Hic ergo decimo quarto Nensis verba super ronis anno, eodem die quo Petrus Romæ pro Christo capite truncatus, sepultusque est in epistola ad Hebreos, anno post passionem Domini trigesimo septimo. Scriptit autem nouem ad se os perturbant, & tibi Ecclesiæ epistolas: ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Galatas vnam, ad Ephes. in 2. capite ad 1. vnam, ad Philipenses vnam, ad Collosenses vnam, ad Thessalonicas duas: præterea ad discipulum scribit, nempe los suos. Timoth. duas, Tito vnam, Philemoni vnam. Epistola autem quæ fertur ad Hebreos, hanc epistolam iam non eius creditur, propter stylum sermonisque distantiam: sed vel Barnabæ, iuxta Tertullianum: vel Luca Euangelistæ iuxta quosdam: vel Clementis Romanæ postea Ecclesiæ Episcopi, quem aiunt ipsi adjunctum, sententias Pauli proprio ordinasse & ornasse sermonem. Vel in 2. ad Galatas, certe, quia Paulus scribebat ad Hebreos, & propter inuidiam sui apud eos nominis, titulum bene nominat. Sed in principio salutationes ampliauerat. Scriperat vt Hebreus Hebraicæ Hebraicæ, id est suo apertius in prolo- eloquio disertissime, vt ea que eloquent scripta fuerant in Hebreo, eloquentius verteretur. go super epist. ad Titum afferit hæc Legunt quidam & ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur. Igitur Nero, vt apertum se epistolam ab here tuis propterea res fe reiectam, quod in ea omne dogma manifeste defini- eretur. ² Ex historie Ecclast. l. 2. cap. 23. Zephirino Episcopo Romano aduersum Proculum quendam Cataphrygam disputans, hec de Apostolorum commemorat locis. Ego, inquit, habeo trophya Apostolorum, quæ ostendam. Si enim procedas viaregali, quæ ad Vaticanicum ducit, aut via Ostiensis, inuenies trophya defixa, quibus ex vtraque parte statutis Romana communitor Ecclesia. Quod autem eodem tempore ambo pafsi sunt, Corinthiorum Episcopus Dionysius, cum in urbe positus esset, & de scripturis disputaret, hoc dicit: Sed & vos habentes cōmonitione à Petro & Paulo, plantationem 3 Romanæ & Corinthiorum Ecclesiæ coniunxit. Ambo etenim simul aduentantes, & in nostra Corinthiore Ecclesia docuerunt, & per omnem Italiam, atq; in hac urbe simul docentes, etiam martyrio pariter, uno eodemque tempore coronati sunt. Hæc autem retulimus, vt historia quæ in opinione omnium est, confirmator habeatur.

VITA SANCTI PAVLI APO-

stoli, per Diuum Isidorum Episcopum Hispanensem scripta.

Habetur in libr. eiusdem de patribus noui testas- menti.

PAULVS, qui antea Saulus, Apostolus Gentium, adiucatus Iudeorum, à Christo de celo vocatus, & in terra prostratus, qui oculatus cecidit, cœcatus surrexit, ex persecutore factus est vas electionis, & ex lupo agnus, inter Apostolos vocatione nūssimus, predicatione primus, in lege Gamalielis discipulus, in Euangeliō Christi seruus, cuius patria Iudea fuit, genus de tribu Beniamin. His secundo post alcensionem Domini anno baptizatus, dignitatem meruit Apostolatus, atque plus omnibus laborans, multò laius inter ceteros verbi Dei gratiam seminavit, atque doctrinam Euangelicam sua predicatione complevit, incipiens ab Hierosolymis usque ad Illyricum, & in Italianam, Hispaniamque processit, ac nomen Christi multarum Gentium populis manifestauit, quibus non fuerat declaratum. Cuius miracula ista esse noscuntur. Raptus tertium celum ascendit. Sedenitem Phyonis spiritum imperata discessione damnauit. Adolescenti mortuo vi- talem redintegravit spiritum. Cœcitate preclusit Magum. Claudio proprium reformatum incessum. Diri serpentis nec sensit mortum, sed igni dedi arsurum. Patrem etiam Publij a febribus orando sanauit. Ob amorem quoque Christi multas passiones sustinuit. In primis Iudaicas persecutions, & gentium miseras, & laborem, famem, fistum, frigus, & nuditatem, die ac nocte profundi naufragia, mille pericula, ferrum, verbera, carcerales tenebras, tormenta catenarum, calores & vincula. Inter haec ligatur, & Iudeas traditur, & gentibus lapidatur ad necem, in spora per murum dimittitur, virgis cœditur, pennis arcatur, in carcere, vincitus, terræ motu facto, resolutur. Ad ultimum à Neroni gladio occiditur eo die, quo & Petrus crucifixus est. Sic enim oportuerat, vt iij, qui simul confessi sunt, uno die coronarentur. Sepultus est Rome via Hostiensis anno post passionem Domini trigesimo sexto, tertio miliario ab urbe, contra Orientem, plena nocte, in latitudine milie, in loco, ubi etiam Petrus, idem plagam.

THEODORI

THEODORI DAPHNOPATI ENCOMIVM

Sancti & magni Apostoli Christi Pauli, collectum ex diversis orationibus Diui Chrysostomi, & encomiis, quæ fecit in magnum Paulum.

Apud Simeonem Metaphrasten.



N I V E R S A quidem lex encomiorum, & omnis oratio cōposita arte oratorum à splendoris sanctorum vincitur magnitudine, maximè autem quæ de diuinis, & Principibus habetur Apofolis. Quantum enim alios, martyres inquam, & iustos gloria, & honore, & apud Deū propinquitate superant, tantò etiam sunt superiores lege encomiorum eorum decertationes, & ea, in quibus aliis antecellunt, quod humanam rationē superat, & cogitationem, quæ pro vniuerso orbe terrarum certamina suscepunt, & quæ præclarè gesserunt. Quamobré vestrum veluti placantes desideri, etiam si ceptum sit audax, cum eorum laudes verbis studeremus extollere, cogitassimus aut id planè fieri nō posse, nec à nobis esse suscipiendum ex iis, quæ à diuino patre, & melle fluente Chrysostomo variè dicta sunt, in quibus, inq[ui]am, orationibus, & fussionibus, sermonibusq[ue], & encomiis, & iis, quæ sunt aliter ab eo laborata, id quod est vtile (vt p[ro]p[ter]e est) eligentes, & in vnam harmoniam & consonantiam componentes, eis vnum ex omnibus encomium obtulimus, eisdem (vt serm[il] dicam) dictiōibus, quoad eius fieri potuit, & sententiis, & verbis id ornates. Sic aut[em] habet. Apofolicorum quidē Atūm inscriptionis totum iam vobis debitu exoluimus. Deinceps aut[em] erat cōsequens libri aggregi principium, & dicere, quidnam sit illud: Primum quidē verba feci, & Theophile, de omnibus, quæ Iesus coepit facere, & docere. Sed Paulus non finit nos vti hoc ordine consequentia, ad se, & ad recte eius facta linguam nostram vocans. Cupio enim videre ipsum vinctum introduci Damascum, non catena ferrea, sed voce Dñi. Cupio videre ipsum captum, hunc, inquam, magnum pescem, qui mare vniuersitatem agitauit, qui fluctus innumerabiles excitauit in Ecclesiam. Cupio videre eum vinctum non hamo, sed verbo Dñi. Nam quomodo quidam pescator sedens super altam petram, & ex alto tenens arundinem, hamu[m] mittit in mare, ita etiam noster Dñs, qui p[ro]fatum ostendit spirale, sedens tanquam in alta petra celorum, tanquam hamum vocem illam emittens desuper, & dicens: Saule Saule, quid me persequeris? Sic cepit hunc magnum pescem. Quis enim illum crudelē, & inhumanum, & persecutorem, & blasphemum, & Ecclesiam sic vastantē, vt etiam domos ingrediens traheret viros & foeminas, & omnia confunderet & perturbaret, sustinuerit: si non repente eum Rex noster transmutasset, & ad se reduxisset? Etenim discipuli quoq[ue], vbi eū vidissent adfuisse, timore affecti horrebant, & ne eū quidē audebant aspicere: & quando rufus fuit ex amicis, eundem metum ostendebant. Si eum ergo timebant etiā reconciliatum, si suisset inimicus & hostis, quid non fecissent? Ego autem quid agam? Necesse est, vt maxima fugiam celeritate, ne si me rufus apprehenderit, abducat à proposito. Scitis enim quid cum sape mihi aliò eunti, & ad aliud conuerso occurrisset, me in media detinuit oratione, & sic coepit, vt in ea persuaserit finire orationem. Hic ergo beatus Paulus, qui vniuersum orbem terræ illuminauit in tempore vocationis aliquando est excoecatus: sed illius excoecatio facta est totius orbiter etiā illuminatio. Quoniam enim malè videbat, eum Deus recte excoecauit, vt utiliter aspiceret. Et quoniam Dei Ecclesiam summe persequebatur, & erat adeo vehemens & alienus à congesione, accipit strenuum vehementius, ne si eum abduceret impetus illius animi alacritatis, non obediret iis, quæ dicebantur, & vt sciret cum quo bellum gereret: quem non solùm purinenter, sed neq[ue] beneficio afficiem ferre potest. Neq[ue] enim eum obsecraverunt tenebres, sed lux modum excedens ei offudit tenebras.

Si nos ergo bellum circumfisteret Barbaricum, & in acie hostes maximā exhibuissent molestiam: deinde Imperator hostium, qui innumerabiles admouebat machinas, & nostra omnia confundebat, multoq[ue] tumultu & turba replebat, & ipsam minabatur se vibem diruturum & igni mandaturum, & nobis intentabat seruitutem, repente à nostro Rege ligatus in urbe duceretur captiuus, non omnes cum foeminis, & infantibus exiliissemus ad illud spectaculum? Cum autem nunc quoq[ue] est bellum conflatum, Iudeis omnia perturbatis, & ad oppugnandum Ecclesiam machinas omnes adhibentibus: hostium vero caput est Paulus, qui omnia magna facit, & dicit, qui omnia permisceret & perturbat: eum autē alligauit Dominus noster Iesus Christus Rex noster: non egrediemur omnes ad hoc spectaculum, vt videamus eū duci capiendum? Etenim Angeli è celis videntes eum vinctum introduci, exultabant, non quoniam videbant eum vinctum, sed quoniam mente agitabant, quot hec mīnes è vinculis esset liberatus.

turus: non quoniam cum manu duci cernebant, sed quoniam intelligebant, quām multos ille homines esset ē terra in cœlum deducaturus: non quoniam cum orbatum aspicerent, sed quoniam cogitabant, quām multos ille esset educturus ē tenebris. Propterea ego quoq; aliis omnibus dimisi, ad Paulum exilire contendo. Paulus enim, & Pauli desiderium coegerit nos hunc facere salutem. Quis loqueretur potentias tuas Domine? Quoniam non sicuti Paulum latere: quoniam talen virum ostendisti orbis terræ. Laudauerunt te omnes Angeli vno animo, quando astra fecisti, & quando solem. Sed non sic vt quando Paulum ostendisti vniuersi orbis terra. Propterea terra fuit cœlo latior, quoniam hic est latior solari luce. Et hic quidem sol cedit nocti, ille autem superauit Diabolum. Et hic quidem in alto fertur, & deorum immittit radios: ille autem inferne oriens non medium cœli & terræ luce impletuit: sed & os aperuit, & Angelos magna impletuit voluptate. Si enim propter unum peccatorem poenitentiam agentem est gaudium in cœlis, ipse vero ex prima concione venatus est quinque viorum myriades, quomodo superiores virtutes gaudio nō implebit infinito? Quid autem dico? Sufficit Paulus iolummodo loquendo ad efficiendum, vt cœli exultent & latentur. Quid enim est huius visceribus feruentius, qui totum orbem terræ percurrit tractus, lapidibus appetitus, & vinctus vt vinctos solueret, & ad se traduceret.

Nec enim tanquam pugnans sic res confecit, sed tanquam ad promptam & paratam venientiam victoria sic erexit trophea, destruens, diriuens, deliciens Diaboli munitiones, & machinas demonum. Et neq; parum quidē respirabat ab his ad illos, & rursus ab illis ad alios transfiens, tanquam optimus aliquis Imperator, quotidie trophea erigens, & victorias, vel potius horis singulis. Tunica enim sola induitus veniens in aciem, cu ipius viris capiebat virbes aduersariorū, telas, & lanceas. Et omnia lingua Pauli. Solum enim loquebatur, & illius verba, quasi ignis fluxiones in hostes incidentes, fugabat quidē demones, & eos qui ab ipsis detinebantur homines ad ipsum deducebant. Quando enim malum eiecit demone, quinque præstigiatorū, & maleficorū hominum cōuenientes myriades cōbusserunt libros artis magice, & transierunt ad veritatem. Et quomodo cū in bello turris cecidit, aut deiectus fuit tyrannus, qui cū illo erat, omnes abiectis armis accurrunt ad imperatorem: Ita etiam tunc factū est. Ejecto enim demone, obfensi omnes cū libros abiecerint vel potius dissoluissent, ad Pauli pedes cōcurrebant. Ille autem tanquam vno exercitu dirigens aciem aduersus orbē terræ, nūquam confitebat, sed tanquam alatus esset quispam omnia faciebat. Et tunc quidem claudum corrigebat: nūc autem alium orbat, Magum, inquam. Et nec in carcere quidem inclusus quiescebat: fed illic quoque custodem carceris ad se traduxit, efficiens illam pulchram captiuitatem. In admiratione habetur David qui Goliath vno solo deprimit lapide: sed si quis præclara Pauli facta examinaverit, & cum facto illius pueri comparauerit, quantum interēt inter paftorem & Imperatorem, tanta est inter hunc & illum difference. Hic enim non lapidem iaciens prostravit Goliath, qui percipitur intelligentia: sed solum loquens perfregit vniuersam diaboli cateruan. Et tanquam leo rugiens, & flammatum lingua emittens, sic inuadendo erat omnibus intolerabilis, & in omnem partem assidue transfiliebat: Ad hos currebat, ad illos veniebat: ad hos transibat, ad illos resiliiebat, vento inuadens celerius, & perinde ac dormum vnam, aut nauigium vnum, gubernans vniuersum orbem terræ: & eos qui submergebantur sursum atrahens, eos vero qui caligabant confirmans, nautas adhortans, certucibus imminentis, proram circumspiciens, funes tendens, remum tractans, velum trahens, celum suscipiens.

Ipsa denique erat omnia, & nauta, & gubernator, & qui proram regit, & velum, & nauigium, & omnia patiens, vt mala solueret aliorum. Et quomodo quidam athleta ipse Iudæas, currens, pugnis decertans, aut miles niuros oppugnans, pedes, manus conserens, & nauali pugnans certamine, nullum non pugnæ genus obibat, & ignem spirabat: neque vills poterat ad eum accedere, vno corpore totum orbem terræ occupans, & vna lingua omnia fundens, ac fugans. Non sic multæ tubæ irruerant in lapides vibris Hierichontinæ, & eos diruebat, vt vox Pauli que resonabat, humi diabolicas dejecti munitiones, & ad se traduxit aduersarios. Et per fenetram demissus fuit ē pariete, vt ab inferiori loco sursum transmitteret eos, qui humi sunt abiecti. Atq; famem quidem & siti, & nuditatem, & naufragia, & metus, & infidias, & carceres, & plagas, & alia omnia, quæ sustinuit Beatus Paulus propter predicationem, nihil arbitror opertore dicere. Sufficiebat enim vnumquodque eorum ad valde conturbandum & frangendam sanctam illam animam. Quando autem dicit: Quis infirmatur, & ego nō infirmor? Quis scandalizatur, & ego non accendor? hoc est, quod omniū maximē perpetuā & intolerabilem ei præbebat animi ægritudinē. Si enim in vnoquoq; eorum qui scandalizabantur, ipse accendebat, non poterat ardor ille extingui ex illius anima. Nō deerant enim qui scandalizabantur, & igni præbebant materiam. Viderem autem Iudeos non credentes, quāmmam eum, vel paruam sinebat habere dilationem doloris & ægritudinis? Optarē enim, inquit,

inquit, anathema esse à Christo pro fratribus meis, cognatis meis secundum carnem, qui quidem sunt Iudaïtae. Quod autem dicit ei: modi: Mihi esset optabilius in gehennam incidere, quam Iudaïtas videre non credentes. Qui autem in gehenna elegit supplicium, vt possit omnes Iudeos adducere, clarū est, quid qui hoc non fuit afflicetus, ijs qui puniebantur in gehenna vitam egit grauiorem. O ardente amoré charitatis. Qui aduersus ignem fuit audax Paulus, qui adamantinus, qui firmus & validus, qui immobilis, qui inflexibilis, qui dicebat: Quis nos separabit à charitate Christi? afflictio, an angustia, an famæ, an persecutio, an iudicatus, an periculum, an gladius? Qui in terra & mari suam ostendebat audaciam, qui adamantinus irridebat mortis porras: is postquam vidit lachrymas quorundam dilectorū, adeo fuit fractus & contritus, vt ne celaret quidem affectionem, sed statim diceret: Quid facitis flētes, & cor meum conterentes? O miraculum. Non contribuit eum abyssus aquarū, & paucæ eū lachrymae contriverunt, & frēgerunt. Quid facitis flētes, & conterentes cor meū? Quid dicas? Dic mihi: Adamantinam illam animam potuit conterere lachryma? Certe, inquit: magna est enim vis charitatis: Ea me vincit & superat: resiliit enim omnibus, praterquam charitati. Audire, quicunque ne pecunias quidem propter Christum despiciunt, inquit vero propter vos ipsos: & stupetis, Pauli amorem in Christum cogitantes, & admirantes? Neque enim Christum sic diligerat, propter ea quæ sunt Christi, sed propter ipsum res illius. Et vnu solum timebat, ne excideret ab ea quæ est in illum charitate. Hoc enim erat ei vel gehenna terribilis, sicut etiam in ea manere vel regno optabilius. Quid ergo ille propter Christi desiderium vel in gehennam non recusat incidere, & à regno excidere, si utraque hæc essent propria: nos autem ne præsentem quidem vitam despiciimus, sumūne digni vel illius calceis, cū tantum absumus ab eius animi magnitudine? Si enim qui vnius domus tantum curā gerit, et si habeat procuratores, ministros, & economos, sacerdotem ne respiret quidem propter curas, cū nemo sit qui ei molestiam exhibeat: qui non vnius domus, sed ciuitatum, & populorum, & gentium, & vniuersi denique orbis terræ curam gerit, suntque tot & tanta negotia, & tam multi qui insultant, & obsunt, idque cū sit solus, & tot & tanta patiatur, & tantam curam gerit, quanta nec pater filiorum, cogita quid sustinuit. Si quis vult diligere germanū & sincerū, & scire vim charitatis, curat ad eius aliumnum beatum Paulum: & ille eum docebit, quantum sit certamen ferre separationem à dilecto, & quanto animo opus habeat. Hic enim, hi qui carnem exuerat, & corpus deposuerat, & orbem terræ ferē nuda obierat anima, & omnem perturbationem ex animo expulerat, & incorporearum virtutum imitabatur imparabilitatem, alia quidem omnia ferebat facile, tanquam patiens in alieno corpore, & carceres, & catenas, & abductiones, & flagella, & minas, & mortem, & omne genus supplicij, ab vna autem separatus anima quæ ab eo diligebatur, adeo fuit confusus & conturbatus, vt in qua dilectione separans se uitrum non inuenit, ex cititate protinus recesserit. Quid hoc, & beate Paule? Ligno quidem alligatus, & carcerem habitans, & flagris cæsus, & in tergo sanguine circufluens, & mysteriis initabas & baptizabas, & offerebas sacrificium, & nemine despiciebas, qui esset saluus futurus. Cū veniiles autem in Troadem, & terram inuenienses purgatam, & paratam ad excipienda semina, tantum lucrum eieciſti ē manibus, & statim refligisti. Certe, inquit, magna enim me inuasit tyrannus animi ægritudine, & meum atimum valde confudit. Titi absentia, meque sic vicit & superauit, vt cogeret hoc facere. Vidisti quām sit magnum certamen dilecti ferre separationem, quām res fit molesta & acerba, quām excello opus habeat, & iuvenili animo? Neque enim sufficit ijs qui diligunt, solum esse vinctos animo, neque eo sunt contenti ad consolationem, sed etiam corporea opus habent presentia: et si hoc non adseruit, non recesseris pars laetitiae. Vis scire quām pulchra sint arma ad attrahendos fratres, etiam si sint infideles? Eſſe mitre & mansuetum, & facilem moribus. Audi quid dicat Paulus ad Iudicem ingrediens infidelem, ab eo iudicandus: Beatum me existimo, qui sum à te iudicandus. Hec autem dicebat, non ei adulans: abſit, fed volens luciferae per mansuetudinem. Quamobrem eum etiā ex parte lucifecit: & Iudicem cepit is qui existimabatur tunc esse condemnatus: & Pauli esse victoriā ipse qui erat vietus, alta voce conſtitutus, præſentibus omnibus, dicens: Propemodum mihi perſuades, vt siā Christianus. Quid ergo Paulus? Optarim ego non solum te, sed etiā omnes qui adsunt, hoc esse, quod ego sum. Atq; in multis quidem lecis sunt multa signa Pauli miraculorū: sed non sunt tā desiderabilia, quām stigmata: & non tam in scripturis quidem delectat faciens miracula, quām malè patiens, flagellatus, tractus, lapidibus appetitus. Lapidantes enim eum, inquit, traxerunt extra ciuitatem. Et rursus: Cū enim flagellasset, & multas ei plagas impoſuissent, coniecerunt in carcerem. Quanta gloriatio, quanta voluptas, quantus honor, quantus splendor, scire se esse vinctum propter Christum? Sed vide rem admirabilem. Et commotus est, inquit, carcer, alligato Paulo, & om-

nium vincula sunt relaxata. Vidisti vinculum naturam vincula resoluenterem? Expergefactus autem cultos carceris, cum vidisset ianuas apertas carceris, stricto gladio se erat interfactus. Quid ergo Paulus? Clamauit magna voce, dicens; Nihil tibi malii feceris, vniuersi enim hic sumus. Vides quam hic sit à vanâ gloria & superbia alienus, & quam benevolus? Non dixit: Propter nos hæc facta sunt: sed tamquam virus ex vincitu dicit: Omnes enim hic sumus. Si enim tacuisset, & non per magnâ vocem manus illius continuisset, ensem per guttum translegisset. Clamauit autem, quoniam in interiorum carcere erat coniectus. Contra te ipsum, inquit, hoc fecisti: cum interius conieceris eos qui te sunt liberaturi à periculo. Vidi quām tu benignus, & quantum hominum curā gerat Paulus? Maluit ipse esse vincitus, & periclitari, quam illum desplicere pereuntem. Quomodo autem miles aliquis habens vniuersum orbem terre contra se bellantem, & se in medijs versans hostiū ordinibus, & nihil graue patiens: ita etiā Paulus solus inter Barbaros & inter Græcos, ubique terrarum & ubique in mari se ostendens, mansit inexpugnabilis. Et quomodo scintilla in stipulam & fenum incidens, ea que vruncum transmutat in suam naturam, ita hic quoque omnes inuadens traducebat omnes ad veritatem. Quem non obstupefecisset potentia vinculorum beato Paulo impositorum, quod cum eum vinxerant, eos ad pedes vincti duxerit, & illos ei subinxerit? Procidit enim, inquit, custos carceris ad Pauli pedes, & qui erat solitus, lacebat ad pedes vincti: & qui vinxerat, rogabat vinculum, ut solueretur à metu. Dic mihi: non in interiorum conieccisti custodiā? non pedes ligno constrinxisti? Ceterum? Cur tumultuaris? Cur lachrymaris? Cur ensim strinxisti? Nesciebam, inquit, Christi vincitorum tantam esse potentiam. Quid dicas? Accipit potestatem celos aperiendi, & non erat aperitus carcerem? Soluit eos qui vincti erant à dæmonibus, & erat ferrum eum superaturum? Qui ligatis itaque soluebat animas, corpus suum solueri non potuisse? Qui per suas vestes alios ab illis soluebat vinculis, & liberabat à dæmonibus, ipse per se non soluisset? Propterea primum fuit vinculus, & tunc soluit vinculos, ut scias quod Christi servi vincti maiorem habent vim quam soluti. Sic enim præclariores ostenduntur sancti vires, quando vel vinculus vinceat solutos. Quando ergo is qui est vinculus, non solùm seipsum soluit, sed etiam solutos, quoniam est virtus murorum? quidnam accipit commodi ex eo, quod ad interiorum coniecerit custodiā, cum aperuerit etiam exteriorum? Vis scire, quanta res si catena ferrea propter Christum corpori servi eius imposta? Audite beatum Paulum de hoc ipso gloriantem, & dicentem: Rogo ergo vos ego vinculus in Domino. Magna est & insignis dignitas regni, & consularis: est autem omnium maxima, esse vinculum proper Christum. Nihil enim est æquè præclarum, ac vinculus propter Christum, ac catena imposita sanctis illis manibus. Hoc est longè præclarus & magnificens, quam esse Apostolum, quam Doctorem, quam Euangelistam. Si quis diligit Christum, nouit id quod dicitur. Si quis vehementi ardore Domini, & nouit vim vinculorum, maluerit esse vinculus propter Christum, quam celos habitare. Fortè enim est hoc quoq; præclarus, quam sedere à dextris eius, & magnificens iudicandum & beatus, quam sedere super duodecim sedes. Si quis mihi daret optionm, aut vniuersi coeli, aut illius catena, quæ Pauli vincte sunt manus, illam ego praeponeam. Si quis me collocare, aut suprà cùm Angelis, aut cù Paulo vincto, carcere eligere. Si quis me facere, aut confessore illarū quæ sunt circa Thronum, Potestatum, aut eiusmodi vinculum, mallem esse talis vinculus. Nihil enim melius, quam male aliquid pati propter Christum. Si quis mihi daret, ut mortuos suscitarem, non hoc elegissim, sed catenā. Etenim nihil est illa catena beatius. Vellé nunc esse in illis locis, in quibus manent illa vincula, & videre catenas quas timent quidem, & horrent dæmones, reverentur autem Angeli. Si ab Ecclesiasticis curis esse remotus, & haberem corpus robustum ac validum, non recusarem tantam suscipere peregrinationem, ut viderem catenas & carcere, in quo vinculus erat Paulus. Si quis mihi concederet, ut viderem Paulum è celo despicientem, & vocem emittentem, aut è carcere, mallem è carcere. Qui enim sunt in celo, ad eum veniunt quando est in carcere. O beata vincula, o beatas manus quas ornauit illa catena, quæ Paulus est imposta. Non erant tam venerandæ eius manus, quæ Lystris claudū excitârunt, quam quæ erant circundatae vinculis. Si fuisset ego illis temporibus, tunc eas maximè esse complexus, & meis pupillis imposuisset. Non cessassim deosculari manus, quæ dignæ sunt habitoꝝ, quæ pro meo Domino vincirentur. Non tam beatu esse censeo, quod raptus fuerit in tertium usque celum, & in paradysum, quam quod coniectus sit in carcere. Non tam eum beatum pronuncio, quod verba audierit, quæ homini loqui non licet, quam quod vincula sustinuerit. Etenim sunt hæc illis quoque multò maiora. Est enim mihi magis expertendum, ut malè patiar pro Christo, quam ut honorar à Christo. Hoc Paulus quoq; cogitans dicebat, ut est verisimile: Si ipse, qui propter me factus est seruus, & gloriam exinanit, non existimat se unquam tam esse in glo-

^a Vide quanti faciat magnus hic doctor paulicatus.

in gloria, quam quando pro me fuit crucifixus, quid me non oportet pati? Audi enim eum dicentem: Glorifica me tu, pater. Quid dicas? Ad crucem duceris cum latronibus, & effosoriis, ut sceleratorum & execrandorum hominum mortem subeas: es conspuendus, & alapás subiturus, & hæc gloriam vocas? Certe, inquit: Nam pro his quos diligo, hæc patior, & hæc meritò ele gloriam existim. Si ergo Dominus meus, qui miseros dixit, & miserabiles, eā rem vocat gloriam, & eam præfert gloriæ, quæ est in fide paterna, multò magis ego hæc debeo purare gloriæ. Sic Pauli anima nihil est beatius. In quibufnam autem gloriatur? In vinculis, in afflictionibus, in catena, in stigmatibus. Vado enim, inquit, Hierosolyma alligatus spiritu, que in ea euētura mihi sunt ignorans, nisi quod spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protεstatur, dicens, quod vincula, & afflictiones Hierosolymis me manent. Propter hoc ergo, ut vincar propter Christum, ut moriar propter ipsum. Non solùm enim alligari, sed etiam mori paratus sum propter nomen Dñi mei Iesu. Quid hoc ergo est? Non erubescis, non verteris orbem terræ captiuus obiens, non times ne quis Deum tuum damnet imbecillitat? ne quis propterea non accedat? Non talia sunt, inquit, mea vincula; sciunt inquit resplendere vel in regnis. Ut vincula mea, inquit, manifesta fierent in omni prætorio: & multi ex fratribus in Domino confisi meis vinculis multò magis sine metu auderent verbum Dei loqui. Vides vinculorum maiorem potentiam, quam mortuorum resurrectionis? Vinculus fuit Romæ, & plures attraxit. Vinculus fuit Hierosolymis, & vinculus concionans Regem obstupecit, & Præsidem metu affecit. Metu enim affectus eum dimisit. Vinculus naufragavit, & naufragium prohibuit, & sedavit tempestatem. Cum esset ipse in vinculis, illud venenatum eum tetigit animal, & eo illæso cecidit. Vide autem hoc ubique fieri. Nam cum multis ei plagas imposuerint, & esset vinculus, idque rufus validus (eum enim in interiorum coniecerat custodiā) vel in hunc tunc valde securus, media nocte, quando valde remissi dormiunt, canebat, & Deum laudabat. Quid hac anima esse posset magis adamantius? Cogitat enim pueros quoque in igne ceciniſſe, & in fornace. Fortè enim ratiocinabatur: Ego nihil tale passus sum. Sed recte faciens oratio me ad alia rufus eduxit vincula, & alium earcerem. Quid agam? Volo tacere, sed non possum. Inueni alterum carcere illo multò mirabilem. Sed nunc arreſtis mihi adeste animis, perinde ac si nunc incipiāt orationem, montemque adhibeat alacrem, & vegetam. Volo orationem abruptare, ea autem non permittit. Non possum quiescere, non possum tacere, multa me circumfluunt. Nescio quid primum dicam, quid secundum. Quamobrem rogo, ne quis à me postuler ordinem. Magna est rerum cognitio. Longa fuit Pauli catena, & diu nos detinuit. Sed non propterea tacebo. Si enim ipse in carcere non tacuit, nec in flagellis: ego silebo sedens, cum dies sit, & loquens in magna animi quiete, & relaxatione? Et quomodo hoc fuerit cœsentaneū? Quis enim non stupeat, quis non admiretur, vel potius quis pro dignitate stupeat, & admiretur nobilem illam, magnitudine celo parenti Pauli animam, quod vinculus, & inclusus, & tanto interuallo disiunctus scriptis ad Philippenses? Scitis enim quantum sit spatium inter Romanam, & Macedoniam. Sed neque viae longitudo, neque temporis diuturnitas, neque molestia, ac turba negotiorum, neque periculum, & mala frequentia, neque aliud aliud charitatem & memoriam expulit discipulorum, sed de eis omnibus in animo cogitabat: & non tam catenæ vinculæ erant eius manus, quam desiderio discipulorum alligata erat, & fixa anima. Et quomodo Rex, qui thronum mane ascendit, & sedit in aula regia, protinus innumerabiles vnde accipit epistolam: Ita ille quoque sedens in carcere, tanquam in aularegia, longè plures frequenter accipiebat, & emittebat literas ijs quæ ubique erant gentibus, ad illius sapientiam de suis rebus omnia referentibus. Et eō plura quam Imperator administrabat negotia, quod maius ei creditum fuerat imperium. O Pauli potentia! Implicatus erat catenæ, & diademate redimitum Neronem feriebat. Sordidis erat induitus pannis, ut qui habitaret carcere, & magis quam purpura omnes conuertebat ad vincula sibi imposta. Super terrā stabat retentus, & deorsum intuens, & eo dimisso, qui erat in curru aureo, omnes illi attendebant, idque meritò erat enim visitatum spectaculum videre imperatorem in albō curru sedentem: hoc autem erat nouum & admirabile, videre capitum quælibet alloquente Imperatorem, atque Imperator seruam vitem & miserabilem. Magna circumstebat multitudo, & erant omnes seruus Imperatoris: admirabantur autem eum, non suum Dominum. Verum enim vero non animaduertebant, se leonem laudare ex vnguis, cum oporteret dicere ea quæ vere erant. Quæ nam verè ea sunt? Ea quæ sunt in celis. Quomodo veniet cum Rege celorum cum præclaro curru. Quomodo tunc Nero sedebit molitus & tristis. Si enim nondum erat tempus coronarum, & Athleta tantum est honorem consecutus: quando venerit Athleta, quanto honore fruetur? Erat inter alienos hospes, & peregrinus, & si in tanta tunc habetur admiratione, quando fuerit inter suos, quid non boni consequetur, quid non participabit,

quid

quid non adipiscetur? Nullus Romæ Imperator tantum est honorem afferens, quantum Paulus. Sed Imperator quidem foris iacet alicubi, Paulus autem medium ciuitatis, tanquam regans & vivens. Si autem hic, ubi sustinuit persecutionem, & ubi fuit vexatus & agitatus, tantum est honorem consecutus, quando venerit quid erit? Si ubi erat tabernaculum opifex, fuit adeo splendidus, quando venerit splendore contendens cum radijs solis, quid erit? Si cum tanta humilitate tantam superavit magnificientiam, quando venerit, quid erit? Res non licet effugere. Quis non pudore afficerit, quod tabernaculorum opifex in maiore fuerit honore, quam si qui in maiori habitus est admiratione, quam omnes Reges? Si autem hic ea facta sunt, quae sunt supra naturam, in futuro quātū magis? Quid in mundi gloria est Alexandro gloriosius, aut quid sublimius? Non viuis multa magna gesit, & præclarra? Non & gentes, & virbes subegit, & bella multa vicit, & prælia, & erexit trophae? Non existimat eis Deus tertius decimus à senatu Romanorum? Sed quod viuis quidem bella reū gereret, & victorias obtineret, cūm & Rex esset, & exercitus haberet, nihil mirum. Post mortem autem & sepulturam, ubique, & in terra, & in mari quotidie tam multa facere, hoc est quod maximam adserit admirationem. Vbi est enim (dic mihi) corpus Alexandri? ostende mihi, & dic diem in quo discessit. Sed non potueris. Pauli autem & præclarum corpus viderit qui ad maxime regiam venerit ciuitatem, & illustrem eius mortis diem, & vniuersitatem orbis terræ celebrat. Et res quidem illius, etiam sui ignorant: res autem huius sciunt etiam Barbari. Et Christi seru Sepulchrum est Regis atris splendidius. Nam ipse quoque, qui est inductus purpura, vadit corpus illius complexurus, & fastu deposito confitit orans mortuum, ut eius curam gerat apud Deum: Et tabernaculorum effectoris, & pescatoris, & mortui, tanquam defensoris egredi est qui est redimitor diademata. Idq; videris non solum Roma fieri, sed etiam Constantinopoli. Etenim hic quoque magnum Constantinum se magno honore esse affecturum existimauit filius, si eum deponeret in vestibulis pescatoris. Et quod sunt ianitores in regia Imperatoribus, hoc sunt in corpore Reges pescatoribus. Et hi quidem, tanquam loci Domini, teneant interiora: illi autem tangas quam accola & vicini satis habuerunt, si ianua aulae eis attribueretur. Et Reges quidem ministrorum & famulorum: qui sunt autem subiecti, tenent locum Regum. Quis nunc mihi dederit, vt Pauli circumfundar corpori, & sepulchro affigatur, & videatur puluerem illius corporis, per quod perusit vniuersum orbem terræ? quod, quæ deerant, Christo supplex? quod stigmata portauit? quod prædicationem ubique seminaruit? Puluerem corporis, per quod Christus est locutus, & lux illuxit quouis fulgore lucidior? & vox illuxit quouis tonitru dæmonibus terribilior? Neque enim tonitru est tam nobis terribile, quam illius vox fuit dæmonibus. Si enim horribilis eius vestes, & vocem quoque multò magis. Huius oris vellem videre puluerem, per quod Christus magna locutus est, & arcana, & maiora, qui per seipsum, per quod beatum illud verbum est locutus: Vellem esse anathema pro meis fratribus: per quod locutus est coram Regibus, & non erubuit: per quod fugiebant dæmones, non solum loquenterim audientes, sed etiam cūm procul essent: per quod compulit omnia quæ sunt in terra, quinetiam ea quæ sunt in celis, quomodo voluit administravit, illuc ligans & solvens quos volebat, pro sibi data potestate. Quis mihi ostenderit puluerem Pauli cordis, quod in unoquoque eorum qui peribant, inflammabatur, & infantes abortivus iterum parturiebat? Hoc desiderarem videre vel dissolutum, quod est celis sublimius, orbem terrarum latius, radio splendidius, igne calidius, adamante validius, quod nouam vixit hac vitam, nempe nostram. Vixio enim iam non ego, viuimus autem in me Christus, inquit. Fuit ergo cor illius cor Pauli, & tabula sancti spiritus, & liber gratiae: quod dignum fuit habitum, vt Christum amaret, vt nemo aliud: quod mortem despiciebat, & gehennam, & conterebatur à fraternis lachrymis. Quid enim facitis flentes inquit, & conterentes cor meum? Vellet videre puluerem manu Pauli, quæ erant in catena: per quarū impositionē suppeditabatur spiritus: per quas diuinæ scribatur literæ. Vidistis enim, inquit, quot literis ad vos scripsi manus: manus illas, quas cūm vidisset viperæ, cecidit in rogam. Vellem videre puluerem oculorum, qui pulchre fuerunt obsecrati, qui rursum affererunt ad salutem orbis terræ: qui digni sunt habiti Christum videre in corpore. Vellem illorum quoque pedum videre puluerem, qui orbem terræ obierunt, & non fuere despatigati: qui in ligno vincti erant, quando fuit terrenotus in carcere: qui tam habitabile, quam inhabitabile in orbis regionem peruerserunt. Et quid opus est dicere singula? Vellem illum ipsum videre leonem spiritalem. Quomodo enim leo ignem ex oculis emitteris in greges vulpium: ita in dæmonum, & philosophorum iruebat ceterum: & tanquam aliquod fulmen immisum irrumpebat in turmas diaboli. Neque enim diabolus aduersus eum prodibat in acie, sed vsque adeo timebat, & tremebat, vt si vel umbra vidisset, & vocem audiuisset eminus, protinus ausugeter. Cogitate & stupere, quale

² Oles Pauli illustris, qui celebret vniuersitatem orbis terræ.

³ Quid dicas hic heretice, qui sans etorū corpora despiciunt, & cōtemnit, nec esse colens dñus regnus? Vide quomodo extra te tantus hic doctor loquitur.

⁴ Locus optimus pro invocatione fandorū, & quod illi curam nostram gerant.

⁵ O heretice, si tu ris enim clariſſimi doctoris dignatus Pauli corpus, quomodo audeſt tu offa emor tua, et vite pululū appellare?

fit Roma

fit Roma visura spectaculum, Paulum repente surgentem è capsa cum Petro, & se extollentem, vt Christo sit obuiam: quale donum sit Roma ad Christum missura: quibusnam sit duabus coronis redimita, quibusnam sit aureis cincta catenis. Ccelum non est tam splendidum, quando sol emitit radios, quām cīuitas Romanorum has duas emittens lampadas per vniuersum orbem terræ. Quānam ergo oratio sufficit pulchris Pauli factis enarrandi? Aut quānam poterit lingua consequi huius encoria? Situ enim Prophetæ præclarum aliquid effecerunt, siue Patriarchæ, siue iusti, siue Apostoli, siue Martyres, hæc omnia Paulus adē summè habet comprehensa, vt nullus magis illorum possederit id quod habebat bonū. Quando ergo quācunque sunt bona inter homines, vt vna comprehendit anima, & omnia insigniter, non solum autem quae sunt hominum, sed etiam qua Angelorum, quomodo afferuerunt laudū magnitudinē? Quia non ergo fuerimus digni condemnatione, si cūm vnu homo omnia in se bona sit complexus, nos ne minimam quidem eius partē imitari studeamus? Nam ex multis quidem alijs recte factis habetur Patriarcha in admirationē, maximè autem ex eo quod suū sacrificauit filiū. Isaac vero propter patientiam, quod cūm à suis expelleretur finib; non restitit, sed suis omnino cesit possessionib; donec eorum qui ei molestiā adserabant, iniustiā satiavit cupiditatē. Porro autem Jacob quoq; propter fortitudinē, atq; patientiā. Et David propter mansuetudinē. Et Elias, quod fuerit zelo periculis pro Domino. Sed quid cum Paulo fuerit conferendū, qui hæc omnia simul insigniter est cōplexus? Neq; enim ipse sacrificauit filium, sed seipsum sacrificauit millies. Nec ex proprijs solum fuit expulsus finib; sed & terrā & mare, & Græciā, & Barbariam, & vniuerfam, vt semel dicā, terram, quānta Sol aspicit, obicit, tanq; alatus, tractus, verberatus, lapidibus appetitus, quotidie moriens. Neq; bis septē annos seruit, testu diei adustus, & frigus noctis perpessus, sed totam vitam transfigens in fame, & nuditate, catenisq; carceribus, infidilijs, & periculis. Lenitatem verò & mansueritudinem quis magis quidem, imò vero quis æquè atq; Pauli anima vtraq; hæc factis recte praestitit? Si autem eius zelum aspiceris, tantum videbis eum superare Eliam, quantum ille fuit alijs Prophetic superior. Sed Ioannes quidem comedebat locutas, & mel agreste: hic autem versabatur in medio orbe terrarum, sicut ille in deserta solitudine, locutas quidem & mel agreste non comedens, sed hac longè frugaliorem sibi mensam apponens, & nec necessarium quidem habens alimentum propter studiū prædicationis. Refat de cætero, vt eum exæquemus Angelis. Nemo autem id quod dicimus, nimia arguat audaciæ. Si enim Ioannem scriptura vocavit Angelum, quid mirum, si eū qui est omniū præstantissimus, contulerimus cum illis Potestatibus? Etenim quidnā sit homo, & quanta sit nostra naturæ nobilitas, & quantæ virtutis sit capax, hoc animal, maximè omniū ostendit Paulus, & nunc stat, ex quo factus est clara voce Dominū defendens aduersus eos qui nostrā reprehendunt constitutionem, & ostendens inter Angelos & homines non multum interest, si nobis velimus attendere. Non alia enim fortius natura, neq; alia adeptus animam, nec alium mundum habitare, sed in eadē regione, legibusq; , & moribus educatus, omnes homines superauit, qui fuerunt, ex quo nati sunt homines. Et quomodo mortuus in mortuum fuerit immobilis, ita naturæ insultus accuratè sapiens, in nulla re humani aliquid vñquam passus est. Si ergo Paulus, qui tot rebus recte gestis erat præclarus, & tanquam Angelus videbatur in terra, quotidie studebat lucrifacere, & stare in acie aduersus pericula veritatis, & sibi merces colligere spiritales, & nunquam confistere, quānam fuerit relicta nobis excusatio, qui non solum sumus vacui omnibus recte factis, sed etiam tam multis subiecti delictis, quorum si vel unum nobis absit, sufficit ad nos deducendos in barathrum perditionis: & nihil studij ponimus vt ea saltē corrigamus: tantum abest, vt virtutis opera attingamus? An non erat ille eiusdem cuius nos sumus, natura? Incendit enim huius viri desiderio, & ideo non cessò circa idem astidū versari, & tanquam ad exemplar aliquod archetypum ad eius animam intuens, considero vitorum despiciantiam, insignem magni fortisq; animi virtutem, amoris in Deum ardorem: & valde miror, quemadmodum in vniuerso quidem virtutum cœtu vnu homo volens se recte gesferit: nostrum autem vñquisq; in re quidem qualicunque se velit recte gerere. Quis nos liberabit à supplicio ineuitabili, cum Paulus tantam ostenderit virtutem, qui est eiusdem nobiscum nature particeps, qui est obnoxius eiusdem animi perturbationibus, qui conflitans est cum tanta temporum difficultate, & quotidie, vt semel dicam, trahebatur, lacerabatur, & publicè conuellebatur ab iis qui bellum gerebant aduersus prædicationem? Ne autem ex nostra lingua audit aliquis, quæ hic beatus recte gesit, magnique, & excelsianim virtutem, quam quotidie ostendit pro prædicatione Euangeli, neceſſe est ipsum audire dicentem: In eo autem quod audet aliquis, insipientiam dico, audeo & ego. Confiderat pium & religiosum antrum. Non solum audaciam rem vocat, sed etiam, insipientiam, nos erudient non temere absque necessitate, nemine cogente, gloriose profere, quæ à nobis facta

⁶ Vides sanctorū memoria, & prisgnoribus ciuitates illustratis

facta sunt, si aliqui ex nobis inuenti fuerint, qui aliquid boni fecerint. Hebrei sunt, & ego. Israëlitæ sunt, & ego. Semen Abrahæ sunt, & ego. Propter hæc, inquit, sibi placent, & se magnificè circumspiciunt. Ne existimant nos his defici: Nam nos quoq; sumus eorum de participes. Deinde subiunxit: Ministri Christi sunt? Despiens loquor, plus ego. Hic mihi contemnere beatæ huius animæ virtutem. Quoniam enim & audacia & insipientia vocavit id quod ab eo factū est, etiā si esset ad tantā redactus necessitatē, ne sic quidem contentus fuit ijs quæ dicta sunt: sed quando erat ostēnitus fē eos longè superare, ne quis exigitaret eum hēc loqui, inducū nōmio sui amore, rursus vocat insipientiam id quod a se dicit, & propemodum dicens: An non scio me rem facere, quæ vulgo fit, & quæ me non decet? Sed me cogit multa, quæ ed me impulit necessitas. Quare mihi, inquit, ignoscite loquenti verba insipientie. Huus vel vmbra, saltem nos imitemur, qui tam multa peccatorum onera habemus impo- sita. O sepe, si parvum aliquid recte geramus, ne hoc quidem sustinemus recordere intra cor- di penetralia: sed propterea quod hominum venemur gloriam, id gloriōse traducimus, & in medium proferimus, & propter intempestiuas has nugas nos Dei priuamur remuneratio- ne. Sed non sic ille beatus: Sed cūm dixisset, Plus ego, enumerat deinceps ea quæ fortiter gesserat, & dicit: In laboribus abundantius; in plagiis supra modū; in mortibus frequenter. Quid dicit? Nouum quid est, & admirabile id quod a te dicitur. Licetne morte sepe subire? Certe, inquit, si non experientia quidē, at voluntate: docens nos, quod alsiduē talia adibat pericula propter prædicationē, quæ mortē ei pariebant. Sed Dei gratia in ipsiis medijs periculis conseruabat Achletam, ut ad discipulos magna ex eo rediret vtilitas. Id autem rursus, quod deinceps subiungitur, ut semel dicam, obſcurat omnia quæ dicta sunt. Quis enim, inquit, est in- firmus, & ego non sum infirmus? Quis scandalizatur, & ego non vror? Papē quanta est hu- ius viri benignitas & benevolentia, quanta vigilancia, quanta sollicitudo? Cuiusnam matris sic dissecabantur viscera, eius filio febricitante, & in lecto iacente, ut hic sanctus pro his qui erant in unoquoque loco infirmi, magis erat infirmus: & pro ijs qui scandalizabantur, vrebatur? Considera enim mihi emphalism dictionis. Non dixit, qui scandalizatur, & ego non crucior? Sed vror, inquit: nobis intensum dolorem significans, & mirum in modum osten- dens se intrinsecus inflammari, & accendi pro ijs qui patiuntur scandalū. Scio me extendisse orationem in magnam longitudinem. Sed qñcī quomodo cūm incidissim in diuinis rectē factorum hujus sancti, tanquam ab aquarum vehementissimo impetu lingua mihi trahebatur. Quamobrem in hoc loco sistens in orationem, rogo vestram charitatem, ut eum alsiduē in mente circunferatis, & hoc alsiduē cogitetis, quod cūm eandem quam nos habe- ret naturam, & esset subiectus, iisdem affectionibus, essetque eius studium vile & abiectum, ut qui pelles confueret, & stare in officina, postquam se voluit dedere virtutis laboribus, & se dignum reddere, qui susciperet spiritum sanctum, largam munificentiam fuit consecutus à superiori. Quam detur nobis consequi gratia & clementia Domini nostri Iesu Christi: Cui gloria & potentia cum Patre & sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum num- quam desinentium.

A M E N.

Habetur in opere eius in gloriā plurimorū mār- tyrum editio ab 28.
¶ Quid anno re- uolutu Paulus eas- dem tamē die qua Petrus occisus sit,

a sacris alijs os- tōribus nō tene- tur, sed quod eodē propositus & anno

et die.

2 Habes sancti A-

postoli inuocato-

re, habes & quod

inuocatus adi-

gitur.

3 Inuocatus ab

boc homine Pau-

lus adeit.

4 Videas verā per-

missionem nō esse for-

sum nouam virā,

sed cum ea dolorē

de peccatis cb̄m-

misi.

MIRACVLVM A D. PAVLO APOSTO-

lo factum, per B. Gregorium Turonensem Archiepiscopum scriptum.

Daulus Apostolus post revolutum anni circulum ipsa die qua Petrus Apostolus passus apud vrbem Rōmam gladio percussus occubuit, ex cuius sacro corpore lac defluxit, & aqua. Nec mirum si lac eius manauit ex corpore, qui gentes incredulas & parturivit, & peperit, ac lacte spirituali nutritas ad cibum solidum scripturarum sanitatis opaca referendo perduxit. De cuius virtutibus multa quidem audiuum. Sed de plurimis vñ tantū miraculū studiuimus declarare. Factū est in quadam loco, ut homo laqueum sibi ad extorquendam vi- tam, instigante diabolo præpararet. Cumq; secundum cellulę in qua hēc ageret, reperisset funem, trabi transmissum laqueum coepit innectere, nomen tamen semper Pauli Apostoli in- uocabat, dicēs. Adiuua me sancte Paule. Et ecce vmbra squallida atq; funelta, quæ nihil minus vultu q; diabolū simulabat, apparuit ei, horfās ac dicēs: Eya age ne morētis, expte celerius qđ cœpisti. At ille cūm hoc opus vitę extorquende pararet, semper aiebat: Beatisime Paule adiutor meus. Deinde expedito laqueo cū vhemētissimē vrgeretur ab vmbra, vt collū immitteret, subito adfuit alia huic similis, dicēs ei qui cū hoīe erat: Fuge miserrime. En Paulū Apostolū huc venientē, 3 inuocatus enim ab hoc homine, ecce adeit. Tunc euanscentibus vmbbris hēc ad sensum suū reuersus, & crucē virtutis dominicē pectori nutati depingens, 4 pœnitentia genis lachrymarū imbre perfusus aegbat cur ista tēstafet: vnde manifestū est, hūc sūndē hominem per virtutem beati Apostoli ab hoc sanguine mortis pœcipitio fuisse salutū.

VITA

VITA SANCTI IOANNIS

Apostoli & Euangelista ex diuersis autoribus collecta.



O ANNES Apostolus quem Iesu amauit plurimum, filius Zebedæi, frater ^{¶ x libro D. Hieros} Iacobi Apostoli, quem Herodes post passionem Domini decollauerat, noui- ^{nymi de virtus illius.}
fimus omnium scriptis Euangelium, rogatus ab Asia Episcopis, aduerlus Ce- ^{¶ Qua hic rescript}
rithum, alioq; haereticos, & maximè tunc Ebionitarum dogma consur- ^{Hierony. de secula}
gens, qui ase iunct Christum ante Mariam non fuisse. Vnde & compulsius est ^{da & tercia loqua}
diuinam eius nativitatem edicere. Sed & aliam causam huius scriptura ferunt: quod cūm ^{nus epistola, nō se}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{cundu suā opinio-}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{nem rescript, sed alio}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{sum quorundam,}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{vi idemmet in his}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{bro de viris illis}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{scrib. in vita Papie}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{teatur. Nam ipse}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{cas quoq; Ioannis}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{Ambrasus, ubi hec}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{verba ponit, Iacobus}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{Petrus, Ioannes}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{Iudas Apollonius}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{Vide in epistola ei-}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{ius ad Paulinū ins-}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{cipiente: Frater}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{Apolotheisse tener-}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{Vide in epistola ei-}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{ius ad Paulinū ins-}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{scriptas, quā succin-}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{glas etc. Qod nō}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{efest verum si se}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{cunda illa & ter-}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{tia Ioannis nō ef-}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{sent. Sed ex a tota}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{Ecclesia p epistolis}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{Io. Apostoli rece-}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{pte sunt, vt patet}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{ex multis Concio-}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{llis et dictis sancto-}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{fum. Verus vide}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{cundū D. Hieron-}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{aperte hoc dicentē}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{in epistola ad Eu-}
legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię: Se vera ^{grium.}

Ex epistola eiusdem ad Principem virginem in Epiphilio Marcellum T. o. pri mo folio. 40.

Ex lib. eiusdem primo cōtra Io: unianum T. o. folio 12.

2 Vlde præstantia virginis supra coniugum, quam multi carnates bō die non possunt in telligere. Ibidem.

GG

à Do-

à Domitiano principe ob Domini martyrium relegatus; Apocalypsim infinita futurorum mysteria continentem. Refert autem Tertullianus, quod à Nerone missis in ferentis olei dolium, purior & vegetior exuerit, quam intrauerit. Sed & ipsum eius Euangelium multum dicit à ceteris. Matthaeus quasi de homine incipit scribere: Liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham: Lucas à sacerdotio Zacharie: Marcus à prophetia Malachiae prophetæ & Eliae. Primus habet faciem hominis, propter genealogiam: secundus faciem vituli, propter sacerdotium: tertius faciem leonis, propter vocem clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Ioannes vero noster, quasi aquila ad superna volat, & ad ipsum patrem peruenit dicens: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum, &c. Exposuit virginitas, quod nuptiae scire non poterant: & vt breui sermone multa comprehendam, doceamusque cuius priuilegiū sit Ioannes, imo in Joanne virginitas: à Domino virgine, mater virgo, virginī discipulo commendatur.

Ex libro 3. com. mentariorū eius in epistolam ad Galat. cap. 6.

Beatus autem Ioannes cum Ephesi moraretur vsque ad ultimā feneſtūtem, & vix inter discipulorum manus ad Ecclesiam deferetur, nec posset in plura vocem verba contexere: nihil in aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc, Filioli diligite alterutrum. Tandem discipuli & fratres qui aderant, radio affecti, quid eadē semper audirent, dixerūt: Magister, quare semper hoc loqueris? Qui respondit digna Ioanne fenantiam: Quia praeceptum Domini est, & si solum fiat, sufficit. Cum vero apud Antiochiam post Euodium Ignatius, Hierosolymis quoque Simeon secundus post Jacobum fratrem Domini iisdem temporibus gubernat Ecclesiam, superest adhuc apud Asiam demorabatur ipse ille, quem amabat Dominus Iesus, Apostolus simul atque Euangeliū Ioannes, Ecclesiarum que inibi erant gubernacula reges, post Domitianū (vt diximus) obitum regreflūit ex Insula. Quod quia ita se habeat, duobus fidibus testibus approbabō, Irenaeus & Clemens Alexandrinus huic veritati astipulanter: in secundo aduersus haeresis libro. Irenaeus hoc modo scribens: Et omnes, inquit, presbyteri testes sunt, qui in Asia Ioannem discipulum Domini viderunt, & sciunt hæc tradidisse Ioannem, qui & permanit apud eos usque ad tempora Traiani. Item in tertio eiusdem operis libro, idem scriptor de eisdem ita testatur. Ecclesia, inquit, quæ est apud Ephesum, à Paulo quidem fundata est, à Ioanne vero adiuncta, qui permanit in ea usque ad tempora Traiani. Habes hunc testem fidelē de Apostoli temporibus contestantem. Accipe quid etiam Clemens (cuius pariter promissimus testimonium) dicat, historiam quandam per necessariam simul texens, quam nos quoq; si inferamus, utilem fore legentibus credimus. Sribit ergo hæc: Audie, inquit, fabulā, & non fabulā, sed rem gestam de Ioanne Apostolo, & memoris omnium traditam. Cum post tyranni obitū de Pathmos insula Ephefum redire, rogabatur etiam vicinas lustrare prouincias, quæ vel Ecclesiā fundaret, in quibus non erant locis: vel in quibus erant, sacerdotibus ac ministris instrueret, secundum quod ei de vnoquoq; spiritu sanctus indicaret. Cuius igitur veniſet ad quandam urbem hanc longe positam, omnibus Ecclesiasticis solenniter adimplatis, vidit iuuenē quendam validū corpore, & vultu elegante, sed & animis acrem nimis respiciensq; ad Episcopū qui nuper fuerat ordinatus, hic, inquit, tibi summo studio commendo sub testimonio Christi & totius Ecclesiæ. Tum ille suscipiens, omnem se adhibitorū sicut præcipiebat, diligentia pollicetur. Sed iterum atq; iterum eadem sapientia repetens, iuuenē cōmendabat attentius, & post hæc Ephesum rediit. Tū vero presbyter, in domum suam adolescentem suscepit commendatū, & cum omni diligentia enutrit, amplectitur, sonet, ad ultimum etiam baptismi gratia tradit. Post hæc iā velut confidens gratia, qua fuerat cōmōnitus, paulò indulgentius iuuenē habere cepit: sed ille vbi aetate immatura libertate potius est, continuo per equos, quibus luxus & delicia cordi est, amare virtutem, & corruptam vitam incedere tramite perdoceatur. Et primò quidem conuiutorū illecebris decipitur, inde nocturnis cum furtis sociū sibi participemq; consescunt: post hæc etiam ad maiora flagitia pertrahunt: cum interea sensim iuuenis formabatur, & instruebatur ad scelerā. Et quia effectus acer ingenio: sicut equus infrenis & validus, diri mortibus obfirmatus, recti itineris linea derelinquens, festo contempto, rapido cursu totus fertur in præceps, ita succedentes sibi malis, vt desperationem sibi quoq; à Deo præstite salutis acceperit. Dignatur iam de partibus sceleribus cogitare, grandia quæq; molitur: & ex integrō perditioni se tradens, nullo inferiori esse in flagitiis patitur. Denique illos ipsos, qui prius magistri criminum fuerant, discipulos facit, & latronum ex his turram, quibus ipse dux & princeps violentus præcesser, instituit, & cum his omni crudelitate graſſatur.

Verū tempore elapo (cum rei ita poposcisset utilitas) inuitatur iterum ad illam urbem Ioannes, & cum cetera (quorum gratia venerat) ordinat̄: Age, inquit, o Episcope, depositū repræsenta, quod tibi ego plane & Christus commendauius, Ecclesia teste, quam regis. At ille obſtupuit, primò pecuniam putans a se reposci, quam non acceperat. Sed rursum considerabat

rabat nec posse fallere Ioannem, nec quod non dedit, querere. Hæredit ergo stupens. Quæ Ioannes hærentem videns, juuenem illum, inquit, repeto abs te, & animam fratris. Tu grā uiter suspensus senior, & in lachrymas resolutus: ille, ait, mortuus est. Quomodo, inquit, vel quali more? Deo, ait, mortuus est, quia pessimus & flagitiosus euasit, ad ultimum etiā latronium adgressus est. Denique nunc montem quendam: cum multa latronum manu occupauit. Quibus auditis Apostolus vestem continuo, qua erat induitus, scidit, & cum ingenti gaſtu foris caput suum, bonum te, inquit, custodem fratris anima dereliqui. Sed iam nunc mihi equus paretur, & dux itineris. Et confessum ab ipso Ecclesia ascendens, concitus proparabat. Cumq; peruenisset ad locū, attinetur ab his latronibus, qui custodias obſeruabant. At ille neque prorūtus declinare vsquam nitens, ingenti tantum voce proclamabat, quia ad hoc ipsum veni, adducite mihi principem vestrum. Qui cum veniret armatus, eminus agnito Ioanne Apostolo, pudore actus, in fugam vertitur. Ille quoq; post eum admitti confessum inseguunt fugitantes, etiam etatis oblitus, simul & clamans: Quid fugis o fili patrem tuum? Quid fugis inernem senem? Misericordia, noli timere, habes adhuc spem vite. Ego Christo rationem reddam pro te. Certè & mortem libenter pro te excipiam, sicut & Dominus exceptit pro nobis, & pro tua anima dabo animam meam. Sta tantum, & crede mihi, quia Christus me misit. At ille audiens, refutat, ac vulnus demilit in terram: polt hoc arma proiecit, tum deinde tremefactus flebat amarissime, & acceditens ad se senis genibus, prouoluitur, gemitis & vulturibus quibus poterat satisfaciens, & vberimis lachrymarum suarum fontibus iterū baptizabatur, occultans solam dexteram suam. Apostolus vero iusserunt sacramento se ei à salvatore impetraturū veniam pollicens, simulq; gemib⁹ eius prouolutus, atq; ipsam dextera, ex cuius cœdī conscientia torquebatur, tanquam iam per penitentiam purgatam defolculans, ad Ecclesiam reuocat, & indefinenter pro eo orationes profundens, & cum ipso pariter dicens & crebra ieiunia, indulgentia ad Deo, quæ ei pollicitus fuerat, expetebat. Sed & va tibi sermonum consolationis, velut quibuldam præcantationibus efferos & exterritos eius animos mitigabat. Nec prius ablitū, quæ eum in omnibus emendatum etiam Ecclesiæ præficeret: præbens per hoc magna exempla vera penitentia, & documentū ingens nouæ re generationis, atque insignia quedam & trophea visibilis in eo resurrectionis ostendens. Hæc à Clemente dicta, non solum ad scientiam rerum, sed & ad utilitatem legentium profutura, hunc in nostris quoque libris teneant locum.

*4. Vides hic quod
crebra ieiunia, eas
dant ad experte
dam veniam in gen
tium peccatorum.
Quid ad hoc dicit
hereticis?*

Eiusdem cap. 143

Age iam etiam huius Apostoli quæ sint scripta, quæ in autoritate habeantur, cū his pariter explicemus. Est igitur primo Euangeliū nominis ipsius, quod in omni orbe personuit. Quod autem post cetera tria Euangelia quarto à veteribus statutū est loco, hæc erit ratio. Venerabiles & verè Deo digni Apostoli Christi, cum essent in omnibus puritate vitae & animi virtutibus clari, non magnipendebant sermonis ornatum: quippe in quibus anima erat diuinis ornata virtutibus, simul & signori gratia quæ eis à Domino nostro Iesu Christo concessa fuerat: qua confidentes, non in sua oris humanae sapientię verbis summā prædicationis dominicae collocabant, sed in ostensione spiritus & in virtute, per quæ mirabilibus consummatis, & verborū suorū fide facta, vniuerso orbi regni celorum scientia trididerunt, parvidentes plures libros condere, quod huiuscmodi prædicationis assertio, non arguento humani sermonis, sed adstipulatione diuinae virtutis indigebat. Deniq; Paulus, qui inter omnes Apostolos eruditior etiam in verbis videtur, & in sensibus præpotens, non amplius quam paruum epistolularum suarum corpus reliquit, qui vtiq; immensa cōtinueret intra hec atq; immensa sacramenta, vt pote qui etiā usque ad terrum celum raptus quæ gererentur inspicerat, & in ipsum quoque Deo dignū paradyfum adductus, audierat ibi ineffabilia verba, & doctrinā (quæcunq; illa mihi est) sive corporeis, sive incorporeis, illius interim scholæ discipulus effectus, exceperat. Sed & reliqui Domini ac Salvatoris nostri discipuli, nō solum ex illis duodecim, sed & si qui extra hunc numerū, de schola tamē Dñi & salvatoris nostri, sermone aliquo, diuinitus inspirati, memorie reliquerit, breue hunc, & succinctū per omnia esse voluerūt. Igitur ex ipsis discipulis Domini, Matthaeus tantum modō & Ioannes ad scribendū appulisse animū traduntur, necessitate quadā in hoc ipsum prouocati. Matthaeus enim primò Hebreis prædicauerat. Verū cum pararet transire ad gētes, patria lingua scripturā cōpositū, & ea quæ prædicauerat comprehendens, dereliquerat his ad memoriā a quibus proficisciēbatur, vt gentibus prædicaret. Post hunc Luce & Marci scriptura Euangelica secundū eās cauas, quas superius diximus, edita. Ioanne vero tradunt usq; ad ultimum penē vite sue tempus, absque villius scripturę indicis Euangelium prædicasse. Sed eīn horum trium Euangeliorum, etiam ad ipsum notitia peruenissem, probasse quidem dicitur fidem & veritatem dicatorū, deesse tamē vidi aliqua, & ea maximē, quæ primo prædicationis sive tempore Dominus gesserat. Certū enim est, quod in superioribus tribus Euangelis hæc videntur sola contineri, quæ in eo gesta sunt anno

GG ij quo

quo Ioannes Baptista vel inclusus est in carcere, vel punitus. Deniq; si obserueres, statim in initij narrationis posteaquam refert Matthæus de quadraginta dieru ieunio, & de tentatione eius, continuo subiicit, dicēs: Audiens aut̄ quia Ioannes traditus est, discipulis de Iudea, & venit in Galilæam. Sed & Marcus similiter, posteaquam (inquit) traditus est Ioannes, venit Iesu in Galilæam. Lucas verò etiam priusquam incipiat aliquid de actibus referre Iesu, dicit: Quia adiecit Herodes super omnia mala quæ gesserat, & conclusit Ioannem in carcere. Quia (inquit) ab his hæc videbantur omilla, rogatus dicitur Ioannes Apostolus, vt ea quæ prætererant priores ante traditionem Ioannis, Saluatoris gesta conscriberet. Et ideo dicit in Evangelio suo: Hoc fecit initium signum Iesu. Et iteru in alio loco indicat, dicens: Nondū enim Ioannes erat missus in carcere. Ex quibus constat, quod ea quæ, antequam Ioannes tradetur, à Iesu fuerant gesta describitur. Et ideo si quis hoc diligenter considereret, euidenter inueniret, non sibi Euangelia diflonare, sed alterius temporis gesta esse quæ scribit Ioannes, alterius verò quæ cæteri. Vnde quia natuitatem secundū carnem Saluatoris, vel Matthæus, vel Lucas descriperant, pericul hoc Ioannes, & à Theologia arque ab ipsa eius diuinitate fumit exodium. Quæ pars sine dubio ipso velut eximio per spiritum sanctū referuntur est. Hęc etiam de Ioannis Euangelio dicit sine. Notum esse noui vestre scaternitati, qui sit ille discipulus quem diligebat Iesu, Ioannes videlicet ipse, qui hoc scripsit Euangelium, atque ideo suam personam maluit indiciius refū accidentium, quām proprio designare vocabulo. Diligebat enim eum Iesu, non exceptis cæteris singulariter folium, sed prie cæteris quos diligebat, familiarius vñū: quem specialis prærogativa castritas ampliori dilectione fecerat dignum. Omnes quippe le diligente probat, quibus ante paſſionē loquitur: sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Sed hunc p̄r omnibus diligit, qui virgo electus ab ipso, virgo in ævum permanxit. Tradunt namq; historiæ, quod eum de nuptiis volentes nubere vocauerit, & propere quæ à carnali voluptate retraxerat, potiore sui amoris dulcedine donavit. Denique morturus in cruce matrem suā ei cōmendauit, vt virginem virgo seruaret, & ipso post mortem ac resurrectiōnē celos ascenderet, non decesseret eius genetrici filius, cuius carra vita castis eius tueretur obsequiis.

Ponit & aliud suæ personæ beatus Ioannes indicū, subiungens. Qui & recubuit in cena super pectus eius, & dixit: Domine quis est qui tradet te? Hoc quomodo gestū sit, superiora huius Euangelij loci plenius ostendunt, quia videlicet in cena quam ultimam ante paſſionē eum discipulus Saluatoris habuit, in qua eorū pedes lauit, & eis; corporis ac sanguinis sui tradidit mysteria celebranda, discipulus ille quém diligebat, super pectus eius recubuerit, & cum dixisset eis: Am̄ amēn dico vobis, quia vñus ex vobis me tradet, respondit ille discipulus, innuente Petro, vt interrogaret, & diceret ei: Domine quis est? ait Dominus, Ille est, cui in eiusmē panē porrexero. Quod aut discipulus ille supra pectus magistri recubuit, non presens solummodo dilectionis, sed futuri erat signū mysteriū. Figurabatur etenim iam tunc Euangelij, quod idē discipulus erat scripturæ, vberius atq; alius cæteris sacra scripturae paginis arcana diuinæ maiestatis esse comprehensurum. Quia enim in pectore Iesu sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi, merito supra pectus eius recubebat, quem maiore ceteris sapientiae & scientiae singularis munere donat. Ceteros quippe Euangelistas nouimus plura de miraculis Saluatoris nostri, paucaiora de diuinitate loquitos: Ioannes aut̄ per pauca scribens de humanis actibus, potius se exponendis diuinæ naturæ indidit arcanis, patenter insinuans, quanta de pectore Iesu fluenter doctrinae coelestis (qua nobis eructaret) haudetur. Et paulo post: Et non dixit ei Iesu, quia non moritur. Sed sic volo eum manere donec veniam, quid ad te? Non ergo putandū, quia discipulus ille non sit mortuus in carne, quia nec Dominus hoc de illo futurū prædixit. Et Psalmista ait, quis est homo qui viuit, & nō videbit mortem? Sed potius ita intelligendū, quod cæteris Christi discipulis per paſſionē cōsummatum, ipse in pace Ecclesiæ aduentu suę vocationis expectauerit. Et hoc est quod Dominus ait: Sic eum volo manere donec veniam, nō quia & ipse multos ant̄ labore pro Domino pressuris; majorum nō tolerauerit, sed quia ultimū in pace seniū finierit, ut pote in Ecclesiis Christi per Asia, quā regebat, iā lōgē lateq; fundatis. Nam & in actibus Apostolorū cū ceteris Apostolis flagellatus inuenitur, quād ibat gaudentes à cōspectu Cōcilij, quoniā digni habiti sunt pro nomine Iesu cōcūmelia pati. Et à Domitiano Cæsare in feruentis olei dolium missus in Ecclesiastica narratur historia, ex quo tamē diuina se protegēt gratia, tā intactus exierat, quām fuerat à corruptione cōcupiscentię carnalis extraneus. Nec mulrō post ab eodē principe propter insuperabilem euangelizandī constantiā, in Pathmos Insulā exilio relegatur, vbi humano licet destitutus solatio, diuinæ tamen visionis & allocutionis meruit crebra consolatione reuelari. Denique ibidē Apocalypsim quā ei Dominus de statu Ecclesiæ presenti vel futuro reuelauit, sua manu conscripsit. Vnde constat, præmissionem sic manūdū donec veniret Dominus,

*Ex venerabilis Bes
do in homilia E
uangelij, dixit Ies
sus Petro, Sequens
re me.*

non eō pertinere, quod sine labore certaminis victurus esset in mundo, sed illō potius, quod sine dolore paſſionis transiit in mundo. Sicut enim in Patrium literis inuenimus, cū longo conlectus senio, cōret imminere sibi diem recessus sui, conuocatis discipulis suis, post monita exhortationum, ac misiarum celebrationem, ultimum eis vale fecit. Deinde delcendens in defolium sepulturæ suę locum, facta oratione, appositus ad patres suos, tam liber à dolore mortis, quām à corruptione carnis inuenitur alienus. Atq; ita completa est veridica Salvatoris sententia: quia sic cum voluerit manere, donec ipse veniret. Et in continentibus subditur: Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia verum est testimonium eius. Nam manifeste beatus Ioannes suā personam designat ex officio, quam designare virat ex vocabulo. Non aut præterente inueniendum quod dicitur: Qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. Perhibuit, quippe testimonium verbo Dei predicando, perhibuit scribendo, perhibuit denū eadem quæ scriperat docendo, perhibuit etiam nunc Euangelium quod scripsit. Ecclesiis legendum pandendo. Siquidem à tempore dominice paſſionis, resurrectionis, & ascensionis in cœlum, usque ad ultima Domitiani principis tempora, per annos cōciter, lxxv, abfque vlo scribendi administriculo verbi Dei prædicabat. At vbi à Domitiano, qui secundus post Nerō Christianorū persecutor exiit, in exilium missus est, irrumpentes in Ecclesiā heretici quasi in destituta pastore ouilia lupi, Marciō, & Chērithus, & Hebion, ceteriq; Antichristi, qui Christum ante Mariā negabant, simplicitatē fideli Euangelioq; peruerfa maculauerū doctrina. Sed dum ipse post occisionem Domitiani, permittente pio principe Nerua rediret Ephesum, compulsius est ab omnibus penē tunc Asia Episcopis, & multarum Ecclesiæ legationibus, de cōterna patri diuinitate Christi altius facere sermonem, o quod in triū Euangelistarū scriptis, videlicet Matthæi, Marcii, & Lucæ, de eius humanitate, ac de his quæ per hominem fuisse possunt, sufficiens sibi viderentur habere testimoniū. Quod ille non se aliter esse faeturum respondit, nisi inde ī ieunio s omnes in commune Dominiū precarentur, vt illo digna scribere posset. Et hoc ita patrato instrutus reuelatione, ac spiritus sancti gratia inebriatus, omnes hereticorū tenebras potestate facta, subiit veritatis luce dispulit: In principio (inquit) erat verbum, & verbum erat apud Deū, & Deus erat verbum. Similemq; iniciis totū sermonis sui cursum faciens, Dominū nostrū Iesum Christum sicut verum hominem, verè ex homine temporaliter factū, ita etiā verū Deum, verè ex Deo parte cōternaliter natū & cum spiritu sancto semper assistentē, clarissima assertione perdocuit, immo omnia diuinæ veritatis & veræ diuinitatis, quantū alteri mortaliū nulli licuit, arcana reūserauit. Et hoc virginī priuilegiū recte seruabatur, vt in scrutanda verbi incorruptibilis sacra-menta, ipse incorrupto nō solum corde, sed & corpore prodiret. De cuius dictoriū veritate q; sit nemini ambigendū, ipse quoq; curauit ostendere, qui cum dixisset: Hic est discipulus qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: continuo subiicit, & ait: Et scimus quia verum est testimonium eius. Quia ergo & nos cū ceteris fidelibus scimus quia verū est testimonium eius, ceterū per omnia cū recta fide intelligēdo, recta operatione exercēdo quæ docuit, ad dona semper promisit, peruenire per Dūm nostrū Iesum Christū, qui viuit & regnat cū Deo, &c.

ITEM VITA AD HVC ALIA BEATI

Ioannis Apostoli & Euangelistarū,
Apud Simeonem Metaphrasten.



V A M parum absit homo ab Angelis, quodq; iphi possibile sit vñā cum illis veriari, viciniusq; aſſtare, imd̄ etiam Deum imitari posse, quodq; multo ma- ius est, filius illius ſuixta gratiam effici, ostendit p̄r omnibus magnus hic Euangelista, & Apostolus, matre quidem virgine ditatus, dignus autem habi- tus, qui Christi frater vocaretur, iphiq; factus socius & particeps arcatorū. Ve- rum ipamē diuinā oracula voce maxima prædicant Dei in seipso magnalia. Attamen id manifestius sermo nobis explicabit. Hic enim verbi vox, filius tonitruī, vniuersum prædi- catione comprehendens orbem: & quod omnium maius est, ſolumq; in ſuſſiciens, dilectus ab ipso Christo meo, patriam quidem non habuit ciuitatem aliquam, ſed ex vili quodam pa- go, & abiecta regione natus est. Confirmant hunc sermonem Scribe dicentes: Prophetam ex Galilæa non surrexit. Confirmat & ille verē Iſraelita contendens, nullum bonum esse poſte Nazareth. Ex hacigitur hic, & ex tali tantus ſacerdos, veluti ramus quidam produetus: patre quoque conformiter ad patriam abiecius, & obſcurus, nempe pifcatore ac paupere. Et hic quidem puerilem iam cōtatem egressus erat: parr̄ pater ſilium ad idem opificiū affu- mit, pifcatoria artis hæredem ipsum efficiens. Artis itaq; ſocius erat filius patri, & familiaris

*Et hoc in loco
generalē indixit s
tunum Ioannis A
postoli pro impes
tianda d' Deo gra
tia digne scribēd
Euangelium. O ero
go humana tradit
io icunū, nō res
superfluo, nos
inutilis ad prome
rendum aliud. A
Deo, q; ſomnante
modo aliqui male
ſentientes.
6. Recta fide in
telligendo, errecta
operatione exerce
rendo quæ docuit
Ioannes, perue
nientius ad dona
ſempiterna quæ
promisit. Nō ergo
ſufficit tantus ea
credere, vt docent
Antichristi nostri.*

Habetur in oce-
nario post ex-
positionem libri
Apocalypsis.

ac domestica erat utrique paupertas. Quid enim pauperius & abiecius dicere quispiam poterit, quam sint pisatores: quorum hic unus erat praecox veritatis, ac praceptor. Quodque maius est ad abiectionis demonstrationem, non in mari pescabatur, sed in breui quodam lacu unde cum patre & fratre Iacobo versabatur, rupta sarcina retia (quod & ipsum extremum paupertatis erat) ac manuum artificio consolans necessariam indigentiam. Itaque Gracianus disciplining ne in modico quidem particeps erat, cuius rei testis est diuinus Lucas, qui ipsum idiotam vocat, & alienum à literis. Vnum hoc solum habebat insigne quo agnosceretur, & bonum hoc vinculum à patribus trahebat, nempe pietatem. Vbi autem ymbraticę nebulae eleuatae sunt, & ea qua figurarum erant, transire in veritatem coperuntur: & tu Domine qui singulatum fixisti corda nostra, non dispersisti testamentum tuum, quod nobiscum paucum erat, sed videns vidisti afflictionem Israel: & non exutus diuinitate propter nos factus es id quod nos, sine peccato, & throno patri non religo, virginem inhabitali propter me, vt ego celos inhabitem, & ex veteri casu reuocatus, & liber à peccato, ac primam adoptionem suscipiens: opportunat fuit esse & discipulos, qui mysterio dispensacionis ministrarent. Tunc quidem vocatur Andreas & Petrus: aduocatur autem & hic, qui circa pisces, & retia, ac lacus versabatur; & iussus verbi voce ut hominum pescator constitueretur, protinus patre, scaphaque reliquis, ei qui se vocabat adiungitur: & terreno homine exiuit propter celestem, ac pescationem animarum transmutatus addiscit, & praceptoris vestigia fecutus inimicos diligit, persequentes benedicit. Utque vno verbo absoluam, in huius lege exacte intruit, talemque nationes praecoporem similem demonstrat disciplinam: & ascensionis in corde disponens, discipulus familiarissimus, ac praecox maxime Theologus efficitur: omnes sensus moderatur, familiaris omnino virginitati efficitur, tali utendo alimento ratione, ut summa parsimonia: 7 vi uero dimitax posset, sacramen-⁷ tū corporis & corpus ut subsisteret conseruare. Hinc etiam virginitati appetitione dicitur, & amicus eius qui imperium tenet, efficitur, magis autem & ipsum habet in seipso loquentem: & rursum ab eo audit, que illa à parte audierat: cumque in montem ascenderet, ipse vna conscedit, ac dignus habetur visione admiranda, & maiori quam dici posset, ipsam verbi diuinitatem denudatam intuitus, & celestem audiuit vocem, qua dilectum filium declarat pater, ac veteri testamento praeponit Euangelium. Decens ac honorificata cœna subsequitur, & ne tunc, quidem Ioannes relinquitur. Deinde cum Petro opus esset discere quisham is esset, qui horrendam illam proditum parturiret, nec ipse auderet interrogare, primus temeriter in choro discipulorum, Ioanni hoc committit. Nouerat etiam in choro enim id quod Christus erat apud ipsum, hoc Ioannem esse apud Christum: & quod ipse quem diligeret, ille autem dilectus esset. Et vide quanta accedit ipsi libertas loquendi. Neque enim vulgari modo interrogaret, neque primum excusans quod metu accederet, sed sciens quanto ipsum amore prosequeretur, sedenti adhaeret praceptor, & in huius pectus recumbens, ait: Domine quis est qui tradit te? Ille autem libenti etiam animo accipit quod ille fecerat, & quasi opportune fuerit liber locutus gratum habet. Ex eo enim, quod protinus questionem soluat, ac pane designet proditorem, significat se non aegre ferre eam libertatem. Itaque hinc etiam manifestum est, quod cathedram quam proxime Christum cum fratre perierit, non gloriae sed Christi amore petuerit, & quod noller hic alium esse sibi dilecto vicinore. Condemnat Iesus, & adeo Ioannes, ac ad atrium Pontificis, cum notus esset Pontifici, vna condigritur, loquiturque ostiariae, & Petrum pro foribus stantem introducit. Imminet tempus salutaris passioinis, & verbum permanet ut procedat ad patrem, ac Ioannes cum matre ad stat cruci, materque audit a filio ac suo conditore: Ecce filius tuus dilectus: & rursum hic: Ecce mater tua. Ab hoc igitur tempore virgo hic mente & corpore, matrem ac virginem sibi vendicat: nec multò post Christum qui resurrexerat, videt, videntisque agnoscit, & cum Petro ad sepulchrū venit, ac prior præcurrit, & postquam sepulchralia videt, spiritus inflatione suscipit, eiulque donis ditatur, ac diuinis manibus confectatur vniuersi orbis Apostolus. Quoniam autem praecoporem audiuerat alias quoque oves habere, quæ licet ex hoc non essent ouili, operet tamen & illas congregari, & ab eodem regi pastore, fierique vnum ouile, & eas recte ac liberè ipsum sequi, neque aliena fistula rapi, & dilpergi, ac corrupti. Haec, quantu[m] aequum est, anxie curat, & in iter ad hoc mittitur, ut dispersas oves in vnum congregaret, & eam quæ errasset fistula veritas reuocaret, ac sub uno vero pastore ouile repararet: si quis duram ac reuocantem haberet animam, hoc eodem igne succulentam redditurus ac teneram. Vnde recte Palæstina, in Asiam proficisciit: Cumque ea, quæ ipsam concernebant, recte dispositi sunt, Ioniam occupat, ac Ephesum aggreditur, ubi plures ac crudeliores ferae erant, & talia, quæ periculo quoquis longè periculosa erant. Et primum quidem templum Amazonum ipsius idolis consecratum vna prece subuertit, ac veluti plateæ lutum diruit. Deinde sacrificium, quæ à sacrificiorum appellatione cognomen fortiti sunt, hos quidem sermonibus, illos autem

⁷ Petricula fuit virginitatis appellatio, & Ioannes virginis appellatio datur, & ante annos 70. & Petrus primus rogare, quanquam primas temeriter in choro discipulorum, Ioanni hoc committit. Nouerat etiam in choro enim id quod Christus erat apud ipsum, hoc Ioannem esse apud Christum: & quod ipse quem diligeret, ille autem dilectus esset. Et vide quanta accedit ipsi libertas loquendi. Neque enim vulgari modo interrogaret, neque primum excusans quod metu accederet, sed sciens quanto ipsum amore prosequeretur, sedenti adhaeret praceptor, & in huius pectus recumbens, ait: Domine quis est qui tradit te? Ille autem libenti etiam animo accipit quod ille fecerat, & quasi opportune fuerit liber locutus gratum habet. Ex eo enim, quod protinus questionem soluat, ac pane designet proditorem, significat se non aegre ferre eam libertatem. Itaque hinc etiam manifestum est, quod cathedram quam proxime Christum cum fratre perierit, non gloriae sed Christi amore petuerit, & quod noller hic alium esse sibi dilecto vicinore. Condemnat Iesus, & adeo Ioannes, ac ad atrium Pontificis, cum notus esset Pontifici, vna condigritur, loquiturque ostiariae, & Petrum pro foribus stantem introducit. Imminet tempus salutaris passioinis, & verbum permanet ut procedat ad patrem, ac Ioannes cum matre ad stat cruci, materque audit a filio ac suo conditore: Ecce filius tuus dilectus: & rursum hic: Ecce mater tua. Ab hoc igitur tempore virgo hic mente & corpore, matrem ac virginem sibi vendicat: nec multò post Christum qui resurrexerat, videt, videntisque agnoscit, & cum Petro ad sepulchrū venit, ac prior præcurrit, & postquam sepulchralia videt, spiritus inflatione suscipit, eiulque donis ditatur, ac diuinis manibus confectatur vniuersi orbis Apostolus. Quoniam autem praecoporem audiuerat alias quoque oves habere, quæ licet ex hoc non essent ouili, operet tamen & illas congregari, & ab eodem regi pastore, fierique vnum ouile, & eas recte ac liberè ipsum sequi, neque aliena fistula rapi, & dilpergi, ac corrupti. Haec, quantu[m] aequum est, anxie curat, & in iter ad hoc mittitur, ut dispersas oves in vnum congregaret, & eam quæ errasset fistula veritas reuocaret, ac sub uno vero pastore ouile repararet: si quis duram ac reuocantem haberet animam, hoc eodem igne succulentam redditurus ac teneram. Vnde recte Palæstina, in Asiam proficisciit: Cumque ea, quæ ipsam concernebant, recte dispositi sunt, Ioniam occupat, ac Ephesum aggreditur, ubi plures ac crudeliores ferae erant, & talia, quæ periculo quoquis longè periculosa erant. Et primum quidem templum Amazonum ipsius idolis consecratum vna prece subuertit, ac veluti plateæ lutum diruit. Deinde sacrificium,

²⁰ Ioannes virgo mitem & corpore. ²⁰ Ecce traditio nes Ioannis Apo-

autem

autem signis, rationibus, ac necessitatibus transfert ab errore: & huiusmodi exuberantibus modis elicit ut transmutentur ad descendam pietatem, & ipsi etiam animis constituantur deinceps veritatis duces ac praecopores. Ac ita partim quidem alios obiurgando, partim verò quæ conueniunt etiam admonendo, omnibusque omnia factus in sorte eorum qui salvi sunt, cunctus pellicit: ut hinc factum cognosceretur, quod à Paulo dictum est: Vbi abundavit iniquitas, ibi superabundauit & gratia. Verum maligno illi non dabatur inter haec requies. Certè oculis inuidis inruita pietatem adeo succrelcre, cogita huius rei causa, omniem aduersus illum mouet lapidem. Quid ergo sumit consilij? Domitianum Vespasiani filium ingressus, qui post Titum obtinuit imperium, cum illo aduersus pietatem decernit. Ante omnia autem Ioannem qui robur vniuersorum erat, collere conatur: statimque ipsum ab Asia ducit ad Europam, & in exilium relegat, quemadmodum in sequens sermo manifestare poterit. Vbi enim in compunctione Imperatoris venit, & quis, & unde ortus esset, quamque proferetur religionem, & quænam diceret esse venturum, interrogatus esset: Ioannem quidem se votatum esse, & à Iudæorum genere prodijisse, ac fidelitatem Christianorum esse respondet, se autem annunciare hunc esse venturum, cuius thronus veluti luna preparatus ac perfectus esset in seculum. Vbi autem dixisset Imperator: Et quibus modis hec confirmare poteris? Neque enim haec sufficiente sunt ad faciendam fidem eorum, de quibus non est in promptu demonstratio. Morbi protinus (ð ineffabilem Domine tuam potentiam) & demoniorum legionespelluntur: reuulsunt autem mortui, iussum sequendo velocius quam viventes. Quibus ð Rex (autem Ioannem dixisse) ne dubites, ab his quæ apparent, conjecturam faciens eorum quæ manifesta non sunt. Porro quæ de Saturno, & Ioue, ceterisque diis vestris feruntur, nisi sufficiientes essent, qui ante nos demonstrassent, utique & ego facile ostenderem nihil esse, sed plena potius ingenti vituperio, risuque ac dementia. Verum enim uero deceptionis falsagine abieta, satiare potius fonte porabilis ac dulcissimo. Hunc autem stupore simul & ira corruptum aiunt, hinc quidem ob portenta ab aliis parafacta, illinc verò ob id quod Deos suos calumniaretur. Itaque ad sermonis splendorem non accessit ob tenebrarum quæ in eius corde erant erat situm. Quod autem hunc non occiderit, dictus ad Petrum sermo prohibuit, puta: si enim velim manere donec veniam, quid ad te? Sed virū perpetuo exilio condemnauit in vna Sporadum insulam relegans (Pathmos huic nomen erat) cùm olim apud Romanos aequaliter morti exilium. Dicetus est igitur ad exilij terminum magnus Apostolus, & insulam apprehendit. Non longo postmodum tempore insulare seruatorem ac patronum ducunt tonitru filium, & ad æquitatem transeunt, seque ad pietatem componunt. Itaque cum hic esset Apostolus, & admirandus Dionysius sermo iam nonaginta esset annorum, ex Athenis scribit ei in hunc modum: Tuam salutem sacram animam dilecte, & erit mihi id peculiarius præ multis. Salve igitur verè Christo dilecte. Consequenter autem etiam hæc addidit: Quid admirandū si Christus verum loquatur? & iniqui discipulos è ciuitatibus expellant? ipsi sibi ipsi condigna distribuentes, & execrandi à sanctis se segregantes ac separantes? Deinde etiam ad ipsum finem Epistolæ hæc de futuris subscrifit: Omnino enim fide dignus sum, inquit, vt qui à Deo dedicerim, quæ decretata sunt, vt tibi contingent, & dico etiam quod liberandus sis è custodia, qua in Pathmo seruaris, & in Asiaticam terram reuersurus, ibique facturus boni Dei imitatores, & his qui te sequentur, 11 traditiones. Sed hæc quidem postmodum suo tempore contingunt, ac terminum accepit vaticinium, (quemadmodum in sequentibus sermo manifestare poterit) cùm iam Dionysius sub Domitiano pro Christo vitam martyrio soli. ¹¹ Ecce traditio nes Ioannis Apo-

²² Ioannes antea
quam Euangelium
seribet, genera-
te induit iouinam,
ut gratiam digne-
scrib. nisi a Deo
obtinueret.

sibi imperat. ¹² ieiunus ipse, ac propemodum corpore exhaustus, aliisque hoc ipsum constituit, ac abstinentiam à malis, & hos quidem in tali quiete relinquit. Cæterum vnum quendam è septem se lequi iubet (Prochorus hic erat) vt ipse quidem ea quæ à Deo essent, ille autem quæ ab ipso, notaret. Porro ipse montis verticem capelcit, & more Samuelis quidem rectus erigitur, sicut Moyes autem manibus eleutis effiguratus, & mente à sensibus abstractam totam refert in id quod exoptat. Quid ergo hinc secutum est? Horrenda tonitrua, & terrores, ac fulgura continuè vehementi fragore clisa, & repente effulgenter: quorum si quis imagines ac figuræ dixerit ea, quæ multò ante sub Moysi contigerant, quando Deo aderat, & ab eo tabulas accipiebat, nequaquam à veritate aberrauerit. At Prochorus interim pronus quidem, & velut exanimis non forebat inter huiusmodi versari spectacula, ipse vero stat impetreritus, cum charitas procul abiecerit timorem. Ad extremum tonitrua in vocem exprimitur, ac dilucide resonat: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Prochorus, qui diuina institutione proximus erat, lumen quidem videbat, quanquam subtemulus, porro neminem audiebat, quia neque hi, qui cum Paulo & Moyse quondam erant, eos audierunt, qui illos in sacris instituebant. Lingua tonitrua Theologus est. Et sacram rerum discipulis, represso paululum timore, subtemula manu quæ inde sumpta sunt exarat, donec perfectum est Euangelium. Denique cedunt pauperes, ac terrenis reuelantur coelestia. Tandem etiam à monte descendit Ioannes, nouam legem sibi creditam habens, quemadmodum olim tabulas Moyses Dei inspecto, illamque ferens dat his qui petuerant. Ita ergo vbi nouam legem quam acceperat, illis tradidisset, ipse vi sanè & inuitis quidem infularibus, nauigabat tamen Ephesum versus. Porro illi veluti qui oculorum cæcitat longo tempore detinuntur, si quando posint morbum repellere, longè iucundius solem intuentur, ita & Ephesij recipientes Christi dilectionem, quodam etiam modo desiderabilius quā prius affectiuntur. Quid autem ille? Quanquam vehementer fuisse frequenter fatigatus, non dat oculis somnum, nec palpebris dormitionem, nec requiem temporibus, sed populum quidem exhortatur, aduenias autem incredulos zelum ostendit. Errore supplantatos reducit ad veritatem, teras arcer, quæ post suum discessum impudenter in ouile se ingesserant, ac gregem reuocat. Ita dispositis his quæ circa Ephesum erant, ad propinquas gentes discedit, hic quidem Episcopos constitutas, illis vero integras quoque docturus Ecclesiæ spiritu obfignari. Verum me huc sermonis progressum, factum illud animæ generosæ ac humanae occupat, quod etiam altius repetens (velut in narrat Clemens ille Alexandrina Ecclesiæ præsbyter, vir & in aliis admirandus, & eloquentia sanè laudabilis in sermone: Quis diues falso hat) reexam. Quoniam enim perueniens Ioannes post redditum ex Pathmo ad quandam vicinarum ciuitatum, cuius etiam appellationem nonnulli dicunt, & fratres qui in hac erant, opportuni recreaserat, quendam ibi adolescentem repperit magnitudine mediocrem, asperctu ciuilem: cumque perspicaci spiritus efficacia generositatem animæ illius, ac morum liberalitatem obseruasset, benedictiones dat adolescenti, & sufficienter ipsum inungit, ac excitat. Quoniam autem iam discessurus erat, & alio accessurus, vt & terram prædicatione, & mare, ac insulas accederet, ciuitatis Episcopo adolescentem in Ecclesiæ coram Christo teste commendat, vbi multa de illius disciplina & educatione præcepisset. Ille vero prompto suscepit animo, pollicitus multa quoque se adieciturum in cura circa adolescentem. Deinde ille quidem Ephelium discedit, hic autem astupitum in domum adolescentem alebat, instruebat, curam eius habebat, tandem etiam baptizavit. Porro vbi Domini signaculum, nempe sursum munimentum ipsi addidisset, deinceps custodia liberum esse dimisit. Ad hunc autem, qui ante tempus remissionem acceperat, subeunt nonnulli coetanei, effrenes ac indisciplinati in cupiditatibus. Et primum quidem adolescentem ad vitia perfusibilem, pretiosis coniunctis ac mensis libi conciliavit. Quæ autem hinc sequuta sunt? Facilis enim ac proliuus est via, qua ducit ad vitia, & eum, qui primum eius attigit gradum, facilè admodum est per omnem æqualitatem detrahi protinus usque ad extremum. Hac via dum etiam nocte ad furtæ accederent, adolescentem vna protrahunt. Ille vero iam amore latrociniij succensus, & spe diuitiarum cupiditatem exacuens, nihil iam meditabatur quod esset exiguum, propter naturæ ac indolis generositatem. Denique etiam latronum sodalitatem his qui secum erant, demonstrauit, atque hic latronum princeps, primusque raptor erat vehementissimus. Post hanc vero vbi Ioannes rursum ad eam ciuitatem remeaserat, cæteris, propter quæ eò venerat, dispositis, vt æquum erat: age sanè, inquit ad Episcopum, depositi nobis redde, quod ego & Christus loco reftis in Ecclesia apud te deposuimus. At ille cum existimat pecunias esse quæ repeterentur, primum quidem obstupuit, cùm sibi non esset confidus, se id quod repetebar, accepisse, & neque crederet posse fieri repetitionem ab ea, quæ non haberet, neque Ioanni non credere. Vbi autem dixisset: Adolescentem repeto, & fratris ani-

man,

mam intimus suspirans senex ardentiō spiritu, ac sublachrymatione miseriam indicans: Ille, inquit, mortuus est. Porro interrogatus quando, & quomodo, quæ morte: Deo, inquit, mortuus est, cùm latrocinium exercere elegerit, & montem loco Ecclesiæ inhabitare, perditionum conuersationem amplexus potius quam nostram erga ipsum solicitudinem ac curram. At ille ob hoc dolore vehementi oppressus: Re vera, inquit, egregium te custodem animæ fratris reliqui: verum equus iam adit, ac via ductor mihi detur. Statim que conseruo equo totas laxabat habenas, minorem esse existimans equi velocitatem pro sua festinatione: lamque monte apprehenso, à latronum custodia, nihil deprecans, neque fugiens capitur. Et in hoc, inquit, veni: itaque ad principem vestrum me ducite. Porro vbi ille hunc esse ipsum Ioannem cognovit: certè pudore suffusus fugit. At hic obliuioni tradita senectute, ac motione, quæ mundum consequi solet, persequitur. Deinde magna quadam grauique voce clamat: Quid, inquit, fili fuis me patrem tuum mea reuenerere canicem, ac floris aetatis tuae misere: adhuc tibi spes vita relinquitur: ego pro te ratione reddam: Consiste in loco fili, Christus me misit ad te. Haec cum audisset adolescentis, primum quidem constitut, terræ paumentum intentis oculis intuens, præ pudore oculos non potens sursum erigere. Deinde proiectis in terram armis miserabilis quodam modo cum magno dolore eiulatur, ac venientem amplectatur fænum, propter gemutum quidem efficiens ne flentibus dignus esset: Propter lachrymas vero ne vel lamentis, solam occultat dexteram: verebatur enim & hanc ipsi porrigeret, quam tot sceleribus ac latrocinij fedauerat. Porro ille veluti pater vehementi amore visceribus fauciatus, spondet veniam, misericordem pollicetur: judicem, & apprehensa dextera, deosculatur, & ad Ecclesiæ reducit adolescentem. Deinde abundant vires oratione, perseuerat ieiunis annitens, & adolescentis animam varijs sermonum cantilenis velut vnguentis quibusdam deliniens, non prius abcescit, quā hunc priori sanitati donaret, magnum quoddam vitæ relinqutum exemplum ad paenitentiam. Et hoc quidem tale est, & adeo dignum quod non occuletur. Porro illud longè maius est, longeque magis admirandum, & ex eadem benigna illa anima compassionem simul & potentiam ostendens. Dicitur enim quidam fidelis eo tempore, qui prius vita necessaria sufficienter habuerat, nec aliqua pressus fuerat indigentia, ad extreamam inopiam postmodum recidisse, vt & debitorum multitudine circumuallaretur, & innumeris foeneratoribus suspectus esset, ac velut fera quædam à tergo sagaciter inuestigaretur ab illis & inquireretur, ac in ipsarum rerum necessariarum inopiam vagaretur. At enim cum pudore, quem ob foeneratorum exactiones miserè sustinebat, iam etiam necessitatem ex indigentia non ferens homo, ad mortem decrevit confugere, idque conabatur, vt hac quantocius ad se veniret, si fortè hinc & egestatem, & debitorum multitudinem dissolueret. Verum quoniam haec vltro non veniebat, compendiosam viam ad hanc inuenit, & quem tunc peritissimum esse sciebat conficiendis venenis, ac præstigiatorē, cultu Hebrei, hunc accessit, eique reuelat quid in animo haberet, ac orat eum vt qui poslit sibi auxilio esse in eo, quod mente conceperat, & suæ mortis fieri pariceps. Atque hic confessim promptus inuenitur minister, ac venenum illi tradit, vitæque subversionem confulit. Porro mifer ille, accepto veneno, domum redit. Cum variis autem luctans cogitationibus curisque duplicitus anxius, & nunc quidem præsentibus delectationibus, huiusque vitæ concupiscentia allectus: nunc vero foeneratorum multitudinem, aliasque ex indigencia procedentes molestias considerans medius stabat inter extreamam consilij inopia. Si quidem cum ad dulcem hanc lucem respiciebat, venenum respuebat: quando vero ad circūstantem vndeque egestatem, animoque incidentem anxietatem, ausum furnebat aduersus mortem, vietus tamen est à necessitate: & vt hinc liberaretur à molestijs, elegit ab ipsa vita libera. Deniq; infuso veneno, sumptoq; extremitis digitis crater, quandoquidem animus ad id non accedebat, sed timide admotum se habebat, intusque sibi cor continue palpitarbat. ¹³ Tandem crucis signaculo Christianis consueto venenum consignat, statimq; vbi clausis oculis bibefact, (ð magnam, ac admirandam Christi tuam potentiam) illæsus permanit, cruce veneno suâ tollente vim. Cum autem simili rursum necessitate opprimeretur, & ab ipsis creditoribus obficeretur, animamque haberet priori oppressam inopia, & quæ omnimodo quereret è præsentibus liberationem, labefactabatur tamen ad sumendum alterum venenum, & ad mortem accedere recufabat. Verum cum è præsentibus non liberaretur difficultibus, grauius esse malum iudicans iterata etiam morte, accedi ad veneficum, rursumque ab illo poscit aliud pharmacum, vt malum malo mederetur, cùm id quod prius acceperat, nihil ad id quod necesse erat, nullum auxili, usque sua natura illud vincente. Nam id impedimentoo fuisse veneni efficacie demens dicebat, non intelligens crucem fuisse, quæ hic mortem abfusseret, quæ etiam ante serpentem longè hoc veneno potenter fustulerat. Itaque præstigiator ille ac veneficus, & ipse pharmaci debilitatem damnans, aliud ipsi porrigit quod

¹³ Crucis signaculo Christianis consueto venenum consignat, statimq; vbi clausis oculis bibefact, (ð magnam, ac admirandam Christi tuam potentiam) illæsus permanit, cruce veneno suâ tollente vim.

24. Rursum crucis
signaculum in calice
factum, cum qui ve-
nientib[us] at pre-
seruant.

quod priore multo efficacius erat. ¹⁴ Cumque rursum dominum venisset, ac illud bibiturus esset, cum priori timore & agonia, duplicebusque illis anxietatibus luctabatur, & sudore vnde circunfluebat, ac tremebat. Deinde ubi rursum consueto crucis signaculo calicem consignasset, ac bibisset, iterum illæsus permanxit: ipseque obstupeuit, sicut cum causam coniectare non posset, ac mirum in modum desperationis stimulis factabatur: nondum enim intelligere poterat, quod crucis efficacia esset, quæ venient vires extinguqueret. Cumque homo animi angustia ac calamitatum pelago immersus, nec vel paululum ad sanjorem mentem redire, nec ea quæ (vt aiunt) ante pedes erant cognoscere posset, hinc iterato abit ad Hebreum, & eadem quæ prius exponit. Cum autem & ille confernatus esset, longoque tempore super ea re consilio destitueretur, deinde etiam causam aliquam deprehendere cuperet, propter quam in veneno falso esset, (ipse enim veneficus erat, & huiusmodi rerum artifex) quo pacto, & in quem modum ubi dominum redisset, venenum acciperet, minutatim per singula interrogabat. Hic autem: Nihil, inquit, aliud ago domum veniens, quād quid infuso crateri veneno, deinde paululum etiam labefactatus, & anxietate in corde concusus, crucis signo, vt quid à Christianis ex consuetudine fieri solet, propter timorem calice obligatus, oculis clausis illud bibo.¹⁵ Vbi primum crucis normen hic audierit Hebreus, intellexit statim quod erat, nempe crucem esse, quæ vim tolleret veneni. Porro ne res nuda solū hæret suspicione, quandam etiam requirit fidem: cuidam illius cani tradito veneno, hunc protinus interemerit. Hebreus autem nullas amplius requires demonstrationes, abiurata patria facta, ad veritatem accedit. Idque primum tollit errorem, & venenum ei, qui alio modo visus fuerat, verè mortiferum ostensum est prioris venefici ipsius signum mutationis idoneum. Accedit ad Christi discipulū ducem errantium. Tubæ variarum spiritus linguarum mentis conceptum indicat, arguit insipientiam, Publicat prauum illud mysterium, manifestat prioris erroris insensibilitatem. Porro ille & accedentem suscipit, & laudat resipescientiam, ipsiusque adhortationibus munit ac consilis. Deinde & baptismate regenerat, & vniuersorum Domino conciliat. Verum neque communis salutis dispensator eum, qui Hebreo fuerat occasio mutationis, ita male habentem neglexit: sed causa cognita, quæ ipsum ad id periculi duixerat, propter quam vltro propria quoque vita misere priuandus erat, & paternis ipsum resouet colloquiis, & illius animam, quæ iam conciderat, erigit, ac christiani & desperationi abſicet. Deinde opere etiam adserit consolationem, quandoquidem & hoc poterat efficere. Quoniam enim & debitorum repetitione, & rerum necessarium inopia oppressum illum vidit, & ob id ipsam vitam misere abiicientem, quid facit? Atque hinc mihi considerate, quibus donis ille notatus fuerat. Quod enim antea Petrus cum ipso templum ingressurus ad horam precationis nonam, qua (vt inquit Lucas) vñus est in claudio, qui ad speciosam templi portam sedebat, ac eleemosynam petebat dicens, Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do, simul & pedes ipsi sanos redens, hoc sanè & iste hic facit. Sciens enim nihil sibi argenti esse vel aurum, vt hinc illius indigentia necessitatem consolari posset, herbae quæ in proximo erat, quantum ambabus manibus comprehendere posset, iussit homini accipere. Ille verò cum ignoraret quænam esset causa, & quidnam hac re sibi veller Apostolus, ac herbam quantum totis manibus aſsequebatur comprehendisset, ipse facta duxtaxat ¹⁶ oratione, ac signo crucis, ipsam restituit, & protinus correptam herbam aurum effe ostendit, aurumque purissimum, atque hunc confestim tollere iussit, simulque & consilii inopiam ac desperationem ex praesenti egestate contractam dissoluere, & debita reddere, ac residua vita occasionibus prouidere, Deoque gratiarum actiones reddere. Quid igitur fieri posset, quod huic æquaretur miraculo? Si quidem in templi introitu foras & hic quodammodo fuerat Petro auxilio, & abundantiorum ambo spiritus gratiam postulauerant. Hic autem solam Ioannis vim ac fortitudinem est intreri, quanta erga Deum spiritus familiaritate ditatus sit. Sed haec quidem exhibebat dum adhuc in terra conuiesaretur, errores abigens, & pietatis prædicationem disseminans, ac reuocans veritatem. Postquam autem omnes, quod suarum erat partium, Deo adduxerat, eccliam quidem efficiens procenium, terræ autem orbem theatrum, ac Angelos spectatores, qui stupescati erant ad decorum virtutis illius ac prudentiam, (Desiderabilia namque super aurum & lapidem pretiosum multum, ac dulciora super mel & fauum, erant doctrinæ ipsius diuina eloqua) ciuitatem egressus est, discipulis præcipiens, ut ligonom ac sarcinum sectum conferrent, ac protinus in montem quendam ascenderet, ubi nunc huius ¹⁷ templum extractum est eximia cum pulchritudinis cum magnitudinis, stansque in ipso: Hic, inquit, filii mihi fodite. Deinde ubi se totum consignasset, ac dixisset: Et tu mecum esto Domine Iesu Christe: astantibusque subiunxit: Pax vobis fratres, in foueam demisit pallium, & ipse quoque in eam descendit, ac corpore medium obtinuit Asiam, ubi olim

25. Mira signi cru-
cis virtus.

26. Oratione ex
cruci signo herba
Apostolus n[on] puru-
lurum conuertit.

27. Templo in
honorem Ioanne-
nis ubi lacere vo-
luit, eximia pul-
chritudinis extra-
ctum.

qui è Greccanico coetu erant, philosophabantur. Porro discipuli comes euellebant, genasque percutiebant, ac orationem miserabiliter deplorabant, pastorem, gubernatorem, seruatorem, denique eum qui omnibus omnia erat, inclamabant. Deinde etiam ciuitatem accedentes his qui in ciuite erant, manifestant id quod factū erat. Interim autem die illucescente cōcurrunt ad monumentum, discere cupientes, num præceptor adhuc superiuueret, & ouile accederunt. Porro pastor nusquam comparebat, solæ iacebant crepidæ: autem qui has abiecerat, disparuerat. Discurrent huc & illuc quemadmodum hi qui cum Eliseo erant, scrutantur, inuestigant, verum incallus efficit ipsi labor. Deinde vix tandem illius vocis recordati: si eu volo manere donec veniam, quid ad te? ad mentem alacriorem redeunt. Et ille quidē Enoch, & Eliae Thesbytæ coniungitur: hi autem à lamentis discidentes, Deum vniuersorum laudant, qui suum dilectum à Deo magnificauerat. Hoc itaque die, quo haec contigerunt, splendidus huic Theologo celebratur Ephesi conuentus ex omni genere ac vniuersa aetate, qui astrorum splendore intuetur. Præterea in hoc sacro loco, ad quem hic cum pallio declinavit,
¹⁸ minutus puluis ex loco aposoli
minutus quidam ¹⁹ puluis manat ac exoritur, cuius accedenti medelam ab omni morbo suppeditans. Cum igitur in nocturnis ¹⁹ laudibus festi ipsius, ab his qui in eo ministrant, tradatur coetus ad hoc congregatis, non facilè exhaustur, sed quo amplius hauriunt, tantum magis manat, veluti perpetuus quidam thesaurus, qui simul & participantes reddit dñiores, ac te ipso abundantior semper efficitur, gratia ac benignitate Domini nostri Iesu Christi: cu[m] sancti habitant in eo grata spiritus sancti.
A M E N.

VITA SANCTI IOANNIS APOSTOLI,

& Euangelistæ, per D. Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.

 Oannes qui interpretatur gratia, Apostolus & Euangelista, filius Zebedæi, frater Jacobi, virgo electus ¹ à Domino atque inter cæteros magis dilectus. Qui etiam super pectus magistri recubans, Euangeli sui fluenta de ipso sacro Dominici pectoris sonore porauit, & quasi vñus de paradyssi fluminibus, verbi Dei gratiam in totu[m] orbe diffidit. Quique in loco Christi, Christo iubente, successit, dum suscepit matrem magistri discipulus, etiam ipse pro Christo alter quodammodo derelictus est filius. Hic dum Euangeliū Christi in Asia prædicaret, à Domitiano Cæsare in Insula Pathmos metallo relegatur. Vbi etiam positus, Apocalypsim scriptit. Interfecto autem à senatu Domitiano, ab exilio resolutus rediit Ephesum, ibique ob hæreticorum refutandas versutias efflagitatus ab Alegro Episcopis, Euangeliū nouissimum edidit. Cuius quidem inter alias virtutes magnitudo signorum haec fuit. Mutauit in aurum sylvestres frondium virgas, littoreaque faxa in gemmas. Item gemmarum fragmnia in propriam reformauit naturam. Viduam quoque precatu populi suscitauit, & rediuium iuuenis corpus, reuocata anima, reparauit. Bibens lætiseru hastum, non solum easit periculum, sed eodem prostratos poculo in vita reparauit statum. Hic autem anno septuagesimo septimo post passionem Domini Salvatoris, sub Traiano principe, longo iam vetustatis senio fessus, cum diem trâfmigrationis sua imminere sibi sentiret, iussisse fertur, effodi sibi sepulchrum, atque inde vale fratribus dicens, facta oratione, viuens tumulum introiuit, deinde in eo tanquam in lecho requieuit. Vnde accedit, vt quidam vivere aſſerant, nec mortuum in sepulchro, sed dormientem iacere contendant. Maxime pro eo quod illic terra sensim ab imo scaturiens ad superficiem sepulchri concendat, & quasi flatu quiescentis deorsum ad superiora puluis ebulliat. Quienam autem apud Ephesum sexto Calendas Ianuarias.

ITEM DE EODEM BEATO IOANNE

Apostolo, ex Diuo Dionyſio Areopagita.

IOANNI THEOLOGO ET APOSTOLO

& Euangelistæ, in Pathmos Insularelegato Dionyſius.

 Aluto te sacram animam dilectissimi, & est mihi istud ad te præ multis peculiarius. Exulta dilectissime, veraciter ei qui vere amabilis ac desiderabilis & diligibilis est, nimium dilecte. Quid mirum si Christus vera loquitur, & iniqui discipulos ciuitatibuspellunt? Illi ipsi sibi quæ merentur profecto tribuentes, dum à sanctis scelesti dirimuntur atque

Hæc epistola ha-
bitur in lib. Mi-
cro presbyterie.

atque recedunt, visibilia veraciter inuisibilium manifestae imagines sunt: Neque enim in seculis futuris autor erit Deus iustarum ab se separationum, sed i) qui proflus se à Deo sequentia ruit, quemadmodum & in aliis cernimus hic iam Dei confortio & familiaritate beatos, quia cùm sint veritatis amatores, ab affectu omni materialium rerum longissimè secedunt, & in omni libertate malorum omnium, & amore diuino bonorum vniuersorum pacem diligunt & sanctificationem, atque ex praesenti vita futurae primitias sumunt, inter homines angelico more conuersati, cum omni tranquillitate animi ac denominatione Dei, & sanctitate, & virtutibus reliquias. Et te quidem, non adeo in sanum sum, vt arbitrari aliquid pati, imò & passiones corporis hac tantum in parte sentire credo, ut eas solum diuidas. Cæterum qui te iniurijs impetum & exilio relegare se Euangelij solem putant non recte, eos iure culpans, cupio his omisissis quæ in se ipsis peragunt, ad bonum conuertantur, & te ad se attrahendo, hanc participes luminis. Nos autem nulla procella, nulla aduersitas priuabit Ioannis clarissimo radio, id quidem consecuturos memoria ac renovatione tute verisimiliter Theologie. Post paululum vero dicam enim etsi audax dictu videatur) tibi charissima societas iungemur. Ero autem proflus dignior cui fides habeatur, si (que tibi præcogita sunt) que ex Deo didici, hec loquar, quod scilicet & ex Parhami custodia dimittendum es liber, & in Asiaticam terram reuerfurus, illucque perages boni Dei imitationes, easque posteris trades.

ITEM DE BEATO IOANNE APOSTOLO & Euangelista, per D. Ambrosium Episcopum.

Habetur in fine
lib. tertii eiusdem
de virginibus.

VIuficer vos & virgines Petrus, qui & pro vidua interuenit, quanto magis pro virginibus. Qui diutius viduas flere non passus, motus earum lachrymis, suscitauit altricem. Vniuersit vos Paulus, qui vos præcepit honorari, qui ait: Bonum est si sic maneat sicut & ego. Honorē prouocat, magisterio docet, iunctat exemplo. Vniuficer ille, qui relictus suis omnibus secutus est Dominum, secutus est Petrus, secutus est Ioannes. Vide quid pifator etiam iste proficerit, dum 2 in mari lucrum suum querit, vitam inuenit omnium. Lembum deseruit, Deum repperit. Scalpum reliquit, verbum inuenit. Lina laxauit, fidem vinxit. Plicauit retia, homines eleuauit. Mare spreuit, cœlum acquisuit. Hic ergo pifator, dum ipse turbato agitaturo sallo, mobili menses statione nutantes fundauit in perra. Adstruamus igitur pifatoris arte frequentius, ut plenius de virtute credamus. Fuerit minister ignobilis, ut sit Euangelista nobilior. Paupertate egens, ut virtute locupletior. Vilis ad honorem videtur, sed preciosus ad fidem. Quanto minus creditur pifatori, tanto amplius creditur, quia non sua, sed diuina sunt quæ locutus est. Obsequitur plebeia conditio, expectationem auctor sapientiae secularis, opinionem auget sapientiae spiritualis. Qui legem non didicit, & ultra legem loquitur, ab eo accipit, quia ipsa lex venit. Quæ tam repentina dignitas? Pifatores duo in monte Domini vni latiori legis, executori alteri conferuntur. Videate qualis iste pifator sit. Moyses quidem terrena omnia, & mundanæ sapientie altitudinem supergressus, usque ad celum & sydera prudentia mentis ascendit. Pifatoris istius mens non nubibus caligatur, non temporibus includitur, non mysteriis naturæ coelestis excluditur, sed omnem corporalem materiam supergressa, verbum apud Deum vidit, & quo verbum ipsum Deus effet apexit. Nec obruui carnis in Petro infirmata trepidauit, fed Dei filium etiam in homine deprehendit, ut assumptio corporis ad ius diuinitatis assumentis ascita, in nomen transiret autoris. Et Moyses quidem cum dicit: Et dixit Deus, & fecit Deus, patrem filiumque signauit. Sed ille non ignorabat, ego adhuc ignorabam. Denique post legem populus erauit, post Euangelium creditit. Magna in diversis virtutibus Dei gratia. In illo, quia mundum descripsit: in isto, quia mundum ignorauit.

ADHVC DE EODEM SANCTO APO- sto loanne, per eundem D. Ambrosium Episcopum.

Habetur in ser-
mone eius de
sanctis martyris
bus inter Pascha
& Pentecosten,

Sed fortasse quis dicet: Sepulchra clausa sunt, monumenta constricta, quemadmodum pro-natalibus possit spirituale corpus educere, ut hæc omnia præeremittam: Ioannis tamen Apostoli habemus exemplum: quem tumulus suscepit claudere potuit, custodire non potuit. Nam depositum corpus perdidit, non assumpit. Hinc enim clavis tumuli foribus gratia resurrectionis sublatus est, ut constaret sepultura, & non inueniretur sepultus. Denique cum sa-cerdotes adorandi causa corpus inquirerent, reserto aditu tumulus non potuit reddere quæ suscepit.

VITA

VITA BEATI IOANNIS APOSTOLI, PER D. Gregorium Archiepiscopum Turonensem scripta.

Habetur in libr.
eiusdem in gloriam
plurimorum martyrum Cap. 30.
¹ Vide miraculæ
quod ex sensu A.
plusquam cæteros dilexit Apostolos: qui tantæ charitatis amore præglatus est, ut super ipsum prodidit.

Ioannes Apostolus & Euangelista Dei, post peractum, tam agonis legitimi, quam prædicacionis saluberrimæ cursum, viuus descendens in tumulum, operiri se humo precipit: cuius sepulchrum manna in modum farinæ hodie quoque eruat. Ex ¹ qua beatæ reliquie per vniuersum delatæ mundum salutem morbidis prestant. Hic est Ioannes, quem Dominus post sepulchrum plusquam cæteros dilexit Apostolos: qui tantæ charitatis amore præglatus est, ut super ipsum prodidit. Iacri corporis pectus accumbens, mysteriorum colestium hauriret arcana. Ipsi etiam Dominus nostrarum gloriolam genitricem, quasi peculiari quadammodo discipulo, in ipsa passionis hora in cruce pro mundi salute positus commendauit. De hoc enim & post resurrectionem dixit: Sic eum volo manere donec veniam. In Epheso autem habetur locus, in quo hic Apostolus Euangelium, quod ex eius nomine in Ecclesia legitur, scripsit. Sunt autem in summitate montis illius proximi quatuor sine tecto parietis. In his enim orationi insistens, Dominum subdit pro delictis populi deprecans morabatur, obtinuitque ne in loco imber vallis descendere, donec ille Euangelium adimpleret. Sed & vsq; hodie ita præstatur à Domino, ut nulla ibi descendat pluvia, neque imber violentius adueniat.

In ea vrbe Maria Magdalena quiescit, nullum super se tegmen habens. In ea & septem dormientes habentur, de quibus aliqua, Domino fauente, in posterum narraturi sumus: In hac & idolum Diana fuit ab Apostolo Paulo destrutum.

VITA D. IOANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTÆ, per Suidam scripta, Alberto Lino Veronense interprete.

Ioannes Theologus & Euangelista, ab eo quod in Pathmo pertulit exilio, Ephesum reveritus, Euangelium compofuit annos centum natus, prouefusq; ætate usq; ad vigesimum super centum ibi degens Theologiam conscripsit. ¹ Recipit autem Chrysostomus & epistolæ eius tres, & Apocalypsim.

VITA DIVI IACOBI APOSTOLI

Fratri Ioannis Euangelistæ, per Eusebium Cæsariensem scripta.

¹ Si fatus doctor,
imo tota Dei Ec-
clesia, tres Ioannis
epistolæ recipit
& Apocalypsim,
quare modo qui-
dā recessere audet?

EMPOR E Claudi Imperatoris quando famæ erat, misit (inquit Lucas in Actis Apostolorum) Herodes Rex manus suas affigere aliquos de Ecclesia, & interfecit Jacobum fratrem Ioannis gladio.

De hoc autem Iacobu Clemens Alexandrinus etiam historiam quandam dignam memoria, in septimo Dispositionum suarum libro scribit, perlatam ad se usque ex traditione maiorum: Quoniam quidem, inquit, & is qui obtulerat eum Iudici ad martyrium, Jacobum scilicet, motus etiam ipse confessus est se esse Christianum. Ducti sunt, inquit, ambo pariter ad supplicium: & cum ducerentur in via rogauit Jacobum dare sibi remissionem. At ille parumper deliberans: Pax tibi, inquit, & osculatus est eum: & ita ambo simul capite plexi sunt.

VITA SANCTI IACOBI MAIORIS APOSTOLI, per D. Isidorum Episcopum Hispanensem scripta.

Habetur lib. 2.
Ecclesiastice his-
torie cap. 30.

Iacobus, qui interpretatur supplantator, filius Zebedei, frater Ioannis, quartus in ordine duodecim: tribibus quæ sunt in dispersione gentium, atq; Hispania, & Occidentalibus menti. Hic in locis Euangelium prædicauit, & in occasu mundi luce prædicacionis effulgit. Hic in Marinarica Achæa ab Herode Terracha gladio cælus occubuit, ibidemq; sepulcus.

VITA DIVI IACOBI APOSTOLI

cognomento Iusti, primi Hierosolymorum Episcopi,
per Eusebium Cæsariensem scripta.

Ex lib. 2. histo-
rie Ecclesiastice
cap. 23.

VD AE posteaquam Paulus ad Cæsarem quem appellaverat à Festo transmisus est, & frustratas infidias quas ei tendenter, vident, in Jacobum fratrem Domini immanitatem nequitæ fuisse vertunt, cui Episcopalis in Hierosolymis delata ab HH Apostolis

Apostolis fuerat sedes. Quemque hoc modo adorti sunt. Productum in medium, abnegare eum fidem Christi coram omni populo expertum. At ille contra omnium opinionem, vocatis libera, & multò maiori quam vellent, coram vniuerso populo cum omni fiducia proficitur, filium esse Dei Salvatorem & Dominum nostrum Iesum Christum. Tum illi non forent tam graue & tam liberum testimonium viri, pro eo maximè quod iustissimus apud omnes habebatur ob religiosam & continentissimam vitam meritum, in necem eius vertuntur, fauente sibi occasione temporis ex morte rectoris. Contigit enim Festum per idem tempus obire apud Iudeam, & sine rectore ac principe est prouinciam. Nam mortis Iacobi modus iam quidem & in superioribus à nobis, Clementis sermonibus indicatus est, cum de pinna templi eum precipitatum, & fullonis percussum fuisse describit. Explorarius tamē de eo Egesippus, qui post ipsas statim primas Apostolorum successiones fuit, in quinto commentariorum suorum libro, his verbis refert. Suscepit, inquit, Ecclesiam cum Apostolis frater Domini Iacobus, qui ab omnibus cognominatus est Iustus, ab ipsis Domini temporibus perdurans, vsque ad nos. Et multi quidem Iacobi vocati sunt, sed hic ex veteri matris sua sanctus fuit. Vinum & siceram non bibit, sed neque animal manducauit: ferrum in caput eius non ascendit, oleo non est perunctus, balneis non est usus. Huic soli licet introire in Sancta Sanctorum. Neque enim laneo & vtebatur indumento, sed tantum sindone. Solus ingrediebatur templum, & iacebat super genua sua orans pro populi indulgentia: ita ut orando callos faceret in genibus ad modum camelii, semper genua flexendo, nec vinquam ab oratione cessando. Itaque pro incredibili continentia & summa iustitia, appellatus est justus, & Oblias, quod est interpretatum, munitum populi, & iustitia, sicut & Propheta indicarunt de eo. Quidam ergo de septem haeresibus quae erant in populo (de quibus superioris scriptissimus) interrogabante eum, quod esset ostium Iesu. At ille dicens, hunc esse Salvatorem, Ex quibus aliquanti crediderunt, quia Iesu est Christus. Illi autem haereses (quae suprà diximus) non crediderunt neque surrexisse eum, neque venturum ut retribuat vniuersi; secundum opera sua. Qui vero crediderunt, per Iacobum crediderunt. In quibus cum multi etiā ex Principibus credidissent, perturbatio erat Iudeorum, & Scribarum, & Pharisaeorum, dicentium: Nihil iam superest, quin omnis populus credit in Iesum quod ipse sit Christus. Conuenientes igitur ad Iacobum, dicebant ei: Oramus te, ut reuoces populu qui ecce errat in Iesu, putas quod ipse sit Christus. Deprecamur ergo te, ut suades omnibus conuenientibus in die Paschæ de Iesu. Tibi enim omnes obtemperamus, & de te tamen, quām populus testimonii ferimus, quia iustus es, & personam nullius accipis. Tu ergo suade populo de Iesu ne erret, quia omnes tibi obedimus. Ascende itaque in excelsum locum pinna templi, ut in edito politus appareas omnibus, & verba tua audiatur à cunctis, quia in diebus Paschæ conuenit non solum Iudeorum, sed & Gentilium multitudo. Statuerunt igitur supradicti Scribari & Pharisæi Iacobum supra pinnum templi, & voce magna clamantes ad eum dicunt: Virorum iustissime, cui omnes nos obtineremus, quoniam populus errat post Iesum qui crucifixus est, enuncia nobis quod sit ostium Iesu. Tunc Iacobus ingenti voce ad eos respondit: Quid me interrogatis de filio hominis? Ecce sedet in celo à dextris summa virtutis, & ipse venturus est in rubibus cœli. Cūq; hac responsione & testimonio Iacobus multis satisfactus est, & libenter audirent quae Iacobus contesset est, ceperunt glorificare Deum, & dicere: O sanna filio David. Tunc rursus ipsi Scribari & Pharisæi ceperunt ad inuicem dicere: Malè fecimus tale testimonium praestare de Iesu. Sed ascendamus, & præcipitemus hunc deorsum, ut ceteri terreatur, & non credant ei. Simul & voce magna exclamauerunt dicentes: Oo, & iustus errauit. Et compleuerunt scripturam, quae in Esaiæ scripta est, dicentem: Afferamus iustum, quoniam iniutus est nobis, propterea fructū operū suorum manducabunt. Ascenderunt ergo & præcipitauerunt eum, & dicebant ad inuicem: Lapidemus Iacobum iustum. Et ceperunt eum vrgere lapidibus. Qui deiecit, non solum morti non potuit, sed conuersus, & super genua sua recumbens, dicebat: Rogo Domine Deus pater remitte eis peccatum, non enim sciunt quid faciunt. Cumq; eum talia orantem defuper lapidibus pergerent, unus de sacerdotibus de filiis Rechab filij Rechabin, de quibus protestatur Hieremias propheta, exclamauit, dicens: Parcite quælo. Quid facitis? Pro vobis orat iustus hic quem lapidatis. Et unus ex ipsis fullonis arrepto fuste, in quo res exprimere solent, cerebro eius illisit, & tali martyrio consummatus est, ac sepultus in eodem loco prope templum. Hic est qui exticat veritatis testis Iudeis & Gentibus, quia Iesu est Christus. Et non multò post oppugnatio consecuta est Vespasiani. Hæc latius quidem, sed consonanter Clementi etiam Egesippus retulit, quod ita mirus quidem, & apud omnes homines opinatissimus in obseruatione totius iustitiae Iacobus habebatur, ut & Iudeorum prudentes, quique crederent hanc esse causam statim consequituræ oppugnationis Hierosolymorum, quod in illum

¹ Vide Iacobi Ap. pos. ab Irenel. ad ciborum deles. Cum contra nos sit hereticos.

² a Habes in Apo. solo velim tamen explicatatem: Orationis afflictionem: Graues fedelos nem in preciosis: ne: Continentiam in corpore. Quid ad hæc dicit Eccl. Sæ turbor, & omnium bonarum institutionum ea uerior.

illum rursus sceleratas iniecerint manus. Et Ioseph ita sibi videri euidenter indicat per hæc verba: Quæ omnia, inquit, acciderunt Iudeis, pro vindicta Iacobi Iusti, qui erat frater Iesu, qui dicitur Christus, quem iustissimum & piissimum omnium confessione virū Iudei interfecerunt. Idemq; etiā morte eius in vigesimo Antiquitatū libro, his verbis designat: Mitit autē Caesar Albinū Iudeæ præfectum, Festi morte comperta. Ananias autē iunior (quem Pontificarium suscepisse suprà diximus) proterius admodū, & insolens moribus, hærem defendebat Sadduceorū, qui in iudicis crudeliores Iudeis ceteris videntur, sicut iā suprà diximus. Hic insolentia sue tempus datū credere ex morte Festi, confessum Iudicii conuocat, & introducit in mediū fratrem Iesu qui dicitur Christus, Iacobum nomine, & alios q̄ plurimos, quos velut contra legem gerere incusans, tradidit lapidandos. Quod facinus, si quis ex ciuib⁹ modestior fuit, & æqui ac legis obseruantior, grauiſsimè tulit. Qui etiā occulē legationē ad Cesarem mitiunt, orantes eum scriberi Ananiæ, ne hec agat: quia nec prius huicmodi facinora recte commiserit. Quidam autem ex ipsis etiā Albino occurunt, de Alexandria ad ipsos iter agenti, atq; edocent, quod non licuerit Ananiæ se inconsultè confessum iudicū conuocare. At ille commotus ex his quæ dicta sunt, cum indignatione scribit ad Ananiam comminatus ablaturum se ab eo iudicandi potestatem, qua non recte vtebatur, quia & Agrippa Rex eum tribus foliis mensibus functum hoc honore priuauerit, & Iesum Dammei filium in locum eis subrogauerit. Haec tenus etiam de Iacobo, cuius illa habetur epistola, quæ prima scribitur 3 inter eas quæ Catholicæ appellantur.

VITA SANCTI IACOBI MINORIS APO-

stoli, per Diuum Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.

Iacobus Alphej Episcopus Hierosolymorum primus, cognomento iustus, sororis matris Domini filius, unde & Domini frater vocatus est, homo lucis, operarius veritatis, tantęq; etiam sanctitatis, ut simbriam vestimenti eius certatim cuperent attingere populi. Hic duodecim tribubus, quae sunt in dispersione gentium epistolam scribit. Qui dum in Hierusalem Christum Dei filium prædicaret, de templo à Iudeis præcipitatus, lapidibus opprimitur, ibiq; iuxta templum humatus est. Quem Iosephus tantæ sanctitatis perhibet, ut propter eius necem Hierosolyma credatur esse diruta.

VITA BEATI IACOBI APOSTOLI FRATRIS DO-

mini, per D. Gregorium Archiepiscopum Turonensem scripta.

Iacobus Apostolus, qui frater Domini vocatus est, ab ipso Domino nostro Iesu Christo Episcopus dicitur ordinatus. Post cuius gloriōsam ascensionem dum viam iustitiae Iudeis errantibus aperire conatur, de pinna templi præcipitatus alliditur, effusumq; fullonis fuste cerebrum eius fuit, & spiritum reddidit. Sepultus est in monte Oliveti, in memoria quam sibi ipse fabricauerat, & in qua Zachariam ac Simonem sepelierat.

COMMENTARIUS RERVM GE-

starum sancti Iacobi Apostoli Fratris Domini.

Apud Simeonem Metaphrasten.

Hil est viro bono, & virtutis amatori æque iucundum, & quod nulla minus satietate offendatur, atque iusti memoria, & maximè si passus sit propter Christum. Ea enim illum magis excitat ad laetitiam, quam aurum pecunie amatores, & quæcunq; sunt visu delectabilia, eos qui pulchram rerum tenentur amore. Adde quod ipsa iusti memoria non solum est iucundus, sed etiam valde utilis, cum aliquem zeli & emulationis stimulum immitat animis, & ad similia aggredienda excitet. Agedum ergo nos quoque magnum Iacobum in medium adducentes, qui verè est iustus, & nominatur, & vt Christi frater vocaretur, eximiè est affectus, communè ex rebus illius uitilitatem capiamus, & voluptatē. Nam licet multi alii, qui in Ecclesiastica scribenda historia studiū posuerunt, de hoc iusto narrauerint, & ante omnes Hegesippus & Clemens, quorū ille quidem in quinto suo libro, hic autē in sexta earum, quæ vocantur Hypotyposes, nonnulla ex ijs quæ ab ipso gesta sunt affumentes, postea trahiderint: nemo tamen se extendit ad omnia, neq; contendit de eo dicere sigillatim. Causa autem est, quod non sicut eorum institutum de ipso scribere: sed erat quidem eis aliud

³ Afferit Iacobus esse epistolam, quæ inter catholicas appellatur primam, quod nota contra zofri temporis hereticos.

Habetur in libr. eiusdem de partibus noui testagmendi.

Habetur in libr. eiusdem in gloria plurimorū martyrum Cap. 27.

* Hoc opinio non
solū fuit in Metas
p̄b̄ ast, sed quo
rundam etiam at
torum, Verū Hic
rony. & alij viri
graves & dolli,
volunt eum fuisse
filium Alphai Et
Marie fororis ma
tris Domini: quod
expresse ostēditur
Matto. Marci 3.
& Lu. o. Nisi quis
severentibus oche
lis sacra Euangeli
ha legerit.
Ecce S. viri ab
sidentiam. Potum
aque: alimentum
ganis: Ciborū des
lectū: Lachrymas
rum effusione:
Genuum incurva
tionem ad oratio
nem: Vestitus sim
pliciterem.

propositū argumentum: in parte autem, cūm ita accidisset, illius meminerunt. Iacobus ergo diuino patria fuit Iudea, * pater Ioseph, qui propter inlignem virtutem, & morum bonitatem, fuit sponsus virginis, quæ Dominus nostrus Iesum Christum peperit. Erat autem eius actiones nomini conuenientes. Aiuū enim eum fuisse vocatū Ioblam: quod quidem vult significare iustum. Oculus eius lenis, & placidus, & verè dignus, qui confequeretur à Deo misericordiam. Aures diuinis verbis omnino aperte. Os, in quo tanquam aliquæ deliciæ, lex erat perpetuò. Manus quæ semper mouebantur ad bene facendum. Venter qui omnino suis resistebat appetitionibus. Nam ab animatis, & a vino tota vita vñque adeo abstinuit, ut a quam quidem existimaret potū suauissimum, quemadmodum & alimentū panem, lachrymarum guttas abundanter milcens cum potionē. Genua eius precacionis afsiduæ causa penitus obduruerant, & pellis erat in eis veluti mortua. Pannus erat ei gratū indumentum, & sindon, quando erat ad sacra ascensurus. Inter noctem & diem nullum erat ei discriben: fed noctu quoq; lucis exercebat opera: & dies vite tranquillitate, & turbarum vacuitate imitabatur planè noctis silentium. Suis erat iucundus, alienis venerandus. Tantam enim laudē virtutis, non solum apud amicos, sed etiam apud eos qui non erant iniciati mysteriis pietatis, is fuit assecutus, vt nonnulli quoq; eorū eius conscripserint martyriū, & dixerint, non eos solūm luisse pœnas, qui iustum interemerunt, sed ciuitatem quoq; magnā accepisse calamitatē, in qua execrandum illud contigit facinus. Ei quod dico fert testimoniū Iolephus, in vigilio libro Antiquitatum id referens. Quomodo autem, & alia quæ ad iustum pertinent, vobis virtutis amantibus pro dignitate recensēbimus? Nuper quidem Dominus fuerat nobis particeps magni secundum carnem mysteriū: & magnus hic Iacobus tenebat clauim Ecclesiæ Hierosolymitanæ. Cum duo autē sint que hominem ducunt ad perfectionē, contemplatio, inquam, & actio, ex quibus vim accipiunt virtutes, examinandum est, quām hic esset in vtroq; eximius. Sed quoniam maximē per contemplationem ad Deū est alicens, quod eius fieri potest, prius narremus de illius contemplatione, deinde etiam actionem pondemus pro viribus. Existimo enim oportere Episcopi oculum ante alia delectari vi contemplandi: etiam si actionem quidem putarunt esse alicens ad contemplationē. Concedatur ergo quid contemplatio præcedat actionem, quandoquidem iusti actioni coniunctum est etiam martyrium. Sed quomodo Episcopus gregem cum scientia pacere debeat, is aperte potest intelligere, qui Catholicam eius legit epistolā. Et primū quidē id quod est in inscriptione egregiū non est prætermittendū. Protinus enim, & vt dicitur, à carceribus significatur sancti modestia. Sic autē habet: Iacobus Dei & Domini Iesu Christi seru⁹, duodecim tribubus, que sunt in dispersione salutem: Nam cūm ei liceret seipsum vocare Apostolū, aut Episcopū, aut quod maius est, Fratré Domini: quibus nominibus ipsum quoq; Paulus significavit scribens ad Galatas: videtur delectari humilioribus, se esse seru⁹ Christi Dei significat tribubus Israëlis, vel maximē proprium magistrorum insigne, habens moderationem, & ea sibi magis placent, quām Episcopatus dignitate, atq; fraternitatis. Sed agè nonnulla quæ leguntur in epistola, quantum concedunt, persequamur: per quæ erit manifesta illius mentis puritas, & accurata doctrina. Nam cūm fuisse in principio Epistolæ, & contemplante animi oculo considerasset, vt est consequens, quid quicquid ad Deum accedit, incidit in tentationes (Bonī enim principiū, & radix est Deus, bonum autē est virtus. Via autē quæ fert ad virtutē, est alpē & difficilis, & quæ multa habet aduersa, & ideo eneuit omnino, vt qui ad Deum accedunt, in res incident inaequales) exhortatur sanctos ad inuitam patientiam & nunquam cedentem, bonos imitans puerorum præceptores, & qui conuenienter legibus decertationis sciunt decertare. Dicit enim: Omne gaudium existimat, fratres mei, quando in tentationes varias incideritis, scientes quid probatio fidei vestræ patientiam operatur. Patientia autem perfectum opus habeat, vt in nullo deficiatis. Si cui autem vestrū deest sapientia, petat à Deo, qui dat omnibus absolūtē, & non exprobrat. Considera autem cum quanta hortat sapientia. Non enim solummodo sustinere, sed etiam gaudere ingruitibus iubet tentationibus: nec solum gaudere, sed id etiam omne gaudium ducere. Neque verò dicit quaslibet tentationes: Sed quando in varias incideritis tentationes. Causa autem est: Scientes, inquit, quid probatio fidei vestræ patientiam operatur. Deinde subiungit, in fide debere esse firmitatem & constantiam, & nullam dubitationem, dicens: vir animo duplex, est instabilis in omnibus vijs suis. Quod autem post ea dicit, quantum cum venustate habet etiam profunditatem? Glorietur enim, inquit, humili quidem in sua altitudine: duas autem in sua humilitate. Nam cūm diuitiae quidem allicant ad superbiam: paupertas autem ad humilitatem & animi deicationem: ille contrā iubet facere diuitias quidem suā constituere altitudinem in modestis actionibus: Pauperem verò hoc ipsum existimare dignitatem non contemnendam, si magno & excelsō animo ferat paupertatem: Ita paupertatem & diuitias, quæ sunt sāpē multis

materia ad peccandum, vtrq; materiam efficit ad Dei cultum. Deinde rursus cūm scirer, eius gloriae, & quām multorū bonorū sint tentationes conciliatrices ijs qui se fortiter gerunt, reperens dicit: Beatus homo qui sustinet tentationem, quoniā cūm fuerit probatus, accipiet coronam vitæ: beatitudine & lpe coronarum efficiens, vt sint viris bonis acceptæ tentationes, & eas propemodum tanquam lucrū existimant, & cum voluptate excipiunt. Sed neque multorum morbum, qui suas defendentes cupiditates, peccatum dicunt esse à natura, & neque vereantur existimare Deum esse causam malorum, reliquit incuratum: sed tanquam medicus præstans, auxilijs vtens præseruantibus, huic morbo resistit, dicens: Nemo qui téatur, dicat: A Deo tentor, Deus enim non tentat à malis: ipse autē tentat neminem. Vnusquisq; verò tentatur à propria concupiscentia attractus, & infascatus. Deinde concupiscentia cūcōcepit, parit peccati, peccatum autē perfecū parit mortē. Sic vir iustus iuste iudicavit inter homines, & Deum, illi quidem suo testimonio tribuens, quod non esset auctor malorum, & linguis loquacibus persuadens, vt tacerent: efficiens autē vt homines suam agnoscerent imbecillitatem, & sua peccata, & vt fibi, & non Deo adscriberent delicta, quæ ex mala consuetudine proueniunt, & socrisia: & sic discerent se humiliter gerere, & petere veniam. Præterea videbis iustum sapienter peritem patet arrogantiā & superbiam, quæ sequitur bonum recte gestum, & per suadentem Deo porcius, quām libipfis adscribere, quod fuerit recte factū. Ne erratis igitur, inquit, fratres mei dilecti. Omne donum bonum, & omne datum perfectū desuper descendit à patre lumen, apud quem non est vicissitudo, nec mutationis obumbratio. Volens enim genuit nos verbo veritatis, vt simus nos primitiā quedam eius creaturā. Hæc & exinaniant arrogantiam, & ostendunt Deum esse datorem bonorum, & esse immutabilem, nec in eum cadere alterationem: quodq; is est eximius, si conferatur cum rebus creatiis, & maximam videtur gerere curam hominis.

Posthac accedit ad admonitiones, quæ ad mores magis pertinent: Sit, dicens, omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendū, & tardus ad irā. Si enim velox sermo est caudens, quād magis adhibenda est cautio ne citā irascaris. Vide autē quomodo figurā veri exprimit Christiani. Religio pura & immaculata patri, & Deo hæc est: Visitare orphanos & viduas in afflictione eorū: immaculatum seipsum conseruare à mundo. Ex a quo iubet & à mundo recedere, & ad propinquū accedere. Tunc enim verè ac sincere fratru miserebimur, quād nos separabimus ab affectione in mundū. Dicendo autē: Ne in personarū acceptiōibus habeatis, fratres, fidem Domini nostri Iesu Christi gloriæ. Tollit id quod sit ad ostentationē, docens ne vivamus, vt placeamus hominibus, neq; queramus gloriā ex hominibus, humilia & abiecta cogitantes: sed Deum solum amemus, & eius quod fit, habeamus ipsum laudatorem, & remuneratorem ab eo expectemus. Dicendo verò eū legē implere Regiā, qui diligit proximū sicut seipsum, excitat ad fratru dilectionē, ex eius qui legē tulerat dignitate, sciens huius præcepti magnitudinē & pulchritudinē: & quid plane legis adimpleret est dilectio in proximi: et hoc ipsum est summa bonorū. Dein mouet ad misericordiā, teres imisericordi & ineuitabili, quod illic est, iudicio. Iudiciū enim, inquit, sine misericordia ei qui non fecit misericordiā: per hoc concedens, vt misericordia glorietur plus q; iudicū, quatenus illi dat victoriā. Quin etiā ita dicit fidem opus habere actione, sicut corpus eget spiritu: absque ea autem esse mortuā & inutilē, vt non confidamus in eo solum quod credamus, & inaniter gloriemur. Hoc autem probat, statim Abrahā & Rhaab adducens in testimoniu: illum quidem qui cum fide Isaac quoq; obtulit: hāc autem, quæ speculatorēs per aliam viam transmisit. Et quid opus est, vt singula enumerem? Vix villam prætermisit ex virtutibus moralibus, ad quam non incitauerit virum pium ac religiosum cum multa probabilitate, gratia ac iucunditate. Is linguae legem dedit, vt qui & in tempore faciendum, & in tempore dicendum accurate doceret. Is paternē docer sequi quidem veritatem, à falso autem abstinere. Porro autem lingua quoq; maledicam & calumniatricem plurimum accusat. Et de propinquō clanculum detrahere, aut etiā eum iudicare, ab animis hominū procul propulsat: Tuum opus est, ô iuste, diuites quoq; rursus & pauperes admonere, illos quidem, ne confidant in diuitijs: hos autem, vt mala ferant patienter, vt qui sint tolerantiae accepturi mēcedem, quæ non potest auferri: & illis quidem infidelitatis argumentum diuitias objiceret, vt qui in eis confidant, & non in Dei sūn, qui nunquam exhaustur, his autem, tanquam Prophetam annunciat, quid pro foribus stat is qui iudicat. Illud autem, non per iurum solum, sed vel ipsū omnino iusfirandum declinare debet: cuiusq; alterius q; lingue iuste fuerit admonitio, dicens: Ante omnia, fratres mei, nolite omnino iurare, neque per cœlum, neque per terrā, neq; ullum aliud iuramentum. Sit autem vestrum, Certē, certē, & non, non, ne sub iudicio decidatis. Eos qui sunt sereno & tranquillo animo docet, vt se minant oratione: eos qui egrorant, vt o- leo vtante cum oratione Sacerdotis adunctionem, & id habeant pro morbi medicina, vt

pote quod oratio, cui opera ferunt auxilium, maxima posuit efficere. Quid opus est omnia persequi, quae haec continet epistola, cum eam posuit, qui velit legere, & illinc haurire, tanquam ex fonte, & gustando factis probare, & ita fide dignus esse testis eorum quae pulchre dicuntur a Iacobō? Porro autem hinc quoque sciri potest, quanta esset eius autoritas, & dicendi facultas. Fuit aliquando quæstio Antiochiae, an oporteret eos, qui ex gentibus ad verbum veritatis accederent, more Mosaico deinceps circumcidere. Fratres ergo qui erant Antiochiae, Apostoli commorantibus Hierosolymis permisérunt iudicium, Paulo & Barnaba vīi ministri ad proponendū id de quo quærebatur. Cūm verò quæ Hierosolymis erat Ecclesia ad hoc esset congregata, & Petrus primus Apostolorum praeceps fidei, & deicere et fermina pietatis: Viri fratres, inquit Iacobus, Simon exposuit, quomodo primum Deus visitauit sumere ex gentibus populu nomine suo. Et ei consentiuit Prophetæ. Deinde cūm subiuxisset veiba vnius Prophetæ, de ijs quæ quærebantur, hanc tulit sententiam: Iudico ego, dicens, non esse molestia afficiendo eos, qui ex gentibus ad Deum conuertuntur: sed scribendum ad eos, ut se abstineant à contaminationibus simulachrorum, fornicatione, & sanguine, & iussuocato. Sic dixit, & quod dixerat, deductū est ad effectum: & quod a Iacobō fuerat decretum, scriptum est ab Apostolis, & Ecclesiæ pro forma fuit traditum. Tanta apud Apostolos fuit eius reuerentia. Sed licet etiam audire quidnam Paulus de eo scribit ad Galatas: Ascendi, inquit, Hierosolyma ad videndum Petrum: alium autem Apostolum non vidi, nisi Iacobum fratrem Domini, vt pote quod res esset magna, & digna, quæ mandaretur memorias, videre Iacobum. Qualibus autem monitionibus ad Paulum vlt̄ sit Iacobus, aperte sciet, qui legerit Actus Apostolorum. Cūm nos enim (inquit Lucas) venissimus Hierosolyma, excepérunt nos omnes fratres. Sequenti autem die, ingressus est Paulus nobiscum ad Iacobum. Et omnes accesserunt presbyteri. Quos cūm salutasset, exposuit signifikatim vnumquodque eorū, quæ Deus fecit gentibus per ministerium suum. Illi autem cūm audissent, glorificauerunt Deum, dicentes Paulo: Vides, frater, quām multa milia sunt inter Iudeos eorum qui cederunt: & sunt omnes legis æmulatores. De te autem audierunt, quod tu doces à Moyse defensionem Iudeos, qui sunt in gentibus. Sed fac hoc, quod tibi dicimus. Sunt nobis viri quatuor votū habentes super se, his assumptis sanctificate cum illis, & impende in illis, ut radant capita, & cognoscant omnes quod quæ de te audierunt, nihil sunt. Oportet autem omnino existimare hæc verba esse Iacobi, ut qui esset princeps illius Ecclesiæ. Propterea, enim hoc egregie à Luca est additum: Paulus nobiscum ingressus est ad Iacobum. Tantum inter Apostolos tribuebatur Iacobus, & adeò erat clarus, & habebatur in tanto honore, partim quidem hoc habens ex virtute, partim autē hoc natus ex eo quod esset frater Domini. Iudas autē, qui Catholicarum septimi scripsit Epistolā, quānā ex re feipsum significat, & quomodo facit inscriptionē: Iudas Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi, ijs qui sunt dilecti in Deo patre. Non ex imperatorijs, & inanis dignitatibus sibi tantum claritatem tribuunt, qui sunt in mundo splendidi, quantum ille sciebat gloriari ex eo, quod esset & diceretur frater Iacobi. Si autem est Iudea gloria dici fratrem Iacobi, quanto est ipsi Iacobo maior, quod Christi frater nominetur? Ipse enim solus assecutus fuit hæc priuilegia, & dignus est habitus, qui solus vocaretur frater Domini. Hic ergo magnus, & diuinus Iacobus erat Sanctus (vt facia dicunt eloquia) ex veteri matris fūr. Quamobrem statim post Deum primum Pontificem, accipit clavum Ecclesiæ Hierosolymitæ, & solus in Sancta sanctorum perpetuo ingreditur. Non enim sene, sicut ijs qui legi & vmbre coelstium seruiebant, concedebatur ingressus, sed sic ingrediebantur, ut qui solus posset ingredi propter puritatem. Ingrediens autē se inclinabat genua, & populo melius conciliabat remissionē peccatorū, quam quomodo fecit Moyses, adeò ut instar camelorū ei genua obdurecerent, eō quod is ea fleceret aſsiduē. Sic & enim nobis Deus, qui homo factus est, orandū tradit. Propter infignem autē iustitiam vocabatur, ut dictum est, Ioblias, quod lingua nostra significat comprehensionem populi, & iustitiam. Cæterum quomodo Prophetæ prius significauerūt, quidam sepe ex heræfibus, quorū dux erat Ananus (Erat autem Ananus tunc sacerdos, quando Paulus appellato Cæſare, Romanā Festo vinctus missus est ad Neronē) cūm essent frustrati spe infidiarum, quas struxerant aduersus Paulum, conuertuntur contra Iacobū fratrem Domini. Hæc autē in illū facere aui sunt. Cūm iustum intercepserint mediū, petebant ab eo negationē fidei in Christum coram toto populo: & ex ipso sunt sciēti: Dic nobis: O iuste, dicentes, quid tibi videtur de Iesu? Ille autem eis conuenienter respondens, & qualis dicebatur, nempe iustus, talis quoq; volens videri, iustum similiiter vocē emitit: Is est dicens, filius Dei Iesus Christus. Atque nonnulli quidem credebant ijs quæ dicebantur a Iacobō, aliij autem minimè credebant, & contradicebant, conuenienter non recte traditioni & errori. Quædam enim heræfes apud Iudeos (vt diuina dicunt eloquia) neque tenabant resurrectionem, neq; credebat Deū venturum, ut redderet vniuersis secundūm opera sua.

² Ad uarte quod
genua flectere ad
orationem est ex
traditione Salu-
toris nostri.

sua. Atque multi quidem propter Iacobum relati sunt in numerum credentium: magna autem murmuratio exorta est inter principes Iudeorum, vt pote quod dicenter Pharijæ, & Scribæ, in periculum venire vniuersum populum expectantem Iesum Christum. Cūm ergo accesiissent ad Iacobum, Te valde rogamus, o iuste, dicebant, colib⁹ populum: in errorem enim inductus est de Iesu, quod ipse fit Christus: & fac ut iis qui die Pascha conuenerint, de Iesu persuadeas, ne de ipso fallantur. Tibi enim nos credimus, & tibi serinus testimoniū, & vniuersus populus, quod sis iustus, & personam non accipias: hoc testimonium, quod esset iustus, & personam non acciperet, idea illi tribuentes, ut ex hoc iusti nomine eū ad se allicenter, & persuaderent, ut illorū personas acciperet, corruptus assentatione, Ascēde ergo templi pinnaculum, ut cernaris à toto populo, & verba tua audiantur. Nam propter Paschen conuenerunt omnes tribus cum gentibus. Stauerunt ergo scribæ, & Pharisiā Iacobum supra templi pinnaculum, & alta voce dixerunt: Iuste, debemus omnes tibi credere. Quoniam igitur populus errat post Iesum, quem omnes scimus pālū esse mortem sub Pōtio Pilato, nobis enuncia, quid tibi videatur de Iesu. Cūm ergo tempus vocaret, & vir fortis relisteret mendacio, non est cunctatus, neque meru prodidit veritatem: sed & animo, & lingua liberrimus, & magnam protinus vocem emittens: Quid me rogatis, inquit, de Iesu? Ipse fidelis in celo ad dexteram virtutis patris lui, venturus posthac in nubibus celi, ut iudicet orbem terræ in iustitia. Cūm multi autem fuissent persuasi ab hoc Iacobi testimonio, clamarentque, & dicenter: Osanna filio Dāuid: Scribas & Phariseos subiit magna eius quod factū fuerat penitentia, & inter se dicebant: Malè fecimus, qui tale testimoniū Iesu prebuerimus. Agendum ergo Iacobum deiiciamus, ut populus sic metu recordatus, non credit Iesu. Cūm sic dixissent, magna voce clamarent: O o, iustus quoque errauit. Cūm ergo ascenderent in templi pinnaculum, eum statim deiiciunt. Et ne sic quidem desistentes ab insania, dicebant, iustum obruum lapidibus. Et ceperit in eum iaculari lapides, quoniam deiectus non erat mortuus. Sed conuersus (sæcūlārū animam) figit 3 humi genua dicens: Domine Deus pater dimite eis, nesciunt enim quid faciunt; etiamē vocem quam Stephanus, diuinus quoque emittens Iacobus. Cūm sic ergo eum appeterent lapidibus, vñus ex Sacerdotibus, qui erant filii Recham, filii Rechabit, de quibus fert testimonium Hieremias propheta, clamauit; dicens: Cessate, quid facitis! iustus pro nobis precatur. Quidam autem ex eis accepta fuste ex officina fullonis, qui comprimebat vestes, validè infligit eius capiti. Et sic iustus tradidit animam. Quem accepérunt, & sepelierunt prope templum Dei. Quicunque autem erant in ciuitate moderati & probi, & videbantur leges accuare seruare, hoc tulerunt grauiter: & clamauit ad Agrippam (erat enim is successor Tetrarchæ Herodis) rogates, ut scriberet ad Ananum, ne talia auderet: neque enim recte fecisse dicebant, quod fecerat magno Iacobō. Quidam autem ex Albino quoque procedentes, obuiam venienti Alexandria (Ipsum enim post Featum elegit Cæsar procuratorem Iudeæ) eum docent, non licere Anano absque eius sententia sedere in Concilio. Albinus igitur credens iis qui dixerant, iratus scribit ad Ananum, minans eum daturum penas admisi facinoris. Rex verò Agrippa Anano deposito à Sacerdotio, cūm fuisset Pontifex non plures quām tres annos, alterum eius loco constituit. Mala autem extrema inuaserunt Iudeos post mortem Iacobi. Horum testis est Iosephus Iudeus, qui nihil celatur veritatis. Hæc ita euenerunt, & sanctus additus est sanctus, martyr martyribus, iustus qui iustus erat, & nominabatur, quiq; primus inter Episcopos fuit martyris corona redimitus. Nam inter Diaconos quidem praefecsis Stephanus, inter Apostolos Zebedai Iacobus; Nunc autem Pontifex Christum primum Pontificem est secutus. Martyr, eum qui pro vniuerso mundo proprium præbuit sanguinem. Quām multarum diuinarum dignitatum quām multæ tibi debita sunt coronæ: Discipulo, Pontifici, iusto, Dei fratri, martyri, qui quicquid boni dixerit quispiam, habet ex abundantia. Ad gloriam patris, filij, & spiritus sancti, quæ est vna, & inseparabilis diuinitas, & quam decet omnis honor, & magnificientia, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

³ Orat dñus Iacobus pro interfē-
tioribus, genua bū-
ni figere.

VITA SANCTI ANDREAE APOSTOLI.

li, per presbyteros & Diaconos Ecclesiastum
Achaicæ scripta.



ASSIONE M sancti Apostoli Andreæ, quam oculis nostris vidimus, omnes presbyteri & Diacones Ecclesiastum Achaicæ scribimus vniuersis Ecclesiæ, quæ sunt in Oriente, & Occidente, & Meridiano, & Septentrione, in Christi nomine constitutis: Pax vobis, & vniuersis qui credunt vñi Deum in Trinitate perfectum, verum patrem ingenitum, verum filium vniuersum.

M H iiiij genitum,

gentium verum spiritum sanctum procedentem ex patre, in filio permanentem, ut ostendatur unus spiritus esse in patre & filio, & hoc esse unigenitum filium, quod est & ille qui genuit. Hanc fidem didicimus a sancto Andrea Apostolo Domini nostri Iesu Christi: cuius passionem, quam coram positi vidimus, prout possumus, explicamus. Proconsul itaque Aegaeus Patras civitatem ingressus ceperit compellere credentes Christo ad sacrificia idolorum. Cui occurrens sanctus Andreas dixit: Oportebat ut tu, qui ludex esse hominum compobaris, Iudicem tuum qui est in celo, cognolceres, & agnitus coleres, & colendo cum, qui verus Deus est, ab his qui veri Dij non sunt animum reuocares. Cui Aegaeus dixit: Tu es Andreas, qui destruis tempora deorum, & suades hominibus superstitionem illam sectantur, quam nuper detectam Romani Principes exterminari iusserrunt? Andreas dixit: Romani Principes nondum cognoverunt hoc, quod pro salute hominum veniens Dei filius docuerit ista Idola non solu Deos esse, sed esse daemona pessima, & inimica humano generi, que hoc docent homines, unde offendatur Deus, ut dum offensus fuerit, auertatur, non exaudiat: & cum aversus fuerit, & non exaudierit, habeatur a Diabolo ipsi captivus, & tam diu eos deludat, quādiu de corpore exeat rei & nudi, nihil secum præter peccata portantes. Aegaeus dixit: Ista superstitione & vana verba Iesu vester dum prædicaret, Iudei illum crucis patibulo affixerunt. Andreas respondit: O si velles scire mysterium crucis, q̄ rationabili charitate autor humani generis pro restauratione nostra hoc crucis patibulum non inuitus, sed sponte suscepit. Aegaeus dixit: Cum traditus afferatur a suo discipulo, & a Iudeis tentus, & prædicti adductus, & ad petitionem Iudeorum à militibus præsidis crucifixus, quomodo tu dicas eum spontaneum crucis subisse patibulum? Andreas respondit: Ideo ego dico sponte, quoniam similis cum ipso fui, cum a suo discipulo traderetur: & antequam traderetur dixit nobis, quod tradendus esset, & crucifigendus pro salute hominum: & die tertia resurrexeretur se esse prædictus. Cui cum frater meus Petrus diceret: Proprius esto tibi Domine, non fiat istud: Indignatus sic ait Petro: Vade retro Satana, quia non sapis ea quae sunt Dei. Et vt plenius nos instrueret, quomodo sponte passione lufciperet, dicebat nobis: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Ad ultimum dum caenaret nobiscum, & diceret: Vnus vestrum me tradidit, & ad istam uocem omnes contrastaremur: ne suspenso cogitatio trucidaret, ait: Cui dederis panis fragmentum de manu mea, ipse est. Et cum dedit sibi ex condicibus nostris, & futura quāsi iam præterita narraret, docuit se voluntate suis tradi, cum nec traditorem fugiendo deseruit, & in loco quo illum sciebat venturum esse, permanxit. Aegaeus dixit: Miro te prudentem virum istum uelle sectari, quem quoquo pacto, aut sponte, aut in uitum, cruci tamen confiteris affixum. Andreas respondit: Hoc est, quod me & iam dixisse, iam retines. Magnū est mysterium Crucis: Quod si forte volueris audire, retexam. Aegaeus dixit: Mysterium non potest dici, sed supplicium. Andreas dixit: Iplum supplicium, mysterium restaurationis humanae, si patienter audias, comprobabis. Aegaeus dixit: Ego quidem patienter te audiam: sed tu si me obtemperanter non audieris, ipsum crucis mysterium in teipso excipies. Andreas respondit: Ego si crucis patibulum expauscerem, crucis gloriam non prædicarem. Aegaeus dixit: Infans sermo tuus prædicat gloriam supplicij, qui per audaciam, pœnam non times mortis. Andreas respondit: Non per audaciam, sed per fidem pœnam non timeo mortis: Mors enim iulorum pretiosa est: mors vero peccatorum pessima. Et ideo audire te volo crucis mysterium, ut agnitus forsan credas, & credens ad restaurationem tuæ animæ quoque pertinges. Aegaeus dixit: Restauratur hoc quod periisse docetur. Nūquid anima mea periret, ut rad eius me restaurationem venire per fidem nescio quam tu aseras? Andreas respondit: Hoc est quod te discere desiderabam, ut dum perditas animas hominum docero, illa restaurationem earum per crucis mysterium pandam. Primus enim homo per lignum prævaricationis mortem induxit, & necessarium hoc erat generi humano, ut per lignum passionis mors quæ ingressa fuerat, pelleretur. Et quomodo de immaculata terra factus fuerit homo primus, qui per lignum prævaricationis mundi mortem intulerat, nesciarius fuit, ut de immaculata virginie natu Christus perfectus homo, qui est Dei filius, qui primum hominem fecerat, vitam eternam quā perdiderant omnes, reparare, ac de ligno crucis, lignum concupiscentiae excluderet, panderet in cruce immaculatas manus pro manibus incontinenti extensis, pro suavi cibo arboris vetere escam felis acciperet, & in se suscipiens mortalitatē nostram, suam nobis immortalitatē offerret. Aegaeus dixit: Ita verba illis narrare debes qui tibi eredunt, mihi aut nisi hoc consentias, ut sacrificium dij omnipotibus offeras, in ipsa cruce quā laudas, ut fultigatū affigī precipia. Andreas respondit: O potenti Deo, qui unus & verus est, ego di die sacrificio, no thuri sumū, nec taurorū mugientiū carnes, nec hircorū sanguine: fed im maculatum

maculatum agnum quotidie in altari crucis sacrificio: cuius carnes, posteaquam omnis populus credentium manducauerit, & eius sanguinem biberit, agnus qui sacrificatus est, integrus persevererat & viuus: & cum verè sacrificatus sit, & verè carnes eius manducatae sint à populo, & verè sanguis eius sit haustus, tamen (vt dixi) integer permanet, & immaculatus, & viuus. Aegaeus dixit: Quomodo potest hoc fieri? Andreas respondit: Si vis discere quomodo hoc potest fieri, assume formam discipuli, ut possis doceri, quod quāris. Aegaeus: Ego à te tormentis exigam huius rei notitiam. Andreas dixit: Miror te hominem prudentem tam stulte locutum. Ergo tu tormentis putas me diuinam tibi pandere sacrificia? Audi mysterium crucis, audiisti mysterium sacrificij. Si credideris Christum filium Dei, qui crucifixus est à Iudeis verum Deum esse, pandam tibi quo ordine occisus viuat agnus: qui cùm sacrificatus fuerit, & cornestus, integer tamen, & immaculatus in suo regno permanet. Aegaeus dixit: Cùm sit occisus, & ab omni populo (vt asseris) deuoratus, quomodo integer persevererat, & viuus? Andreas respondit: si credideris ex toto corde tuo, discere poteris: si non credideris, penitus nunquam tu ad indaginem huius veritatis attinges. Tunc iratus Aegaeus iussit eum in carcere recludi. Vbi cùm esset clausus, venit ad eum multitudo penitentium prouincie, ita ut Aegaeum velell occidere, & Andream Apostolum fratris ianuis carcere liberare. Quos sanctus Andreas his verbis admonuit: Nolite quietem Domini nostri Iesu Christi in seditionem Diabolicam excitare. Nam traditus Dominus omnem patientiam prebuit, non contendit, neque clamauit, nec in plateis aliquis eum clamantem audiuit. Habete ergo silentium, quietem, & pacem: & non solū meum martyrium nolite impidere, verū etiam vosipos, quasiathletas Domini, præparate, vt vincatis minas intrepido animo, plegas autem per toleriant corporis supereritis. Si enim terror timendus est, ille est utique timendus, qui finem non habet. Nam humanus timor fumo similis est, & subito cùm excitatus fuerit, euaneat. Et si dolores timendi sunt, illi sunt formidandi, qui sic incipiunt, vt nunquam finiantur. Iste enim dolores aū leues sunt, & tolerantur: aut graves sunt, & citè animam eliciunt. Illi autem dolores aterni sunt, vbi est quotidianus fletus & mugitus, & lucus, & sine fine cruciatus, ad quem Proconsul Aegaeus ire non timet. Estote ergo magis parati ad hoc, vt per tribulationes temporales ad eterna gaudia pertingatis: vbi semper latemini, semper floreatis, semperque cum Christo regnetis. Haec, & his similia sancto Andrea Apostolo per totam noctem populum admonente, dum lux diei in matutino prorumperet, misit Aegaeas, & adduxit ad se sanctum Andream, ac fedens pro tribunal, dixit: Existimauit te nocturna cogitatione reuocare animū tuum à stultitia, & à Christi tui laude cessare, vt posses nobiscū non amittere gaudi vitæ. Stultum est enim vltro velle ad passiōnē crucis ire, & ignibus ac flammis tecipsum pessimis destinare. Andreas respondit: Gaudia tecum habere potero, si credens Christo dimittas culturas idolorum: Christus enim me misit ad istam prouinciam, in qua non paruum populum ei acquisiui. Aegaeus dixit: Ideo te sacrificare cōpello, vt isti qui per decepti sunt populi, relinquant vanitatem tuæ doctrinæ, & ipsi Diis offrant grata libamina. Nulla enim remansit in Achaea ciuitas, in qua templa Deorum derelicta non sunt, & deserta. Nunc ergo per te restauretur cultura Deorum, vt & dij qui contra te irati sunt, placari possint, & in noſtra posisi amicitia permanere. Si alia, diuerſa pro defensione Deorum patieris supplicia, & post omnia crucis, quam laudasti, patibulo suspensus defices. Andreas respondit: Audi fili mortis, & stipula aeternis parta incendiis, audi me seruum Domini, & Apostolum Iesu Christi. Nunc vsque mitius tecum egi censura fidei vt rationis capax, & veritatis defensor effectus, idola vana contemneres, & Deum qui in celis est, adorares. Sed quia in imprudentia tua perdurans, me putas minas tuas formidare, quicquid tibi videtur in suppliciis maius, excogita. Tantò enim ero meo Regi acceptior, quanto pro eius nomine fuero permanens in tormentis confessor. Tunc Aegaeus iussit eum flagellis cædi extensem. Qui cùm septem terniones transiſſet, elevatus est, atque adductus ante eum. Cui Aegaeus dixit: Audi me Andrea, & ab effusione sanguinis consilium reuoca. Quod si non feceris, crucis te faciam interire patibulo. Andreas dixit: Ego crucis Christi seruus sum, & crucis trophyum optare potius debeo quam timere. Tibi autem cruciatu aeternus qui debetur, poteris euadere, si postquam probaueris perseverantiam meam, vel sic credideris Christo. Ego enim de tuo interitu timeo: non de mea passione conturbor. Pafſio enim mea aut vnius diei spatium occupat, aut duorum, vt multum: Tuus autem cruciatu nec per milia annorum potest peruenire ad finem. Vnde define iam miseras tuas augmentare, & igne ipse tu tibi aeternum accendere noli. Tunc indignatus Aegaeus, cruci eum affigi præcepit, mandans hoc questionariis, vt ligatis pedibus & manibus, quasi in ecclœlo tenderetur, ne clavis affixus citè deficeret, sed cruciaretur potius longo cruciatu. Cumque eum carnifices ducerent, vt crucifigeretur, concursus factus est populorum, clamantium ac dicentium: Iustus

Iustus homo, & amicus Dei quid fecit, vt ducatur ad crucem? Andreas vero rogabat populi, vt non impedit passionem eius. Gaudens enim & exultans ibat, & a doctrina non cessans. Cumque perueniret ad locum, vbi crux parata erat, videns eam a longe exclamauit voce magna, dicens: Salve crux, quae in corpore Christi dedicata es, & ex membrorum eius margaritis ornata. Antequam te ascenderet Dominus, timorem terrenum habuisti, modò veò amore cœlestem obtinens pro voto suscepseris. Sciris enim à credentibus, quanta intra te gaudia habes, quanta munera præparata. Securus ergo & gaudens venio ad te, ita vt & tu exultans suscipias me discipulum eius qui pendit in te, qui amat te tuus semper fui, & defiderai amplecti te. O bona crux que decorum & pulchritudinem de membris Domini suscepisti, diu desiderata, sollicitè amata, sine intermissione quæsita, & aliquando iam concupiscenti animo preparata, accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo, vt per te me recipiat, qui per te redemit me. Et haec dicens expoliavit se, & vestimenta sua tradidit carnificibus. Qui accedentes leuauerunt eum in crucem, & extendebant funibus totum corpus eius (sicut eis iussum fuerat) suspenderunt. Adstantes vero erant turbæ ad viginti milia hominum, inter quos erat frater Aegea, nomine Stratocles, qui simul clamabat cum populo, iniusto iudicio sanctum virum hoc pati. Sanctus vero Andreas confortabat mentes credentium Christo, & hortabatur ad tolerantiam temporalem, docens nihil esse dignum passione ad æternam remuneracionis compensationem. Interea vadit omnis populus cum clamore ad dominum Aegeam: & omnes pariter clamantes dicebant: Virum sanctum, pudicum, ornatum moribus, bonum doctorem, pius, modestus, rationabilem, non hoc debere pati, sed debera deponi de cruce, quia iam secunda die in cruce positus veritatè prædicare non cessat. Tunc Aegeas pauescens populum, & promittens se eum deponere, simul coepit ire. Quæ videt sanctus Andreas dixit: Quid tu ad nos, Aegea, venisti? Si vis credere Christo, sicut promisi, aperiatur tibi via indulgentie. Si autem venisti ad hoc tantum, vt me solitus, ego penitus hinc de ista cruce viuens in corpore deponi non potero. Iam enim Regem meum video, jam adoro, jam conspicui eius consilium. Sed de tuis miseriis doleo: quia paratus te expectat æternus interitus. Curre pro te miser, dum adhuc potes, ne tunc incipias velle, cum non poteris. Mirtentes autem manus ad crucem carnifices, non poterant penitus contingere eum. Et subinde alii & alii ingerentes se, vt soluerent eum, & nullus poterat pertingere ad eum. Stupebant enim brachia eorum, quicunque se extendissent ad solendum eum. Tunc vox magna sanctus Andreas dixit: Ne permittas me Domine Iesu Christe, me famulum tuum, qui propter nomen tuum pendo in cruce, soluiri nec permittas eum qui iam per crucem tuam cognovit magnitudinem tuam, ab Aegea homine corruptibili humari, sed suscipe me tu, magister meus Christe, quem dilexi, quem cognoui, quem confiteor, quem cernere desidero, in quo sum quod sum. Suscipe Domine Iesu Christe spiritum meum in pace, quia iam tempus est ut veniam, desiderans te videre. Suscipe me Domine Iesu Christe magister bone, & iube me de ista cruce non deponi, nisi prius spiritum meum suscepseris, & cum haec dixisset, videntibus cunctis splendor nimis, sicut fulgor de celo veniens, ita circundedit eum, vt penitus præ ipso splendore oculi eum humani non possent aspicere. Cumque permanisset splendor sere dimidie horæ spacio, abscedente lumine, eruisti spiritum, simul cum ipso lumine pergens ad Dominum, cui est honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

Quædā vero sc̄mina, nomine Maximilla, senatrix in specu posita, diligens pudicitia & sanctitatem, statim vt cognovit Apostolum perrexisse ad Dominum, accersit ad crucem, & suorum solatio cum omni reverentia deposituit corpus, & conduxit arietibus, & in loco quo se constituerat sepeliendam, illuc eum sepelivit. Aegeas vero iratus contra populum disponebat contestationem publicam facere, & ad Cæsarem accusationem contra Maximillam & populum destinare. Sed dum ordinat in conspectu officii sui, à Diabolo arreptus est, & in medio foro ciuitatis volutatus expirauit. Nunciatum est fratri eius, cui nomen erat Stratocles, & misit seruos suos, dixitq; eis, vt inter Biothanatos sepelirent eum. Ipse autem de facultatibus eius nihil quæsivit, dicens: non mihi permittat Dominus meus Iesus Christus, cui credidi, vt ego de bonis fratris mei aliiquid contingam, ne polluat me crimen eius, qui Apostolum Domini ausus fuit pro amore pecuniae occidere. Hæc autem gesta sunt apud Achaiam prouinciam, ciuitate Patras, pridie Calen. Decem, vbi & iam prestantur glorijs eius beneficia vsque ad præsentem diem. Tantus autem timor inuictus omnes, vt nullus remaneret, qui non crederet Salvatori nostro Deo: qui vult omnes saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire. Ipsi gloria in secula seculorum. Amen.

VITA S. ANDREÆ APOSTOLI, PER D. Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.

Andreas

A Ndreas, qui interpretatur virilis, vel decorus, frater Petri, secundum Ioannem primus: Habetur in libr. iuxta Matthæum à primo secundus. Hic in sortem prædicationis Scythiam atque ciuitatem patrib⁹ noui testamenti Achaiam suscepit. In qua etiam ciuitate crucis pacibulo suspensus occubuit.

ITEM VITA S. ANDREÆ APOSTOLI,

per Beatum Petrum Chrysologum Archiepiscop.

Est sermo 133. in
opere homi, eius
Raueninatem, scripta.

B eatus Andreas meritò natus hodie creditur, quando non ad præsentem vitam aeterno est effusus ex utero, sed conceptu 1 fidei, martyrij partu, cœlestem nascitur genitricis, neratus ad gloriam. Quando non eum materna cunabula suscepere vagientem, sed superna triumphantem secreta repererunt: quando non infirmum lactis pastum genitricis, 2 natu esse dicitur, trahit ex pectore, sed pro Rege suo deuotissimus miles virtutis sanguinem fudit. Viuit, tur, quomodo sans, qui mortem cœlestis militie bellator occidit. Sequitur hic moriente Dominum extuas, 3 ab heretib⁹ vo- & anhelans, ac toto virtutis gradu Dominicis incumbit haerere vestigis, nec eum cursus cari possunt emor- faciat disparem fratri, quem natura similem, vocatio focum, parem gratia ipsa perfecit. 4 Si D. Andreas die passionis sue quo Ad unam vocem Domini, sicut ille, patrem, patriam, censum reliquit: laboribus, opprobriis, itineribus, contumelijs, vigilijs, Christi indefessè germani societate donauit: solum est quod tempore Dominicæ passionis fugit, sed neq; hoc impar, quia fugit: negare aut si aliqua putatur culpa, non est gravius effugere, quam negare: sed tacenda sunt alia. Et quoniam fratres venia, quo si discreperet culpa. Et sequutus vt deuotio perprobauit, quos metus improbanerat antecedens. Nam crucem quam refugerant, postea coniunctis viribus ardenter invadunt, vt vnde reatum sumperant, inde concenderent 2 cœlum, inde præmiū sumerent, & corona. Ex cruce Petrus Petrus namq; Crucem, arborem concendit Andreas: vt qui Christo compati gestebant, in derunt in cœlū. Ex semetiphs figuram formamq; ipsius exprimerent passionis: & redempti ligno consummante sumpserunt premiū et coronā: quid dicit tu quid negas sanctos habere merita apud Deum?

ITEM DE SANCTO ANDREA

Apostolo, per D. Bernardum Abbatem Clarevalensem.

S anctorum festa 3 præcipua patrum sanxit autoritas votiū præuenienda ieiunijs. Ut ille planè, & non ad insipientiam nobis, si aduerterat. Multa siquidem quotidie peccata contrahimus, & in multis offendimus omnes, nec tutum omnino ast celebrandas suscipere festiuitates lacras, maximeque eas quæ maximæ sunt, nisi prius abstinentia purificatione præmissa, quod & digniores & capaciores inueniamur spiritualiter gaudiiorum. Sic enim iustus in principio sermonis accusator est sui, nec nisi a propria reprehensione laudes incipit alienas. Quod si etiam iustus trepidat sollicitus præuenire, cum qui ipsas quoque paratus est iusticias iudicare, quid agimus nos quorum interim iudicata non fuerint & testa peccata? Timendum valde est, ne forte manifesta inueniantur præcedentia ad iudicium. Si nec iustus sine molestia & verecundia quadam ad sanctorum præsumit accedere laudes, quanto magis peccator, in cuius ore non est laus speciosa, timeat semper neceſſe est vocem illam: Quare tu enarras iusticias meas? Sius illam: Amice, quomodo hic intrasti non habens vestem nuptialem? Beati proinde qui itolam suam, dicto autem gloriam conscientia sua, solicii sunt omni tempore conferuare immaculatam, tamen splendida exhibere. Sed quia pauci sunt, qui sic omni custodia seruent cor suum, pauciores autem (si tamen vel pauciores) qui in omni sanctimoniam seruent illud, necesse est frequenti abstinentia maculas diluere subintrantes, præcipue cum præcipua qualibet solennitas aduenierit celebranda. Non modò tamen præparatio est ad proximam celebritatem obseruatio præmissa ieiuniij, est & admonitio quædam eruditioque non parua. Discimus ex hoc ipso quænam vera sit via festiuitatis æternæ. Quid enim est quod ieiuniis solennia præuenimus, nisi quod per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei? Indignus 4 quippe solenni latitia est, qui statutam vigilias abstinentiam non obseruat. Planè inquam si renuis affligere animam tuam in vigilia, indignus iure censeri requies & exultatione festiva. Est autem vniuersum præsens penitentia tempus, vigilia quedam solennitatis magni & æterni sabbati quod præstolamur. Nec cauferis vigiliam longiore, si æternitatem festiuitatis attendas. Licet enim habere preparationem soleat solennia diurna diuinaria, illa cum eterna sit, non exigit tamē sternam. Sed quod nō rapit inuidior illius memoria felicitatis! Hoc enī nomine & sepius, & forte dignius, nominatur illa festiuitas

4 Nota heretice,
qui derides ieiuniū,
re et abstinenre ius-
ta præceptū Eccl
esiast. in vigiliis

tas

tas. Redeundum nobis est ad id quod præ manibus est. Hodierni itaq; ieunij, & eius quam præstolamur, solennitatis & lætitiae causa est beata passio Andreae Apostoli. Dignus est enim, vt si cum eo pendere nō possumus, cū eo vel ieunemus. Nā & ipsum cūm biduo penderet in cruce, etiam ieuniale quis dubitet? Inueniamus ergo vel in exiguo communicantes passione eius, & si non simul affixi patibulo, simul affixi ieunio, vt miserante Deo etiā coronæ participes simus, & in præsenti quoq; spiritualium socij gaudiorum. Quomodo enim non exultemus in memoria triumphi eius, quē in ipsa sui præsentia supplicij tam vehementer nouimus exultaſſe? An non erit laeta festivitas, vbi & crux ipsa plena est gaudio? Siquidem & festuum solemus nominare quod lætum est, & crux a cruciato vtq; dicitur, aut certè cruciatus à cruce. Quanta proinde exultatione vniuersæ terra celebrandum tāta nouitatis miraculum, tam magnificum opus diuinæ virtutis. Andreas homo erat similis nobis, & assibilis, & tam vehementi ardore spiritus crucem stiebat, tā in audiō a feculis gaudio tripidabat, cūm paratum sibi omnis patibulum conspexisset. O crux, inquit, diu dehiderata, & iam cōcupiscenti animo præparata. Securus & gaudens venio ad te, ita vt & tu exultans supcipias me. Videtis quia non se capit præ magnitudine gaudij? Ita, inquit, vt & tu exultans. Ergo tanta est exultatio, vt exulter & ipsa crux, nec laeti quicquam habeat, sed totum lætitia sit. Aut, quis dicat minus contra confutudinem, supra rationem, ultra naturā, crucifixum exultare quam crucem? Illi sensum lætitiae natura negavit: huic si quid præualeat, gaudium omne exterminat, ingeritq; dolorem. Amator, ait, tuus semper fui, & dehiderau amplexitatem. Fratres, ignis vibrans est, non lingua loquens, & si lingua, certè ignea est. Carbones sunt ignis illius, quem de excelso Christus misericordia in ossibus eius. Atque vrinam defolatorij nobis sunt, confundentes & exurentes quicquid in nobis est carnalis affectionis. Quales enim scintillæ sunt istæ: aut quanto interiori incendio incant? Planè beate Andrea gianum synapis est fides & tua, quæ tam insperatum vbi teri cepit, cepit ex se profere feruorem. Quid si paulo amplius gereretur? Quis feruorem illum animus, quis verba illa sustinere posset auditus? Dū enim minus minaretur Aegaeas, adhuc granum synapis despiciabile videbatur. Integrum erat, ne sciebamus quid intus lateret. Dominus, inquit me misit ad istam prouinciam, in qua non paruum ei populum acquisui. Accedit comminationis pistillum, longè iam acrius sapiet, constantiūq; loqueretur. Terrendum eum putat Aegaeas, crucis supplicium minitans, sed non est ita. Acceditur magis in hoc verbo, & liberè clamat: Ego si patibulum crucis expausecerem, crucis gloriam non prædicarem. At vbi paratum sibi lignum intuitus est, ex hoc iam planè totus ignescens appludebat, & blandiebatur illi amatae suæ, officiosissime salutabat, deuotissime suscipiebat, magnifice attollebat eam, & in ipsius præcōnicio gloriabatur, clamans magis affectione, quam voce: Salve crux pretiosa quæ decorum & pulchritudinem de membris Dominicis accepisti. Salve crux quæ in corpore Christi dedicata es, & ex membris eius tanquam margaritis ornata. Merito proinde crucis amatorem veneratur quicunque sunt serui crucis, sed ab his ampliore iure deuotioem exigit, qui specialius proposuerunt tollere crucem suam. Vobis hoc, & de vobis dico fratres mei, qui non farda aure audistis illam Euagelicam tubam: Qui non bauliat crucem suam, & sequitur me, non potest meus esse discipulus: Parati estote, totam animi diligentiam huic adhibete solennitati, & corde magno celebrate eam, quia magnus omnino consolationis pariter & exhortationis thesaurus vobis repositus est in ea, si fuerit qui fodiat & scrutetur.

⁶ Fides sancti Andree non fuit illa munda hereticorum, sed viva illa Christianorum, quæ per charitatem honoris operū ferax erat.

⁷ Solennitas S. Andree, quæ etiā sua pars inter precia festa recte fit.

ADHVC DE EODEM, PER Diuum Bernardum Abbatem.

Est sermo prim^o
in die festivitatis eiusdem.

C Elebrantes hodie gloriosum beati Andreae triumphū, in verbis gratiæ quæ procedebat de ore eius exultauius, & delectati sumus. Neque enim locus poterat esse tristitia, vbi tam vehementer lætabatur & ipse. Nemo ex nobis compafius est sic patienti, nemō autem est plangere exultantem. Alioquin & nobis ipse non incongrue dicer poterat, quod Salvator crucem baulians sequentibus se & lugentibus ait: Filiae Hierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete. Denique cūm duceretur ipse beatus Andreas ad crucem, populus qui sanctum & iustum dolebat iniustū damnari, prohibere voluit ne puniretur: sed magis ipse instantissima prece prohibuit eos, ne non coronaretur, imo ne non pateretur. Desiderabat siquidem dislochi, & cum Christo esse, sed in cruce quam semper amauerat. Desiderabat regnum intrare, sed per patibulum. Quid enim dicit illi amatae suæ? Per te, inquit, me recipiat, qui per te me redemit. Ergo si diligimus eum, congaudemus ei, non solum quia coronatus, sed & quia crucifixus, quia desiderium quoniam Deus non irridetur. Vis audire perfectæ obedientiæ formam? Videlicet Dominus (ait

runtamen dum congratulamur ei, quod diu desideratae crucis frui merecamur amplexu, mirū valde est, si non ipsum eius miramur gaudium cui congratulamur. Dum enim noctis huius ⁸ Celebrat D. Ber vigilias & celebrantes, in verbis tantæ exultationis cantando delectaremur, putas non sicut in nobis qui secum cogitare & diceret, quid sibi vult hæc, aut unde tam noua lætitia? Certè & crux preçiosa est, & crux amari potest, & crux habet exultationem? Ita est fratres mei. Si fuerit qui colligat, semper lignum crucis vitam germinat, fructificatio iucunditatē, oleum lætitiae stillat, ballatum sudat spiritualium charismatum. Non est sylvestris arbor, lignū vite est apprehenditibus eam. Arbor fructifera, arbor salutifera est alioquin quomodo Domini cam occupat terram? Illam dicam præciosissimam glebam, cui clavorum est infixa radibus. Si non esset haec præciosior cunctis, fructuosior vniuersis, nūquam illo plantaretur in horio, nec illam permetteretur vineam occupare. Deinde quid mirum si cruci suavitatem dedit, qui dedit & igni? Aut quomodo crux iudicatur insipida, vbi dulce sapit & flama? Quid enim sapiebat Laurentio ignis, cūm irriteret carnicies, iudicem subsannaret? Quid nos ad ista dicemus fratres, quod non sapit etiam nobis quæ pro Christo est tribulatio, nec gustamus & nos manna absconditum? Sic enim vietus est omnino diabolus, nec haberet penitus quid adiaret. Sufficeret nobis hoc vnum aduersus duplē malitiam inimici. Habet quippe nequissimus ille laqueos, habet & iacula, vt pote callidissimus venator hominum, solum sitiens sanginem animarum. Alios telis appetit malitiosæ cuiuslibet suggestionis, & in eis vulnerat multos, quorum tenuis est patientia: Alios voluptatibus irretire laborat, & in his multitudinem copiosam eorum quæ in terra repunt, aut volitant iuxta eum. Sit ergo gaudium in tribulatione & iam non habet malignus vnde allicit. Liberari sumus à laqueo venantium, pariter & à verbo aspero. Nihil enim proficit inimicus in eo quem crux Christi delectat, si carnalem suggesterit delectationem, & filius iniquitatis non apponet nocere ei, si ad exacerbandum animum eius quamlibet immittere tentauerit amaritudinem. Non curat delicias qui ieunio paſcit, multo minus murmurare pro eo potest, in quo etiam delectatur, planè altissimum posuit refugium suum, vbi nec muscipula inimici timenda sit, nec sagitta, imo verò mundus pescis est, squamas pariter & pennulas habens. Porro siue frusta iacit ante oculos pectorum, sic frustra iacit telum in squamas loricatorum.

Fortis quippe est vt mors, non patientia aut spes, sed dilectio. Non timor aut ratio, sed spiritus fortitudinis est. Dicit patientia: sic oportet fieri, quia timore virgetur. Dicit voluntas bona: sic expedit, & sic agendum est, quia spem attrahit ratione. Charitas vero quæ inflammat à spiritu: neque sic oportet, dicit: neque sic expedit: sed sic volo, inquit, sic cupio, sic desidero vehementer. Videatis quanta sublimitas, videatis quanta securitas, quantaq; suauitas charitatis? Felix anima quæ ad hunc charitatis pertinerit statum, nec sane desperandum nobis, quandoquidem eius qui ad hunc peruenit gradum, ob hoc maximè memoria celebratur, vt ⁹ Sandorum in charitate decedat ipsius & inuocamus auxilium, & prouocemur exemplo. Plus dico, & ex nobis nonnullos videtur mihi videor in hoc gradu. Si dicitur beatum Andream Apostolum esse, nec posse te qui pusillus es, eius sequi vestigia: pudeat vel eos qui tecum sunt, non imitari. Nemo repente fit summissus, ascendendo non volando apprehenditur summitas scalæ. Ascendamus igitur velut duobus quibusdam pepibus, meditatione & ¹⁰ oratione. Meditatio siquidem docet, quid deficit: oratio ne deficit, obtinet. Illa viam ostendit, ista deducit. Meditatione denique agnoscimus imminentia nobis pericula, oratione euadimus præstante nobis Domino nostro Iesu Christo. ¹¹ Oratione & meditatione quæ ¹² duobus quibusdam pedibus ascendumus ad Domini minum.

ADHVC DE EODEM SANCTO APO-

stolo, per D. Bernardum Abbatem.

Est sermo 2 in loco vbi supra,

B Eati Andreae Apostoli solennitas hodie celebratur, quam si pia sollicitudine perscrutatur, multa inuenimus in ea quæ adscendent animas ¹¹ nostras. In ipso siquidem cōuerzionis suæ initio magnum nobis perfectæ obedientiæ prestat exemplum. Quod quidem Christianis omnibus necessarium, nobis tamen est charius amplectendum, qui nimirum specialius ex ipsa professione nostra tenemur obedientiæ debitores. Sapiens nummularius est, imo ipsa sapientia, cui necesse habemus reddere hunc obedientiæ nummum, nec suscipieret eū, nisi & integer inueniatur, & sine aliqua falitate. Nam si discutimus, si diuidicamus, & in hoc quidem precepto obedimus, sed non illo fractus est nummus, non suscipiet eum Christus, à quo nimirum tenemur nummi integræ debitorum. Omnes ¹² enim obedientiæ simpliciter, & sine villa exceptione promisimus. Quod si quis obediat quidem, sed simulat, & ad oculum murmuraret autem in abscondito, falsus est nummus eius, plumbum habet non argentum, & iniquitas sedet super talentū plumbi. Dolose agit, sed in conspectu Dei, quoniam Deus non irridetur. Vis audire perfectæ obedientiæ formam? Videlicet Dominus (ait

¹² Tempore etiā Bernardi, mos nachi præstabilitatis superioribus obedientiæ sapientie & sine villa exceptione.

Euangelista) Petrum & Andream mittentes rete in mare, & ait illis: Venite post me, faciam vos fieri pescatores hominum: faciam, inquit, de pescatoribus pescatores, imo prædicatores. At illi continuu[m] nihil diuidantes aut hesitantes, non solicieti, unde viuerent, non considerantes quoniam modo rudes homines, & sine literis prædicatores fieri posse, nihil denique interrogantes, sine omnimodo relictis retribuimus & nauis, secuti sunt eum. Agnoscite fratres, quoniam propter vos scripta sunt haec, propter vos singulis annis in Ecclesia recitauimus, ut diligentes veras obedientias formam, castigatis corda vestra in obedientia charitatis. Haec nimirum est, quæ sola commendat obedientiam nummum, hoc illius argenti est probatum atque purgatum. Sola est charitas quæ obedientiam gratam facit, & acceptabili Deo. His laetare, quippe datorem diligit Deus; & item: Si tradidero, inquit, corpus meum ita ut ardore charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Vultis vt de ipsa quoque beatu huius apostoli passione, quam nimirum hodie celebramus, loquamur aliquid ad laudem Christi, & ædificationem vestram? Auditis certe cum peruenisset beatus Andreas ad locum ubi crux parata erat, quomodo confortatus sit in Domino, & per spiritum quem vna cum ceteris apostolis in igneis linguis accepere, verba vere ignea loqueretur. Videns ergo paratam enim crucem, nequaquam (ut exigere videtur mortalis infirmitas) facies eius expalluit, nequaquam sanguis eius gelatus est, non stetere corna, aut vox faucibus hæsit, non contremuit corpus, nec mens turbata est, non recessit (ut absoleret) intellectus. Ex abundantia cordis losculatum est, & charitas quæ feruebat in corde, quasi scintillas quasdam ardentissimas emittet in voce. Quid enim beatus Andreas cum sibi paratam, ut dixi, crucem eminus cerneret, loquebatur: O crux (inquit) cui desiderata, & iam concupiscentiam preparata, securus & gaudentio ad te, ita ut tu exultans suscipes me discipulum eius qui peperit in te, qui amator tuus semper fui, & desideravi amplecti te. Obsecro fratres, homo est qui loquitur haec, & non est homo sed angelus, aut noua aliqua creatura? Homo plane, similius nobis, passibilem eum passio ipsa testatur, qua appropinquante tam latetabundus exultat. Unde ergo in homine noua haec exultatio, & letitia haec tenus inaudita? Unde in tanta fragilitate tanta constantia? Unde in homine tam spiritualis mens, tam feruens charitas, animus & robustus? Abiit ut seipso tantam ei credamus inesse virtutem, Donum perfectum est, descendens a patre luminum, ab eo utique qui facit mirabilia magna solus. Plane spiritus erat dilectissimi, qui adiuuabat infirmitatem eius per quem diffundebatur in corde ipsius fortis charitas ut mors, imo & fortior morte. Cuius o[ste]ri & nos participes inueniamur. Ecce enim molestus est nobis penitentia labor, corporis afflictio gravis, abstinentia onerosa, in vigiliis dormitat anima nostra praeterea, non ob aliud lane, quam propter inopiam spiritus. Ipse enim si adefet, adiuuat sine dubio infirmitatem nostram, & sic ut beato Andreas crucem & mortem ipsam, sic nobis quoque laborem & penitentiam nostram faceret non solum non molestam, sed etiam desiderabilem, atque omnino delectabilem esse: spiritus enim meus (ait Dominus) super mel dulcis: ita ut ne ipsa quidem dulcedini eius præualere queat amarissima licet mortis amaritudo. Quid non temperabit illa dulcedo, quæ mortem quoque facit esse dulcissimum? Quæ resistere posse aperit vasitioni illi, quæ mortem quoque facit suauissimum? Cum dederit, ait, dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini. Quan molestem non expellit gaudium illud, quod mortem quoque ipsam facit esse letissimum. Queramus hunc spiritum, fratres, tota sollicitudine operam demus, ut mereamur habere hunc spiritum, immo ut quem iam habemus, abundantius habeamus. Quicunque enim spiritu Christi non habet, hic non est eius. Nos autem non accipimus spiritu huius mundi, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Testimonium presentie eius prebeat opera ipsa salutis & vitae, quæ nullatenus agere possemus, nisi spiritus qui viviscat, spiritu Salvatoris adefeat. Queramus igitur ut dona sua multiplicet Deus in nobis, & spiritum suum augeat, qui iam primicias dedit. Nullum enim omnino presentie eius certius testimonium est, quām desiderium gratiae amplioris, quoniam ipse dicit: Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. Sed fortasse multorum nobis conscientiae iam respondent. Defendamus igitur hunc quidem spiritum, qui sic adiuuat infirmitatem nostram, sed inuenire non possumus. Et ego dico: propterea non inuenitis, quia non queritis: propterea non accipitis, qui non petitis. Petitis, & non accipitis, eo quod negligenter petatis. Nihil enim aliud expectatis, nihil aliud queritis Deus, nisi ut sedulx, & cū desiderio requiratur. Deniq[ue] quando negabitis petentibus, qui etiā non petentes proticocet, & hortatur ut petant? Si vos, inquit, cū sitis malis hostis bona data dare filiis vestris, quād magis pater vester de celo dabit spiritu boni petentibus se? Petite ergo charissimi, petite sine intermissione, petite sine hesitatione, in omnib[us] operibus vestris dulcissimi semper huius, ac suauissimi spiritus presenti & auxilium inuocate.

Et nos enim fratres cum beato Andrea necesse habemus tollere crucem nostram, imo cum
15 eo, quod & ipse secutus est, Domino Salvatorem. Inde enim sic laetabatur, inde sic exultabat,
quod non solum pro eo, sed etiam cum eo, mori videretur, & complantari similitudini mor-
tis eius, ut compatiens etiam conregnaret. Cum quo vt simul crucifigamus & nos, attentius
auribus cordis audiamus vocem dicens: Qui vult venire post me, abneget semicircumsum,
& tollat crucem suam, & sequatur me. Ac si dicat: Qui me defiderat, letet despiciat: qui vult fa-
cere voluntatem meam, discat frangere suam. Sed continuo bella insurgunt, armantur pro-
tinus aduersus nos inimici. Et nos armemur contra, imitemur arma Regis nostri, vt tolla-
mus & nos crucem nostram, in qua de iniunctis omnibus triumphemus. Audi enim quid
Psalmita promiserit, imo spiritu sanctus per os eius, Scuto, inquit, circundabit veritas eius,
haud dubium quin Altissimi. De eo siquidem loquebatur, sicut manifeste indicant ipsius psal-
mi praecedentia verba. Ad quid fratres scuto circundamus, nisi quia nos vndeque bella cir-
cundant? Denique quid cause sit vt te scuto circunderet, attende. Scuto, inquit, circundabit
te veritas eius. Ad quid enim? Non timebis, inquit, a timore nocturno. A sagitta volante in
die, a negotio perambulante in tenebris, ab incurso & daemone meridiano. Vide ne
quam necesse sit vt scuto circundet te veritas, quem sic hostium tela circundant? Ab inferio-
ri enim parte timor nocturnus insurgit, a sinistris sagitta volat in die, a dextris perambulat
negotium tenebrosum, & vt nihil sit vacuum, a superiori parte daemone meridianum in-
surgit. Nos autem misereri & miserabiles, vicinis tot serpentibus, & ignis telis vndeque volan-
tibus, insurgentibus inimicis, nihilominus perniciose fecuritate & negligenter dormitamus,
torpemus ocio, 16 vanitatibus & scurrilitatibus indulgemus, tam pigri ad spiritualia exer-
cita, ac si iam pax sit & securitas, & non sit militia vita hominis super terram. Hoc est, dico
vobis charismati, quod me vehementius terret, quod omnino timoris acerbissimi gladio
transuerberat animam, quod inter tanta pericula minus timorati, minus exercitati, minus
quam necesse sit, solliciti videamur. Siquidem unum è duabus hac ipsa negligenter nostra pro-
bat, aut omnino traditos nos hostibus, & nescire, aut si inter haec conseruamur, ei qui tue-
tur nos ingratos nimirum inueniri. Quorum vtrumque: quid periculi habeat satis manifestum
est. Propterea 17 obsecro vos dilectissimi ipsa nos excitez hostium malitia perugil, & in-
stantia eorum maligna, qua tam seduli, tam solliciti sunt in nostram perditionem, nos quoque
sollicitos faciat, & circunpectos, vt in timore & tremore nostram ipolorum salutem operemur.
Ecce enim in cruce salus nostra, tantum 18 vt ei viriliter inhabeamus. Veilum crucis (at
Apostolus) percutientibus quidem stultitia, his qui salvi sunt, id est, nobis virtus Dei est. Ipsa
est scutum quo circundamus, vt eius quatuor cornua quadrigaria hec sunt in terra repellant. Sit
ergo inferius cornu contra timorem nocturnum, id est, aduersus pusillanimitatem, qua de
carnis afflictione procedit, vt id quod sub nebis est, corpus castigare viriliter studeamus, ac
subiicere seruituti. Si quis vero nobis in faciem maledicit, si quis aperte mala suadere cona-
tur, in die volat sagitta, & a sinistris est, sinistro nihilominus cornu crucis excipienda. Quod
si adulatus, si quali consulentis animo venenum propinat fraterne detractione, & odio se-
minare conatur, si denique iniquum aliquid tanquam iustum persuaderet tentat, a dextris effi-
mili est, sed Iudas est, osculo me prodit, & dextro cornu crucis negotium, perambulans
tenebris necesse est propulsari. Sed ecce daemone meridianum, superbia scilicet spiritus,
qui nimirum in splendore majori virtutum acrius surgere solet. Hac autem quam perni-
ciofa sit, sapientis vobis intimare curamus: initium quippe omnis peccati, & causa totius per-
ditionis superbia est. Propterea quisquis es qui salutem tuam operari studes, aduersus hanc su-
per capit tuum cornu crucis habere memento, vt non eleueris in superbia, non exaltebur
cor tuum, non ambules in magnis, neque in mirabilibus super te, sed tela ea quae de sublimi
veniunt, superemi nens capiti tuo cornu crucis excipiat. Sanctum hoc solum est, cui salutis par-
ter & regni titulus inscribitur: quia solus qui se humiliat, salvari & exaltari meretur. Iam vt
breuiter repeatam, quatuor haec cornua sunt, continentia, patientia, prudential, & humilitas.
Felix anima, quae in hac cruce gloriat & triumphat, tantu vt perferueret in ea, & nullis va-
leat tentationibus deici. Oret igitur quisquis in hac Cruce est, ore cum Beato Andrea Do-
minus & magistrum suum, ne patiatur eum de cruce deponi. Quid enim malignus ille no-
adeat, quid non presumat impius attentare? Quod agere manibus de discipulo, hoc Iudeo-
rum linguis facere cogitauerat & de magistro. In vitroque tamen fera penitentia ductus,
victus & confusus abscessit. Vtinam habeat similiter & a nobis, eo vincente, qui & in se, &
& in discipulo triumphavit. Faciat ipse vt mereamur & nos in hac nostra qualicumque 19
cruce penitentie, quam pro ipsis nomine tulimus, scilicet cōsummari, qui est super omnia
Deus benedictus in secula.

Habetur in eius
Martyrolog. sub
pridie Calend.
Decem.

Necitate Patras provincie Achaiæ, natale beati Andreae Apostoli, qui etiam apud Scythia prædicauit. Hic beatissimus Apostolus ab Aegea Proconsule Achaiæ comprehensus, cum perierant in fide Christi & Euangelij ministerio duraret, insuperabilisque maneret, carcere primum clausus, inde coram Proconsule grauissime castus, ad ultimum cruce ligatis manus & pedibus, funibusque toto corpore tensis, vt longius cruciaretur, biduo inibi superuit, ne cellans ea quæ Christi sunt, populū docere. Cumq; i; qui per eum Christo Dominu crediderant, satis agerent ut deponeretur, & geamque, vt hoc perficeret, nolentem impellerent, Apostolus Domini circumstante populo, etiam Proconsule ut solueretur agente, post verba orationis, fulgore cœlesti ferè vna desuper circumfultus hora, cu; ipso lumine ablucēte emittens spiritum, perrexit ad Dominum. Cuius sanctissimū corpus Maximilla potenterissima matrona reuerenter depositum sepeluit. Sed emergentibus anis & sacra tissima eius ossa vice simo Constantij Imperatoris anno, ab Achaiā Constantinopolim translata sunt.

¹ Huius sancti
finum corpus
Maximilla reue-
rente depositum
sepeluit.
² Vide hic dict
sacratissima ossa,
et non tempore
concupita, seu vi-
tem puluisculum.

IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI
Constantinopolitan laudatio in sanctum Apostolum Andream.

Apud Simeonem Metaphrasten.

Valedictum est Apostolicæ pïscationis rete, admirabilis Andreae memoria, & eius retis cōmemoratio, quo ad capiendas, & ad Christianā fidem attrahendas gentes vsus est. Sagena enim, qua immortales illi mortui vñi sunt, nulla temporis obliuione potest intercipi. Non veteratcunt tempore illa venationis instrumenta, que non humana arte, sed diuina gratia effecta sunt. Quamvis enim pïscatores ipsi à nobis excellerint, nullo tamē tēpore instrumenta, quibus illi vñi sunt, aut lagena, qua mundū ipsum comprehēderunt, inueterata est. Qui rete iaciunt, & extrahunt, non videntur, & tamen illorum retia plena conspiciuntur. Nō arundinē illa posse derunt, quā tempus corrūpit. Non linum in aquam demiserunt, quod vertutate putreficit. Non hamum fabricarunt, quem rubigo consumit. Non scapha nauigarunt, quam dislocuit tempestas. Non pïces, hoc est, naturam rationis expertem, expicati sunt. Sed quemadmodum ars illa, qua vñi sunt, admirabilis, ita & illorum instrumenta noua atque inuoluta existerunt. Nam pro arundine, prædicatione vntuntur: pro funiculo, memoria: pro hamo, potentia: pro esca, miraculis: pro petra, cœlis, ex quibus huiusmodi pïscationē exercent: pro scapha, habent, altare: pro pïscibus, Reges etiam ipsos capiunt: pro lagena, Euangeliū expandunt: pro arte, diuinam gratiam adhident: pro mari, vitam humanam trahant: pro retibus, cruce, velut lagena quadam, vti solet.

Quis vnquam vidit à mortuis pïscatoribus viventes homines, tanquā pïces, capi? O magnam Crucifixi potentiam, & diuinā dignitatem præstantiam, & Apostolorū summa beneficia. Nihil tale in vita esse potest, quale Apostolicæ gratiæ fastigiū. Multa certè vident humana vita valde admirabilis, & opinionem superantia. Vedit enim sanguinem effusum clamantem, & cœdem sine lingua vociferantem, ac nataram propter inuidiam contra se diuinam, fratrem germam no fratri mortem inferentem, ac propter inuidiam liuorē mortis ianuā patefaciā. Vedit illam Noë arcā in mundi naufragio positam, & naturam humanae interitum. Vedit senē contra propria viscera, hoc est filium, hde armatum, & tanquā victimā eum offerri, qui cœsus nō est. Vidi benedictiones furto conciliatas, & formatoris Dei, ac serui palestram. Vedit inuidiam inter fratres exortam, & seruitutem regni conciliatricem. Vedit somnii paratum solium, & fratris infidiliates fame attractos. Vedit virgā miraculorū effectricē, & rubū igne, tanquā ore circumfusum. Vedit legumlatorē Moyen elementis imperante. Vedit vindas ipsas, tanquā lapides, solidas factas, profundum mare denudatum, viā repente stractā, & columnam nubis in die, ac ignis in nocte populorū multitudini ducem ostensam. Vedit virgam sine terra germinantem. Vedit ē cœlo panis loco manna fundi. Vedit hominis oratione solē, tanquā freno quodam sifiti, & steriles precibus imperatū, vt ipsa Prophetā conciperet. Vedit farinæ pugillū frugibus copiosorem, & lecythum olei fontibus abundantiorē. Vedit currū in aere agitari, & Prophetam assūti. Vedit deniq; mortui ossa vite remedium fieri. Multa talia magna, & admirabilia vident hominum vita. Sed illa tanquam foenum præterierunt, & extincta sunt, vt lucerna, exorta sole. Nihil tale vnquam fuit, quale fuerunt Apostoli. Hi cūm Dei verbi essent ministri, attrectarunt incarnatum illum, qui vt Deus figuram non habet. Secuti sunt ambulanter eum, qui vbique præfens est. Discubuerunt vñā cum illo, qui nullo loco circumscrībitur. Eius vocem audiērunt, qui verbo fecit omnia. Mundum ipsum lingua, tanquā lagena

fagenā quadam, conluserant. Circumierunt suis cursibus fines orbis terrarum. Errores, vt ziania, eradicarunt. Aras, vt spinas quadam amputarunt. Idola, tanquam feras interfecerunt. Damones, vt lupos profugarunt. Ecclesiam, vt gregem quendam collegerunt. Orthodoxos, tanquam frumentum congregarunt. Hæretes, vt paleas proiecerunt. Iudaismum, tanquam secnum arefecerunt. Græcorum iestam, tanquam stipulas quadam, igne combusserunt. Humanam natum cruce ipsa, tanquam arato quadam, excollerunt: & verbum Dei, vt sementem quadam sparserunt. Ad summam omnia illorum facta, tanquam sydera quædam effulserunt. Quamobrem clara voce illis dicebat Dominus: Vos estis lux mundi. Siquidem Orientē habet Christianus homo illum qui ē virgine natus est: diluculum habet eum, qui baptismatis parens fuit: splendorem habet Christi crucifixi gloriam: radios admirabiles illas linguis: diē, futurum illud seculum: meridiem, tempus, quo in cruce ipsa mansit Dominus: Occidentem, sepulchri habitationem: vesperam, breuem illam mortem: Solis fulgorem, resurrectionem à mortuis. Vos estis lux mundi. Intuere astra hæc, & illorum splendorem oblitupelce. Idcirco And: eas hodierno die cūm tanquam lumenis thesaurum quendam, communem Dominum inueniſſet, clamabat ad Petrum fratrem suū: Inuenimus Messiam. O fraternæ charitatis exuperantiam, & inuersum ordinem. Posterior Petro in vitam ingressus est Andreas, & prior Petrum ad Evangelium allexit, & tanquam venatus est. Inuenimus (inquit) Messiam. Ex gaudio profecta est hæc oratio, iactum inuentæ rei Euangeliū hoc fuit. Inuenimus (inquit) thesaurum illum. Fuge, Petre, circuncisionis paupertatem, exue te laceris pannis legis, abiice iugū literæ, hec omnia contemne, vt parua quædam, vt somnia, despice præsentia, ac Berthaidem, vt vilem & abiectum quendam locum aspernare: relinque rete, vt paupertatis instrumentum: scapham, vt naufragij thalamum: pïscandi artem maritimæ fluctuationi expositam: pïces vt ventris negotiationem: gentem Iudaicam, vt rabiem contra Deum: Caipham, vt praui confessus parentem. Inuenimus Messiam, quem pronunciārunt Prophetæ, quem lex praeconio suo, tanquam tuba quadam, nobis prædicavit. Inuenimus legis thesaurum. Fuge, Petre famē literæ. Inuenimus Messiam, quem olim adumbriarunt signa, quem vidit Michæas in throno gloriæ, quem Esaias contemplatus est super Cherubin, quem Ezechiel vidit super Seraphin, quem Daniel spectauit super nubes, quem Nabuchodonosor vidit in fornae illa, quem Abraham accepit in tugurio, quem Iacob non dimisit, nisi prius ab illo benedicetus esset, cuius posteriora vedit Moyses super petrā. Hunc nos inuenimus sine principio genitum, & in ultimis diebus vñsum. O thesaurus ingentis, cuius copia exhaustiri non potest. Diniti enim sunt non materici subiectæ, quarum essentia originis est expers, & inuentio ipsa recens. Inuenimus Messiam, qui interpretatur Christus.

Multi quidem fuerunt Christi, sed omnes morti subiecti. Abraham Christus fuit, sed in sepulchro corruptus est. Isaac quoque fuit ille quidem Christus, sed eius ossa in monumento iacent. Fuit & Iacob Christus, sed morti subiectus. Moses etiam fuit Christus, sed quo loco sepultus sit necisimus. David similiter fuit Christus, sed omnes mortis spolia, omnes fuere mortis captivi. Vnus verè fuit Christus, natura quidem Deus, sed propter eius misericordiam homo: qui, virginalem ventrem suo exitu, tanquam sigillo quadam signauit: & pïscatores illos suos curationum fontes effecit: cuius est imperium, regnum, gloria, & adoratio cum immaculato, consubstantiali, & eiusdem potentie: Patre & sanctissimo spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum. A M E N.

MIRACULA S A N C T I A N D R E Æ A P O S T O L I ,
per beatum Gregorium Archiepiscopum Turoneñ scripta.

Habetur in li. e)
iudem in glos-
tiam plurimorū
martyrum.
Cap. 30.

Andreas Apostolus magnum miraculum in die solennitatis suæ profert, hoc est, manna in modum farinæ, vel oleū cū odore nectaris, quod de tumulo eius exundat. Per id etiam quæ sit fertilitas anni sequentis ostenditur. Si exiguum profluxerit, exiguum terra profert frumentum: si verò fuerit copiosum, magnum arua prouentum fructuum habere signat. Nam fertur in aliquibus annis in tantum ē tumulo oleum exudare, vt vñque medium baſilice profluat riuſ illi. Hæc autem agunt apud prouinciam Achaiā in ciuitate Patras, in qua beatus Apostolus, sive martyris, pro redemptoris nomine crucifixus præsentem vitam glorioſa more finivit: tamē cūm oleū defluxerit, tantū odore naribus præstat, vt putes ibi multorum aromatum sparsam esse congeriem, quod non sine miraculo ac beneficio habetur in populis. Nā ex hoc seu inunctiones factæ, seu potionē datæ, plerūq; languentibus commodi præstant. Post cuius glorioſam assumptionem multæ & virtutes vel ad hoc sepulchrum, vel per loca diversa, in quæ eius reliqua collocatae sunt, seruntur ostensorib; de quibus pauca memorari nō putauit absurdum, quia ædificatio est Ecclesiæ, gloria martyrum, virtusque sanctorum.

Virtutes ade-
ueritis multas suffi-
fe offendit ad se-
pulchrum. B. An-
drea, vel ad eius
reliquias.

Tempore quo interfecto Clodomere rege Fracorum, se exercitus reparauit Burgundiam deuultabat, in quadam Basiliaca reliquia iam dicti Apostoli, cum Saturni martyris tenebantur, accensaque Basiliaca, cum iam taurorum moles dirueret, pauperes ac senes quos barbaries reliquerat, deabant dicentes: Vae nobis qui taurorum pignorum hodie caretus auxilio, nec nobis ultra spes praesentis vita manebit, si hec deperierint. His ita flentibus, nutu Dei adueniens Turonicus homo, condolens iis lamentis, & discens virtutem martyrum non minus fide quam per arma, protectus per medias ingreditur flamas, apprehensaque ab altari sancto reliquias, nihil ab igne Iesu extulit foras, sed continuo ita constrictus est, ut gressum in ante agere non valeret: tunc indignum se iudicans qui ea ferret, vnam puellam parvulam impollutamque elegit a praeda, cui capsulam collo imposuit, & sic in patriam propter accessit. Tunc collocatis in altari Nouicensis Ecclesiae, ubi nulla adhuc sanctorum pignora habebantur, annis singulis denotissimè eorum solennia celebrabat. Cuius filius cum haec post patris obitum non impleret, à febre quartana per integrum annum laborans & vovit vi nouam Basiliacam in eorum honorem construeret. Quo facto amota febre sanatus est. Sed ne hoc sine diuinitate prouidentia actu reor, quod eadem die qua beatas reliquias in aliam sunt translatæ basiliaca, errantes homines à via qui beati Vincentii reliquias deferebant, ad vicum ipsum delati sunt. Tunc rogante presbytero diuiserunt, & particulam pignorum quam in sancto altari vnde alias abstulerat collocaerunt. Mummolus autem cum Theodeberri regis tempore ad Iustinianum Imperatorem pergens, Constantiopolitani itineris viam nauali euectu fulcared, ad urbem Patras in qua idem habetur Apostolus, est appulsius, ac dum ibi cum satellibus moratur, infirmata velica calculus efficitur. Dehinc dueris doloribus arctatus febre consumitur, ablataque delectatione comedendi atque bibendi aduentum mortis solum praestolatur. Igitur dum se ita fessum, & sine spe vitae decernit, testamentum suum petit scribi, munitumque subscriptionibus ac sigillis, inquiri precepit, si forsan aliquis reperiatur in ciuitate, qui peritus in arte medicina posset peritio succurrere. Sed cum hoc Episcopo qui tunc prætereret suggeritur, ait: Quousque vos dilectissimi caso fatigatis labore, & inter homines relictis medicinam, cum habeatur hic celestis medicus, qui saepe infirmorum valitudines sine herbarum adminiculo, virtutis propriæ depellat effectu? Et quis, inquit, est ille? Andreas (ait) Apostolus Christi. Hæc nunciantes infirmo, rogarunt se portari ad beati sepulchrum. Cumque paumento 3 prostratus, quæ necessitas exigebat fidelerit precaretur, mediū ferè noctis omnes qui aderant sopor obtinuit. Statimq; infirmitas conatur eliceri vrinā, vni inuit, tangensq; vnum puerorum voce tenui vafulum postulat exhibiri, illatumq; dum vrinā nititur elicer, lapidē magnū emisit, qui tam validus fuit, ut cadens sonū in ea quæ parata fuerat cōcha proferret. Tunc ablata febre cū omni dolore naui restauratur in columis. Ecclesia quoq; Agathensis, quæ sancti Andreae Apostoli reliquias plaudit, plerisque gloriōsis illustratur miraculis, perueriores rerum suarum saepius arguit. Dumque Comatharius comes agrum Ecclesiae ipsius peruidit, tunc Leo Episcopus huius Ecclesiae valde mestus concurrevit ad eum, dicens: Relinque oī fili res pauperum, quas ordinationi nostrarum Dominus commendauit. Ne tibis noxiū, & à lachrymis egentium, qui de fructibus eius ali consueverant, eneceris. Ille vero qui erat hereticus, patipendens ea quæ ab Episcopo dicebantur, rem in sua dominatione retinuit. Intem procedente die arripitur à febre. Cumque non modo ardore corporeo, verum etiam anima vexaretur incommodo, misit ad Episcopum nuncios, dicens: Dignetur pro me sacerdos orationem fundere ad Dominum, & ego dimittam agrum eius: Quo orante, hic à valeritudine qua grauabatur conualit, factulq; sanus ait suis: Quid putatis quid isti nunc & Romaniani dicant? Ait enim me ob hoc fuisti febre grauatum, quia tulerim agrum eorum. Quod mihi iuxta consuetudinem humani corporis accidit. Veruntamen non habebunt eum me viuente. Et dicto citius misit qui eum iterum auferret. Quod cum Episcopus compserisset, venit ad eum dicens. Num pœnit et te prius fecisse bene, quod hoc iterum conaris euertere? Ne facias quæso, ne vltioni diuine subfacieas. Qui ait ad Episcopum: Sile, file decepit. Nam infrenatum te loris circuite virbum super asinum faciam, vt sis ridiculo omnibus qui te aspergerint. At ille silens ad nota recurrat præsidia. Prosternitur in oratione, celebrat vigilias, ac noctem totam in lachrymis & psalterio dicit. Mane autem facto accedit ad lichnos qui de camera ad Ecclesiam dependebant, extendensque virginem quam tenebat in manu, effregit cunctos, dicens. Non hic accendetur lumen donec ryciscatur Deus de inimicis, & restituat res domus sue. Hæc eo dicente, protinus haereticus ille in rediuilla febre corruuit. Cumque in extremis ageret, misit ad Episcopum dicens: Oret pro me sacerdos ad Dominum ut viuum, & restituam agrum, ac simile eius conferam dominationi. Quibus pontifex respondit: Ia oratio ad Dominum, & exaudiuit me. Misit & alios ac tertios ad eum nuncios. Sed sacerdos in uno responso persistens, non mouebatur ad hæc, vt pro eo orationem daret ad Dominum.

Hæc

² Etiam apud antiques patres vox
torum vñus fuit.

³ Orat ad sepulchrum Apostoli
paumento prostratus.

Cap. 78.

⁴ Vide Romanos
distingul contra
hereticos, quoniam
Romana Ecclesia
Catholica est aucta
Apostolica.

⁵ Ecce sanctioris
virorum nota pro
filia:

Orationes,
Vigiles,
Lachrymae,
Psalterium.

Hæc illa hereticus cernens, iussit se in plaustro componi, atque ad eundem euehi, ac per se deprecatur Episcopum dicens, quia dupla satisfactione restituio agrum, quem iniqüè peruersi, tantum vt ore pro me sanctitas tua. Illo quoq; recusante, compulit eum vi, vt abiret ad Ecclesiam, quo dilcedente, vt Ecclesiam est ingressus, & hic spiritum exaluit, recepitque cōfitemum Ecclesia rem suam.

⁶ Notent hoc excepit
plum hereticus, qui
bona temporalia
Ecclesiis auferunt.

VITA SANCTI THOMAE APOSTOLI

per D. Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.



H O M A S, qui interpretatur abyssus Christi, Dydimus græcè nominatus, & iuxta latinam linguā, Christi geminus, ac similis Salvatoris, audiendo incredulus, videndo fidelis. Hic Euāgelium prædicauit Parthis, Medis, Petis, Hiricanisq; ac Bactrianis, & Indis, tenens Orientalem plagam, & interna Gentium penetrans, ibique prædicationem suam usque ad titulum sua passionis perducens, lanceis transfixus occubuit. In Calamina Indiæ Civitate sepultus est cum honore.

C O M M E N T A R I V S R E R V M G E .
starum sancti, & gloriose Apostoli Thomæ.

Per Simeonem Metaphraſten.

Olim quidem in terra versantes Apostoli, & terram quæ est sub cœlo obeuntes, iis qui impiepati inferuerunt, prædicarunt libertatem, miraculi ad salutem ab errore abstrahentes, & fidei malagmate medicantes, quæ laborabant infidelitate. Postquam autem migrarunt ad Dominum, piis reliquerunt corpora pignora: salutis, vt quod, cum aderant, hoc etiam, postquam migrassent, efficerent celestis illius publica celebratatis imagines, eorum memoria festa nobis largientes: vt tanquam cum præsentibus & differentibus rursus versantes, percipiamus gratiā Apostolicam. Vnde etiam nunc clarissimus Apostolorum Thomas per eius memoriam nobiscum rursus versatur. Thomas, qui est fidei nostræ patr̄ ex incredulitate, & index perfectus veritatis, qui incredulitatis occasione amputauit interclusus, & fidei Apostolorum per incredulitatem efficit firmiorem. Quando enim vngeneritus Dei filius, qui est in sinu patris, non ferens videre suum segmentum in peccati seruitutem redactum, suis hac in re inflexus visceribus, visus est sicut nos, si peccatum dempleris, tūc hic quoque magnus Apostolus, post aliorum discipulorum electionem qui Iesum sunt secuti iussus est sequi Dominum. Nam cum in Iudea à matre esset in lucem editus, habens parētes, qui vitam temeriter agebant, ab eis alebatur & educabatur, & ad vitam formabatur similem, reluti à quadam optimo Pædagogo, paupertate eruditus, & ad Domini suscipiendum præceptum aptus redditus. Libros itaque legens Mosaicos, iij enim diligenter proponebantur filii Iudaeorum, componebat quidem suos mores ad honestatem; doctrina autem formabatur ad res diuinares, & à puerilibus procul remotis ludibriis, instiuebatur, & crescebat, donec perusnisset ad perfectam mensuram ætatis Christi: viuens enim, sicut prius diximus, in vita paupere, & arte exercens pescatoriam, in vtroq; potēs est cognitus, ex vno quidem formatus ad tenuitatem, que sunt superacanea minimè admittentem, & doctus esse cōtentum solidis necessariis: ab altero autem institutus ad patientiam in laboribus, & ad hoc ut rebus modestis & asperis sua sponte prius exerceretur. Protinus itaque nulla dilatione vñus est nec cunctatione, nec tardauit ad vocacionem: sed ad eadē celeriter fuit mutatus, & vincit vox vocantis, vt dicto citius ostenderet obedientia. Atque sic quidem fit verbo familiaris, & refertur in numerum reliquorum qui vocati fuerant: fitque discipulus animi studio promptissimus, minister fidelissimus, Apostolusque, & economus probatissimus Apostolatus Gentium, qui sicut ei creditus. Statim autem & ad Apostolatum fuit corroboratus, & diuina impletus virtute, & miraculorum diues operatione, statuit cum Verbo versari perpetuo: Cum quo quidem degens toto tempore, quo vitam egit in carne, multas quidem cum eo subiit afflictiones, multas autem persecutions & migrations. Et aliquando quidem cum ipse à Iudeis expelleretur, simul quoque cum eo expellebatur, & cum lapidibus appeteretur, ipse quoque simul appetebatur: aliquando autem cum ipsum vellent in suam redigere potestatem, & morte afficere, paratus erat alacriter cum ipso morte affici desiderio plenam illam vocem emitens ad Dominum: Eamus & moriamur cum ipso. Quando enim amicum Lazarum à mortuis suscitatur pergebat Salvator: quando per absentiam concessit morti superare naturam, quando voluit ostendere sepulchrum somni locum: quando viuentum mortuum

¹ Nota sanctorum
corpora, pignora
salutis dicti.

VI. Octo.

II iiiij voluit

volut efficere ad vocationem viuis celeriorem, tunc accedentes discipuli metum prædicabant Iudeorum, lapides renocabant in memoriam, dehortabantur ne accederet: Magister, dicentes, nunc querebant Iudei te occidere, & rursum vadis illuc? Cùm autem illi non posserent persuadere (Non enim oportebat infantiam, quæ tunc erat discipulorum, morti opem ferre aduersus Lazarum, neque impedimentum liberationis ex sepulchris illorum cerni tristitatem) metu & desiderio distractis eorum animis, conuertebantur ad animi ægritudinem. Sed Thomas prompte & alacriter solvens Apostolis molestiam: Eamus & nos, inquit, & moriamur cum ipso. Est enim quia vita melior, quæ cum Domino accipitur, occidio. Atque hæc quidem sic se habebant: & Apostolorum animos detinebat admiratio, cogitantes condiscipuli audaciam ad mortem subeundam. Sed cùm crux fixa fuisset, & mors esset suspensta, & infernus traheretur captivus, & mutata esset lex lepulchri, & mors Christi effecta esset mors mortis, surgens Saluator post erecta apud inferos aduersus mortem trophæa, apparet suis amicis lugentibus & flentibus, in hoc quoque fidem faciens victoria, qui rerum recte gestarum illos faciens spectatores, certe nec ipsius quidem permisit esse expertem primorum miraculorum. In quadam domuncula discipulos in arctum tunc metus cogebat Iudeorum: quo quidem in loco periculum præsidentes manebant. In medium ergo eorum latenter accedit Iesus, non vocem emittens antequam aspiceretur, non pulsatione ostijs territis eorum animis: sed pedes, qui per mare sunt ingressi, ostijs quoque non apertis intrârunt (Negabat enim suas leges natura iussa à Domino) & qui omnia fecerat, in suum templum ingreditur clausis ostiis: & qui per lignum mortem contriuit, nunc viam adserit ipsi ligni naturæ. Venit ergo Christus in medium eorum, miraculo ingressus, confirmans miraculum resurrectionis, & si quidem discipuli ipsis oculis eius quæm defiderabant, fructum percipientes, lætitia affiebantur. Solus autem Thomas abfuit à spectaculo, qui diuinum quodam, vt videtur, consilio non aderat, vt cùm miraculum magis examinasset, esset præclarior præco resurrectionis. Sed Saluator quidem cùm lui spectacula imperiis Apostolos, recepsit protinus, perfectiore contemplationis visionem Thomæ amico, vt videretur, referens: Cùm autem reuersus esset Thomas, & venisset in mentem discipulis ei dicere: vidimus Dominum: ille propter id quod audiebat, lætitia affectus, quod fieri desiderabat, hoc factum esse audiens, non credebat. Solent enim ingentis lætitiae exuperationes, esse tardiores ad ea credenda quæ dicuntur. Discipulis igitur: Nisi, inquit, video in manibus eius fissiram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Ad hæc forte Apostoli: Quid sibi vult ð Thoma, sermo incredulitatis: Si non credit discipulus, quomodo crederint Iudei? Si Apostolus, & amicus non admittit resurrectionem, quomodo eam admirerint iij qui cruci affixerunt? Qui Thomæ non persuaserunt, quomodo reputabantur digni, qui admittantur à Gentibus? Non te pudore afficiunt, & ad fidem attrahunt præcedentium ingentes turbæ miraculorum? Leprosus mundatus: Paralyticus integris membrorum compagibus restitutus: Cœcus videndi facultati redditus: Manus morte affecta, quæ rursus fuit ad vitam renovata: Fluctus, per quos inceditur pedibus: & Lazarus sepulchrum exuens tanquam vestem? Quomodo, Cuius admiraris opera, eins suspestat habes resurrectionem? Non credit Calphas: curiosè scrutetur Nicodemus: calumnietur Iudeus: Cur dubitat Thomas de resurrectione? sed contrà discipulus videtur dicere iustiora. Cur mea dubitatio est à vobis reprehendenda, ð Apostoli? Ad Iudeos emitto præco resurrectionis: sicut vos proficisci Apostolus ad docendum Gentes resurrectionem. Quomodo ergo quibus non fui socius spectaculi, suscipiam æquè atque ipsi legationem? Quomodo quorum non habeo cognitionem, ea ego docebo alios? Quomodo lingua ea dicere confidenter, quorum telite non habet oculos? Verbis credam solis? Sed Iudeis ero in fide suscepitus: neque facilitatis damnabunt, & levitatis. Gentiles quoque verba non admittent: potius autem meum ridebunt testimonium, qui ex solo auditu prædico resurrectionem. Non multum intercessit temporis, & rursus adfuit Dominus ingressus miraculum nunc quoque similiter ostendens. Vt alius simul discipulis, ea soli quoque Thomæ largiatur. Ostendit ergo ei signa crucis: ac vulneris quod acceptit in latere, ostendit signaculum. Deinde: Quia vidisti me, inquit, credidisti: Beati qui non viderunt, & crediderunt: magnam nobis repositam ostendes beatitudinem, qui credidimus per sermonem discipulorum. Illud ergo diuinum, & admirabile spectaculum cùm consecutus esset Thomas, fuit etiam causa Apostolis, vt illa different, quæ prius non nouerant. Suum enim Deum, & Dominum confessus est eum quem aspergat: Re vera enim Dei est pulchrum facinus resurrectionis. Cùm autem post hæc Christus à discipulis magna ex parte videri non posset, vt qui esset glorificatus incorruptione corporis, & non posset conspicere mortalibus oculis, seipsum manifestum reprobabat, quando volebat, & quando nouerat futurum vitæ iis qui alpiciebant. Itaque cùm Domini eis defecit

con-

confestus, curam gerebant veteris artis, in qua fuerant educati. Illa autem erat, scapham ascondere, & in profundum maris retia demittere. Quodam verò die dum ipsi intenti erat punctioni, apparuit eis delideratus Iesus stans in littore, & iubens ad dexteram partem nauis rete demittere. Capta est autem multitudo piscium innumerabilis: erat enim diuini iussus operatio. Tunc simul cum iis aderat etiam Thomas, & simul nauigabat, & simul operabatur, & diligenter curabat retia, & se paratissimum ostendebat ad obediendum. Experiencia enim didicerat iis credere, quæ Deus fuerat operatus: & ideo vna nauigabat, & simul operabatur cum discipulis. Cùm autem iam aderet tempus allumponis, quo cum eo quod ex nobis allumperat, oportebat Christum ascendere ad patrem, ipse educit mystas extra Bethaniam, vñque ad Olpectrum: & illuc de se disserens, & ex scripturis coniungens testimonia, cum & coram eis comedisset, & confirmasset se non esse spiritum, vt ipsi exsultauerant: & deinde sublata manu eis immisisset benedictionem, ille quidem ascendit in cœlos: ipsis autem cum magno gaudio fuit reditus in Hierusalem. Quid ni gauderet, & cum aliis laetaretur discipulis, lacrolanctus iste & magnus Apostolus, vides verba deducta esse ad effectum, & suscepit carnis verum esse mysterium: neque frustra in eo versata fuisse incredulitatem? Atque dies quidem ille à Domino præstitus, iam finem accipiebat conuenienter iis quæ ille dixerat: & diuinus spiritus ad eos aduolans, tanquam sonus quidam flatus vehementis statim in linguis igneis diuidebatur. Qui cùm fuisset super vnumquemque, faciebat eos loqui linguis alienis, adeò vt qui audiebant, afficerentur magna admiratione. Tunc ergo hic quoque magnus Apostolus cùm federet vna cum reliquis discipulis, ipse quoque in igneis linguis accepit gratiam: & cùm in suum habitaculum totum intromisisset spiritum, totus fuit illius instrumentum valde sapienter & opportune pulsatum. Sic ergo Thomas ab alto confirmatus, fuit perpetuò accinctus, promproque & alacri animo ad prædicationem, nihil timens eorum quæ sunt terribilia, nec stupens aliquid eorum quæ sunt clara & illustria. Cùm ergo res Apostolis se haberent ex animi sententia, oporteret autem Domini iussum finem accipere, qui quidem erat: Euntes in mundum, docete omnes Gentes, alias quidem ex Apostolis aliam orbis terræ partem fortius est, sicut eis qui aduenierat, spiritus sorte definerat, Thomas igitur missus est in Indiam, quæ erat planè barbara, & in nefariis verlabatur actionibus: Ipsa autem sita est longissimè ab Ægypto, alluitur verò mari valde nauigabili: & est quidem egena rerum necessiarum: abundat autem rebus pretiosis, & ad luxum accommodatis. Eam habitat id genus, quod dictum est, & quod est frequentissimum, & deditum mercaturæ, & magna ex parte nudum, & instar ferarum quæ degunt in montibus, vitam agens. Quam ob causam corporum superficiem radij solares inaudire ardenter, valdeque incidunt, & denigrant, & efficiunt visum deformiores. Colebant autem isti simulachra facta ex omni genüs materia: & quod in ea conferebatur studium, & cultura, longo tempore confirmata inducebat consuetudinem ratione quauis potentiorum. In hanc ergo regionem magnus ingrediens Apostolus, nullum præ se tulit falsum & arroganticum: neque elatè aut gloriösè quippiam est locutus: neque aliud fecit superbe, & insolenter ad ostentationem, sed ornatus Christi moderatione, & pro quo quis alio ornamento, & lorica ea induens, coma fordidus, vultu pallidus, torus aridus, & exanguis, & planè succo carens, & vt semel dicam, non tam corpus, quam vimbram corporis circumferens, sordido & trito amictus pallio, moribus lenis, sermone utilis, factis valde admirabilis, humilioribus se accommodabat, spiritus altiorum deprimens. Cùm talibus moribus, & vita prædictis ad Indos venisset, vñumq; ei esset gentis ingredi interiora, postquam vidit falsam dæmonum religionem eos comprehendisse, & imis eorum animis infideles, non statim processit ad eos refellendos, non induxit reprehensiones, non tanquam medicamento vñus est austerritate. Sciebat enim quod quæ longa confuetudine in nostris confirmata sunt animis, non possunt facile deleri, & persuasione magis quam vi mutantur. Propterea magis viritur mansuetudine, & bonis moribus & blandis verbis, magnus, & dignus, qui in honore haberetur, non ex fastu, & tumore, & verbis magnificis, sed ex factis & signis eis apparent, insigni Christi, nempe humilitate, valde ornatus, quo quidem eos magis capiebat & attrahebat ad agnitionem, quod esset operibus quidem admirabilis, spiritu autem mitis, & moderatus. Itaque moti admiratio ne Indi rogare ceperunt quinam esset, & cuius genere, & quænam esset eius religio, & quod studium. Ille autem (habebat enim in se Christum magistrum) leniter & modestè respondit, quod esset genere quidem Iudeus, discipulus autem insignis illius Moysis: illius, inquam, Moysis, qui cum Deo est collocutus: Deinde etiam Christi filii Dei discipulus, qui venit ad mundi salutem, & quod vitam eternam, & animarum salutem veniret annunciatum, quibus qui crediderint, erunt ineffabilium bonorum participes. Præterea narrat Christi Dei verbi demissionem, resertque miracula quæ fecit, dum in terris in carne ageret: ipsamque

ipsam; passionem, quæ multis viderur probrosa: Virtutem resurrectionis: & ad celos ascensionem. Cuius discipulus, inquit, ego, & minister admirabilium, quæ ipse fecit, miraculorum, atque reconomiae, quæ fuit Deus & homo, creatus sum præco. Cuius annuncians in homines beniguitatem, & immensam in ipsis misericordiam, ad vos usque accessi, cuius factus sum myla, & Apostolus. Et cum ipsis oculis facta sit mihi fides eorum, qua dicuntur, non vi eos qui renunt, sed omni charitate amplector eos qui persuadentur. His & pluribus aliis diuinis prolatis verbis, Indorum populus ad mysterium introductus, suis animis suscepit verbi semen. Deinde (vt dicam cum diuino Euangelio) Domino adiuuante, & sermonem confirmante per signa consequentia: paulatim quidem abducti sunt ab idolorum libaminibus, & abominationibus, ad veram autem fidem accelerunt: & sic Apostolicis transformati doctrinis, Christo familiares euaserunt per baptismum: adeo ut etiam usque ad ipsum Regem peruenierit prædicatio, etiam non penetrarit usque ad profundum eius mentis. Itaque qui generi quidem ad regem attinebant, cum se totos dedidissent sermonibus Apostoli, ab eo aucti non poterant. Rex autem ipse detentus à profunda caligine ignorantiae, & à quibus miraculis oportebat ad lucem traduci, ab eis voluntaria cæcitate ad maiorem accusus infamiam, consultabat de morte Apostoli. Quonobrem dicto citius in eum fert sententiam: & lanceis de medio tollitur magnus hic Apostolus, qui propter Christum mortem luctenter suscepit.

² Vides sacra & diuinam Apostoli animam in celos ascendentem, & stipatam Angelorum ordinibus.

³ Pulvere, qui Apostoli corpus tegit, filio regis inseposito, natura ille a grauissimo, quo derinebatur, lansuore.

Habetur in opere eius in gloriam plurimorum martyrum edito.

Cap. 31.

² Ecce templum et monasterium mirae magnitudinis, ac diligenter exornatum in honorem Apostoli. Cur ergo nostro tempore hoc, a quibusdam reprehenduntur?

² Si accedere luce minoris ante Janitorum corpora malum est, Deus ita tum miraculū non operatur in hoc lichno.

³ Ecce quod quicquid miraculū quid sacerdotis, diuinā potentia in illis, & per illos gerit, ut veram fidem in nobis conservet.

⁴ Vides antiquum morem suisse, in festiuitatis sanctis, panagores ducere, & vota plurima deferre.

MIRACVL A THOMÆ APOSTOLI,

per B. Gregorium Turonensem Archiepiscopum scripta.

^Tomas Apostolus secundum passionis eius historiam in India passus declaratur. Cuius beatum corpus prius multum tempus assumptum in civitate, quam Syri Edesam vocant, translatum est, ibique sepultum. Ergo in loco regionis Indiae quo prius quievit, monasterium habetur, & templum mirae magnitudinis, diligenterque exornatum atque compositum. In hac igitur æde magnum miraculum Deus ostendit. Lichinus etenim inibi positus atque illuminatus, ante locum sepulture ipsius perpetualiter die nocturna diuino nutu resplendet, à nullo fomentum olei scirpique accipiens, neque vento extinguitur, neque calu dilabitur, neque ardendo minuitur, habetque incrementum per 3 Apostoli virtutem, qua nescitur ab homine. Cognitum tamen habetur diuinæ potentie. Hoc Theodorus qui ad ipsum locum accessit, nobis exposuit. In supradicta igitur urbe, in qua beatos artus diximus tumulatos, aduentiente festiuitate, & magnus aggregatur populorum caetus, à diuersis regionibus cum votis negotiisque venientes, vendendi emendi; per tringita dies sine villa thelonie exactione licentia datur. In his vero diebus qui in mensa habentur, quinto, magna & inusitata populis præbentur beneficia. Non scandalum surget in plebe, non musca insidet mortificare carnem, non latex deest sienti. Nam cum iam reliquis debus pluquam centenum pedum altitudine aqua hauriatur à puteis, nunc paululum fodias, limphas exuberantes inuenies, quod non ambigitur virtute beati Apostoli imparti. Decursus igitur festiuitatis diebus, thelonium publico redditur, musca qua defuit

defuit adest, propinquitas aquæ deficit, dehinc demissa diuinitus pluia, ita omne atrium templi à fodiibus & diuersis fqualibus, qui per ipsa solennia facti sunt, mundat, vt putes eum non tuisse calcatum.

VITA SANCTI PHILIPPI APÓSTOLI;

per D. Isidorum Episcopum Hispanensem scripta.

HILIPPVS, qui interpretatur os lampadis, à Betzaida civitate Andreas. Habetur in libr. & Petri, Gallis prædicat Christum, Barbaras gentes vicinali que tenet, & siudem de patribus noui testas instrumento Oceano coniunctas, ad scientiæ lucem sideique portum dedit, menti. Deinde in Hieropolis urbe Phrygiae prouincie crucifixus, lapidatusq; occubuit. Erectoq; sepulchro sepultus est. Cadaver simul cum filiabus suis ibi dem requiecit, cuius natalis est Calendis Maij.

COMMENTARIUS RERVM GESTARVM

Sancti Apostoli Philippi.

Apud Simeonem Metaphrasten.

E I verbum quod cum Patre est æternum, & caret tempore, voluit aliquando fieri sicut nos, & venire sub tempore, propter lapsum nostræ naturæ. Hinc factum est, vt & virginis carne circumciberetur, & id quod assumpserat Deum redderet communicatione. Cum autem eius cum corpore aduentu omnibus acquirente salutem, oportet eum habere spectatores diuinæ illius & ineffabilis dispensationis, & participes mysteriorum: vt, vniuerso genere per ipsos impeditum affatim reuocationem: postquam per totam finitimam, & quæ circum Jordanem sita erat regionem peruiasisset Ioannis prædicatio, data autem fuisset gratia spiritus, & multi ab illo baptismum accepissent, quæ tempore meus quoq; Christus fuit baptizatus, mittens versari in ciuitate idem Dei verbum quod comprehendendi non potest, verbabatur enim Hierosolymis, degit in Galilæa, In ea autem agebat Philippus ille admirabilis, qui erat quidem ex Betzaida ciuitate Andreas & Petri, tunc vero aderat in Galilæa. Qui statim ab inveniente ætate traditus est à parentibus eruditus & disciplinis. Cum autem rectè fuisset educatus, & in omni laudabili disciplina iam institutus esset & eruditus, libros perlegit Mosaicos, & quicunque fuerant prædicta de Christo mysteria imbuīt, quemadmodum nouissimis temporibus sit venturus, & sit omnibus communiter salutem distributurus. Iis enim qui tunc eruditabant, non erat permisum, discipulos in alia erudire doctrinam, nisi libros Moysis prius legissent. Cum ergo venisset Iesu in Galilæam, & hunc magnu inuenisset Philippum, iustit ei ut ipsum sequeretur. Ille autem cum audiasset, statim recordatus est eorum quæ ab inveniente ætate de Christo accepit & legit, & eum esse illum agnouit quem Moysis libri esse gunt postea venturum declarabant. Exhinc ergo is cum eo qui vocauerat magistro verbabatur, & habebat virtutem quæ cum tempore prouehebatur, & connumerabatur cum præcipuis discipulis. Cum autem ita boni effectus fuisset particeps, assumit etiam alios socios participationis, nec eam celat, sed cum primum incidisset in Nathanaïalem, qui longo ante tempore ei fuerat amicus & familiaris, venientis aduentum, non tanquam adhuc futurum, sed tanquam qui iam esset annunciatum. Non amplius dicens, in spe sita est salus Israëlis, sed quem linguae spiritu præsignificantes seruato rem prædixerunt in ultimis diebus Israëli surrectum, is adest. Eum cum nos inueniessimus Iesum ex Nazareth, & eius admirabilibus & quæ naturam superant miraculis non possemus non credere, omnes alios multum iubentes valere cum eo degere constituum. His cum summopere cepisset Nathanaëlem, & si rem ægreferentem, & non ex Nazareth esse boni aliquid contendente, à tuendis quidem rebus Israëlis cum abducit: Christo autem abducit obedientem. Cumq; eum primum adiunxit, liberius exclamauit: Rabbi, dices, tu es Rex Israëlis. Quo quidem ipse quoq; Christus delectatus, vt quod profectum esset à mente intus recte affecta, id aperit quod erat ei conueniens, futurum cum mystram maiorum mysteriorum, & regni Dei spectatorem. Quid enim dicit? Amen dico vobis, cœlum apertum videbitis, & Angelos Dei ascendentib; & descendentes super filium hominis. Ab illo ergo tempore sacratissimus Philippus aures præbebis sacris mysteriorum institutionibus, tota mente in illis verbabatur, nulla eum cura attrahente ad alia, & luce diuinioris cognitionis expurgabat cogitationem, priorem depellens ignorationem, & internum hominem renouans. Cum itaque ad virilem ætatem peruenisset, in Christum quidem perfecciorem assumptum charitatem, vt reputaretur perinde atque filius, & locum obtineret hæreditatis, & aduentu spiritus constitueretur princeps super omnem terram. Cum autem adiunxit

¹ Vides Apostoli Philipum eruditum in omnibus laudabilibus disciplinis: Cur ergo noui hereticus ei earum studium a Christianis scho- lii eliminare sat?

et

nisset tempus salutaris passionis, per quam patibili genere superior extitit impunitas, is inseparabiliter versabatur cum Magistro. Oportebat vero illo tempore aliquos ex iis qui ce- nebant falsam gentium religionem, proficisci Hierosolyma ad fultum contemplandum. Ii iis quae de Iesu praeferentia annuntiata fuerant obstupefacti (Nam ipsis quoque magna de eo nunciabantur & que fidem superabant, quod Lazarum quidem suscitasset a mortuis; & vniuersus populus cum laudibus & bonis verbis esset prosecutus: & alia innumerabilia fecerit miracula) eum conuenienti magno capti sunt desiderio. A quo superato veniunt ad meum Iesum, & cum accessissent ad Philippum annunciant cur venerantur. Ille autem cum Andreæ qui fuerat primus vocatus de eis communicalis, Iesu simul cum ipso eorum aduentum annunciat. Iesus vero de sua passione & gloria ei significat, dicens: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, mortuum autem adfert multum fructum. Atque haec quidem Christus illis differuit. Quando autem post passionem & resurrectionem le tempore ostendit discipulis, & illis fecit eorum spectatores, quae erant maiora quam ut caderent in cogitationem, hic ipse quoque magnus Philippus, vt qui esset condiscipulus & socius arcanorum, aderat iis quae fiebant, & erat vnu ex eorum numero. Cum vero Dominus & seruator noster Iesus Christus vniuersam quae fiebat per carnem pro nobis peregisset dispensationem, & terrena vniuersitatem admirabiliter & praeter opinionem, & cum gloria fuisset assumptus in celos: & ad maiestatis Patris confidisset dexteram; & spiritum paracletum iis qui ipsi eum viderant suis myltis misserit, vt erat pollicitus in specie ignearum linguarum, eo quoq; repletus Philippus se parabat ad cursum Euangelij. Cum autem ex iis alijs quidem partes Orientales, alijs autem Occidentales, eas sortiti obirent, Borealesque & Australes perueraderent regiones, implentes præceptum quod eis datum fuerat, admirabili quoque huic Apostolo forte obtigit Asia. Quam quidem in orbem obiens, & in omnibus quidem verans ciuitatibus & regionibus, innumerabilem multitudinem fecit vera pietati consentire. Quos cum etiam obsignasset luce regenerationis obtulit patri celesti. Quinierat eos quoque qui affectionibus aliquibus & morbis opprimebantur, & eos quoque quos inhabitan Daemonium male afficiebat, verbo solo & impositione facie manus curabat: mente quidem & intelligentia eos qui insultabant & aduerterebantur fundens ac fugans: sensibiliter autem eos qui ab illis fuerant decepti conservans, quos & predicationis sublimi oratione, & quae opinionem superabant insignibus miraculorum effectibus, tanquam retibus quibusdam capiens, & plautum deduxit ad agnitionem veritatis. Cum autem Sacerdotes & altaria vbiique in illis locis statuisset & construxisset, pro sacrificiis illis quae fiebant in Dæmonum altariis, sacrostante fecit in eis peragi sacram mysteriū celebrationem, adeo vt in eis seruaret ritus Euangelij. Atque sic quidem magna multitudo eorum qui per ipsum crediderunt, ad Christum fuit adducta. Cum autem oportaret eum quoque hinc excedere, & ad Dominum migrare, tale quid ei accidit circa finem huius vita. Est ciuitas in Phrygia insignis, quæ vocatur Hierapolis. Ea cum aliarum omnium populo esset frequenter, & appellata, esset mater aliarum ciuitatum, sanctissimum accipit Philippon pot innumerabiles pro Christo suscepit labores. Cum ergo accessisset magnus hic Apostolus, vt in ea quoq; prædicaret Euangelium, vidisset autem eam simulachris, & venenatis quibusdam serpentibus, vt pote prodigiosæ cuidam viperæ, proh dolor, cultum diuinum tribueret: zelo diuino eius anima ascendit, & intensius le dans precibus, Christi nomine inuocato, hanc perniciem, & quæ nultis fuit causa interitus, statim ostendit mortuam. Chm autem aduersus terram hanc beluam tam pulchre ei consisset Domini interpellatio, omnes deinde valde admonuit, & eis consuluit, vt eum qui est in celis viuum Deum extinxerent: is enim est vere Deus, nec serpentibus in terra animalibus animum adhiberent. Qui cum sic semper Deus perfectus, & qui nec posset comprehendendi, postquam produxit hunc mundum, tam qui est aspectabilis, quam qui non cadit sub aspectum, hominem formatum ad imaginem suæ maiestatis, & libero honoratum arbitrio, fecit esse participem bonorum quæ erant in paradyso, iubens ab hoc solo abstineat, quod erat lignum cognitionis. Cum vero mandatum transgressum, & lapsum ab ea qua cum ipso intercedebat coniunctio, Dei non esset despiceret, cum eum prius per legem, tanquam per pedagogum & per Prophetas erudisset, postremis temporibus ei placuit, vt verbum quod est eiusdem cum eo naturæ, à calta virginie nobis simile nasceretur. Ille autem cum ad similitudinem horum aparuisset, & cum persensionibus concertaliter qui erat imparibilis, & tertio die resurrexisset a mortuis, sua benignitate & clementia se nobis manifestum reddidit, & in celos ascendit vnde descendenter. Eum autem rursus quoque venturum credimus, qui figuramentum quidem suum suscitabit: redet autem vnicuique factis suis conuenienter. Haec vero vos quoque scietis diuina luce dignati regenerationis, & ab omni quidem execrando via vobis

² Missam vocat
hic sacra misteria
ritus celebrationem.
Vide ergo quam
antiqua sit eius in
stitutio, cum Apo-
stolorum tempore
pergeretur.

vobis pura erit cogitatio: & ad satietatem, & iam si his nulla erit terminata satietas, gratiis eius replebitur: & eritis haeredes annorum promissorum. Haec & his plura & priuatum & cōmuniter verba faciens diuinus Apostolus, quos sciebat magis quam alios verbum suscipere veritatis, eos adduxit ad lucem regenerationis: & in Pontificum & sacerdotum numerum retulit: & tempora animata & sancta Christo excitat. Sic directo procedenter veritatem vivens eius inimicus, non ferendum esse ducebat, nisi eum labefactaret, & prohiberet ne perget ulterius. Hinc cum eos qui eo tempore gerezant magistratus, subiicit, & eis tanquam ignem accenditatem simulationem, efficit ut Philippus quidem ab eis comprehendenter, magnam manum in eis repente commouens: ei autem infert quidquid est molestum & extitolum. Nam qui eum quidem comprehendenter, acerbiter deponunt in carcere: acerbius vero flagris cedat & verberant. Deinde cum funibus eum à talis vinxissent, sublimè suspendit precipitem. Illud autem tacite significabat directum eius mentis alcensum ad superiora, vt est consentaneum, etiam si non eum vsque ad ultimum reliquit Deus abfuge confolatione. Sed cum illo tempore Bartholomæus quoque diuinus Apostolus simul cum eo verlaretur Hierapoli, & simul prædicaret Euagelium, quomodo prædicationis, ita etiam perpersionis fit ei socius, & illo à talis suspenso, vt diximus, ipse cruce condemnatur. Porro autem soror Marianna, quæ non mihius erat vna mente quam natura: quæ erat virgo & corpore & animo, patienti quidem Philippo fratri aderat, perpersionem autem, quoad eius fieri poterat voluntate, & animi proposito simul attrahebat, & cum eo patiebatur. Interim vero dum haec fierent, fit res quædam noua. Mouetur quidem repente terra, & non solitam suscipit agitationem. Metus autem inuasit illorum animos qui ex iis quæ videbantur capiebant volupratem. Circumagit autem vniuersus ille locus, & in profundum quod minime apparebat demittitur. Simil autem cum solo populus quoque attrahebatur: & in maximum veniebat periculum ne periret miserabilitate. Erant ergo omnes hoc malo perplexi, & incerti quid agerent, aut consilij caperent. Cum autem vix tandem sensissent se luere penas Philippi illati supplicij & contumelias, eum circunstientes inuocabat seruatore, & petebant vt eis dexteram porrigeret ad salutem: neque proderet animas, quæ propter eum solum tantis agitabantur flutibus. Dicitur autem cum ijs instarent precibus, & ad misericordiam mouendam multa dicentes, & non cessarent, Iesus eis desuper aures benignas inclinasse, & eius quod fieberat miseritus, eis repente apparuisse, & cum apparisset, mala illa illicio cessasse: & solu quod tunc mouebatur, stabile & firmum extitisse: & iis qui miserabilitate veniebant in mortis periculum, visam esse diuinam virtutem quæ locum scalarum obtinebat, & alcensum præbebat facilem. Hoc fuit via fidei ad salutem infidelibus, & simul quidem magnum esse Philippum, misiorem autem illum quoq; quem ipse annunciat Dominum prædicarunt. Exhinc autem qui seruati quidem fuerant, vt discipuli liberarentur à vinculis magno studio contendebat: festinabat autem vt in ligno citè demitterentur. Et solunt quidem Bartholomæus: Philippus autem corum repræsent conatum. Iam enim ad eum quæ desiderabat erat mox migratus: Vnde etiam in ligno subline pendens, cum iis qui erant in ciuitate, de iis quæ erant ei futura utilia toto die differebat, & fiducia ad Dominum confirmans eorum animos, & pro eis supplicans, sacrostante cum sacris excessit eloquios, & migravit ad eum quem dilexit Dominum, cum in manu eius suam depositus esset animam. Pretiosum 3 autem eius corpus à Bartholomeo & Marianna sancte eleuatum, & quæ in sepulcrum de more sunt præclaræ assescutum, cum sa- 3. Ecce in lignis
eris hymnis & honoribus in loco insigni & sacro est depositum, quartodecimo Nouemb. exequias Apostoli Bartholomei autem & Marianna cum brevi tempore in eo loco manserunt, & preciosis cum hymnis & ho- his reliquiis hymnos & honores tribuerint, & rursus præclarus & firmus eos qui aderant noribus: & cù des in fide confirmarent, in suam patriam redierunt prædicatorum Christi Euangelium. Quoniam postione preciosis eum decet omnis gloria, honor & adoratio, cum patre principij expertise, & sanctissimo eius tuis corporis in sp̄itu, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

VITA S A N C T I B A R T H O L O M A E I

Apostoli per Diuum Isidorum Episcopum
Ispalensem scripta.



A R T H O L O M A E V S Apostolus, nomen ex Syra lingua suscepit. Interpretatur filius suspensus aquas. Lychaoniam in fortem prædicationis accipit, atque Euangelium iuxta Matthæum apud Indos in eorum linguam cōvertit. Ad ultimum in Albano maioris Armeniæ vrbe, vniuersis Barbaris de- corris est: Sicque terra conditus. Cuius natalium octauo Calendas Sep- tembris creditur.

Habetur in libri-
cius de patris
bus, noui testa-
menti.

IOS EPHI HV MILIS ET MINIMI

laudatio, in Sanctum Apostolum Bartholomaeum.

Apud Simeonem Metaphraesten.

¹ Dies festus sancti Bartholomei Apo-

soli.

Huius concionis autor, & diei 1st festi iucunditatem spiritualem nobis adserentis hila-
ritas est beatus Apostolus Bartholomaeus; qui cum diuinus sit Apostolus, & luminis
splendore, purisque sancti spiritus fulgoribus tantum illustringitur, quantum verbis ex-
plicati non potest: nobis etiam lumen suggerit, qui sacram & gloriosam eius memo-
riam celebramus. Age igitur diuinis vocibus illum collaudantes quam maximè possumus,
diuina ipsius narratione delectemur: & laudationibus honorem virum quoquis honore su-
periorum. Laudemus Apostolum a Deo ipso laudatum. Beatum predicemus eum qui sem-
per beatus est. Eius gloriam celebremus, quem extulit diuina gloria. Videamus quisham
autem fuerit, & qualis postea euaserit: quemadmodum qui prius idiota erat, & pauperem vi-
tam agebat, omni ex parte sapiens effectus, & omnium bonorum diuini ornatus fuerit:
quemadmodum est terrestri coelestis euaserit: est minimus maximus: & ex pectorum pectorare
hominum pectorum factus sit. Itaque cum Deus ipse homo factus propter misericordia sua
viscera nostrum corpus gestareret, & Discipulorum delectum haberet: is, inquam, qui prae-
nunt omnia priusquam generentur: celeberrimum Apostolum Bartholomeum delegit, am-
icumque sibi verum & fidem cooptauit. O diuinae vocationis praestantiam. O magnam &
singularem felicitatem. O quam hic inuenit magistrum, qui maximis mysteriis eum ini-
tiavit, & sapientem effectus. O beatam illam animam dignam habitan, quam cum Deo ver-
atur: cum Deo, & omnipotente Domino cibum sumeret: & sacra doctrina oratione & fa-
cilitatem omnem superante instrueretur. Postea vero quam magistrum suum in cruce suffixum
eundemque sepulcum, & post resurrectione ad celos ascendentem vidit: & sanctissimi spiritus
dono aequo ac roliquo Apostoli donatus est: tanquam generofus aliquis miles validissimus ar-
mis vnde munitus aduersus hostiles bellum profiliuit, & ipsos quidem hostes validissime
percussit: his vero qui ad vitam ipsam venire studebant, salutem conciliauit. Terendit orati-
onis sua retia, & gentes ipsas è profundo eruptas, illas quidem captivas, sed ad vitam tam
dactas conseruant: euertit idolorum templo, & Dei Ecclesias erexit: humana corda in ster-
ilitatem conuersa, coelestis doctrine arato renouauit: eaque ita excoluit, ut tanquam feraces
campi fructum ferre possent. Accedit miraculorum faciem: & effectuum humanorum caligi-
nem profugauit: in quascumque partes permeabat, velut stella quaedam iustitiae solem predicas,
illustremque fulgorem emittens, fallacie tenebras destruebat: & oratione quidem demones
ipsos fugabant: precibus autem morbo insanabilis curabant, leprosos mundos faciens, cæcis
vistum restituens, claudos ad currendum expeditos reddens: corda denique & animos imbe-
cilliores confirmans. Erat vna cum Bartholomeo & beatus ille Apostolus Philippus; quocum
multo tempore diuinum Euangeliū praedicauit. Hi cum in urbem Hierapolim venissent,
cui prius nomen erat Ophiozyme: multas ærumnas, & cruciatu non mediocres sustinuerunt.
cum eius ciuitatis homines violenti essent, & valde inhumani, quippe qui viperam colere co-
fuerant, venenum pestiferum & letale, tanquam fructum aliquem, percipientes: illi cum
diuinis Apostolos vidissent, dicebant nouum quandam Deum ab illis nuntiari, & à vetere
cultu ipsos averti, atque a paternis traditionibus abalienari. Quamobrem cum manus in eos
iniecerint, admiranda sanctitatis virum Apostolum Philippum cruce condemnauerunt:

<sup>+ Nō te turbet, quod Bartholomeus ap-
osto-
stoli cruce marty-
rlu cōsummās-
ebit
autō scribat, un-
cōmunitatē asser-
tur sius suis ex-
ceptis pœxie, deinde ca-
pite pœxie. Potuit
enī, post quā actus
fuit in cruce, & ex-
coriar, et denuo ca-
pite pœxie. Quis eo
nim nesciat, quod
erat atra harbari
& infulas sanctas
Dei ferme pars
supplicia.</sup>

Diuinus aut Bartholomeus, instar alicius bouis aratoris a suo compare separatus ingemil-
ebat, ac lamentabatur quidem: sed non definebat tamen suauem illum fulcum ducere, qui ani-
marum agricola Deo vberes fructus illaturus esset, quinimò ita ut cōsueuerat, huc atque il-
luc obibat, fidei sermonem dissemianus, prauam zizaniam euellens, & quicquid salutare iis
esset, qui eum suscepiant, diligenter declarans. O beatos illos pedes Euangelicis gressibus
speciosos factos, & ad infinitarum animarum adceptione recta via progredientes. O lingua illam
diuinam, ex qua salutaris potus effluit: qui ab impietatis astu multos liberauit. O manus, que
violentos hostes expugnarunt, & animas ipsas è Diaboli manibus eripuerunt. O diuinos &
illustres oculos: per quos multorum oculi patefacti sunt, qui erant perfidae tenebris obscurati.
Cum igitur regiones illas ita peragraret, venit ad urbem quandam, cuius ciues cum idolorum su-
perfitione liberasse, ab eius loci præside crucis * supplicio & ipse condemnatus est. Ad quā
dum beatus ille accederet, totus gaudio perfusus: Salve, inquit, Crux, per quam humanum
genus gaudio affectum est. Salve, eius Crucis imitatio, per quam mors morte dissoluit: & mor-
tales ipsos immortalitate donauit. Salve Crux, in quam cum Christus ascedit, terrenos homi-
nes celestes effecit. Salve Crux, que mihi hinc migranti vehiculum effecta es, quo ad celos
perducisti.

perducisti possum: que denique mei præceptoris imitatore me fecisti. Ad te ascendo, neque
motam duco: coriam enim tempus meum completum est. Bonum certamen certavi, cursum co-
summaui: fidem seruavi: opus quod mihi Christus magister meus tradidit, perfeci. Haec cum
dixi, & Deū precatus es: rogauit carnifices illos, vt verò in terra capite in cruce suffige-
tur nec rectus, quemadmodum eius magister, in cruce ageretur: ita & in ipsis cruciatibus
siam in magistrum reverentiam conseruabat. Quinetiam in cruce suffixus, cum fratribus
loqui non destitit: quoad sanctissimam illam animam Deo tradidit. Cuius ascensum Angeli
applausu exceperunt: aer purgatus est: & diuinorum Apostolorum chorus exultauit.

Cum vero multum temporis præterisset, eius regionis tyrannus vita prauitatem exercet.
te: & multorum Deorum ebrietate debacchantes, cum viderent loculos illos, in quibus be-
ati Apostoli Bartholomei reliquia condita erant, splendida quædam, & illustria miracula
cdere, & eos a mortibus liberare qui eò accidebant, prauum consilium, & suo propoſto dignum
inerunt. Venite, inquit, in profundum mare corpus hoc demergamus. Sed, & miser, eius
ne corpus in mare demergentes, qui profundum illum draconem in altum demersit: qui salu-
taris aquæ fontem aperuit: & abunde celestia dogmata hominibus impertivit. Venite, in-
quit, mari obruiamus. Eumine vos obruiamus, qui veritatem antea obrutam detexit, & infi-
delitatis falſedine exterminauit? Venite, inquit, & temerarium furor em effundentes in
maritimas vndas hoc corpus proiciamus, ne ex eo, tanquam a rationali aliquo flumine, salus
ad eos defluit, qui morborum angustias cōpirmuntur. Haec cum dixissent, quod cogitarat
aggressi sunt, & vna cum quatuor aliorum martyrum loculis beati Bartholomei reliquias
in mare derescerunt. Martyres autem illi gloriosi Apostolus Bartholomeum valde inclitum,
duo à dextera, & duo à sinistra parte medium habentes, Pontum ipsum sine fluctuatione
aliqua 2 transmittebant. Cumq; ad Bosphorum Thracium in Propontidē venissent, Helle-
sponti angustias transierunt, deinde transmissio Ægeo & Ionio mari, ad Siciliā appulerunt, &
Syracus ad sinistram derelinquentes, atque Occidentem versus tendentes, ad Insulam Lipa-
riam perueniunt. Itaque celeberrimus ille Apostolus ad eam insulam deducetus est. Diuini
autem illi martyres cum id complexisse, quod Deus voluerat, quam celerrimè redierunt
in eam viam, in quam viamque diuina prouidentia direxit. Statim autem is qui Ecclesi-
am Liparis insulæ gubernabat, per diuinam reuelationem didicit, Christi Apostolū ad maris
litus appulisse. Erat eius Ecclesiæ gubernator Agato ille, cuius gloria longè, lateque apud om-
nes celebrabatur. Cum ille igitur properasset, & loculos ad continentem appullos vidisset
stupore, & gaudio repletus, summa voce: Bene, inquit, quod huc venisti ut portus salutaris,
ad eos qui pelagi fluctibus periculosis agitamus. Bene quod venisti: diuinū spiritus pa-
radeti flumen, ex quo veritas aquæ scaturirent, & pietas multa redudat: In mari via tuæ &
semita tuæ in aqua multis: & vestigia tua nō cognoscetur. Veni & animas nostras irriga: affe-
ctu nostro feruore repreme: coidium ianuas paterias gratiarum tuarum munieribus re-
pleas. Hoc à te Liparis insula 3 supplex petit: quam habitate feliciter voluisti. Haec, inquam,
insula his verbis te alloquitur. Tu, qui multo lumine illustris es, & illius diuini Orientis verè
amicus: quomodo factum est, ut talis, tanquamque apud mēa paupertatis Occidentem diuersa-
tus sis, ab Orientis partibus commotus, & per maritimos sinus nobis ostensus? Dives facta
sum, que ante paupertate laborabam: thesaurum magnum hodie sum consecuta: neque villa
in re 4 Roma illa ipsa viba decantata, beatos Apostolos Petrum & Paulum habitatores te-
nente, inferior ego sum: Bartholomeum enim habitatorem posseideo. Omnes insulæ mihi
gratulemini: omnes vrbes que vbiq; estis, mecum vna exultate. In vobis multorum sancto-
rum corpora posita sunt: in hi satis est virus pro omnibus. Sed & beatissime, & diuinis Ange-
lis par factus Apostole: Quis tua præclarâ facta pro dignitate laudaret? Quis pericula pro
Christo à te suscepta enumerare posset? Que cum quotidie subires, à tristibus periculis mor-
tales liberasti: Tu verè sal istud es, quod corda illa que euanuerant, atque infipa evaferant,
condiuit: & infatigabili purgata, putredinem ex multorum decorum superstitione cō-
tractam expurgasti. Tu es rationale illud flumen ex diuina fede profectum, iuncorum plenū
torrentem abluiens: Ecclesiæ vero fulcos replens: prauitatis tuos exscissas: ipsius deniq; terræ
faciem irrigans. Tu es sagena illa solidissima, que rationales pisces in erroris profundo natâ-
tes comprehendisti: eosq; supernæ illi mensæ obsonium obtulisti. Tu es aureum illud candela-
brum, in quo paracleti Spiritus ignis, tanquam fax quædam, adueniens multiplicis vitij zizania
cōbusit, & diuinæ cognitionis splendorē emisit. Tu es diuinum solis luctuus radius, qui à sum-
mo celo vñquæ ad extreum percurrent, & erroris tenebras imminuens: & iis qui se-
debant in umbra mortis, hoc est, in malis letalibus, effulgens per lauachru regenerationis,
Dei filios mortales homines effecisti. Tu es pretiosus ille lapis, ab angulari lapide illo missus,
in quo Ecclesiam Christus ipse cōfiscavit, que nullo vñquam tempore quasfari aut cōcuti po-

<sup>2 Si tantam gesit
curam diuina pro-
uidet, ut Apo-
sto-
li reliquia fer-
uantur illæ, &
tot maria transi-
tent, quante ille
nobis reverentie,
& veneracione est.
se debent?</sup>

<sup>3 Ecce quō sanctu-
li apostolū invocat.</sup>

<sup>4 Nota urbe Româ
sanctos apostolos Pe-
trum & Paulum
habitatores te-
nentes.</sup>

terit, Tu es purissimum illud aurum, & caelestis Dei pretiosissimum munus, lucis columna, Ecclesie fundamentum, Spiritus sancti diuersorum, magniloquentia praeco, aquila in altum volans, suave canens cicada, Angelus deniq; in humano corpore versans, aurea columna, stella lucidissima, florens paradyssus, Spiritus sancti myrothecium, ægrotarium medicus, diuinæ gratie tuba, vitis secundissima, olea fructifera, fluctuantium portus, peccantum patronus, defessorum recreatio, oppressorum refugium, miraculorum fons, de monum profugatio, Apostolorum gloria, Angelorum ciuii, qui Prophetis sublimior, & martyrum consorts fuisti, eius denique gloria quæ reuelanda est, particeps, semipeterorum bonorum heres, mundi lumen, omnium (vt summatum dicam) bonorum thesaurus. Itaque salve Bartholomæe, illius magni tonitru fulgor, quod in rota mundi huius apparisti, & idolorum infaniam ac nocte extinxisti. Salve Bartholomæe, ille spiritus sancti calamus celeriter scribens, qui legé in tabulis cordis pulcherrimè descripsi, legem, in quam, illam non veterem, sed valde nouam. Salve Bartholomæe, parentis verbi sagittæ acutissima, quæ hostium corda vulnerasti: demonum per aërem vagantium turmas percussisti: & mortalium animas vitio vulneratas sanas effecisti. Salve Bartholomæe, qui idolorum templo solo adquasti: & homines ipsos viuentis Dei templo reddidisti. Salve spiritus sancti gladius, qui alienigenarū tuinas sermonis acie, & omnes mentes ad Christi obedientiam captiuas duxisti. Salve, cōcina sancti spiritus paracleti cithara, rationalis tibia, Christi instrumentum, quod caelestia dogmata nobis cœnisti: & præua impietatis modulationes confundi, Salve cœlum per pulchrâ diuinis splendoribus illustrè, in quo ille sol justitiae requiescit, & orationis dux: quo tu innixus fallacia omnē evensi. Te quidem laudationibus excollore vellem, sed rerū multititudine confundor, & dictionis infirmitate opprimor: nam vel hi qui oratoria facultate maximè præstant, inferiores sunt, quām vt te laudare possint: neq; quisquam est, qui pro dignitate laudes tuas narrare valeat. Tuis igitur & precibus Deum ipius nobis propitiū facias: & peccatorum perturbationem, qua ve xamur, sedare velis: quicq; tuis diem festum recolimus, nobis omnibus dilectorū veniam: & caelestis gaudii participationē tuis orationibus impetes, in Christo Iesu Dño nostro: Cui gloria cū Patre, & spiritu sancto, nūc & semper & in secula seculorū. Amē;

¶ Ora *sanc*tū* Ap*osto*lū*, ut pro sup*er* pul*cantib*us** inter*ced*it**, q*uod* d*omi*n*is* eius festum celebrantib*us* omnium d*omi*n*is* d*omi*n*is* remissione*imp*etr*et***.

Habent in op*ere* eiud*em* glori*a* plurimor*m*ar*tyr*is** edit*o*. ca. 33.

MIRACULVM DÉ CORPORE * D. BAR-

tholomei Apostoli, per beatum Gregorium Archiepiscopum
Turonensem scriptum.

Bartholomæu Apostolum apud Indi pauper agonis ipsius narrat histotia. Post multorum annorum spacia à passione eius, cum iteru Christiana persecutio aduenisset, & videbant gentiles omnem populū ad eius sepulchrū cōcurrerē, eiq; déprecationis assidue incensa deferre, iniuria illecti abstulerunt corpus eius, & ponentes in sarcophagum plumbeū præcicerunt illud in mare, dicentes: Quia non seduces amplius populū nostrū, sed & prouidentia Dei corporante per securum operis ejus, sarcophagus plumbeum à loco illo aquis subuectus & mō sit, & deprecations asti duas illis deferre bant.

Si in sacerdotum corporibus nihil aliud esset nisi cincti mortuus, vilius fauilla, ossaque contempta, neque in eis radiaret divina virtus & gratia spiritus sancti, non edidisse Deus tantum miraculum circa corpus Apostoli.

Habent hic magni templi constructionem, habet quod Apostolus in eo insciatas multas virtutes ac beneficia confert.

Habent in libro evidēm de parti bus noui testas menti.

VITA MATTHÆI APOSTOLI ET

Evangeliæ, per Diuum Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.

Nathæus, qui interpretatur donatus, Apostolus & Evangelista, qui etiam ex tribu sua Leui sumptus cognomen, ex Publicano à Christo electus est, & in Apostolatu translatus. Primum quidem in Iudea euangelizat, postmodum in Macedonia predicans, requiescit in uno ex montibus Parthorum.

Postea est in eius martyrolog. sub Calend. Octob.

VITA BEATI MATTHÆI APOSTOLI ET

Evangeliæ, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

Sæthiopia natale B. Matthæi Apostoli & Evangelistæ, qui primum in Iudea Eu*gelium* Christi Hebraeo sermone cōscripti: post verò apud Aethiopiā prædicāt mar*tyrium* passus est. Eu*gelium* Hebraeo stylo scriptū, ipso reuelante, tempore Zeno*nis* Imperatoris inuentum est, Idem autem Matthæus in Eu*gelio*, Leui appellatur.

COM^{ps}

COMMENTARIVS RERVM GESTA-

rum Matthei Apostoli & Evangelistæ.

XVI. No-
uembris.

Apud Simeonem Metaphraſten.



A M quidem nos quod ab eo qui nos finxerat datum fuerat præceptū seruantes, fruebamur beata illa in paradyso habitatione & conuerstatione, quodlibet eorum quæ ad corpus pertinent deficiente, & in solis rebus diuinamente occupati, & eas assidue visione apprehendentes. Iam aut qui à priori quoque cum Deo familiaritate exciderat Diabolus, simul quidē scies & à quanta exciderat gloria, & humano generi inuides, & ideo moliens eū secū attrahere in barathru ad obliuionem præceptū deduxit hominem: & qui primus fuerat formatus, misere, proh dolor, priuatus est paradyso. Non erat autem eius qui nos creauerat, despicer ad tantum deductos interitū, & prima amissi dignitate dimittere vitam tam turpiter agere, sed ipsum verbum quod est cum patre principio carens & coæternum, cum se ē sūnu paterno exinanisset, ad matrem virginem descendit propter me, & carnē gestat: & præter solum peccatum omnia humana suscipit. Vr peccatum quidem de medio tolleret, ius autem qui fuit in terra nouum quandam in celos ascensum ostenderet. Cum autē ad hoc ministros habere oportet, per quæ dispensationem aperiret & ministeria, & ad viam salutis homines dederet, acseritur quidem Andreas & Petrus, post eos autē Iacobus & Ioannes, deinde Matthæus, de quo in præsenti dicere constituimus. Hic ergo Christi postea discipulus, erat prius Publicanus, pecuniaq; exactor & ratiocinator, vt qui in omni scietia & arte esset versatus: ingenuique acumine & rerum experientia primum obtineret locum inter publicanos. Cum autem propter mundi salutem in terra versaretur Dominus, videte quām repentina fuerit eius mutatio, quām admirabilis, & planè præter opinionem. Nam transiens quidem Dominus inspexit profundum eius cordis fedentis ad teloneum: & cum insidere ei zelum virtutis, vt qui esset occuloru cognitor & cordium examinato pulchrè cognouisset, & qualis ex quali futurus esset præscius, eum quidem vocat iubens sequi. Transiens enim, inquit, Iesus, vidit Leui Matthæum sedentem ad teloneum, & dicit ei, sequere me. Ille aut̄ non pecunia multiditudinem, non turbam eorum qui circumstebant, non hanc humi serpem & fluentem gloriam, non quæcumque solent mentem in seruitutem & in siam potestatem redigere, quidquam apud se reputans, statim surgens neque verbis prolixis opus habuit, neque longo tempore, neq; miraculorum inspectione, neque perfectiore & diuiniore sermoni, sed solū cum primum ei optandam illam & iucundam vocem auduit: Sequere me: statim quidem relinquit teloneum: relinquit autem socris, simul verò relinquit splendorem omnē & magnificentiam: & quoniam argento & auro longe preciosiorē emit ipse marginatam: Sic Leui moribus mirabiliter mutatis, appellatione quoq; mutauit in Matthæu, adeo ut etiam postea in domo accumbenti Iesu simul etiam cum eo accuberet Matthæus. Propter quod dubitant Pharisei, & interrogant discipulos: Cur magister vester comedit cum Publicani? Ille autem cum id audisset, dixit: Non opus habent qui recte valent, medico: sed qui se male habent. Et euntes discite quid sit, misericordiam volo, & non sacrificium. Quid hoc significans: Quod non venit omnino vocatum iustos, sed peccatores ad penitentia. Hinc crucifiguntur quidem Matthæus in viuens mundo, crucifiguntur autē etiam viuens mundanis cupiditatibus, soli Deo viuens, & eius sequens vestigia: & omnium eius signorum & miraculorum inspectio & particeps, vt qui totū tempore dispensationis cum eo sit versatus, & relatus in numerum summorum discipulorum, & simul procedentem tempore habens virtutem. Cum autem aduenisset tempus salutaris passionis, & post crucem sepulture traditū fuisset corpus Domini: & nunc quidem discipulis apparebat post resurrectionem: nunc autem eis diu non appetat amplius; Postremo assumptus est in celos: & illinc emitit paracletum in specie ignearum linguarum, vt eis inspiratione gratiam annūcent Gentibus: & alius ex Discipulis alio est profectus in viuensam Gentis orbis terre, prout sorte vnicuique obtigerat. Postquam ergo hec sic facta sunt, & regiones accepertint Discipuli, tunc etiam admirabilis hic Matthæus, & magnus Apostolus, non ipse solus cum boni fuisset particeps, aliis celavit participacionem: sed etiam bonum alii communicat: & cum se totum veluti collegisset & coegeret, defribuit id quod est secundum ipsum Eu*gelium*, & literis mandat veram pietatem: vt quæ alij lingua docebant, ea scriptis tradieret, ab alto etiam ab Abraham incipiens genealogia, & sic deinceps progrediens, primum quidem annunciat Christi quæ est secundum carnem generationem, ostensionem, deinde baptismum, Apostolorum electionem, tētationes, & ipsam sui exhortationem, & mysteriorum sacras institutiones, & quæ Christus per parabolas, &

KK iii que

quæ liberè Discipulis cum turbis est locutus, quæ naturam supererat miraculorum effectiones, egrorū curationes, à demonibus qui vexabant liberationes, panum benedictionē, in mari ambulationem, & factam in monte Thabor transformationem. Deinde etiam secundum eius aduentum pulchre descripti oratione: & quæ in eius prodigio contigerunt differuit, simulatum Pilati iudicium, & eius qui ad iustè iudicandum venit, damnationem. Deinde sepulturam, resurrectionem, in Galilæa Apostolis eius apparitionem, quo tempore dixit omnes pœnitentiam sibi esse datam in celo & in terra: & vniuerlam, ut paucis absolua, exposuit Oeconomicam. Sic apud Thebanos, qui imperio Persarum nondum accesserant, annunciauit salutem. & Palestina obiens regiones, & congregiens cum multitudine variarum linguarum, cum fame & liti & cum multis decertans afflictionibus & periculis, partim quidem illatis ab iis qui praeceperat impietate, partim autem à grauissimis populorum rectoribus, Seruatorem Christū audaci voce & mente prædicauit, eos qui errore capti erant ad Dei deduxit cognitionem, ab errore abduxit, veritati adiunxit, impietatem de medio sustulit: & ad verum & solum Deum omnes adduxit. Nolens autem eō vñque suam susterre doctrinam, ad ei forte attributum Syrię Hierapolim, sitam prope partem Euphratis, accedit: & postquam eos qui in ipsa erant ad verecundias reduxisser agitionem, & fidei literarium ludum illic constituisset: & reti fidei cepisset omnes in quos inciderat, miraculorum magnam fecisset multitudinem: & eos qui crederant per aquam & spiritum ad Christum adduxisset, ibi sanctam edificauit Ecclesiam.

² Vide Christi
nata sancti Apo-
stoli sepulturam.
³ Adiuerte animas
sanctorum esse in
celo.



ALOYSIVS LIPOMANVS EPI-

scopus Verōnenſis synereo Lectori.

POSTOLI, & Euangelista Matthei vitam oratio qua sequitur, breui sermone pertractat. Quod autem quasi cursum ex tot præclaris rebus, quas in Ethiopia, sanctus gesserit, vel modicas attingat, & cur ibi per martyrum palmarum migraverit ad Dominum, silentio pertranseat, id tibi lector optime, mirum non videatur. In tanta enim temporis vetustate, quæ ad beatos Apostolos pertinet, non ea æquè omnes cognouere. Nam cum & soli, & eges tes & angustiati, & afflicti terrarum orbem circuibant, coram Regibus & Principibus nomen Christi portantes, & catholicam fidem promulgantes, paucos admodum inueniunt, qui eorum gesta conserbarent, adeo ut non parvam diuinam nos misericordia remitentes arbitrur, quod pauca quadam de hoc sancto Euangelista, ceterisque beatisissimis Apostolis tibi exhibere potuerimus.

COMMEMORATIO SANCTI

Apostoli, & Euangelista Matthei.

Apud Simeonem Metaphraſtem.



I præceptum illud quod ab eo qui nos formauit, iniunctum nobis fuit, seruare voluimus, beata illa paradisi habitatione, & vita frui nobis licuisset, omniaque corporæ commoda negligentes, solis diuinis rebus mentem occupatam haberemus, ac eas afisibus cogitationibus semper meditaremur. Cum vero ille qui à diuina familiaritate, simulaque à gloria excidit, in qua prius erat, generi humano inuidenter, ob idque ad suā tuinā secū vñ omnis machinis illud præcipitare

cipitare studeret, autor fuit homini, vt primi illius præcepti obliuisceretur. Itaque homo ipse qui omnium primus à Deo formatus est, miserabiliter quodam modo (pro dolor) Paradyſo priuatus fuit. Non tamen ipius qui nos formauit benignitas patiebatur, vt ad tantam ruinam prolapsi despiceremur, neque vt prima illa dignitate amissa, tam ignobilis statu condemnatus relinqueremur. Ille igitur ipse, qui ab initio cum Patre semper fuit, qui coæternus est, ex paterno fini descendens seipsum exinanuit, & proper humani generis salutem matrem Virginem subiit, carnem gestavit, & humana omnia sustinuit, preter peccatum: humana enim omnia sibi suscepit, vt peccatum mundi tolleret, & his qui sunt in terra nouum quandam ad celos adiutum præpararet. Quoniam verò eius rei ministros habere oportuit, per quos diuinæ dispensationis, & mysteriorum disciplinam Deus pareceret, atque homines ipsos ad salutis viam perduceret, ob eam cauam vocati sunt Andreas, Petrus, Jacobus, Ioannes, & Matthæus, de quo nobis hoc loco dicendum est. Hic inquam, Christi Discipulus olim fuerat publicanus, pecuniarum exactor, & ratioinatior, quippe qui omnes questus faciendo vias & artes nouerat, mentis acrimonia, multoque rerum via ita præstans, vt inter Publicanos principale locum teneret. Postea verò quām pro salute mundi Christus Dominus in terra versari coepit (Videte, quæso, repentinam, celerem, admirabilem, & planè diuinam hominis conuerzionem) cùm præteriret aliquando, & intimas cordis partes inspicere hominis in telone sedentis, cumque virtutis studium atque ardorem in eius animo latentem, vt rerum occultarum cognitor, & cordis perforator bene cognolceret, & qualisnam ex eo qui tunc erat, postea futurus esset, optimè prospiceret, illum vocauit, ac sequi se iussit. Sic enim de illo scriptum legimus: Cūm transiret Iesus, vidit Publicanum, nomine Leui, in telone sedentem, eique dixit: Sequere me. Ille verò non pecuniarum copia, non eorum qui circumstabant, multitudine, non terrena & fragili huius mundi gloria detentus est: nihil denique illorum omnium curauit, que in terris humanam mente seruituti subiiciebat, & ad se attrahere solent: sed ita vt erat, statim surrexit, & secutus est Dominum. Non longa oratione illi opus fuit, neque multo tempore, non miraculorum spectacione, non deinde diligentiore aut diuturniore consuetudine, sed cùm primum optabilem illam & iuveniandam vocem audiuit, Sequere me, statim telonium dereliquit, & exigendæ pecuniarum socios omnemque honoris pristini cupiditatem abiecit, ac toto illo argento & auro, quod antea possidebat, pretiosam margaritam mercatus est. Ita qui Leui antea dicebatur, Cūm mores pristinos admirabiliter mutatis, appellatione quoque superiore mutata, Matthæus dictus est, qui deinceps cum ipso Iesu versabatur, ita vt cùm postea Christus ipse in eius domo recumberet, vñ cum illo & Matthæus discubuerit. Quia de re cùm Phariseis dubitarent, & ab eius discipulis quererent, cūnam eorum Magister cum Publicanis cibum sumeret? Ille his audiuit, respondit: Non opus habent medico qui bene valent, sed qui male habent: item illud: Euntes discite, quid sit: Misericordiam volo, & non sacrificium. Quia re declarauit se venile non vt iustos omnino, sed vt peccatores ad penitentiam inuitaret. Ex illo tempore Matthæus ita mundum dereliquit, vt & ipsi mundo, & omnibus mundanis cupiditatibus, cruce suscepit, renunciauerit, foli Déo viuens, & eius vestigia sequens, omniumque signorum, ac miraculorum ipsius spectator & particeps factus, quippe qui per totum dispensacionis diuinum tempus vñ cum Iesu versatus fuit, cum summis eius discipulis connumeratus; & cum temporis progressu faciens virtutis progressionem. Cūm vero tempus illud salutare aduenisset, quo Iesus Crucem passus est, & Dominus corpus post crucem ipsam sepulture tradiuit, & ille post resurrectionem aliquando discipulis suis apparuisset, lapidis verò illorum oculos latuisset, postrem in celo assumptus est, & Spiritum Paracletum illinc sub ignea lingua specie ad Apostolos suos misit: vt per eius ipsius Spiritus afflatum gentibus gratiam nunciaret: Tunc Discipuli alioz profecti sunt ad totius orbis terrarum gentes, prout vñusquisque ab illo Spiritu ducebatur. Cum igitur haec se ita haberent, & Discipuli Regiones alias alij aggressi fuissent: tunc admirabilis, & magnus Apostolus Matthæus tantarum bonarum rerum solus particeps esse noluit, sed alijs etiam beneficium impariuit. Itaque cum se totum collegisset, Euangelium suum, & religio, ac pietatis doctrinam literarum monumenta consignauit, vt videlicet quæ alij ore ac lingua docuissent, ea ipse scriptis mādaret. Alciius igitur inde vsq; ab ipso Abraham Christi originem exorsus, atq; ita deinceps progressus, primum Christi originem secundum carnem nobis nunciavit: deinde quemadmodum baptizatus fuit, discipulos elegit, tentationes superauit, & ipse à Iesu vocatus est, quemadmodum etiam sacra diuinorum rerum mysteria e docuit, partim parabolis, partim aperte discipulis & turbis ea pronuncians. Scriptis idem miracula supra humanæ naturæ captum ab eodem IES V. facta; item regotantium curationes, eorum qui à daemonicis vexabantur liberationes, panes illos quibus ipse benedixit,

& multos pauit, quemadmodum per mare pedibus ambularet, & in monte Tabor in aliam quandam formam te transtulerit. Deinde alterum eius aduentum diligentia oratione concrifi-
psit; quæque; de mystica eius cena, & de ipsis prodicione facta erant, perfrinxit. Ad hæc fal-
sum illud Pilati iudicium, & eius qui venit ut iustè alias iudicaret, iniquam condemnationem,
sepulturam, resurrectionemque; & quemadmodum apud Galilæam apparuit Apostolis: quo
tempore datum sibi dixit omnem potestatem in celo & in terra. Cum igitur (ut summari
dicam) totam Christi dispensationem explicuisse, Parthos adiit, qui nondum Perstatum im-
perio adiunctor erant, ipsique; salutem nunciata, Palestinae regionis fines peragravit, vbi cum in-
genti multitudine, varijs linguis prædicta congregatus est, cum fame, siti, & crebris grummis, ac
periculis luctatus, quorum alia superstitiones impietatis Praesides, alia acerbissimi populorum
Tribuni crudelissimè adferebant. At ille nihil minus tamen Salvatorem Christum & mete
& voce libera prædicabat, & eos qui errore decepti fuerant, ad diuinam cognitionem per-
ducebat, ab erroris fallacia remotos, & ad veritatem cognitionem translatos. Impia igitur Gé-
tium superstitione de medio sublata, omnes homines vero & soli Deo adiunxit, neque siue
prædicationis doctrinam illis tantum finibus contineri voluit, sed ad Aethiopiam, quam for-
titus fuerat, peruenit: cuius regionis homines cum ad veritatem notitiam perduxisset, Chris-
tianæque; fidei gymnasium illic constituisse, & quoscumque portuit, prædicationis sua rebus
inclusis, multaque; miracula, Christi ope adiutus, effecisset, & eos qui ad Dei fidem conuersi
erant, per aquam, & spiritum Christo adiunxit, Ecclesiam sanctam ipsi aëdificandam cura-
uit, presbyterosque; ac diaconos constituit, singulis diebus concessionem habens, partim ad veri-
tatem retinendam illos adhortans, partim mysteria tradens: eos vero qui languoribus &
morbis, vel dæmonum malitia oppresi de vita periclitabantur, verbo & manus attractu ab
omnibus molestijs statim liberabat. Postea vero quædam opus exegit sua vocatione dignum
& debitum opus complevit, ad quod vocatus fuerat, per martyrium in Domino quieuit, &
nobis qui versamur in terris, corpus reliquit gloria & hymnis ornatum, eosque qui memoria
eius celebrant, viciissim multo splendore ornans, ac sanctos efficiens: id quod multi ex eorum
numero, qui per Apollolum ipsum salutem digni facti sunt, sacris orationibus consuetam, &
sanctam eius celebritatem honorificè admodum prosequunt, memoriæ prodiderunt. Ipse ve-
ro sine interhallo aliquo puro aspectu Domini Iesu Christi faciem contemplatur, & eius
immensa gloria corona decoratur, atque cum eo simul versans exultat perpetuo. Cui con-
uenit omnis gloria, honor, adoratio, & magnificècia, & nam & semper, & in secula seculorum.

A M E N.

VITA SANCTI SIMEONIS CLEOPHÆ

Filiij, secundi Hierosolymorum Episcopi, per Eusebium Cæsariensem Epis-
copum scripta.



Ex lib. Ecclesiastico historico cap. 2.

Ex epist. 12. li. 1.
eiudem histo.

OST Martyrium Iacobi, & continuo consequuntum ciuitatis excidium, traditur Apostolos, cetero que Domini discipulos, qui ad illud tempus reliqui erant, in unum e locis omnibus conuenisse, simul cum his qui propinquum secundum carnem Domini dicabantur (plurimi namque & ex his per illud tempus supererant) & habuisse in commune consilium, quem oportoret dignum successione Iacobi iudicari, omnesque uno consilio atque uno consensu Symeonem Cleophæ filium decreuisse, (cuius mentio in Euangelij facta est) ut episcopatus sedem sulpiceret. Consobrinus is secundum carnem Saluatoris fuisse dicebatur: quia Cleophæ fratre fuisse Ioseph, Egesippus contestatus est. Post Neronem autem Domitianumque; sub Traiano per singulas ciuitates ex insolertia populi persecutionem in nostris accepimus motam. Quo in tempore etiam Simeon, de quo loquimur, secundus Hierosolymis ordinatus Episcopus, per martyrium carni vinculis resolutus est. Horum adstipulator ipse ille est Egesippus, quem in pluribus iam produximus testem. Is ergo refert, quod à quibusdam haereticis accusatus sit supradictus vir tanquam Christianus, & multis supplicijs afflicitus per multos dies, ita ut etiam Index ipse cum amicis suis de eius patientia miraretur, & ad ultimum iuberet simili eum quam Dominus pertulit, passione vi-
tam finire. Sed & ipsa verba, quibus haec protestatur, audire gratius puto. Agit ergo cum de haereticis diceret: Ex his igitur ipsis accusauerunt quidam Symeonem Cleophæ filium, tanquam qui esset ex genere David, & Christianus. Ec ita martyr effectus est, cum esset annorum centum viginti, sub Traiano Cæsare apud Atticum consularem. Addidit autem etiam hoc, quod accusatores eius, cum in illis temporibus perquireretur, si qui ex genere David,

David, & ex regia tribu descenderent, comprehensi sint inter ipsos. Quod autem Symeon unus fuerit ex ipsis auditoribus Domini, vel longæuitas eius indicio est, vel Euangeliorum fides, vbi etiam mater eius Maria, Cleopha vxor refertur. Sed & alios quosdam idem scriptor refert, præter eos, de quibus suprà diximus, nepotes Iudeæ, vnius ex fratribus Domini, per idem tempus superstites inuenitos, & Domitianis temporibus martyres factos, hoc modo scribens. Veniunt igitur hi, & prælunt omni Ecclesiæ tanquam martyres & propinqui Domini, & redditæ pace Ecclesiæ, permaneunt usque ad tempora Traiani Cæsaris, usque quo consobrinus Domini Simeon, de quo suprà diximus, filius Cleophae, calumniam pateretur ab haereticis Christianus consulari delatus. Cumque multo tempore supplicijs fuisse affectus, martyrio consummatus est, omnibus qui aderant, & ipso iudice, mirantibus, ut centum & viginti annorum senex crucis supplicium pertulisset. Post hac idem scriptor addidit etiam hoc, quod usque ad illa tempora virgo munda & immaculata permanebat Ecclesia, corruptoribus veritatis, & diuinis verbis temeratoribus, aut nusquam omnino extantibus, aut etiam, si qui forte fuerant, in occultis & abditis & hiaticis terra delitescentibus. Ut vero & Apostolorum chorus, & omnis illa etas, quæ à Domino suscepere vitæ voeis auditum, de hac lucce discessit, tu velut in vacuā domi, falsæ doctrinæ impius se error immergit, & tanquam ubi nullus iam diuini census defensor existet, nudato (vt aiunt) capite corripientes arma mendacij, oppugnare Apostolicam veritatem nituntur: sed istud bellum intrinsecus gerebatur. Persecutionum vero extrinsecus pondus vrgebat Ecclesiam, & tam immensa catena martyrum quotidie iugulabantur, vt Plinius Secundus qui tunc Provinciam administrabat; multitudine interemptorum permotus referret ad Imperatorem, quod innumera hominum milia quotidie obtruncarentur, in quibus nihil omnino sceleris deprehendetur admissum, aut aliquid contrariū Romanis legibus gestū, nisi hoc solū, quod antelucanos i hymnos Christo euia caneret Deo. Adulteria vero, vel cætera huiuscmodi crimina apud eos illicita haberet, & penitus arceret: cætera vero secundum leges eos agere cōmunes. Ad quæ tunc Trajanus rescripti sui autoritate decernit, vt Christiani quidem non requirantur: si qui tamen inciderint, puniantur. Per quod ex parte aliqua persecutionis sedatum putatur incendium.

¹ Tu qui sanctis Ecclesiastico & nocturnis vigilias detrahis, vide quod bona hec a prima episo Ecclesiæ præmissis fuerunt.

VITA SANCTI SIMONIS APOSTOLI, PER

D. Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.

Habetur in libro eiusdem de patria bus noui testimoniū.

Simon Zelotes, qui interpretatur Zelus, qui prius dictus est Chananeus, zelo Domini ferens, par Petro in cognomēto, & similis in honore, accepit principatum Ægypti, & post Iacobum iustum cathedram tenuit Pontificalem in Hierusalem. Hic post annos centum viginti meruit sub Traiano per crucem sustinere martyrij passionem. Iacet in Bosphoro. Hi fuerunt discipuli Christi, prædicatores fidei, & doctores Gentium. Qui dum omnes unum vnum, singuli tamen eorum proprijs, certisque locis in mundo ad praedicandum fortis acceperunt. Petrus Namque Romanum accepit, Andreas Achiam, Iacobus Hispaniam, Thomas Indianum, Iohannes Asiam, Matthæus Macedoniam, Philippus Galileam, Bartholomæus Lycaoniam, Simon Zelotes Ægyptum, Mathias Iudeam, Iacobus frater Domini Hierusalem, Iudas Thadæus, Mesopotamiam atque Pontum. Paulo autem cum cæteris Apostolis nulla sors propria traditur: quia in omnibus gentibus & magister & prædicator eligitur. Nam sicut Petro & reliquis circumcisiois Apostolatus est datum, ita & Paulo præputij in gentibus. Hic autem septem Ecclesijs, & citibus euangelizat discipulis.

VITA SANCTI IUDÆ APOSTOLI PER

D. Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.

Habetur in libro eiusdem de patria bus noui testimoniū.

IUDAS Iacobi frater, qui interpretatur confessor, in Mesopotamia, atque in interioribus Ponti euangelizans, feras & indomitas gentes, quasi beluarum naturas, sancto dogmate mitigat, & fidei dominicæ subiugat, sepultus est in Ericho vrbe Armeniæ, quinto Calendas Nouembri.

VITA BEATORVM APOSTOLORVM, SIMONIS

& Thadæi, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

Habetur in chro. Martyrolog. sub v. Calend. Nov.

DIE XXVIII. Octobris natale beatorum Apostolorum Simonis Chananei, qui & Zelotes scribuntur, & Thadæi, qui etiam Iudas Iacobi legitur, & alibi appellatur Lebeus, quod interpretatur Cœruleus, id est, cordis cultor. E quibus Thadæus apud Melo.

Melponentiam, Simon vero apud Aegyptum traditur praedicasse. Inde simul Persicis ingressi, cum fidei Christi innumeram gentis ipsius multitudinem subdidissent, & Ecclesiam Domini late jam fundatam viderent, martyrum ibi, cursum temporis explentes, beato certamine consummauerunt, honorificè sepulti à populis Christianis, quos Domino ipsi generuerant. Quod quidam putant Simonem Apostolum unum de duodecim ipsum esse, qui hoc super Traianum crucem pafus sit, omnino falsum est. Nam & Beda sanctus presbyter, qui hoc super Acta Apostolorum sentit, Isidorum sequutus, in libro retractationum se hoc non bene fuisse reprehendit. Sed & historia Ecclesiastica non de Apostolo, sed de alio Simone gesta narrat.

¹ Honorificè sepulti à populis Christianis.

Habetur in libr. quidē de patris bus noui testa- menti.

VITA SANCTI MATHIAE APOSTOLI PER D. Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.

M Athias de septuaginta duobus discipulis unus, pro Iuda Scariothis duodecimus inter Apostolos subrogatur, electus forte, & solus sine cognomine. Cui data praedicatione Evangelij in Iudea fuit.

Est sermo eiusdem in die dedicacionis Basilicæ consiliarii lautorum habitus. Habeturque in operibus eius nondū excusis.

VITÆ SANCTORVM, IOANNIS BAP-

tistæ Domini Praecursoris, Andreae, & Thomæ Apostolorum, Lucae Euangeli-
stæ, Gerualii, Prothafij, Nazarij, Sifinnij, Martirij, & Alexandri. Nec non
& Quadraginta militum martyrum, per D. Gauden-
tium Brixensem Episcopum
descriptæ.

¹ Nota. vt venerandas sanctorum reliquias haberemus, Deus noster tribuit. Deinde vt hanc honori eorum ² fundare basilicam valeremus, ipse largitus est, & hodie vt adepto summorum sacerdotum præsentiam, dedicationem celebrare mereamur, ipse concessit. Conuenerunt enim sancti Antistites & Apostolici viri, ad perfoluendum beatissimis patribus ac prædecessoribus suis debitæ devotionis obsequium, vt vberitate plenissima benedictionum spiritualium ditaremur, licet importunitas Barbarorum maximam partem ³ celebri-
tati diei hodiernæ subtraxerit, ne ceteri sancti Antistites, quos inter futuros credidimus, aduenirent. Iam qui sint isti, quorum beatis reliquijs illustrarunt, hinc incipiunt numerare. Primo in loco Ioannes Baptista est, ultimus quidem, sed maximus prophetarum, nouissimus tempore, quia omnis lex & prophetæ visque ad Ioannem, sed merito prior, sed dignitate præstantior, quia ita de illo Christus loquitur ad Iudeos: Quid existis in defertum vide-
re? Prophetam? Dico vobis & plus quam Prophetam. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam. Vno testimonia Saluatoris beatissimus Ioannes Baptista & Angelus, & Apostolus, & Prophetæ præcipuus declaratur. Verè enim Dei Angelus est, qui præcursor, & nuntius Christi est. Verè Apostolus est qui missus à Deo est: destinatus enim nuncupatur Apostolus: Fuit, inquit, homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Idecirco autem sanctus ipse propheta dicitur, & plusquam prophetæ, quia Christum & sua, & omnium Prophetarum voce prædictum, dixit meruit demonstrare, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Post hunc habemus Andream beatissimum, primò Ioannis ipsius discipulum, deinde Saluatoris, quem 4 priorem Christus Apostolus scribitur elegisse. Erat, inquit, Andreas frater Simonis Petri vnu ex duabus, qui audierant à Ioanne, Ecce Agnus Dei, & secuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, & dixit ei: Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus, & adduxit eum ad Iesum. Tertius beatus Thomas, qui post resurrectionem Christi solus defederavit, solusque obtinuit, vt membra Christi curiosus quidem, sed vtique dignis manibus contrectaret. Ardentis siquidem desiderij fuit illud, non incredulitatis, quod condiscipulis suis, qui ipso absente Dominum viderant, ait: Nisi video, & contrectauerō, non credam. Erat enim valde anxius ne non & oculis frueretur, quod corde credebat: ne priuaretur aspe-
ctu illius lucis, qua se ceteri Apostoli illuminatos gloriabantur. Satiauit esurientem Dominum, cuius manet illa promissio: Beati qui esurient & sitiunt iustitia, quoniam ipsi satiabitur. Apparuit secundò Apostolis, vt Thomæ desiderium adimpleret. Profuit cupiditas eius & ceteris, nec ipse minus aliquid habet, quia posterior Christum vidit: nā detrimenta prioris aspectus, visu pariter & tactu compensat, qui viisque si iuxta opinionem quorundam in-
fidelis



Iunis muneribus, & coelestibus beneficijs condignas referre gratias pusillitas nostra non præualet, fratres charissimi. Nam vt ¹ venerandas sanctorum reliquias haberemus, Deus noster tribuit. Deinde vt hanc honori eorum ² fundare basilicam valeremus, ipse largitus est, & hodie vt adepto summorum sacerdotum præsentiam, dedicationem celebrare mereamur, ipse concessit. Conuenerunt enim sancti Antistites & Apostolici viri, ad perfoluendum beatissimis patribus ac prædecessoribus suis debitæ devotionis obsequium, vt vberitate plenissima benedictionum spiritualium ditaremur, licet importunitas Barbarorum maximam partem ³ celebri-
tati diei hodiernæ subtraxerit, ne ceteri sancti Antistites, quos inter futuros credidimus, aduenirent. Iam qui sint isti, quorum beatis reliquijs illustrarunt, hinc incipiunt numerare. Primo in loco Ioannes Baptista est, ultimus quidem, sed maximus prophetarum, nouissimus tempore, quia omnis lex & prophetæ visque ad Ioannem, sed merito prior, sed dignitate præstantior, quia ita de illo Christus loquitur ad Iudeos: Quid existis in defertum vide-
re? Prophetam? Dico vobis & plus quam Prophetam. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam. Vno testimonia Saluatoris beatissimus Ioannes Baptista & Angelus, & Apostolus, & Prophetæ præcipuus declaratur. Verè enim Dei Angelus est, qui præcursor, & nuntius Christi est. Verè Apostolus est qui missus à Deo est: destinatus enim nuncupatur Apostolus: Fuit, inquit, homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Idecirco autem sanctus ipse propheta dicitur, & plusquam prophetæ, quia Christum & sua, & omnium Prophetarum voce prædictum, dixit meruit demonstrare, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Post hunc habemus Andream beatissimum, primò Ioannis ipsius discipulum, deinde Saluatoris, quem 4 priorem Christus Apostolus scribitur elegisse. Erat, inquit, Andreas frater Simonis Petri vnu ex duabus, qui audierant à Ioanne, Ecce Agnus Dei, & secuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, & dixit ei: Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus, & adduxit eum ad Iesum. Tertius beatus Thomas, qui post resurrectionem Christi solus defederavit, solusque obtinuit, vt membra Christi curiosus quidem, sed vtique dignis manibus contrectaret. Ardentis siquidem desiderij fuit illud, non incredulitatis, quod condiscipulis suis, qui ipso absente Dominum viderant, ait: Nisi video, & contrectauerō, non credam. Erat enim valde anxius ne non & oculis frueretur, quod corde credebat: ne priuaretur aspe-
ctu illius lucis, qua se ceteri Apostoli illuminatos gloriabantur. Satiauit esurientem Dominum, cuius manet illa promissio: Beati qui esurient & sitiunt iustitia, quoniam ipsi satiabitur. Apparuit secundò Apostolis, vt Thomæ desiderium adimpleret. Profuit cupiditas eius & ceteris, nec ipse minus aliquid habet, quia posterior Christum vidit: nā detrimenta prioris aspectus, visu pariter & tactu compensat, qui viisque si iuxta opinionem quorundam in-

fidelis fuisset, Christus illi post resurrectionem suam non fuisset apparere dignatus. Scriptū est enim: Quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum: apparet vero illis, qui fidem habent in ipsum. Quod autem dixit illi Saluator: Noli esse incredulus, sed fidelis: & quia vidisti, credidisti: Beati qui non viderunt, & crediderunt: Informare in eo voluit omnes potestas credituros, vt populus noster Thomæ similis, qui absens erat, quando apparuit Christus Apostolis, relatione eorum indubitate fidei commoderat, nec exigat in carne conspicere, quem testimonio Apostolorum post passionem crucis resurrexisse, & visum fuisse dicicerat. Non enim postquam regressus ad celos solis in hoc mundo virtutibus præfens est, debet quotidie pro cuiusque voluntate singulis, vniuersisque creditibus corporeus apparere. Sufficiat nobis quod sancti Thomæ curiositas ambiguitatis futuræ scrupulo satisfecit. Quod absens fuit, quod auditus & videre, & attractare Dominum perquisivit, totum nostræ procurabatur salutis, vt euidentius nosceremus resurrectionis Dominicas veritatem, quam beatus Thomas ob necessariam curiositatem prouidentem reprobatus affirmat, dicens ei: Dominus meus, & Deus meus. Quartus Lucas est Euangelista, qui beatos Apostolos pari merito subfecit, & Euangelij librum, & Actus Apostolorum miranda examinatione conscriptit. Horum quatuor ⁵ beatas habemus in praesenti reliquias, qui regnum Dei & ⁶ Horū quatuor beatas habemus in justiciam prædicantes, ab incredulis & iniquis occisi, Deo semper vuere operationum suas ⁷ ⁸ ⁹ ¹⁰ ¹¹ ¹² ¹³ ¹⁴ ¹⁵ ¹⁶ ¹⁷ ¹⁸ ¹⁹ ²⁰ ²¹ ²² ²³ ²⁴ ²⁵ ²⁶ ²⁷ ²⁸ ²⁹ ³⁰ ³¹ ³² ³³ ³⁴ ³⁵ ³⁶ ³⁷ ³⁸ ³⁹ ⁴⁰ ⁴¹ ⁴² ⁴³ ⁴⁴ ⁴⁵ ⁴⁶ ⁴⁷ ⁴⁸ ⁴⁹ ⁵⁰ ⁵¹ ⁵² ⁵³ ⁵⁴ ⁵⁵ ⁵⁶ ⁵⁷ ⁵⁸ ⁵⁹ ⁶⁰ ⁶¹ ⁶² ⁶³ ⁶⁴ ⁶⁵ ⁶⁶ ⁶⁷ ⁶⁸ ⁶⁹ ⁷⁰ ⁷¹ ⁷² ⁷³ ⁷⁴ ⁷⁵ ⁷⁶ ⁷⁷ ⁷⁸ ⁷⁹ ⁸⁰ ⁸¹ ⁸² ⁸³ ⁸⁴ ⁸⁵ ⁸⁶ ⁸⁷ ⁸⁸ ⁸⁹ ⁹⁰ ⁹¹ ⁹² ⁹³ ⁹⁴ ⁹⁵ ⁹⁶ ⁹⁷ ⁹⁸ ⁹⁹ ¹⁰⁰ ¹⁰¹ ¹⁰² ¹⁰³ ¹⁰⁴ ¹⁰⁵ ¹⁰⁶ ¹⁰⁷ ¹⁰⁸ ¹⁰⁹ ¹¹⁰ ¹¹¹ ¹¹² ¹¹³ ¹¹⁴ ¹¹⁵ ¹¹⁶ ¹¹⁷ ¹¹⁸ ¹¹⁹ ¹²⁰ ¹²¹ ¹²² ¹²³ ¹²⁴ ¹²⁵ ¹²⁶ ¹²⁷ ¹²⁸ ¹²⁹ ¹³⁰ ¹³¹ ¹³² ¹³³ ¹³⁴ ¹³⁵ ¹³⁶ ¹³⁷ ¹³⁸ ¹³⁹ ¹⁴⁰ ¹⁴¹ ¹⁴² ¹⁴³ ¹⁴⁴ ¹⁴⁵ ¹⁴⁶ ¹⁴⁷ ¹⁴⁸ ¹⁴⁹ ¹⁵⁰ ¹⁵¹ ¹⁵² ¹⁵³ ¹⁵⁴ ¹⁵⁵ ¹⁵⁶ ¹⁵⁷ ¹⁵⁸ ¹⁵⁹ ¹⁶⁰ ¹⁶¹ ¹⁶² ¹⁶³ ¹⁶⁴ ¹⁶⁵ ¹⁶⁶ ¹⁶⁷ ¹⁶⁸ ¹⁶⁹ ¹⁷⁰ ¹⁷¹ ¹⁷² ¹⁷³ ¹⁷⁴ ¹⁷⁵ ¹⁷⁶ ¹⁷⁷ ¹⁷⁸ ¹⁷⁹ ¹⁸⁰ ¹⁸¹ ¹⁸² ¹⁸³ ¹⁸⁴ ¹⁸⁵ ¹⁸⁶ ¹⁸⁷ ¹⁸⁸ ¹⁸⁹ ¹⁹⁰ ¹⁹¹ ¹⁹² ¹⁹³ ¹⁹⁴ ¹⁹⁵ ¹⁹⁶ ¹⁹⁷ ¹⁹⁸ ¹⁹⁹ ²⁰⁰ ²⁰¹ ²⁰² ²⁰³ ²⁰⁴ ²⁰⁵ ²⁰⁶ ²⁰⁷ ²⁰⁸ ²⁰⁹ ²¹⁰ ²¹¹ ²¹² ²¹³ ²¹⁴ ²¹⁵ ²¹⁶ ²¹⁷ ²¹⁸ ²¹⁹ ²²⁰ ²²¹ ²²² ²²³ ²²⁴ ²²⁵ ²²⁶ ²²⁷ ²²⁸ ²²⁹ ²³⁰ ²³¹ ²³² ²³³ ²³⁴ ²³⁵ ²³⁶ ²³⁷ ²³⁸ ²³⁹ ²⁴⁰ ²⁴¹ ²⁴² ²⁴³ ²⁴⁴ ²⁴⁵ ²⁴⁶ ²⁴⁷ ²⁴⁸ ²⁴⁹ ²⁵⁰ ²⁵¹ ²⁵² ²⁵³ ²⁵⁴ ²⁵⁵ ²⁵⁶ ²⁵⁷ ²⁵⁸ ²⁵⁹ ²⁶⁰ ²⁶¹ ²⁶² ²⁶³ ²⁶⁴ ²⁶⁵ ²⁶⁶ ²⁶⁷ ²⁶⁸ ²⁶⁹ ²⁷⁰ ²⁷¹ ²⁷² ²⁷³ ²⁷⁴ ²⁷⁵ ²⁷⁶ ²⁷⁷ ²⁷⁸ ²⁷⁹ ²⁸⁰ ²⁸¹ ²⁸² ²⁸³ ²⁸⁴ ²⁸⁵ ²⁸⁶ ²⁸⁷ ²⁸⁸ ²⁸⁹ ²⁹⁰ ²⁹¹ ²⁹² ²⁹³ ²⁹⁴ ²⁹⁵ ²⁹⁶ ²⁹⁷ ²⁹⁸ ²⁹⁹ ³⁰⁰ ³⁰¹ ³⁰² ³⁰³ ³⁰⁴ ³⁰⁵ ³⁰⁶ ³⁰⁷ ³⁰⁸ ³⁰⁹ ³¹⁰ ³¹¹ ³¹² ³¹³ ³¹⁴ ³¹⁵ ³¹⁶ ³¹⁷ ³¹⁸ ³¹⁹ ³²⁰ ³²¹ ³²² ³²³ ³²⁴ ³²⁵ ³²⁶ ³²⁷ ³²⁸ ³²⁹ ³³⁰ ³³¹ ³³² ³³³ ³³⁴ ³³⁵ ³³⁶ ³³⁷ ³³⁸ ³³⁹ ³⁴⁰ ³⁴¹ ³⁴² ³⁴³ ³⁴⁴ ³⁴⁵ ³⁴⁶ ³⁴⁷ ³⁴⁸ ³⁴⁹ ³⁵⁰ ³⁵¹ ³⁵² ³⁵³ ³⁵⁴ ³⁵⁵ ³⁵⁶ ³⁵⁷ ³⁵⁸ ³⁵⁹ ³⁶⁰ ³⁶¹ ³⁶² ³⁶³ ³⁶⁴ ³⁶⁵ ³⁶⁶ ³⁶⁷ ³⁶⁸ ³⁶⁹ ³⁷⁰ ³⁷¹ ³⁷² ³⁷³ ³⁷⁴ ³⁷⁵ ³⁷⁶ ³⁷⁷ ³⁷⁸ ³⁷⁹ ³⁸⁰ ³⁸¹ ³⁸² ³⁸³ ³⁸⁴ ³⁸⁵ ³⁸⁶ ³⁸⁷ ³⁸⁸ ³⁸⁹ ³⁹⁰ ³⁹¹ ³⁹² ³⁹³ ³⁹⁴ ³⁹⁵ ³⁹⁶ ³⁹⁷ ³⁹⁸ ³⁹⁹ ⁴⁰⁰ ⁴⁰¹ ⁴⁰² ⁴⁰³ ⁴⁰⁴ ⁴⁰⁵ ⁴⁰⁶ ⁴⁰⁷ ⁴⁰⁸ ⁴⁰⁹ ⁴¹⁰ ⁴¹¹ ⁴¹² ⁴¹³ ⁴¹⁴ ⁴¹⁵ ⁴¹⁶ ⁴¹⁷ ⁴¹⁸ ⁴¹⁹ ⁴²⁰ ⁴²¹ ⁴²² ⁴²³ ⁴²⁴ ⁴²⁵ ⁴²⁶ ⁴²⁷ ⁴²⁸ ⁴²⁹ ⁴³⁰ ⁴³¹ ⁴³² ⁴³³ ⁴³⁴ ⁴³⁵ ⁴³⁶ ⁴³⁷ ⁴³⁸ ⁴³⁹ ⁴⁴⁰ ⁴⁴¹ ⁴⁴² ⁴⁴³ ⁴⁴⁴ ⁴⁴⁵ ⁴⁴⁶ ⁴⁴⁷ ⁴⁴⁸ ⁴⁴⁹ ⁴⁵⁰ ⁴⁵¹ ⁴⁵² ⁴⁵³ ⁴⁵⁴ ⁴⁵⁵ ⁴⁵⁶ ⁴⁵⁷ ⁴⁵⁸ ⁴⁵⁹ ⁴⁶⁰ ⁴⁶¹ ⁴⁶² ⁴⁶³ ⁴⁶⁴ ⁴⁶⁵ ⁴⁶⁶ ⁴⁶⁷ ⁴⁶⁸ ⁴⁶⁹ ⁴⁷⁰ ⁴⁷¹ ⁴⁷² ⁴⁷³ ⁴⁷⁴ ⁴⁷⁵ ⁴⁷⁶ ⁴⁷⁷ ⁴⁷⁸ ⁴⁷⁹ ⁴⁸⁰ ⁴⁸¹ ⁴⁸² ⁴⁸³ ⁴⁸⁴ ⁴⁸⁵ ⁴⁸⁶ ⁴⁸⁷ ⁴⁸⁸ ⁴⁸⁹ ⁴⁹⁰ ⁴⁹¹ ⁴⁹² ⁴⁹³ ⁴⁹⁴ ⁴⁹⁵ ⁴⁹⁶ ⁴⁹⁷ ⁴⁹⁸ ⁴⁹⁹ ⁵⁰⁰ ⁵⁰¹ ⁵⁰² ⁵⁰³ ⁵⁰⁴ ⁵⁰⁵ ⁵⁰⁶ ⁵⁰⁷ ⁵⁰⁸ ⁵⁰⁹ ⁵¹⁰ ⁵¹¹ ⁵¹² ⁵¹³ ⁵¹⁴ ⁵¹⁵ ⁵¹⁶ ⁵¹⁷ ⁵¹⁸ ⁵¹⁹ ⁵²⁰ ⁵²¹ ⁵²² ⁵²³ ⁵²⁴ ⁵²⁵ ⁵²⁶ ⁵²⁷ ⁵²⁸ ⁵²⁹ ⁵³⁰ ⁵³¹ ⁵³² ⁵³³ ⁵³⁴ ⁵³⁵ ⁵³⁶ ⁵³⁷ ⁵³⁸ ⁵³⁹ ⁵⁴⁰ ⁵⁴¹ ⁵⁴² ⁵⁴³ ⁵⁴⁴ ⁵⁴⁵ ⁵⁴⁶ ⁵⁴⁷ ⁵⁴⁸ ⁵⁴⁹ ⁵⁵⁰ ⁵⁵¹ ⁵⁵² ⁵⁵³ ⁵⁵⁴ ⁵⁵⁵ ⁵⁵⁶ ⁵⁵⁷ ⁵⁵⁸ ⁵⁵⁹ ⁵⁶⁰ ⁵⁶¹ ⁵⁶² ⁵⁶³ ⁵⁶⁴ ⁵⁶⁵ ⁵⁶⁶ ⁵⁶⁷ ⁵⁶⁸ ⁵⁶⁹ ⁵⁷⁰ ⁵⁷¹ ⁵⁷² ⁵⁷³ ⁵⁷⁴ ⁵⁷⁵ ⁵⁷⁶ ⁵⁷⁷ ⁵⁷⁸ ⁵⁷⁹ ⁵⁸⁰ ⁵⁸¹ ⁵⁸² ⁵⁸³ ⁵⁸⁴ ⁵⁸⁵ ⁵⁸⁶ ⁵⁸⁷ ⁵⁸⁸ ⁵⁸⁹ ⁵⁹⁰ ⁵⁹¹ ⁵⁹² ⁵⁹³ ⁵⁹⁴ ⁵⁹⁵ ⁵⁹⁶ ⁵⁹⁷ ⁵⁹⁸ ⁵⁹⁹ ⁶⁰⁰ ⁶⁰¹ ⁶⁰² ⁶⁰³ ⁶⁰⁴ ⁶⁰⁵ ⁶⁰⁶ ⁶⁰⁷ ⁶⁰⁸ ⁶⁰⁹ ⁶¹⁰ ⁶¹¹ ⁶¹² ⁶¹³ ⁶¹⁴ ⁶¹⁵ ⁶¹⁶ ⁶¹⁷ ⁶¹⁸ ⁶¹⁹ ⁶²⁰ ⁶²¹ ⁶²² ⁶²³ ⁶²⁴ ⁶²⁵ ⁶²⁶ ⁶²⁷ ⁶²⁸ ⁶²⁹ ⁶³⁰ ⁶³¹ ⁶³² ⁶³³ ⁶³⁴ ⁶³⁵ ⁶³⁶ ⁶³⁷ ⁶³⁸ ⁶³⁹ ⁶⁴⁰ ⁶⁴¹ ⁶⁴² ⁶⁴³ ⁶⁴⁴ ⁶⁴⁵ ⁶⁴⁶ ⁶⁴⁷ ⁶⁴⁸ ⁶⁴⁹ ⁶⁵⁰ ⁶⁵¹ ⁶⁵² ⁶⁵³ ⁶⁵⁴ ⁶⁵⁵ ⁶⁵⁶ ⁶⁵⁷ ⁶⁵⁸ ⁶⁵⁹ ⁶⁶⁰ ⁶⁶¹ ⁶⁶² ⁶⁶³ ⁶⁶⁴ ⁶⁶⁵ ⁶⁶⁶ ⁶⁶⁷ ⁶⁶⁸ ⁶⁶⁹ ⁶⁷⁰ ⁶⁷¹ ⁶⁷² ⁶⁷³ ⁶⁷⁴ ⁶⁷⁵ ⁶⁷⁶ ⁶⁷⁷ ⁶⁷⁸ ⁶⁷⁹ ⁶⁸⁰ ⁶⁸¹ ⁶⁸² ⁶⁸³ ⁶⁸⁴ ⁶⁸⁵ ⁶⁸⁶ ⁶⁸⁷ ⁶⁸⁸ ⁶⁸⁹ ⁶⁹⁰ ⁶⁹¹ ⁶⁹² ⁶⁹³ ⁶⁹⁴ ⁶⁹⁵ ⁶⁹⁶ ⁶⁹⁷ ⁶⁹⁸ ⁶⁹⁹ ⁷⁰⁰ ⁷⁰¹ ⁷⁰² ⁷⁰³ ⁷⁰⁴ ⁷⁰⁵ ⁷⁰⁶ ⁷⁰⁷ ⁷⁰⁸ ⁷⁰⁹ ⁷¹⁰ ⁷¹¹ ⁷¹² ⁷¹³ ⁷¹⁴ ⁷¹⁵ ⁷¹⁶ ⁷¹⁷ ⁷¹⁸ ⁷¹⁹ ⁷²⁰ ⁷²¹ ⁷²² ⁷²³ ⁷²⁴ ⁷²⁵ ⁷²⁶ ⁷²⁷ ⁷²⁸ ⁷²⁹ ⁷³⁰ ⁷³¹ ⁷³² ⁷³³ ⁷³⁴ ⁷³⁵ ⁷³⁶ ⁷³⁷ ⁷³⁸ ⁷³⁹ ⁷⁴⁰ ⁷⁴¹ ⁷⁴² ⁷⁴³ ⁷⁴⁴ ⁷⁴⁵ ⁷⁴⁶ ⁷⁴⁷ ⁷⁴⁸ ⁷⁴⁹ ⁷⁵⁰ ⁷⁵¹ ⁷⁵² ⁷⁵³ ⁷⁵⁴ ⁷⁵⁵ ⁷⁵⁶ ⁷⁵⁷ ⁷⁵⁸ ⁷⁵⁹ ⁷⁶⁰ ⁷⁶¹ ⁷⁶² ⁷⁶³ ⁷⁶⁴ ⁷⁶⁵ ⁷⁶⁶ ⁷⁶⁷ ⁷⁶⁸ ⁷⁶⁹ ⁷⁷⁰ ⁷⁷¹ ⁷⁷² ⁷⁷³ ⁷⁷⁴ ⁷⁷⁵ ⁷⁷⁶ ⁷⁷⁷ ⁷⁷⁸ ⁷⁷⁹ ⁷⁸⁰ ⁷⁸¹ ⁷⁸² ⁷⁸³ ⁷⁸⁴ ⁷⁸⁵ ⁷⁸⁶ ⁷⁸⁷ ⁷⁸⁸ ⁷⁸⁹ ⁷⁹⁰ ⁷⁹¹ ⁷⁹² ⁷⁹³ ⁷⁹⁴ ⁷⁹⁵ ⁷⁹⁶ ⁷⁹⁷ ⁷⁹⁸ ⁷⁹⁹ ⁸⁰⁰ ⁸⁰¹ ⁸⁰² <

tutus constantiam iuuenum terribilis persequitor, seposita autoritate, blandis eos hortatur alloquij, ne vellent hac pertinacia vti : ne erga Imperatorem suum contumeliosi existarent : ne eius praecpta contemerent : ne aliam deuotissimi in hoc facto offensam Regis maximam prouocarent, à quo magis beneficia & honores pro hac specialiter obediētia sperare deberent: indecorum certe viris bellatoribus esse, vt inter ignauos & noxios morte turpissima deperirent: Cogitandum esse iuuentutis suae florem, & iuunditatem lucis huuius, ac vita, quam lane respectu vilius rationis imprudentes amittere suaderent. Talibus auditis Christiani viri, meritoque mirabiles, venenatos perniciosi hortatoris blanditias non solum constantibus animis repletuerunt, verum etiam responsione acerrima cœnfutarunt. Quid tu, inquit, omnium nequissime, contra Deum rebellare ausus, famulos eius verbis falacibus supplantare conaris? Quid nos à cultu Dei veri & viui ad mortua dæmoniū simulachra inclinare contendis? Quid honorum terrestrium caducis promissionibus, & inaniū rerum præstigijs animos nostros à vigore fidei coelestis depravare pertentas? Exercramur munera, quæ detrimentum salutis important. Repudiamus honores, qui auferunt illam gloriam lèmpiternam. Reprobamus amicitias Regis, quæ nos à charitate Dei separare defiderant. Respuimus & hanc corporalem nostræ corporis vitam, quæ cum periculo sibi reseruata, animæ acquirit interitum. Postremo non supplicijs praetentibus deterremur. Tradimus carnem pœnis, quascunque irrogare volueris, ne abnegantes Christum Deum, ad tormenta perpetua demergamur, quæ diabolo & vobis ministris eius sunt ab initio preparata. Tunc ille Index iniquitatibus huiusmodi dictis accensus, furorem suum, quem paulo ante subtilius expellere voluerat, excogitata suppliciū nouitare geminavit. Perspiciens enim regionis naturam nimis rigenter frigoribus, tempus etiam, quo maxima hyems alpertat Aquilon flante violentius incumbebat: montes niuibus pruinis arua tegebantur: liquores agnoscere naturam suam solis ignibus cogebantur: stupebant ingenti glacie torrentium fluminum cursus: stagnum quoque viri, in qua hæc gerebantur subiacens, lateque diffusum validissimo gelo durante iter solidum plausum gementibus commovabat. Hanc (inquam) vel loci vel temporis immanitatem perspiciens sacrilegij gentilis exactior, istud supplicij genus sanctis adhibere imperat, ut nudatis corporibus religati, in aperti atris pruinosa duritate pernoctarent, balneis longè sub confpectum eorum fumantibus, vbi velox remedium viciis corporibus callidus persecutor, animas eorum magis interficere gestiens, promittebat. Sed beatissimi martyres spiritu sancte ferentes, veltibus suis procu abieci, festini ad stadium properant, coronam tanto certaminis propositam cœlitus intuentes: deinde hortatibus mutuis patientiae vires accedunt, gloriam regni coelestis pœnis presentibus præferunt, & hoc inter cetera replicantes, quod pro salute Regis terreni hostiles gladios formidare contempsumus, cur non profide Dei ac Domini nostri Iesu Christi Regis æterni, omnes irrogatos nostro corpori cruciatuæ æquo animo patiamur, ocius ad æternæ lucis beatitudinem vitamque perpetuam gloriose mortis compendio transiuri? Inter pruinias ardebat fides, & colestes animi desiderio Christi feruebant. Terebrabant penetralia viscerum gelo, ita vt medullas osium grauiissimis cruciatus internus quidam glacialis torpor virgeret, & animorum immobilitas virtus, cursus sui metas aspiciens, de proxima confirmatione gaudebat, fideli tolerantia promissum Dei munus expectans. Sed vnu ex eorum numero brevissimi adhuc, & iam supremi doloris impatiens, rogare miser cepit, vt ad balneas duceretur. Miles interea cui solicitude iniuncta fuerat, vt illud mortis lauacrum vietis quibusunque referarer, dum curiosis oculis de loco sublimi agonem virorum expectat insignium, rei exitum captans, vider dumce coelestis militis descendenter cum multitudo Angelorum, & fortissimis bellatoribus, claras vestes atque opima signillatim præmia erogantem: quæ folus ille miserabilis, cuius fidem diabolus fregerat, non accepit. Dicitur infelix ad balneas, ibique confestim caloribus afflatus, quo se animandum crediderat, exanimatus & vitam perdidit, & coronam. Luctuosum facinus gratulatio inopinata subsequitur, repetit eius locum supradictæ visionis admiratori inuidit, nudat membra optato supplicio, se esse Christianum ingeminat, quem spectaculi illius admirabilis virtus subito ex Gentili verum fecerat Christianum. Tenetur continuo professionis suæ reus, ligatur volens, & secantibus vinculis crudeliter innodatur, perseuerat ad strictus gloriatur in poena, spe * diuinæ remunerationis, & fortiter crecit inter supplicia fides, Christi augetur inter tormenta dilectio. Nam sensu Apostolico testabatur, me nulla suppliciorum vis, nulla immanitas tormentorum poterit separare à charitate Dei, que est in Christo Iesu Domino nostro. In mediis cruciatus nouus martyr sancto spiritu instruente, eruditur & proficit, moritur & triumphat: Trinitas adoranda testem suum inter pœnas fideliter permanentem, martyris ipso ad vicem baptismi gloriosus & abluit, & emundat, & ad celorum regna perducit. Commoritur de-

* Vides quod & illa certamina coincidentur, quæ pro diuinæ retrahitionis tolerantur: quoniam Iesu Christi retributio nihil aliud est, quam ipsa Dei.

nique quadrage simus iste sanctus cum sanctis, vt sacer numerus, quem Saluator ieiuniis honorauerat, compleetur, sicut ipsi beatissimi martyres oratione memorantur. Post haec iusit carnicies defunctorum corpora longius transportata ignibus concremare, reliquiebant vnum, qui adhuc viuere putabatur, vt forte mutaret in pœnis ipsa solitudine voluntatem. Ibi eius venerabilis mater, qua talè filii bono sapientia celestis lacte nutruerat, eucurrit ad cadaver spirantis filii, & propriis eum manibus vehiculo, quo corpora aliorum congregata ad pyramidem trahebantur, imposuit. Vade, inquit, nate, bona ista via salutis cum coætanis, & glorioli ad Dominum. O admirabilis, & vere & digna martyris mater, quinimo & ipsa iam martyris, quæ propriis visceribus non pepercit, dum sua membra pro Christi nomine puniri letatur in filio. Lam vero ne illud in postrema parte reticemus, cum cineres exstorum corporum mandato persecutoris in fluui jacerentur, non desuerunt religiose manus, qua parte reliquiarum vel furto eriperent, vel pretio cōpararent. Hinc & Ecclesia Cælariensis exultat, & nostra fraternalitas non immeritò gloriatur, reseruati sibi prouidentia Dei istud salutare munus intelligens. Portionem reliquiarum sumplimus, & nihil nos minus possidere confidimus, dū totos Quadrageinta suis fauillis 12 venerantes amplectimur, sicut illa in Euangeliō fidelis mulier, quæ simbria Christi salvata est, orat tenuit vestimenti, & virtutē diuinitatis exegit attractu timbria, medelā credenti fides traxit, & salutē quæ præsumpsérat, acquisiuit. Itaq; pars ipsa, quæ meruimus, plenitudo est: diuidi enim quadrageinta isti martyres ab iniuncto nullo modo posse sunt, quoru sunt inseparabiles & indiscréte reliquiae: nā sicut animas eorū igneus ille spiritus Dei salutaris fidei vnitate coniunxit, (erat enim omnium credentiū cor vnu, & anima vna) ita etiā membra eorū concremansi ignis in vnu fauile corpus redigunt. Habemus ergo & hos quadrageinta, & prædictos decem sanctos à diuersis terrarum partibus congregatos. Hanc vero ipsam basilicam eorū meritis 13 dedicatam, Conciliū sanctorum nuncupari oportere decernimus. Dignum est enim, vt ad tantorum martyrum 14 venerandas reliquias processum, ad Conciliū sanctorum nos procedere fateamur. Tot igitur iustorum patrocinio adiuuandi, tota fide, omnique desiderio 15 supplicies ad eorum vestigia concurramus: vt ipsi intercedentes, vniuersa quæ poſcimus, adipisci mereamur, magnificantes Christum Deum tanti munis largitorem, cui diuinus honor, virtus & gloria, cum patre & cum sancto spiritu ante omnina, & nunc & semper, & in cuncta secula seculorum. Amen.

12 Ecce quanta
venerationem san-
ctis reliquias ha-
bet venerabilis
episcopus.

13 Nota basilia
sanctorum merita
etis dedicata.

14 Ad tantorum
martyrum vane-
randas reliquias
processum.
15 Ecce sanctos in-
vocando, & ipsa
pro nobis interces-
tentibus, vniuersa
quæ poſcimus
a Dño nostro Iesu
Christo preſtaris

SANCTI PATRIS NOSTRI IOANNIS

Chrysostomi Archiepiscopi Constantinopolitani encomium
sanctorum duodecim Apostolorum.

Apud Simeonem Metaphraſten.



ERITO hodie quoq; aduentu sancti spiritus impleta est hec sagena piscatorum, nobis rationis cōpotibus piscibus in eam nostra sponte inilientibus. Sermo enim verbi qui erudit illiteratos, & eos qui erant tardæ & impeditæ lingue, linguis acutis igneis, traduxit eorū artē ad id quod est diuinius, dicens: Venite post me, & faciā vos pescatores hominū. Dicit: Venite post me, & mutati statim lunt in id quod est melius. Duodecim electi sunt Athletæ, & nullus eorū māstis nō coronatus. Vna enim gratia erat omnibus socia certaminis, & cū eis cōcurrebat, & vniuersi iūsq; victoriā reddebat magis probatā. Solus miser Iudas seipsum à tali chorea separavit, cū osculo lupis one offendiser, & triginta argenteis vendidisset Dominum, cuius sanguis emit mundū. Sed ô beatū & præclarū vestrum, ô Apostoli, cōcū, quod omnia facti eftis omnibus Dei gratia, non arundine, sed sermone græges hōtrīnū perire capientes. Vos enim istis immobiles columnæ recte fidei, sceptra Ecclesiæ, & huius maximè pastoris vigiles defensores, moribumanitatis gratituti medici, & nostris ad Deū penitentie suscepentes misericordes. Cum enim electis veluti quedā animatæ incudes, dū verberaremini, eos qui verberabant fabricati eftis ad agnitionē. Hinc Petrus 1 Romam accipit in disciplinam. Paulus illinc mīdo annunciat Euangeliū, Andreas corrigit Græcie sapientias. Simon Barbaros Deū docet. Thomas baptismate dealbat Aethiopes. Iacobi cathedralē honorat Iudea, Marci thronū, quæ est ad Nilū, cōplicetur Alexandria. Lucas, & Matthēus scribunt Euangeliā. Ioannes, qui vel post finem adhuc tractat Theologiam, tanq; viuus curat Ephesum. Bartholomeus erudit Lycaonas ad temperianitatem. Philippus faciens miracula, seruat Hieropolim. Non cessant omibus vbiq; bene facere. Pulcher immortalē reliquerunt in sepulchris; nunc quidē pīj cultores paulo post aut sedentes mundi iudices. Cum huic appropinquasset claudius, reveritus est sanus & integris pedibus. Cum in illum incidisset paralyticus, iuillus est ferrę grabatum.

1 Nota quod Pe-
trus Romam ac-
cipit in disciplinā,
contra quo dā
nebulones qui illo
iudicū mēdā
cōfīsime negant

Alius vocabat mortuos: illi verò ei statim obtemperarunt. Alterius autem umbra sola fugabat morbos. Alterius invocationem exhorrebat dæmones, & corum sudaria distillabat medicinā. Erant enim discipuli illius, cuius fimbria furto surreptu contactu eius, que sanguinis laborabat profluo, exiccauit rubrum mare sanguinis. Sed ego reuertor ad principes Apostolorum, & memini vocis illius prophetæ: Ecce quā bonum & quā iucundum habitate fratres in vīnum. Inchoet ergo Petrus orationem, quoniam is quoq; fuit cōductus prior in vinea Domini. Petrus gregis boni pastoris quis primogenita. Petrus qui ex lacu translit in celum: qui relictis nautis dignus fuit habitus, ut loqueretur cum Angelis: Qui relicta nave oneraria, gubernandam assumpit Ecclesiā. Qui electus est clauiger celorum, & in terra acceptit potestate ligandi & soluendi. Qui est velox dubocationē, & in hīde minime dubitans, & magistri feruens defensor in omnibus: Qui dixit: Tu es Christus filius Dei vivi: Qui vñā cum Domino mori proposuit, & vñq; ad atrium Caipha vñā vadit cum redemptore: Qui etiam negans fuit dignus venia, & pœnitentia ductus admirabilis. Neque enim tā fūisti reprehendendus propter negationem, quām beatus censodus propter pœnitentia. Nobis enim fuit errans quoq; vtilis, quod cūm cito fleuifser, obruit delictum, & parum labefactatus, iñueitus est in æternū fundamētū fidem. Si enim consideraueris, ð dilecte, id quod tunc erat tempus, non inuenieris in Petrum magnam cadere reprehensionem. Quando enim sol fugiebat, cœlū abscondebatur, terra mouebatur, petræ frangebantur, vt quæ ferre non possent cōtumeliam eius qui creuerat, tunc primus cespitauit, tunc princeps negauit, & ratione vacuū dei nūciū, intenit statim probationem eius quæ prædicta fuerat negationis. Priusquam gallus cāter, ter me negabis. Sed cūm primus negasset, primus cucurrit ad sepulchrū, primus virte datorem vidit resurrexisse à mortuis, cūm ē Maria didicisset, & quod ei non erat aius dicere Angelus, qui sedebat supra lapidem. Sed post eum in mediū veniat Paulus sapientissimus orator orbis terræ, qui factus est ex lupo agnus, ex spinis botrus, ex zizaniis frumentū, ex inimico amicus, ex Hebrais manens firmiss ac stabilis. Qui apud illos Saulus cedem sp̄ans & minas, apud nos autem Paulus seruus Iesu Christi vocatus. Apostolus: ex blasphemio Theologus, ex persecutore Euangelista, ex prædone gubernator, ex proditore miles: Qui cū 2. Petro Romam fortuit est ad sepulchrum, & cū eo hanc quoque Sychen nō despiciēbat. Qui in Beniamin fuit frater Ioseph, & in Thecla, & filii pater & magister: Qui ante Damascum cœcū, & in ynaquaq; ciuitate oculus predicationis: Qui ē cœlo est vocatus, & raptus fuit in celum: Qui aspexit paradysum, antequām hic abiret, & victorię coronam accepit adhuc lustans, & rufus, vt dicit, ei debetur. Quid enim dicit? Quam reddet mihi Dominus in illo die. Paulus qui ex vltimis primus: Qui ex abortionibus vir perfectus: Qui etiam persequens est sicutus: & dum patitur persecutionem, dulcis: Qui est Romanus, & Pharisæus, & omnia omnibus factus propter fidem. Christus enim qui dixit Petro: Oportet te pati, de Paulo etiam dixit: Quām multa oportet eum pati pro nomine eius: vt ille quidem crucifixus, hic autem truncauit capite, cūm vnam fidem prædicauerint, vnum eurum consummaverint, in vno sepulchro habitauerint, sint veri testes resurrectionis eius, qui passus est & mortuus, & resurexit eo modo, quo nouit, & venit in sinum patris, quem quidem minquam reliquit. Quod ipse Dominus alloquitur prophetæ: Circundate hanc nouam Sion, & comprehendite eam, hoc est, seruate, confirmate, & munite precib⁹, vt quando in tempore iracard, & mouebo vñuersam terram, apiciens vestrum, quod non definiet sepulchrum, & que vestra sponte simul propter me fertis stigmata, vincam iram clementia, & propter hanc vestrā percipiā intercessionem. Sacerdotium enim, & regnum quando videro lachrymans, statim tā quam misericors infestor ad misericordiam: & memini illius meæ vocis: Protegam hanc ciuitatem, propter David seruum meum, & Aaron sanctum meum. Qui quidem cum sicut vos fide essent concordes, & voluntaria humilitate texissent autoritates, & vestitu ostendissent animi affectionem, multas mihi obtulerunt myriadas discipulorum, me ferentes, & à me mundo petentes placationem. Dixa enim: Petete & dabitur vobis: querite, & inuenietis. Domino sit gloria in secula seculorum. Amen.

Et hic habes
Petrum Romanum
fortuitū sepulchrū.

Ex lib. 2. hist.
Ecclesiast. ca. 13.
& sequent.



VITA D. MARCI EVANGELISTÆ

per Eusebium Cæsariensem Episcopum scripta.

V M. Simon Magus, quem in Iudea Petrus Apostolus de his quæ gererat sceleribus confutauerat, transmarinam aggressus fugam, vrbem Romanum ingressus fuisse, vtens admiculō aſſiſtēt ſibi, & adherētis demoniac⁹ virtutis, quā ἡσάετο pop̄ vocant, breui tempore in tantum malorū venit profectum, vt etiā ſimulachra à ciuib⁹ Romanis tanquā Deus honore potuerit. Sed

Sed non in longum permanet fraude quæſita diuinitas: Continuò namque in iſis Claudij temporibus, clementia diuina prouidentiæ, & probatissim⁹ omnium Apostolorum & maximum fidei magnificencia & virtutis merito prīmorū Principem Petrum, ad vrbē Romā, velut aduersum humani generis communē perniciē repugnatū deducit, ducem quendam & magistrum militiæ ſue, ſcientem diuina prælia gerere, & virtutum caſtra ductare. Iste adueniens ex Orientis partibus, vt cœlestis quidam negotiator, mercimonia diuini luminis, ſi qui fit comparare paratus, aduexit, & ſalutari prædicationis verbo, primus in vrbē Romā E. uangelij ſui clauibus ianuam regni cœlestis aperuit. Igitur cūm Romane vrbī clarum verbi Dei lumen fuſſet exortum, Simonis quidem tenebræ cum ſuo autore reſtinctæ ſunt. Sermo autem veritatis & lucis, qui per Petrum prædicabatur, vñiuersorum mentes placido illustrauit auditu, ita vt quotidie audiētibus eum nulla vñquā ſatietaſ fieret. Vnde neque auditio eis ſola ſufficit, ſed Marcum diſcipulum eius omnibus preciis exoriat, vt ea quæ ille verbo prædicabat ad perpetuam eorum cōmonitionem habendam, ſcripturæ traderet, quo domi, forisq; in huicmodi verbi meditationibus permanent. Nec prius ab obſeruatorum deſiſtunt, quām quæ orauerant impetrarent. Et hec fuit cauila ſcribendi, quod ſecundūdī Marcum dicitur Euāgelium. Petrus verò vt per ſpiritum ſanctum religioſo ſe ſpoliarum cōperit furto, delectatus eft, fidem eorum per hæc, deuotionemq; conſiderans: Factumque conſirmavit, & in perpetuum legendam ſcripturam Ecclesiā tradidit. Clemens in ſexto Dispositionum libro, hæc ita geſta elle deſcrit. Cuiq; ſimile dat testimonium etiā Hieropolites Ep̄iſcopus nomine Papias, qui & hoc dicit: quod Petrus in prima Ep̄iſtola ſua, quād de vrbē Roma ſcripit, meminerat Marci: in qua tropicē Romā Babylonā nominari, cūm dicit: Salutat vos ea quæ in Babylone eft electa Ecclesia, & Marcus filius meus. Hunc autem Marcū traſidunt primum ad Agyptum perrexiſſe, atque inibi Euāgelium, quod ipſe conſcriperat prædicare, & iſum primum Eccleſiam apud Alexandriam conſtituiſſe. Tanta aut̄ refertur multitudine credentium virorū ac mulierū, primo ingressu, exemplo ſobrietatis eius & continentię congregata, vt etiam conuerſatio eorum qui per iſum crediderant, & vita totius abstinenția, ac frugi eorum ſobriaque coniuia, libroum memoriarē mandarentur à viro diſertissimo Philone, quem ſermo tenet temporibus Claudij Imperatoris Romam venisse, & Petrum Ap̄iſtolum vidisse, atque eius adhæſiſſe colloquiis, verbum Dei prædicantis. Quod valde eft veriſimile, quia & ſcripturnam iſam, quam diximus, posterioribus ab eo temporibus conſtat eſſe compotiram. In qua euidentiſſime omnia Eccleſiae instituta complectitur, quæ & tunc eradita ſunt, & in hodiernum ſeruantur à nobis. Sed & abſtinentiam vitas, eorum duntaxat, qui nunc in Eccleſiis vel monasteriis & degunt, deſcritibit ad liquidum. Vnde planè manifeſtissimè prodiſt, non ſolam ſcienſ quæ noſtra ſunt, ſed & amplectens: quippe qui diuinis laudibus extulit ſui temporis Ap̄iſtolicos viros, ex Hebreorū (quantum intelligi datur) p̄cipue genere credentes: Quoniam quidem conſtat, quod hi qui ſub Ap̄iſtoli ex Israhelitis credebant, iudaicis adhuc institutionibus, & legis obſervationibus inhaerebant: Hic igitur deſcribit hæc in libello, quem de vita Theoretica ſupplicum adiutauit, nihil omnino de proprio vel extrinſicus addit, fed primo omnium viros iſos cultores, & ſcenimbas cum iſis, ait cultrices appellari. Cauſam vero huius vocabuli, vel ex eo ductam, quod conuenientium ad ſe animas tanquam rudes & agrestes excoſerent, vel quod erga Dei cultum pura & integrata ipius in primis gra conſciencia perdurarent. Quod nomen ſue ipſe impoluit primus illis ex iſorum actibus iſa Eccleſia ſue colligens: ſue verè in initii ita appellabantur, qui ſecundūdī Euāgelium ſivebant, anter. Nā deſcritit bi Philo rā vitas quam Christianorum appellatione per omnem locum diſſunderetur: nihil intereft, dummodo corū qui in Eccleſia ex iſis rebus nomen ad quos pertineat comprobetur. Dicit ergo primus omnium, quod renuntiantur cunctis facultatibus iuis, qui ſe ad huiuscmodi philoſophiā dederint, & boñis iuis, in Monasteriis de quibus intereft cedant. Tum deinde, quod omnes etiam vitæ ſollicitudines procul abiciant, gebat tūc ſēp̄to & extra vrbem egredi, in hortulis, vel exiguis quibusque agellis degant, refugientes impensis propoſiti confortia, & vita diſsimiliſ contubernia, ſcientes hæc impedimentoa eſe arduū volentibus iter virtutis incedere. Tali quippe ordine fidei incitati hi qui primitus credebant vitam diuile memorantur, ſicut euidenter in Actibus Apostolorum legimus ſcriptū, quia omnes qui credebant ſub Ap̄iſtolis, poſſeſſiones suas & prædia vñdentes, precia ponebant ante pedes Ap̄iſtolorum, & diuidebantur vñciuiq; prout opus erat, ita vt non effet quisquam in eis egena. Quia ergo & hæc ſimilia ſcribit geri ab hi, qui apud Alexandriam credebant, ſicut illi, qui in Hieropolymis ante crediderant, certum eſt, quod idem auctus, eademq; iſtitutorio, eandem ſine dubio & religionis fidem designet.

Denique libro iſi (de quo ſupra diximus) tale initium dedit: In multis, inquit, eſt orbis terræ partibus hoc genus hominum. Oportebat namque perfeci huius boni participem ſic, iſi omnem Graciā, omnemque Barbariam. In Agypto tamen maior eſt copia per ſingula

L. ii quæqueſ

¹ Petrus a diuina clementia Romā deducitur. Quid dicit os impudens, garriens Petrum ianuam Romæ ſuſſet.

² Petrus primus Rome Euāgeliſ ſe predicationis regni cœlestis aperuit.

³ In ſcripturā Philonis omnia Ecclēſiae instituta coaſtēt, & ſcripturna, que eft tunc traditā ſunt, & in hodiernum ſeruantur a nobis.

⁴ Vides ne hic, quod ea que ſeruādū ſunt, epiſt. Eccleſia, ab apostolis ſint traſdata? Quod nota

⁵ A tunc qui deſtrahit Monachatu, & credebant, iudaicis obſervationibus inhaerebant: Hic igitur dicit eis cū eſt ſuſſum, & totum ex proprio vel extrinſicus addit, ſed primo omnium viros iſos cultores, & ſcenimbas cum iſis, ait cultrices appellari. Cauſam vero huius vocabuli, vel ex eo ductam, quod conuenientium ad ſe animas tanquam rudes & agrestes excoſerent, vel quod erga Dei cultum pura & integrata ipius in primis gra conſciencia perdurarent. Quod nomen ſue ipſe impoluit primus illis ex iſorum actibus iſa Eccleſia ſue colligens: ſue verè in initii ita appellabantur, qui ſecundūdī Euāgelium ſivebant, anter. Nā deſcritit bi Philo rā vitas quam Christianorum appellatione per omnem locum diſſunderetur: nihil intereft, dummodo corū qui in Eccleſia ex iſis rebus nomen ad quos pertineat comprobetur. Dicit ergo primus omnium, quod renuntiantur cunctis facultatibus iuis, qui ſe ad huiuscmodi philoſophiā dederint, & boñis iuis, in Monasteriis de quibus intereft cedant. Tum deinde, quod omnes etiam vitæ ſollicitudines procul abiciant, gebat tūc ſēp̄to & extra vrbem egredi, in hortulis, vel exiguis quibusque agellis degant, refugientes impensis propoſiti confortia, & vita diſsimiliſ contubernia, ſcientes hæc impedimentoa eſe arduū volentibus iter virtutis incedere. Tali quippe ordine fidei incitati hi qui primitus credebant vitam diuile memorantur, ſicut euidenter in Actibus Apostolorum legimus ſcriptū, quia omnes qui credebant ſub Ap̄iſtolis, poſſeſſiones suas & prædia vñdentes, precia ponebant ante pedes Ap̄iſtolorum, & diuidebantur vñciuiq; prout opus erat, ita vt non effet quisquam in eis egena. Quia ergo & hæc ſimilia ſcribit geri ab hi, qui apud Alexandriam credebant, ſicut illi, qui in Hieropolymis ante crediderant, certum eſt, quod idem auctus, eademq; iſtitutorio, eandem ſine dubio & religionis fidem designet.

⁶ Heus qui dicas paupertate Euāgeliā non eſſe rea rū & ſacilitatum deſcriptionem, vide quod ex hoc loca corrunt omnes! ſrophētus. Sed quo non crumpas ſemel offrenas ad dacias?

6 Et tu quoniam vis Ecclesia effi infinitam pro loco orientationis, sed tantum pro auditione verbi Dei, et sacramentorum fereceptio, cum Dicitur in horis oraverit, et in agri, vide p[ro]p[ter] la[re] angulis locis Ecclesiis erant domus orationis consecratae.

queaque territoria, praecipue autem circa Alexandriam. Nam optimus quisque ex omnibus locis, velut ad uberis patria glebam festinus occurrit colonus. Regio quædam est philosophie magis, quam frugibus opportuna, supra lacu, cui Maræ nomen est, ita, colliculis quibusdam molliter & clementer erecta, ad munimentum simile atque aeris temperiem cōmoda. Post hanc descriptis orationis habitaculis, ut se habeat singulorum qualitas & situs, etiam de Ecclesiis quæ apud eos sunt, ita dicit: Est autem, inquit, in singulis locis consecrata orationi dominis, quæ appellatur σταυρός vel ἀγέλης ποιος. σταυρόν autem in nostra lingua significare potest, honestorum conuenticulum, in quo secedentes, inquit, honestæ & castæ vitæ mysteria celebrant, nihil illuc prorsus, quod ad cibum potumq[ue] pertinet inferentes, vel ad reliqua humani corporis ministeria, sed legis tantum libros, & volumina Prophetarum, hymnos quoq[ue] in Dei, catena, his similia, in quorū disciplinis, atq[ue] exercitii instituti, ad perfectam beatamq[ue] vitam studiis iugib[us] coalecent. Et post aliquantam iterū dicit: Ab ortu autem diei usque ad vesperam omne eis spaciū studiorū exercitii ducitur, quibus ad diuinam philosophiā per sacras literas imbuuntur, patrum leges in allegoricam intelligentiam deducentes. Quoniā quidem formas esse & imagines, ea quæ in legis litera scripta sunt, opinantur latentes intrinsecus profundū cuiusdam, diuinūq[ue] mysteriū. Habent autē etiam disputationes quadam & interprætationes virorum, qui & autores ipsius œuvre, existenter, quos eis allegoricā ac figurā intelligentiē normam, quam plurimis scriptorū suorum constat tradidisse monumentis.

7 Note pro cantu ecclesiastice, cuius etat aduersabit eccl[esi]a aduersarij ex monasterijs ex ercent, quo vult uaderet quis dice re monachstūnūm esse rem nouiam;

Si multi ex his Q[uo]d illi velut itineris sui dicunt, & autorū instituta pariter sequuntur, & morem. Hæc autem dixisse hunc virum certum est de Euangelicis atq[ue] Apostolicis libris, in quibus quod modo lex & propheta spiritualiter intelligi debeat, edocetur. Post pauca rufum etiam de eo quod psalmos faciat nouos, ita scribit: Itaque non solum subtilius intelligent 7 hymnos veterū, sed & ipsi faciūt nouos in Deum, omnibus eos & meritis & sonis, honesta fatis & suauitatis compagno modulantes. Multa quidem & alia in eodem libro enumerat, quæ à nostris vel in Ecclesiis, vel in monasterijs exercentur.

8 Continuit ha betur pro funda mento, ablinuas, eto Ergo muleres etiā grandevales pos sunt esse virgines et ferunt coiti corporis interregni scilicet, q[ui] nō barceri sicut pro impo sibili habet, et pos facere fratres a hominiantur. Et no ta t[em]p[or]i bunt locū pro sanctimoniali bus virginib[us], quia nō modo aduer fariorū mendacia euertit.

Sed properandum nobis est illa ex omnibus dicere, quæ Ecclesiastica propriè continet formam, ex quibus cuius manifestū esse debeat ad Ecclesiā pertinere, qua scripta sunt. Ait ergo, Continentiam verò velut fundatum quoddam primum in animo collocant, & ita demum reliquias super hanc pergunt adificare virtutes. Cibū potumq[ue] nullus eorum capit ante foliū occasum: vi delicer tempus lucis cum philosophiā studiis, curā verò corporis cum nosce sociantes. Nonnulli autem etiam post triduum in communionem veniunt cibi, quos scilicet edacior studiorum fames perurget, iam verò hi qui in eruditioribus sapientie, & in profundiore intelligentiā facrorum voluminum conquerantur, tanquam copiosi dapibus inhaniens, expleri nequeunt, & contundo acrius inflammatum, ita ut nec quarto iam, nec quinto, sed sexto dum die non tam desideratū quam necessariū corpori indulgent cibum. Hæc Philonen de nostrorum institutis referre, quis potest dubitare? Quod si cui videtur adhuc ambiguum, adhibebimus etiā alia eius dicta, que nulli omnino nisi nostris tantummodo concerne etiam infidelissimus quisq[ue] fatebitur. Ait ergo: Cum viris autem, quos dicimus, sunt & feminae, 10 in quibus plures iā grandæ sunt virgines, integratatem casti corporis, non necessitate aliqua, sed devotione seruantur. Dum sapientie studiis semper gestiū sunt non solum ari mo, sed & corpore consecrare, indigneū ducentes, libidini, māncipare vas ad capiendam sapientiam preparatum, & edere partum eas, à quibus diuini verbī concubitus sacrosanctus, & immortalis experitur; ex quo posteritas relinquitur, nequamq[ue] corruptela mortalitatis obnoxia. Quod si adhuc parū videtur istud, audi quid post aliquanta scribat. Tractatus autē sacrorum, inquit, voluminū hujusmodi habent, ut magis allegoricis opinionibus vtantur. Quoniā quidem omnis lex viris istis videtur animali esse similis, quod corpus quidem habeat ipsam literam, & ea quæ secundum literā designantur: animam verò occultum in litera, spiritalem, & inuisibilem sensum: quem illi ab autoribus suis edocēti, sublimius & nobilius velut insipientes per speculum cōtemplantur, ex ipsiā etiam nominibus admirandas quædam species intelligentiē proferentes. Quid autē addere his opus est, etiam de conuentibus eorum quæ scribitur: & vt seorsum quidē 11 viri, seorsum etiā in iisdem locis foeminae congregentur: & vt vi gilia, sicut apud nos moris est, peragant, & maximē diebus illis, cum passionis dominice solenitas celebratur, cū ieiuniis pernoctare, & lectionibus sanctis audiūt præbere cōsuevimus. Quæ omnia supradictus vir eo ordine, eademq[ue] consequētia, quæ apud nos geruntur expressit.

9 Christianae las tor plura ex hoc loco contra eccl[esi]as boles collige. Quod in Ecclesiā seorsum congregantur, bantur viri, et feras omnia. Quod antiquitus vigiles pergebantur in Ecclesiā. Quod passionis dominice solenitas aliquot diebus celebrabatur. Quod in ieiuniis et lectionibus sanctis pernoctatur. Quod psalmi honestis modulis alternatis concinebantur. Quod ipsiā sanctis diebus in terra recumbebatur. Quod erant ciborum ex potum miri detectus. Quod lacerdores et ministri exhibebant officia sua. Quod Episcopalis apicis secesserat. Et cuncta hec dicuntur sive initia institutionis Ecclesiastica, et origo Apostolica atque Euangelica dogma.

SANCTORVM HISTORIA. Pars. I.

401

Et vt unus ex omnibus consurgens in medio, Psalmum honestis modulis concinat, ut quæ præcincti ei unum versiculum omnis multitudo respondeat: atque in ipsis diebus in terra recumbentes (sicut antiqui moris fuisse dicitur) vinum quidem nemo omnino, ut ipse ait, ne gustu quidem contingat, sed nec quamlibet carnem: tantum aut̄ aqua sit eis poculum, & panis cum sale, vel hyssopo cibus. Addit autē adhuc his, quomodo lacerdores, vel ministri exhibeant officia sua, vel quæ sit supra omnia Episcopalis apicis sedes. Quæ cuncta si quis plenius vult & exploratus dicere, ostendimus ex quo ista fonte debeat haurire. In quibus supradictis vir Ecclesiastice institutionis initia, & originē Apostolice atq[ue] Euangelica traditionis intexit. Amputasse autem sibi post fidem pollicē Marcus dicitur, vt sacerdotio reprobis haberetur. Sed tantum consentiens fidei prædestinata potuit electio, vt nec sic in opere verbi perderet, quod prius meruerat in genere. Nam Alexandriæ Episcopus fuit. Marcus discipulus, & interpres Petri, juxta quod Petrum referente audierat, rogatus Romæ à fratribus, breve scriptis Euangelium. Quod cùm Petrus audisset, probavit, & Ecclesiæ legendum sua autoritate edidit, sicut Clemens in sexto v[er]o utr[o]cunque libro scribit. Et Papias Hierapolitanus Episcopus meminīt huius Marci. Et Petrus in epistola prima, sub nomine Babylonis figuraliter Romanū significans salutat vos quæ in Babylone electa, & Marcus filius meus. Assumpto itaque Euangelio, quod ipse conferat, perrexit Ägyptum, & primus Alexandriæ Christum annuncians, constituit Ecclesiam, tantæ doctrinæ & vitæ continentia, vt omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogerer. Denique Philo disertissimus Iudeorum, videns Alexandriæ primam Ecclesiam adhuc Iudaizantem, quasi in laude gentis sua librum super eorum conuersatione scriptit. Et quorūdo Lucas narrat, Hierosolymæ credentes omnia habuisse communia: sic ille quod Alexandriæ sub Marco fieri doctore cernebat, memoriae tradidit. Mortuus est autē octauo Neronis anno, & sepultus Alexandriæ, succedente sibi Aniano.

Habetur in lib[er]to ciudem de patribus noui testa menti.

Est I, iiiij, eiusdē de via contempnē platiū & suppliū cū Dei cultorū

VITA D. MARCI EVANGELISTAE.

per D. Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.

MARCVS Euangelista, secundus Petri discipulus, eiusq[ue] in baptimate filius. Cuius quidem Euangelium nonnulli dictum à Petro Romæ ferunt. Hic ne ad sacerdotiū promoueretur, abscondit sibi pollicē fertur. Primum tamē Alexandriae cathedralē te mit: primulq[ue] Ecclesiam Ägyptiorum fundavit. Tantisq[ue] doctrinæ & continentia, vt omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogerer. Denique Philo disertissimus Iudeorum, videns Alexandriae primam Ecclesiam adhuc Iudaizantem, quasi in laude gentis sua librum super eorum conuersatione scriptit. Et quorūdo Lucas narrat, Hierosolymæ credentes omnia habuisse communia: sic ille quod Alexandriæ sub Marco fieri doctore cernebat, memoriae tradidit. Mortuus est autē octauo Neronis anno, placida quoque quiete sepultus.

VITA CHRISTIANORVM IN ALEX-

andria sub disciplina D. Marci agentium, per Philonem Iudeum
descripta, Andrea Fruſio Gallo interprete.

¶ Pie lector ne era das que hoc in lib. de suis Iudeis asserit Philo, illis et nō potius uestris bus nostris Christi & oratoribus insignium factorum penuria laborantibus fieri confutet D.

Sed citra omnem artis fucum veritatis ipsam cōprehendens, ad quam profectō pro dignitate Hier. de viris Ila. lustrib[us] nec nō in exprimendam, quiuis aliqui disertissimus animum (sat scio) planū desponderit. Lustandum pluribus Epistol. ubi demonibus Mo[nach]iorū tractat. silentium illis imponere, qui nihil boni honestiæ tacere aequum existimat.

Philosophorum itaq[ue] horū institutū ex ipsa protinus eluet nomine clatura. Namq[ue] The- Vide Eusebii lib. Eccl[esi]astica Historie ca. xii. xviij. Vide eidem epiphaniū in fine cupiditates, vacordie, iniustitiae, & reliqua perturbationū vitorumq[ue] prop̄ immedicabilium sui Panarij. Item cohors suscitārunt. Siue quoniā à natura & sacrī legibus edocēti colunt supremum illud ens, Augusti in lib. de Moribus Eccl[esi]as contra Mania cheos Demig. Celsi stanū in lib. de Ins. Vrpuā ignem ἡφαστον appellat, ab incendendo ni fallor. Aērem ἥψη quod altē leuet ac plantarunt.



namq[ue] ratione & Therapeutis propriè vocantur: sive ob id, quia medicandi arte præsentur vul- gari longè potiorē: cum hæc corpora duntaxat curet, illa anirritas potissimum grauibus & metelan egredi admittentibus morbis oppræssas, vt quos voluptates, concupiscentia, tristitia, & cupiditates, vacordie, iniustitiae, & reliqua perturbationū vitorumq[ue] prop̄ immedicabilium sui Panarij. Item cohors suscitārunt. Siue quoniā à natura & sacrī legibus edocēti colunt supremum illud ens, Augusti in lib. de Moribus Eccl[esi]as contra Mania cheos Demig. Celsi stanū in lib. de Ins. Vrpuā ignem ἡφαστον appellat, ab incendendo ni fallor. Aērem ἥψη quod altē leuet ac plantarunt.

plantarum quam animalium. Atque mera sunt commenta Sophistarum isthac nomina, neque elementa ipsa aliud sunt, quam inanimata materies, omni ex le motione carentes: & ad sufficiendas quaslibet formas, figuram, & qualitates artifici subiecta. An eos qui perfectiora colunt naturae opera, Solem, Lunam, aut planetas carteros, vel stellas fixas: vel cœlū quoq; & mundū vniuersitū? Verū & hæc quoq; non ex se ipsis, sed ab opifice quadam peritisimo sunt facta. Quid? Anne quos nonnulli vocant Semideos? nisi hoc potius sit cachinno dignum. Etenim quo pacto idem sit mortal is simul atque immortalis? Ut omittā quod talium generatio virtutiprium fugere non possit, ut pote referta incontinentia iuuenili, quæ absurdè nimis audent affingere beatis diuinisq; potestatibus: quasi celestes ipsi feminas mortales amore insano appetierint, cum passionis sint expertes, ac felicissimi. Num postrem eos, qui statuas & imagines adorant, substantiam habentes de lapidibus & lignis planè ante informibus, donec nunc nuper, fabrorū manibus à concreta mole disperceretur? Quarū etiā fratres seu cognatæ partes in vasa coferunt ferendis aquis balnearibus, aut pedibus lauandis apta: vel in alia ignobiliora quævis ad vsus tenebris magis quam luci proprios inseruentia. Porro de ritibus Aegyptiorum ne meminisse quidem honestū est: quippe qui bruta quoq; animantia euexerit ad diuinos cultus, nec mansuetu solū, sed etiā immitissima ex singulis fermè generibus que sub orbe lunæ continentur. Vtputa è terrestribus leonē, ex aquatilibus Crocodilum eiusdē plaga indigenā. Ex aëreis Milū, & Aegyptiacā quoq; Ibin. Cum interim ea cernerent gigni, nutritrum egere, infatibilia & plena excrēmētis esse, euibrare virus, homines vorare: morbis præterea variis esse obnoxia, & morte corrupti non naturali soli, sed etiā spepe violentia. Adorant nihilominus homines natura mites animalia immitis & insaturabilis, rationales irrationalia, diuinę affinitatis confortes ne bestiis quidē nonnullis conferenda, principes ac Domini obedientiam, & seruitutē sibi ex nature lege debentia. Sed isti cūm & gente suam, & externos sibi consuecentes repleant tam pudenda superstitione, finantur ut expertos cultus insanabilesq; & visu priuati sensu omnium maximē necessario: visu, inquam, non corporis sed animæ ipsius, quo solo verum & falso à inuicem dignoscuntur.

Hoc autem eximium cultorū genus, quod studio videndi assiduè incumbit, supremi Entis gaudeat contemplatione, ac sole sensibile transcendent, nec deferat inquam hunc ordinē, per quem ad felicitatis culmen deducitur. Qui ergo ad cultum accedunt, nec patre consuendunt, nec cuiusquam iusti aut exhortatione impulsū, sed planè cœlico amore sursum rapti, in mystarum Bacchi, & Corybantum morem diuinam feruore & impetu aguntur, docēt conspiciant quod optant. Deinde præ ingenti vita immortalis ac beatæ desiderio: perinde ut si repudent le mortali vitiam defunctos: facultates & suas liberis vel alii genere cōiunctis ante successionis tempus; vel si illi defint, sociis & amicis vltro derelinquent. Hos enim conuenit cum plurimā manū habeant visu prædictum, cœcum illius alterum hominibus cedere intellectu adhuc cœcūtientibus. Anaxagorā Graci & Democritū celebrant, quod philosophi impleri desiderio, in pascuis ouium suas opes constituerint. Laudo fanē & ego viros ita factos pecunias superiores. Quanto vero præstantiores sunt hi, qui que possebant neuram pascendis pecoribus, sed hominum vel propinquorum vel amicorum leuandis necessitatibus, egenisq; ditandis liberaliter impenderunt! Inconsultum enim est illorum, quos ad Græcia miratur, ne dicam insanum factum: horū vero sobrium omnino, & exacta quadā prudētia excussum. Eia obsecro, quidnam alius facere hostes solent, sc̄itissimū incendis immisis, sc̄itissimū arboribus aduersariorū fines deuastare, ut rerum necelariacum penuria oppresi vīctas porrigan manus? Idē profecto Democritus & eum sequentes agunt in suis iporum consanguineos, non aliter quam li manu sua egentem pauperiemq; illis conficerent, licet nō hostili animo fortasse, at certè quatenus aliena vilitati erogatis bonis non consulunt. Longè haud dubiè hi præminent & virtute & laude, qui ad Philosophia studia non minus interim ferventes præposita insuper contemptui magnificenter facultates suas potius elargiuntur, quam indigne consumant: ut eadem opera tūm alios iuuent, tum seipso: dum aliis quidem abundantiam rerum parat, sibi vero studiorū cōmoditatē. Pecuniarū enim ac possessionum curā tempus perdunt, cui parcere opere preclaram est. Quoniam iuxta Hippocratis dictum, vita breuis est, & ars longa. Id quod innuere mihi videtur & Homerus in Iliade per hos versus.

Myſij. vbi fortes celebresque habitant Equimulgi,

Lacinores comedunt, nec iustior altera gens est.

Eò quodd studium paranda rei aurariam, inuictitudinem, & inegalitatē parit: oppositum vero iustitiam matrem equalitatem, intra cujus terminos naturę opulentia cōsistit, alteram longè aequalitatem (quod ad felicitate viuendum spectat) in opinionibus vanis collocatam.

Postea quām igitur se se a facultatibus abstraherunt, nulla inescandi deinceps illecebra famam capessunt, ne oculo quidem post tergum reflexo, iussis valere statibus, liberis, parentibus,

tibus, vxoribus, cognatorum, amicorum & sodalium turbis cum patria ipsa in qua geniti educatique sunt: quia violentius nihil est ad trahendum, ac decipiendum, quam familiaris conuictudo. Non autem in aliam ciuitatem migrant, vt faciunt infelices & mali serui, qui se à possidentibus vendi postulantes, mutatis subinde dominis, libertatem sibi nunquam parant. Siquidem nulla non ciuitas quantumvis bene instituta, tumultibus atque obturbationibus plena est tam multis, vt ferre nequeat vir semel sapientia addicetus. Quamobrem suas illi habitationes procul à mœnibus deligunt, in hortis, vel in locis agrestioribus solitudinem festantes, non quod ferinam quandam vitam, vt hominum osores agere proponant: sed quia dissimilium morum conuersationes inutiles sibi & nocivas esse intelligunt. In multis itaque vniuersae terra partibus sparsum esse hoc religiosorum genus, cūm deceret turn Græciam, tum Barbaras quoque nationes perfecti boni consortes esse. Abundat nihilominus in Aegypto per loca singula quæ pascua vocantur, præcipue circa Alexandriam. Et ab optimis quibusque ex omni plaga coloniæ deduci solent: velut in patriam cultorum ad seculum quendam commodissimum super mariæ paludem situm in colle leni admodum atq; oportuno, tum propter habitationis securitatem, quam villa & pagi circumiacentes prebent: tum propter aëris temperiem, quam saluberrimam efficiunt auræ, partim tenues ex palude mare influente, partim crassiores ex pelago vicino assidue surgentes, ac simili permixtæ: Domus eō convenientiū stractra sanè quam leui ac vili constat pro gemina testi necessitate, vt nimis æstus & frigoris iniuriam propulsent. Eadem præterea domus nec propinquæ sunt inter se, vt urbanae solent, quoniam vicina contubernia studiosis solitudinis turbulentia & molestia sunt. Nec rursum tam procul distant à se inuinem, quod minus iucundissimo optat societas amplexu frui possint, & mutuam sibi opem ferre, si quis hostium contingenter incurvus. Habet vnuquisque sacrum ædiculam Semināiam, & monasteriū appellatam, in qua honeste sancteque vitæ mysteria peragunt: non cibum, non potum, aut aliud quicquam vñi corporis necessarium eō inferentes, sed leges tantum & oracula prophetarum, & hymnos, & alia huiuscmodi, per quæ doctrina simul & pietas augescunt ac perficiuntur. Memoriam Dei tam iugem tenent, vt per somnia quoque sola diuinarum virtutum imaginatio ipsis obducatur. Vnde & plerique inter dormientem velut per insomnium accepta enunciant præclarā dogmatā sacræ philosophiæ. Bis orare 3 Deum solent per dies singulos mane & vesperi. Nam in ortu solis faustum diem petunt, ac verè faustum, vt mentis scilicet impletant lumine cœlesti: in occasu vero vt sublata sensuum & sensuum rerum importunitate, anima intra concilij sui curiam recepta, veritatem recte inuestiget. Porro spaciū illud temporis, quod à manu ad vespere vñque intercedit, totum insumitur in piam exercitationem. Verlantes enim sacras literas more à patribus accepto philosophantur per allegorias, cum persuasiōnē habeant literas ipsius interpretationes signa esse rerum occultarum, quæ arcans quibusdam sensū declarantur. Neque defunt apud eos antiquorum virorum scripta, qui primi fuerunt huius instituti duces, & monumenta pleraque formam allegoriarum hoc genus exhibentia reliquerunt, quibus tanquam exemplaribus videntes posse climentem exequunt, nec intus abditi per speculam vilam foras prospiciunt. Septimo autem die velut in collegium congressi, ordine confident pro sua quisque aetate, cum habitu decenti, intra quem manus tenent, dexteram inter pectus & mentum positam, similitram reductam ad latus. Tunc prodicunt vñus in medium, qui cæteris senior, & dogmatum peritor habetur, mira vultus & vocis gravitate, cum magna item mentis solertia differat: haud sanè vt Rethores vel sophistæ nostraræ tempestatis, dicendi acrimoniam ostentant: sed exactam potius vim sententiarum persecutans atque enucleans, quæ non solum insidiat extremis auribus, verū etiam per auditum in animum penetret, ac tenaciter inhæreat. Reliqui omnes cum silentio auscultant, & dictorum commendationem, oculorum vel capitis nutibus dicenti solum significant. Porro commune illud monasterium, in quod septimo quoque die concurrent, duplice habet ambitum distinctum, vnum ad virorum, alterum ad mulierum proprios concessus. Nam docentem audiunt vñ etiam mulieres, ut pote eiusdem zeli atque infliti consortes. At paries utrumque dirimens habitaculum, tribus tantum vel quatuor cubiti supra pavimentū instar propugnaculi erectus est. Reliquū spatium ad teatū vñq; apertum relinquitur, duabus foris de causis, tum ut conuenient naturæ muliebri pudor cōseruetur: tum ut ex cogrua loci dispositione, facilè illę percipient vocē differentis, nulla media obstruktione prepedit. Temperantia primū nū in anima collocat velut fundatum, quo iacto

³ Ecce quā antis
quis in Ecclesia
oratiōnē vñsa.

⁴ Cantorum et
hymnorū usus etiā
principio nascē
tis Ecclesiæ sunt.

⁵ Vide *sanctorum antiquorum patrum reperiuntia*. Nec non *vitis tenuitatem, ac dulcissorum ciborum abstinentiam*.

* *Vides observationem diel domus nicae statim in initio Ecclie.*

⁶ Vide etiam usus simplicitatis & militatatem.

virtutes ceteras superextruunt. ⁵ Cibum vel potum ante Solis occubitum offerre nefas est: quia luce dignam existimant philosophicam suam exercitationem, caligine vero potius omniem corporis necessitatem, quapropter totum illi diem, hinc modicam duntaxat noctis portionem assignant. Nonnulli, quibus altius infixum est discendi desiderium, triduum transigunt, alimenti prorsus immemores. Alij etiam tanquam sapientia splendido & ampio doctrinæ conuiuio excepti, tantam sentiunt oblationem, tantisque delitis fruuntur, ut duplum sustineant ieiunij tempus, & vix semel intra sex dierum spatium necessarium sustent cibum, perinde ac si (quod de cicadis fertur) aere vesci affluerint, & cantus ipse (vt arbitror) facilem toleratu reddat iediam. Septimum ^{*} vero diem omnino sacram festum ac celebrem censentes, singulare hoc honore dignantur, vt in eo post curam animæ impensam, corpora tandem ut iumenta curent, remissa aliquantis per laborum continuitate. Nihil edunt magno sumptu vel studio paratum, sed frugalem panem, & obsonij loco sales: quos si qui sunt in vieti delicatores, vina cum hyssopo conditos sumunt. Aquam bibunt haustam ex fluenti. Eo pacto esuriem & siti, quas natura generi mortalium tanquam dominas imposuit, nihil blandientes, sed ea solum citra qua vita non subsistit, porridentes, demulcent. Idecirco tantummodo edunt ac bibunt, vt fame & siti sedent: satietatem ut insidiolum tam animi, quam corporis hostem aurescantur. Ad hæc cum duplex sit genus tegumenti, vesti scilicet & domus: diximus de domo, quod sit ornamenti expers, nulloque formè negocia ad solum vsum necessarium constructa. Vestis ⁶ similiter est simplicissima, que ab celo & frigore tutari illos posfit. Nimisrum hyeme pallium villosum & crassum. Estate tunica subtilis. Et (vt in similia dicam) student in omnibus à fastu esse immunes, ut qui probè sciant, superbie vitium à falso, humilitatis virtutem à vero sumere principium. Verum insuper & solum tanquam fontes esse. Ex hoc enim species malorum tot diversæ: ex illo bonorum humanorum diuinorumque omnium affluentie deriuuntur. Liber hic celebriores quoque eorundem congreßus, & morem conuersandi in conuiuia suis hilariorem recendere, atque opponere quæ alij agitare solent conuiua. Quippe qui postquam mero se ingurgitati, quali non vinum bibant, sed potius turbulentum & furiosum quiddam, aut aliud grauius naturalis rationis alienationem passi, vociferantur & rabiem ostendunt, ut sole immanes bestie: itecon cornibus insurgentes mutuis impetuunt se mortibus: & nares, auriculas, digitos, aliasque corporis partes mordicus praefectas deglutiunt, ita vt facere veruna videantur id quod de Cyclope & sociis Ulyssis fabulosum narratur à Poëta, illum membra hominum, vt panis frusta deuorasse. Atqui vel Cyclope isti sunt crudeliores, cum si suspitos sibi hostes vlcisci velleret; hi autem in socios & amicos sauviant, necrando in cognatos, violatis communis mensæ & familia: is conuiuus legibus atque induciis. Qua in re gymnicorum certaminum specimen peruersum præbent, quorum honestam exercitationem, veluti legitimum numisma præcedentes, non athletæ, sed athlîj rectius, id est, infelices, appellandi sunt. Nam quæ illi sobrij in stadiis, spectantibus Græcia populis & aduenis, interdu victoria gratia & coronarum quæ victoribus olympicis decoruntur, cum multa gerunt folertia: Isti adulterina imagine representant in conuiuio per tenebras nocturnas ebrij, bacchantes, sine arte, & præcecum ingenti dedecore, iniuria, & calamitate illorum qui talia sustinent. Quod si non aliquis velut certaminis præfectus, interuentu suo compescuerit, in maiorem rapti licentiam, ad interencionem vsque pugnat, cædentes simul & cadentes. Neque enim leviora auferunt quæm inferunt aut disponunt. In quod peccati periculique genus temere incurunt, quicunque hoc modo (vt ait Comicus) non in proximorum tantum, sed in siam quoque ipsorum perniciem vinum bibere non dubitant. Hic sit, ut qui paulò ante incolumes amicique inter se ad conuiuium accererunt, haud mulcè post inde mutili atque inimici discedant, & aliqui aduocatorum ac iudicium, alij chirurgorum medicorumq; ope indigeant. Cæterum ex compotoribus qui videntur moderatores, non aliter quam si mandragora interperata essent poti, obiecto sinistro cubito, ceruicem oblique inuersam fulciant, & in calcis crapulam eructantes ipsos, profundo somno ita comprimitur, vt nihil penitus vel animaduertat, vel audiant, qui vnicum habere sensum putandi sint maximè omnium servilem, nempe gustum. Noui etiam nonnullos, qui vino ad summum iam peccus imbuti, antequam penitus demersi sepultique sint, futuram postridie compotationem largitis symbolis praconcinnant, quasi præsentis latitiae partem esse ducant speratam denudè ebrietatem. Qui vivere pergunt in hunc modum, iij domum & familiam suam perdut: atque parentibus, viroribus, patriæ, sibiique ipsiis iunici existunt. Luxu enim diffusens & perdita vita vniuersis parat documentum. Sed laudabit fortasse quispiam, eam quæ nunc eminentior apparere conuiutorum rationem, desiderio adductus Italica illius magnificentiae ac mollicet, quam Græci Barbarique paſsim semblantes, magnos faciunt apparatus, ostentationis potius quam epulatio-

epulationis gratia. Ut puta triclinia & lectulos alios dispositos in orbem ex ebore, vel testudine, vel preciosiore quoque materia, constructos: additis plerumque gemmarum incrumentis. Strata item alia purpurea cum auro intexto, alia tincta succo floris, & ad vijs lenocinium, omni colorum genere variegata. Pocula ferme innumerâ iuxta singulas species in seriem expansa. Additæ cyathos, phialas, calices, & alia vasâ diuersi generis miro torni ac sculpturæ artificio ad industrias viris elaborata, vt que ab autore Thericlea dicuntur. Serui adiunt tum forma, tum cultu venustissimi, nec tam ad ministerium (vt coniiceret) quam ad oblationem intuentum producti. Pueri ex iis pincernarum munere funguntur: adulti satellitum, loti omnes atque expoliti. Facies etiam sculpturis & picturis quibusdam insiguita: habent, capillos concinnè implexos & constrictos: nam vel promissos ferunt, vel non tonitos omnino. Vel eos solum qui à fronte sunt, ita vt à suprema parte exequati omnes, figuram lineæ circularis abfolutam reddant. Tunicas induit arachneis telis tenuitate coherendas, & candidissimas. Zonisque succinctas, vt pars anterior infra genu, posterior pavulum infra poplices sit dimissa. V tramque rursum partem crispis complicationum rugis collectam constrictamque iuxta tunicularum connexionem ex transuerso finu suspenlam tenentes, & concavis laterum partibus latius distensis custodias præsident, obseruantque si quid imperetur. Alij adolescentes sunt prima barba lanagine efflorescentes, qui paulò ante ab impudicie hominibus in delitio habitu fuerant, & ad obsequia indigna nimis studio exercitati. Ex his opinio paratur opulentia, etiam in opibus, vt norunt, vtentes, cum reuera insignem boni honestique arguant incitiam. Accedunt obsoniorum cupedianarumque, & codimentorum miræ varietates, quibus præparandis cocci, aliique lautitiarum artices misere insidunt: nec solum (quod ex visu foret) gustu suavitate, sed visum etiam venustate delectandum curant. Septem eò vel plures importantur mensæ, omniibus referite epulis, quæ terra, mare, fluuij, & aer producent, nullum non electum, nullum non obedi in ex ariu alibus, piscibus & volvituribus estandis, nullum non, quod magis gulam conciliet, opere conditum, quasi hoc studij debeat, ne qua omnino escarum, laporumque species in rerum natura remaneat immunitis. Postremæ tandem mensæ adueniunt, cuncti fructuum genero onustæ, præter illas que inter ludos & post cenam sicut commestiones, vt quæ epidemphides appellantur. Aueretur autem vacue paroprides, adeo inexplicabiles sunt conuiuæ, se mergorum more ingurgitantes: vt qui carnium nonnullas ad intimâ vsque ossa vorant: alias detruncantes laniantesque relinquunt semeras. Vbi demum nausea cibi oborta est, vertribus ad fauces vsque oppletis, tanquam adhuc vacui ex gulæ desiderio, licet de esu iam desperent, ceruice nihilominus circumacta, copiam lauitiamque cerculorum oculis, nidorem vero naribus apprehensant. Postremè visu quoque & olfactu plenè satiatis, ceteros hortantur ad vesendum, tam conuiuij apparatus, quam exhibentia magnificentiam laudantes. Sed quosrum prolixa isthæ narratio? Ut nimisrum hominibus vitam agentibus honestiore, & quæ dicta sunt damnantibus, magis adhuc effingenter, si quid superest istiusmodi affectuum, quos minui quam fieri potest maxime operæ pretium est: cum procluere sit nonnullis optare res neutiquam sane optabiles, famem & siti cum luxu cibi ac potus in conuiuis illis visitato. Porro ex præficiis Græciæ cœuiuis, duo potissimum celebria & insignia membrantur, quibus & Socrates ipse interfuit. Vnum Galliæ, quando coronato Autolyco propter victoram & epinicia factum est epulum solenne. Alterum fuit Agarthonis. Quæ quidem duo memoriarum prodenda censuerunt, viri tum moribus, tum doctrina vere philosophi Xenophon & Plato, vel ea de causa, quod posteros crederent exemplum inde accepturos esse studiosæ conuersationis in conuiuio præstandæ. Verum si ea quoque cum his, quæ nostræ istis vitæ contemplatiæ amatorkibus propria sunt, contulerimus, pro riu erunt. Vtrunque igitur voluptarium est: humanius tamen quod scribit Xenophon, vbi adiunt feminæ tibicines, saltatores, histriones, mirifici, veluti præstigiatores, & scurriles poetæ, fallâ gratiofaque dictione magnè sibi gloriæ ducentes: & alia quedam ad hilariorem animi remissionem spectantia. Platonicum vero fermè torum de amore est, nec eo solum, quo viri feminæque infanunt inter se, quod genus concupiscentie nature legibus inseruit: sed quo etiam masculi in malevolos sola ætate differentes fecerunt. Si quid autem in illo de amore & Venere coeleste occurrit dictum, id solum ad honestæ cuiusdam ciuitatis prætextum additum fuit. Nam maximam sermonis partem sibi vindicat amor ille communis & tritus, qui virilis fortitudinis virtutem humanæ vitæ & bello & pace imprimis condicibilem de medio tollens, mulierem ingent imbecillitatem, & effeminatos reddit viros ipsos, quos omnibus ad robur conferentibus exercitiis conficiunt oportet. Pueritiam etiam corrumpt, quam in amasiæ conditionem subinduit: cuius iridem amatores afficit grauissimis dannis corporum, animalium atque facultatum. Necesse est enim impuri hominis istiusmodi mentem

7 Quod hic dicit Philo de preparacione & hebetus. Nam in primis Ecclesie in Quadragestam etiam post resurrectionem Domini, ut habeat ex Beda & aliis patribus, ac concordia Ecclesie sua. Et quadraginta ipsa contabat ex I. diebus, hoc est, 7 hebedi madibus, vi potestate a dominica in quinquagesima, non autem a feria iiii cineris in iustum habebat, ut potest ex decreto Telephori, & ut etiam hodie seruant oib[us] religiosi. Festum eius dñe refutacionis, festum est maximus, & prius cipiens dicitur generationis & spiritus equalis. Nam de structa morte, visita eo die nobis reparata est, & ideo etiam in eis istis vestibus induit, & vestibus inde baritur. Quod id est, bic appellatur Pteccos, quia si in cipius numerare quadragestam a Dominica quinque, & septem erunt penteclodes, & dies Pascha quinquagesima. Ex quo habet sanctam quadragestem etiam in primis Ecclesie, suffit in maxima obseruancia. Vide virginitas tem tam inde a principio nascens Ecclesie seruari solitam, non ergo est res impossibilis, ut quidam modicopie dogmatizant.

8 O heretice, qui tantogere Christum

mentem quidem ad nequitias tales penitus intensam, in iis solum perspicacem esse, & ad reliqua omnia seu priuata, seu communia negotia cœcutire, ut potest a concupiscentia obsecrant. Corpus vero curis laboribusque nimis, si præsternit vota non succedant, tanquam liquefactum contabescere. Ipsas etiam facultates duplices ex causa immixti, ob incuria leviliter, & impensam. Aliud præterea inde nascitur matus & publicum malum, quod vibium soliditudinem, & optimi omnium generis humani sterilitatem moluntur; & sicut imperiti agricultores pro glebo campo seminant arenosaf vel saxosas terras, aut aspera queuis loca, quae non solum nihil germinare valent, sed etiam sementem perdunt. Sileo interim fabularum signifientia, & homines illos bicorpores, qui primitus per amoris mutui efficaciam concreti, postea denuo dissolute compage illa in pristinas partes seiuuntur sunt. Persuaderi haec multis non agere possunt, & ex ipsa commenti nouitate inservare aureis. Sed ut vanissima faciliter reiciuntur qui Moylen norunt, & ab inuenta ætate veritatis amore sunt imbuti: vnde ab omni fallacia immunes perpetuo existunt. Cum ergo famosa illa coniuvia inepti scatent eiusmodi, ut sibi redigitionem in seipso habeant: Si quis ad opinionem vulgi & famam de illis cum falso honestatis prætextu traditam respicere non velit, opponat nunc altera ex parte coniuvia horum Philosophorum, qui iuxta Moysis prophete sacras enarrationes speculandis naturæ rebus vitam, sequi ipsos profus didicarunt. Hi primum 7 per 7, hebdomadas congregari solent non simplicem solum & vnicam venerantes, sed & secuplere in hebdomadam ut virtute plenam; castam enim ac perpetuam virginem esse intelligent. Est autem haec prævia quædam disputatio ad maximū illud festū Pentecostes, cui numerus cessit quinque. genarius omnium sanctissimus & nature intimus, ex trianguli virtute rectum angulum habent, quod est principium generationis, & constitutio vniuersorum. Vbi coniuvant albis vestibus induti cum alacritate mira & suprema quadra gruitate, signo per vnum ex eis, quos ab officiis viciliitudine Ephemerentes vocant, dato, priusquam dilicubant, ordinatè decoroque stantes, facies suas pariter & extensas manus ad celum sustollunt: illas quidem ut edoctas quæ sunt spectatu digna intueri: has vero ut puras quæstus, nullaque parandæ rei anfa contaminaetas. Dehinc precantur Deum, ut proprius adsit, & iuxta mentem felix contingat is contutus. Post precationem discubunt præsbyteri, id est, seniores, iuxta diuinorum ordinem iudiciorum. Non enim seniores censem grandis natu ac senio confectos, vt nec rursum iuvenes admodum seu pueros, si tardius illi hoc institutum amplexi sunt: sed eos demum, qui iam inde a pueritia initiati, pubertatis annos, atque adeo ipsum ætatis florem contemplationi, quæ philosophie pars est pulcherrima & diuinissima, impenderunt. Epulantur vna etiam mulieres, virgines grandeæ ut plurimum, qua castitatem ipsam non necessitate villa (ut plexæ apud Greciam facerdotes) potius quam sponte & ac deliberato animo conseruant, sed pia zelo studioque sapientie, cui ut suauius coniuvant, omnem corporalium voluptrum curam prorsus abiecerunt: neque mortalium fæcum, sed immortalium sobolem affectant, hac autem parere solum potest anima Dei amica, seminata in ea summo patre radios intellectuales, quibus deinceps sapientiae dogmata spectulari posse. Distributus est autem mensa accusitum virus ad dexteram, ad sinistram mulieribus seorsum. Hic sanè existimat qui lectulos & si non sumpuuos, molliculos tamen ingenuis, ciuilibus & Philosophia studiosis viris concinnatos esse. At qui thori sunt duntaxat materie cuiusdam levissime, puta herbacei & ex papyro, quam regio product, humi strata, paululum assurgunt fulera quædam sanè quam via ad cubitos vñque, ut inniti queant. Nam de Laconica illa nimia austerioritate non nihil remittunt, omni vero & tempore & loco, 9 libertatem seruare student, eoque seruant facilius, quoniam voluntatis phila totis viribus auferuntur. Mancipijs ad ministeria non ventur, cum seruorum poffessionem ducant a natura esse alienam: haec enim omnes ex æquo procreat liberos: sed iniustitia & cupiditas hominum quorundam, inæqualitatibus omnis mali radice affectantur, robur ab infirmioribus vi sublatum, potentioribus adiecerunt. In hoc itaque sacro coniuvio seruus est, ut dixi, nullus: sed liberi vicem ministrandi supplent, quoties opus est, neque id faciunt iniuti, vel mandatum vñrum expectantes, verum vñro cum multo studio & alacritate iusta præuententes. Siquidem non liberi quicunque ad munia isthac ordinantur, at iuuenes duntaxat: iuue optimi ex foditalio accuratisime discusi ac electi, quales esse potest, ciuiiles, ingenuosque ac supremum virtutis ascendent. Quamobrem velut filii genuini libenter & cupide patribus matribusque parent. Imò quos habent cum plurimis communis, eos sibi magis proprios parentes censem, quam ipsosmet à natura datos: nec id sanè iniuria, nam homini bene sapienti nihil æquum proprium intimumque esse debet, ut ratio boni & honesti, que καλοκαισιδia dicta est. Ad ministrandum porrò illi solitus cingulis ac vestibus demissis, ne quam in coniuvio pre se ferant seruulis habitus imaginem. Non me latet, aliquos hoc auditio risuros esse, at ridebunt soli, qui sonda committunt.

Nihil propinatur vini per illos dies, sed aqua 10 limpidissima, & frigida quidem pluribus, planam libertatem extollit, notable modum quo eam effugit fofis, nra pessi voluntaris illo leebras, totis via ribus aures abeas. Non ergo est Christiana libertas carnis, sed sp̄ ritus.

10 Ecce quod in principio Ecclesiæ potus sanguinorum, et aqua vel frigida vel calida, vñnum autem nequaquam.

11 Ecce iterum vñctus tenuitas es pacitatem.

12 Quomodo autem quis canit Ecclesiasticos hymnorum in choro decantationem reprehendere, eis eorum usus sit tamen vetustus?

13 Habet quod orare ante et post cibis Christianus mos est.

14 Ecce vigilias et pernoctationes: ecce cantum, et modum in cibis mani erandi.

per quam iter pedestre fecit populus usque ad oppositum latus continentis: inde ad aeditiora loca transmittendus. Hostes vero qui subsequebantur, vnde hinc inde in alueum, qui modo soli specimen & usum praebebat, denuo refusis, occurrentes demersi absumptique sunt. Hoc Dei opere confecto, & beneficio accepto, quod sermonem, cogitationem, spemque omnem vinceret, permoti simuli viri ac feminæ, numineque afflati, & in unum collecti chorus pro gratiarum actione Hymnos seruabant. Moyse quidem propheta inter viros, Maria vero prophetide inter mulieres chori praefidem agente. Illius itaque chori simulacrum referat hic cultorum & cultricium chorus, in quo editis redditisque vicissim vocibus & cantibus, sonus virorum grauior, & acutior mulierum conterperati, suauem efficiunt, ac vere mulicam symphoniam. Pulcherrime ibi sententiae, venustissimæ dictiones, & personæ chori honestissimæ. Horum porro omnium vnius est finis, pius Dei cultus. Eo igitur tam honesto temulentæ genere ad diluculum usque inebrati, non oculis summo conuentibus sed magis etiam quanu in conuiuji accessu experrecti illi, vultuque & toto corpore recti ad auroram stantes, simulatque orientem solem confixerint, extensis in celo manibus felicem sibi diem precantr, lucernæque veritatis, & usum mentis perpicacem. Finitis precationibus, redeunt in sua singula domicilia, que fermea dicuntur, ad parandam atq; extollendam grauitate vel solent, philosophiam. Et haec tenus quidem nobis dictum sit de preclaris illis Dei cultoribus, qui naturæ rerumque omnium speculationem amplexati, folius animæ vitam uiuunt, ceci ac mundi vniuersi ciues: & omnium Patri opificie Deo peculiariter grati, coniuncti sunt ob virtutem, quæ amicitiam ipsi conciliauit, quod munus est homini maxime proprium, addita benè honesteque uiuendi ratione, quæ colosseas dicitur, fortunis omnibus lögè potiore: quippe quæ ad summum ducit fastigium felicitatis.

Habetur in eius
martyrologio, sub
7. Calend. Maii.

VITA SANCTI MARCI EVANGELISTÆ, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

Alexandriæ natale sancti Marci Euangelistæ. Hic discipulus & interpres Apostoli Petri, Arogatus Romæ à fratribus scriptis Euangeliū. Quod quanto tardius ceteris inchoauit, tanto in longiora scribendo tempora porrexit. Ab initio namque Euangeliæ prædicationis que per Ioannem facta fuit, cœpit, & ad illud usque tempus narrando peruenit, quo Apostoli idem Euangeliū verbum totum prædicando diffeminaueré per orbē. Quod cum Petrus audierit, probauit, & Ecclesiis legendum sua autoritate edidit. Quo assumptu idem Marcus pererit Aegyptum, & primus Alexandriæ Christum annuncians, constituit Ecclesiam tanta doctrina & vita continetia, ut omnes secutores Christi ad exemplum sui cogeret. Meminie huius Marci & Petrus in prima epistola, sub nomine Babylonis figuraliter Româ significans. Salutat, inquit, vos quæ est in Babylone collecta Ecclesia, & Marcus filius meus. Qui constitutis & confirmatis Ecclesiis per Lybiā, Marmaricam, Ammoniacam, Pentapolim, Alexandriam, locaque qua Bucolicae dicebantur, vicina Alexandriae, circa mare Aegyptum, plena ferocior barbarorum, atque Aegyptum vniuersam, ad ultimum tentus est a paganis, qui remanserunt Alexandriae. Qui videntes eum die sancto Paschæ missam facientem, miserunt funem in collo eius, & trahebant eum ad loca Bucolicae, quæ erant iuxta mare sub rupibus, ubi erat Ecclesia construta. Et desfluebant carnes eius in terram, ac faxa inficiebant sanguine. Vespere autem misserunt eum in carcere, ubi circa medium nocte, primò Angelica visitatione confortatus est, deinde ipso Domino fibi apparente, ad celestia regna vocatus est. At mane dum traheretur ad loca Bucolicae, gratias agens & dicens, Domine, in manus tuas commendō spiritum meum, defunctus est, & à viris religiosis sepultus in loco lapidis excisi cum gloria. Ordinauerat autem pro se Episcopum Alexandriae Anianum. Mortuus est autem octauo Neronis anno. Aliis quoque ecclesiis longe lateque Episcopos, Presbyteros, & Diaconos dederat.

SANCTI MARCI APOSTOLI ET

Evangeliæ martyrium.

Apud Simeonem Metaphrasten.

XXV.
Aprilis,



EMPORE illo cum Apostoli per omnem orbem terrarum dispersi, diuinu voluntate factum est, vt vir sanctissimus Marcus Aegypti regionem adiret. Euangelistam hunc esse sancti Apostolicæ Ecclesiæ Canones constituerunt, eo quod primus ipse in tota Aegypti regione, Lybia, Marmarica, Ammanica, & Pentapoli, Christi Euangeliū quod scriperat, & eius ad nos

nos adiumentum prædicauit. Erat enim tota illa regio hominibus reserta, qui cum essent corde incircuiclo & durissimo, idolis seruiebant, pleni omni impuritate, & impurorum spirituum cultores. Per omnes enim vrbes ac prouincias, templa & lucos constituebant. Syderum etiam euanta, & magicæ artes, omnisque dæmonum facultas apud eos exercebatur, quam Dominus Iesus, cum in eam regionem iuisset, dissoluendam atque euertendam præmonstrauit. Cum igitur diuinus Euangelista Marcus in Cyrenem vrbe Pentapolis venisset, & celeste Christi regnum prædictasset, & apud eos miracula ingentia fecisset: (agrotos enim curauit, leprosos mundos reddidit, ac diuinæ gratiæ verbo impuros & ferocios spiritus eicit) multæ per eum crediderunt in Dominum Iesum Christum, & fecerunt, vt eorum simulachra in terram deicerentur: qui & baptismate illuminati sunt in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Illic igitur per sanctum spiritum ei reuelatum fuit, vt ad Pharetrum Alexandriam abiret, & bonam Dei sementem illic spargeret. Itaque beatus Euangelista Marcus ad stadium, tanquam generosus, & fortis Athleta, prompto animo gradiebatur. Cumque fratres ipsos salutasset: Dominus, inquit, meus mihi dixit, vt ad vrbe Alexandriam proficisci. Fratres autem eo usque illum deduxerunt, quoad in nauigium ingressus est. Cumque panis buccellam degustasset, bene illi precantes, eumque deducentes, sic dicebat: Dominus Iesus Christus propterum faciat iter tuum. Beatus vero Marcus postridie Alexandriam venit. Cumque descendisset ē nau, adiit locum quendam, qui vocabatur Mendion. Cum autem eius vrbis portam ingressus esset, statim ipsius calceamentum dissolutum fuit. Quod beatus Apostolus intelligens: Verè, inquit, via hæc expedita & facilis est. Visoq; veterum calceamentorum sutor, calceamentum ei tradidit. Ille vero calceamentorum sutor subula sinistram manum suam percutiit, & continuo clamauit: Vnus Deus est. Id cum beatus Marcus audiuisset, secum cogitans, ac ridens dixit: Prosperum fecit Dominus iter meum. Cumque in humum despüssisset, ex ipso sputo lutum confecit, & eius viri manum illinens: In nomine, inquit, Iesu Christi uiuentis in fœcula, esto sanus: ac statim eius viri manus sanata est. Sutor autem ille, cum Apostoli Marci potentiam, & orationis efficacitatem, habitumque virtutis exercitationem convenientem animaduertisset: Precor, inquit, te homo Dei, vt venias hodie, & diuertas ad domum serui tui, vt simul pane vescamur, quoniam misericordia hodie meprofectorum fuisti. Beatus Apostolus Marcus ea re valde letatus: Dominus, inquit, dabit tibi panem vitæ coelestis. Homo igitur ille valde hilaris, coegerit Apostolum domum suam diuertere. Quam cum beatus Marcus introiuisset: Benedicatio, inquit, Domini hic sit. Precepit Deum fratres. Ac simul precati sunt: & post preces accubuerunt. Ut vero benignè se vicissim accepissent, dixit homo ille: Pater obsecro te, quis es? Et vnde nam oratio ista tam potens in te profecta est? Cui sanctus Marcus dixit: Ego seruus sum Domini Iesu Christi filii Dei. Vellem, inquit ille, Deum videre. Tum sanctus Marcus: Illum ipsum tibi ostendam. Cœpitque sanctus Apostolus exponere initium illius Euangeliū, Liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham: eique ostendere, quæ Prophætæ ipsi de Christo predixerint. Vir autem ille: Ista, inquit, Domine scripturas, quas tu dicas, nunquā ego audiui, sed Iliadem, & Odyseam, & quæcunq; Aegyptiorum filij doceri solent. Tunc cœpit sanctus Euangelista Marcus Christum nunciare, atq; ostendere huius mundi sapientiam, stultitiam esse apud Deum. Credidit homo ille Deo, propter ea quæ à Marco dicta sunt, & propter signa, & prodigia per eum facta, ipseque & tota eius domus, & magna eius regionis multitudo ab Euangelista ipso illuminata est. Erat autem hominis illius nomen, Anianus. Cum vero creuerit numerus eorum qui in Domino crediderunt, audierunt ciuitatis illius optimates, Galileum quendam illuc venisse, qui deorum sacrificia euerteret, & ipsorum cultum impeditaret. Quam obrem eum interficere studebant, atque infidias multas ei faciebant. Quas cum sanctus Marcus cognovisset, ordinavit Episcopum Anianum, & tres presbyteros, Malchum, Sabinum, & Gerdonem, ad septem Diaconos, & alios vndeclin, qui ecclesiasticum ministerium obirent. Quo facto, a fugiens rursus in Pentapolim venit. Ibi cum annos duos transeisset, & fratres qui illic erant confirmasset, Episcoposque & clericos per regionem illam ordinasset, rursum venit Alexandriam, & eius loci fratres multo numero, & gratia Dei auctos inuenit, qui & Ecclesiam sibi ipsis ædificauerant in iis locis, que Bubulci nomen habent, maritimaque sunt, infra precipitia quedam posita. Quare iustus ille vir multum gaudens est: cumq; genua in terram posuisset, diuinæ gloriæ celebrauit. Cum vero multū temporis transiisset, & Christiani aucti essent, Idola ipsa irridebant, & Grecos qui ea colerent, sublannabat. At Greci, posteaquam audierunt sanctum Euangelistam Marcum illuc venisse, ardore quedam atq; inuidia repletæ sunt, eò quod audirent admirabilia quedam per eum fieri. Agrotos enim sanabat, leprosos mundabat, surdis auditum ita restituobat, vt Euagelij prædicatione ab eo percipere possent: multis deniq; cœcis usum praestabat. Quæ obirent

obrē illum insectabantur. Quem cūm non inuenirent, stridebant dentibus suis, & in sacrificiis, & Idolorum suorum debaccharationibus, aduersus sanctissimum virum vociferas, dicebant: Multe sunt huius magi & benefici violentie. Factū autem fuit, vt beatus, & festus dies noster, hoc est, sanctū Pascha die Dominicō celebraretur, octauo Calendas Maij, hoc est, vigesimo quarto die mensis Aprilis, qui ab Aegyptis Pharmutius vocatur. Illo autē tempore & Serapidis illorum Dei debacchatio celebrabatur. Cūm igitur eam temporis oportunitatem nācti essent, homines quosdam subornatos miserunt, qui Apostolum sanctas 2 diuinę oblationis preces, & ministerium faciente inuenierunt. Qy cūm cōprehendissent hinc in eius collum iniecto trahebant, ita dicentes: Trahitim bubulci stabulum.

² Beatus & festus dies sancti Pasche die Dominicō cōsiderabatur.
² Vido ex hoc loco sanctos Apostolos Domini nostros eccl̄ias eccl̄ias, atq; iūb̄ huicmodi non esse, ut utrius inueniunt, ut adfrui hereticī.
At sanctus Marcus cūm traheretur, Saluatori Christo gratias agens: Gratias, inquit, ago tibi Domine Iesu Christe, quod dignus habitus sum, qui pro nomine tuo haec paterer. Lius autē carnes decidebant, & sanguine ipso lapides inquinabatur. Erat eius diei vespera, cūm in carcere cū coniecerunt, donec inter se decernerent, quāli morte ipsum de medio tollerent. Media verò nocte, ianuis clausis, & custodibus ante ianuā excubantibus, ecce terrē motus magnus factus est. Angelus autē Dñi cūm descendisset de celo, tetigit ipsum, dicens: Serue Dei Marce, summe omnium illorum sanctorum, qui sunt in Aegypti regione, en scriptū est nōmē tuū in libro vita cœlestis, & connumeratis es cū sanctis Apostolis, & memoria tua nō deletabitur in aeternū. Eiusdē chori cōsōne eris, cuius cœlestes & supernæ potētiae cōfortes sunt. Archangeli spiritū tuū in cœlos suscipient, & reliquie tue in terris nō peribunt. Hanc visionē

³ Orat Sanctus, cūm beatus Marcus vidiisset, manus suas in cœli 3 extēdit, ac dixit: Gratias ago tibi, Dñe mi Iesu Christe, quod non dereliquisti me, sed cū sanctis tuis me connumerasti. Precor te, Dñe Iesu Christe, ut accipias in pace animā meā, neq; me reprobēs, aut excludas à gratia tua. Cumq; haec ille dixisset, Dñs Iesu Christus ad eū venit figura illa quam habebat, quo tempore versabatur cum Discipulis suis, & quā forma erat, antequam crucē passus, & sepultus fuisset. Qui & dixit ei: Pax tibi Marce Euangelista meus. Beatus verò Marcus dixit: Pax tibi Dñe Iesu Christe. Cūm verò dies illuxisset, venit illuc ciuitatis multitudine, que cūm illum eduxisset ē carcere, rufus in eius collum funē iniecerunt, cumq; pertrahentes, dicebant: Trahitim bubulci stabulum. At beatus Marcus cōmaiores gratias omnipotenti Dño Iesu Christo agebat, dicens: In manus tuas Domine commendo spiritum meum. Cumq; hoc dixisset, tradidit Deo spiritum. Impiorum verò Gr̄ecorum multitudo, cūm ignem eo in loco, qui Angelorū nomine appellatur, accendisset, illius viri iusti reliquias cōburebat. Tunc Dñs & Salvatoris nostri Iesu Christi providentia factū est, vt tu bo quidam erumperet, & tēpēstas magna fieret, & sol ipse radios suos contraheret, tonitruaq; & eorum sonitus multis audiatur, plurima quoq; pluvia cū grandine contumilla vīque ad vesperam duraret, ita vt cōficia multa corrūderent, & homines nō pauci mortui caderent. Eius igitur rei timore percusi reliquias sancti Marci dereliquerunt, ac fugerunt. Alij verò irridentes dicebant: beatissimi illorum Serapidis prouidentia haec ē in illo viro sufficiēt propter natalē ipsius dī. Tunc veneruerūt homines religiosi, & vī iusti reliquias à cīne reseruerunt, atq; in cūlōcum tulērunt, vībī preces & psalmos suos canebant: eiusq; funus curarūn, vt ciuitatis mos erat. Reliquias autē depoferunt in loco illustri ē lapidibus exciso, ipsius memoriam sobri & piē cū precibus celebrantes, quō nihil preciosius Alexandria ciuitas posseidebat. Illas autē reliquias Orientem versus collocarunt. Beatus igitur Marcus Euangelista, primus Christi martyris in Aegypti Alexandria, mense, qui apud Aegyptios Pharmutius, & apud Hebreos Nisan dicitur, ē primo Calendas Maij, vt Romanī numerant, hoc est, Aprilis vigesimoquinto obiit, Imperatore Claudio Nerone Cæsare, nobis aut̄ Christianis imperante Domino nostro Iesu Christo: Cui gloria est & imperium cum Patre, & Spiritu sancto, in secula seculorum. A M E N.

PROCOPII DIACONI, ET CHAR-

tophylacis laudatio in sanctum Apostolum, & Euangelistam Marcum.

Apud Simeonem Metaphraſen.

Rursus Apostolica panegyris, ac celebrites effulget. Rursus ego, vna cum iis qui eiusdem chori participes sunt, exulto. Rursus eius qui Christi discipulus fuit, memoria, instar facis cuiusdam, lumen nobis præsert. Et ego lingua ipsam ad hymnorū choreas celebrandas consero. Quae quidem lingua obscura quedā pronunciat: nullius enim vibratilis orationis participes est, neque pulchra & eleganti concinnitate verborum probatur: quamvis neque si his rebus bene munita esset, ad beati Marci laudes explicandas satis esse posset. Ea tamen nunc præclaris Euangelistæ factis exultat, & earum rerū, quas ille bene gesit, facultatē quām maximē potest admiratur.

Marcus

Marcus Petri filius, & eius qui claves celorum accepit, socius, mysteriorum nuncius, & arcanaorum præco, qui Aegyptum illustravit, & in illius regionis sacro throno primus sededit.

(Neque enim hoc ad laudationis & gloriæ materiam parum est, cūm difficilius sit tellurem spinoliorem factam, quām illam, quæ purgata est, labōris studio excolere) hic, inquam, nos hodie in coniunctione accipit, hic sua egregia & præclara facta, tanquam obsonia quedā, ponit. Simul enim cum Vere ipso suauissimo, & omnium iucundissimo anni tempore huius viri sancti dies & festus exorsus est, & initia splendidiſimi solis humanas animas illustravit. Namque vt nunc terra ipsa floribus ornata est, ita & præsens dies præclaris Euangelistæ Marci factis decoratus, omnes ad se congregavit. Fidelium hominum cetera, tanquā ex conventione quadam, eodem in loco versantes, Apostolum ipsum beatum prædicant.

⁴ Dies festus S: Marti.

Gentium cœtus atque conuentus mysteriorum autorem celebrant, & magnificē, vt Christi scribam, extollunt, eiusque diuini aduentus testem honorant. Vel dicam potius: Mundus ipse tanta huius viri recte facta, vt diuina suscipit, & magno cum applausu veneratur. Cūcti enī eius doctrinam adiutricem senserunt. Sed neque oratio, neque lingua hūc pro dignitate laudare potest. Quid enim primum, aut quid postrem laudauerit? Nam & appellations earū rerum quaē in illo effulserunt, multiplices sunt, & certamina ipsa horribilia. Hic enim & eis contemplatus est, quem humani oculi videre non potuerunt, in nostro hoc corporeo tegumento apparentem. Hic & terram quæ ipsum produxit dereliquit, diuinaque voce invitatus, propinquorum hominum amoris illecebras propulsavit: proq; nihil fecit generis honores, ac splendorem. Fluxæ & caducæ mundi facultates somnum quoddam illi visæ sunt. Itaq; Deum ipsum rerum omnium Dominū tantum dilexit, vnamq; & solam felicitatem ea esse arbitratus est, quē Deus promisit. Idem & in discipulorum societatem aggregatus fuit. Nam in septuaginta duorum Apostolorum cœtu connumeratus est, tanquam splendidum quoddam lumen inter stellas apparenſ, ab illo qui eum vocauit, delectus, cui nihil ex iis, quæ in inferiore hac mundi scena, & voluptere habentur, conferri potest. Verē Petri filius fuit Marcus, ita illi mente & animo fuit similis. Natura enim ipsa, quæ propria sunt aliqui generi, ea sic distribuit: vt & his qui sunt cūlōdem generis, communia sint: & egregias vniūcūiūque virtutes omnibus communes prōponit. Hoc ex eo declaratur, quod Marcus Deo ipsi obedivit, & eum à quo formatus est, sequi studuit, ceteraque bona his similia, diligentia & virtutis studia assecutus fuit. Vt enim est apud Prophetam Amos, ex persona diutis, ac principalis Spiritus prænuntiantem: Ecce ego firmans tonitru, & creans spiritum, & nūcians in homines Christum ipsum: ab extremis terræ partibus vīque ad extrems mundi partes perexit, vt rerum omnium opificis Dei Euangelium prædicaret, variaque recte factorum femina spargebat. Nam orbem terrarum illustravit, erroris impietatem extinxit, & eos qui idolorum victimis atque cruoribus contaminati erant, abstulit atq; purgavit. Deoq; ipsi per baptismū purgatos (ne multa dicens longior sum) obtulit. Pro scuto enim & hasta, ingua habebat, quæ prædicationem omnibus firmissimam annunciat, turbasq; multas ad veram vitam traducebat. Vnde enim scaturiebat miraculorum redundantia, illinc & turbæ ipse ad diuinam cognitionem percipiendam deriuabantur. Qui pedibus anteū multilatus erat, integrē postea factus, magister iis proponebat, qui ad currendum veloces erant. Qui oculorum lumine antea carebat, pupillarum deinde aciem habens acutissimam, alios ad cognitionis lucem, tanquam manu protensa, deducebat. Tactus iis qui eo carebant, restitutus: illos, qui ad confusa libamina multo furore atque cupiditate ferebantur, ad veram religionis formam dirigebat. Itaque sacrificiorum, quæ idolis offerebantur, ignis in caliginem conuersus est, & erroris autores demones tanquam in cinerem redacti erant, vēraq; & diuina pietas efforescebat. Ita erant splendida tua, diuine Marce, facta: ita illustria & admirabilia victoriarum trophya. His enim captiuos duxisti aduerfantis exercitus Imperatores tu idiota ille, & olim rūdis. His Gentium errorem expugnasti tu inermis, & vīcā vēste. His armis vna cum Petro ipso tu Petri filius stalorum gentem subiecisti, ab Oriente sole motus & ad Occidente aduolans, prædicationisque orationem latè fundens, qua parte & sol ipse radios suos in extrems mundi fines spargit, non sophistica argumentorum vi & ratione, non compitis & concinnis argumētationibus, sed simplici oratione, & veritate sola vīs, quæ omnium victoriam inexpugnablem reportat. Quod enim omnis oratio expugnari facile possit, nisi ea quæ vera sunt, colat & prædicet, ex hoc ipso cognoscere poteris. Pythagoras ille cūm falsas opiniones fortiter defendet, & multas fabulas disputaret, Italos persuadere non potuit, vt illas crederent: illud idem & Dēmōcritus cūm ageret, Aberitarum suis dictis aſcultantem habuit neminem. Orpheus etiam ille, qui sermone feras ipsas mulcere dicebatur, ciuibus suis Thracibus non persuasit. Atqui omnes isti multa orationis copia redundabant, & inani quādā sapientia elati, nimū ſibi placebāt, in qua & oēs peierūt, & ex alto ac sempiterno ſilēto obruti sunt. Talis

MM ii enim

enim est falsa & imbecilla gloria. Marcus verò ea proponens quæ absunt ab omni iactatione, & à spiritu sancto edocentur, illos etiam ipso, quos aduersarios habeat, ad tibi obedendum faciles reddidit: luperno enim & coelsti auxilio corroborabatur, puraque & sincera, fidis quam prædicabat portis inferorum robustior erat. Ille igitur vir celeberrimus, ac semper laudandus, ut veritatis præaco, ad hanc vñq; diem à cunctis celebratur. Ut enim decebat diuinam erga nos prouidentiam, ac dispensationem ad salutarem finem perduci: ita & huius beati viri memoriam in vita ipsa cum laudibus immortalem perpetuo seruari conuenies est. Per ipsum enim rebus creatis Deus prædicatus est. Per ipsum iis qui aberrauerant, conuersio ipsi conciliata est. Per eundem prouulsum fuit, quomodo homines ipsi ad formatorē suū Deum ducerentur. Postea verò quām misericordia Dei misericordem aduentum prædicavit, & lingua de diuinis rebus disserente, plurimos cumq; his & Italos ad veritatis cognitionem attraxit, his ipsis, tanquam sapiens architectus, & Euangelij librum construxit, in quo nouas illas leges inculpsit, quas Hieremias propheta prædictio ante ea innuit, hęc dicens: Perfici in domum Israhel, & in domum Iudea testamentum novū, das leges meas in cordibus ipsis. Hoc, inquam, Marcus fecit, vt nō prædicatione solū, sed Euangelica etiam scriptura, his qui postea futuri erant, Verbi Dei hominis facti conditionem enuclearet, eiusq; diuina signa ac miracula ante oculos nostros poneret, quæq; pro nobis passus est, ac quemadmodum è monumento resurrexit, & ad celos, unde descendenter, elatus est, cunctis seculis ostenderet. Magnum certè hoc, Marce, tuum fuit, & planè diuinum opus. Munda enim vniuerso utilitas attulit, & idcirco vbiq; decantatur: Nam vox tua supra tonitru sionitum fuit, & Euangelij cui lumen supra solis radios effulgit. Illi enim nube teguntur, vel nebula aliquia opposita adumbrantur: at Euangelij cui lumen ac splendor, cui etiam animi formosam speciem detegit. Neque enim hoc aggredi potuisse, nisi interior mentis tue virtus effulisset, quæ semper fulger, & iis quos prop̄ se habet, inlata facis lumen præfert: eos verò qui longè sunt, ad se reuocat. Quæ cùm pulchritudine non queſta, sed naturali & vera decoretur, cōpendiofa; & breui sapientia illustretur, admirabilia Dei facta in omni aures infundit. Ita factū est, vt Christi fides effloresceret. Ita ipsa vicit veritas. Ita Trinitas in vna natura adoratur & natiuitat. Ita ab omni homine Pater sine principio, & Filiu ipse quoq; sine principio cū eiusdem substatie, & vi- tā dante Spiritu diuinis sermonibus explicatur, atq; colitur in tribus videlicet personis vnu Deus, singularis illa & diuinā natura, vna illa rerū oīm effectrix potētia, quæ mēte non cōprehenditur: error verò ipse amotus expulsius; est: deorū multitudine, inanis & vanā cultura esse deprehensa est: quiq; vniuersas res creatas, vt est in fabulis (d' amētia) in tres partes, nō suas, sibi diuiserunt, illi ipsi, vt in psalmo est, cū sonitu perierunt, & hominū eueriores daemones nūc eueri sunt: non enim Deū hominū factū videtur potuerunt. Quamobrē cū se ab humano corpore debellatos, nō à diuinitate aperta superatos vidissent, erubuerunt. Nō enim se vi- dētos arbitrati fuissent, si à potente Deo vieti essent. Et nunc Dei laus in omnes fines terræ, vt à Prophetia prædictū fuit, diffusa est. Occidentis regiones Apostolus ad Christū cōvertit, & rebus mysticis Gentes instruxit, quemadmodū videlicet Deus ipse propter suā in humānū genū benevolentia se ipse submittit, docuitq; solū & vñū Deū colendū esse atq; adorandū. Sed nō post multos illos sudores Apostolus escauit, neq; ad Apostolici muneri aratū ducentū tardior factus fuit. Nam & Libyę regiones celeriter peragravit, vnde & ad Orientis terrā profectus est, vbi Euangelisē spargens, illis Gentibus persuasit, vt Deū, quæ ipse prædicabat, agnosceret. Ad hęc & alios Aegypti vrbibus multoru hominū copia refert, cum celestia re- tia tetendisset, omnes ciuitates illas prædicationibus & miraculis in Christi sagena cōprehendit: Demoniū simulachra quæ illi colebantur, exterminauit: & vt sanctus quidam lapis (quæ ad modū prophetia dixit) illiusmodi erroris altaria eruit, quęq; in illis inerant inania & vanā simulachra, solo adæquauit, non tubarū clangoribus, non moenia illa Hierici deficiens, sed hominū interfectoris. Diaboli fallaciā reuelens illis ipsis menibus ad expugnandum difficultiore, tēpāq; omnī dominatori Deo iisdē in locis erigens, vbi & caliginosas eorū qui illuc erāt, animas candidiores factas Deo reconciliavit, & baptismatē illustratas, eidem familiares & amicas reddidit. Hic enim Aegyptiorum regioni præcipue à diuino Spiritu magister assignatus: hic eiusdem terrae in primis Pontifex & Pastor à magnō illo Petro propositus fuit: qui munus in manus sibi commissum Apostolicis laboribus exornauit, & variis modis labo- rans, ministerium illud sacrum excoluit, non delitii vtns, non segnicius aut volupcati de- ditus, sed tentationibus tam à summis, quam ab infirmis hominibus circumdatu, & infinitis malorum copiis vndique impugnat, vt ea ratione, quemadmodum & Paulus, tumorē om̄nem comprimeret. O diuinum Discipulum, qui terrarum orbem lustrauit. O corpus tot tantisq; operibus non defatigatum. O salutaris prædicationis semper florentem & immortalem potentiam. Diuina enim opera, & quæ à Deo proficiscuntur, corruptionem non patiuntur,

Decet hoc loco & de diuinarum rerum spectatore Marco meritò illud dicere: In omnem terram exiuit sonus eius, & in fines orbis terrarū verborum ipsius vtilitas: quod David diuinorum opificiorum magnificientiam admirans pronunciauit. Hęc vox sola tibi, qui à Deo sapiens effectus es, iure Marce, conuenit. Hęc sola, inquam, vox supra omnes alias Rhetorice facultatis voces tibi congruens est: nam & cursum tuum, & certamina hęc ipsa exprimit, tum res asperas & difficiles, nec non incorruptā coronā, quæ non auro ac ex regione Ophir confecta est, non lapidibus Indicis, & margaritis varia, sed talis est, qualem immorta- lis Iudex ille, & certaminum præfēctus Deus amanter componit, & propriis cultoribus retribuit. Tui enim pedes speciosi sunt, vt prophetica prædictione significatum est, quippe quā terrę ambitus peragrarunt. Lingua tua speciosa, quæ pacem illam omnium mētem exupe- ranter feliciter nunciavit. Manus item speciosæ, quæ Euangelium calamo ministrarunt.

Sed quidnam hęc sola sacratissima membra dico? Totus laboribus Apostolicis sanctus, totus martyriū stigmatibus ita ornatus fuit Marcus, vt & martyriū p̄misi, & brauiis omni- bus nunc fruatur. Qui enim antea sacrificium offerebat, is propter Christum etiam sacrificium factus est: & pastor ea quæ ouium propria sunt, vñā cum ouibus suscepit. Nam & ipse tanquam ouis, vñā cum alio Apostolico cōtrū in medium luporum missus, & hostia vivens Deo oblata est. Vinctus enim comprehensus fuit ab inquis manibus ille, qui multos à dæmoniū fauibus eripuit. Vinctus tamen, & huc atq; illuc ductus, iniurifque ac maledictis la- cefitus, manus tē & æquo animo omnia perferebat. Dominum ipsum imitatus. Multo car- nis propria sanguine perfusus est, qui terram illam démonum sordibus expurgauerat. Hęc enim fuit que ingratorum hominum insipientia iis retribuit, per quos beneficia conciliata eis sunt. Postrem omnium generum cruciatis, velut aurū quoddā probatus, ad infinitam illam lucem euolauit, variorum certaminum, & fortium factorū multiplices fructus per- cepturus. Talis fuit Apostoli cursus: tales Euangelistę Marci conatus, miraculo pleni & supernis plausibus digni. An non magnus Marcus in omnibus summas laudes meretur? Quid enim Apostolo sublimius? Quid Christi scriba honoratus? Quid cum martyriū gloria conse- rendum? Cūm verò & pontificius amicus eidem accesserit, athleticarum luctationum glo- ria décoratus, quidnam aliud ad glorię splendorem reliquum est? Non, inquam, aliud, nisi An- gelorum cohortes, & diuina illa tempia, in quibus vñā cum aliis lectissimis Dei ministris ver- fatur & exultat, magistri sui vultum conspiciens, & diuina ac principalis illius monarchiae pulchritudinem spectans, eiusque lumine decoratus. Cuius enim viri studio Dei gloria aliis hominibus prædicati est, eum cœlestis & infinita gloria consecuta fuit.

Sed neque earum laudationum, quæ in hoc inferiori mundo sunt, experts est, licet his nō indigeat. Nunc enim Alexandria, in dō verò tota Aegyptus Marcum ipsum in primo throno confidentem sortita, tanquam alterum quendam Nilum, non corporeum, sed mysticū habēs, ita spiritales eorum agros irrigantem, quemadmodum frugiferos ille alter qui oculis corpo- reis, cernit, irrigare solitus est: illum, inquam, vt Apostolus, vt Euangelistam, vt martyrem magnū præconio extollit, & hymnos eius appellationibus congruentes concelebrat: Videt hunc in monumento positum, licet in supernis regionibus eius anima versetur & exultet.

Eius pulueris thesauro locupletata, funebres cantus ipsi Apostolo pronūciat: & tanquam cū vivente aliquo, & in spiritu versante colloquitur: & gratis per illum ipsum concessis obli- statur: & pro illis honoribus, quos Apostolo congruentes, velut dona quædam, offert, maiori- ra beneficia vicissim recipit. Cum enim tentationum flatus aduersus ciuitatem spirant, Apo- stoli Marei, & sepulchrum vrbis incole circuitum, & à malis ipsi liberarunt. Barbarorum supercilium, as superbia mala quedam acerbissima illis minatur: at ipsi ad pastorem suppli- ces confluent. Molestarum & affectuum exatrem cū eos perturbat, ad Apostolum ipsum, tanquam ad medici officinam, qua scaturunt curationes, homines confugiunt. Imò verò vñuerla Aegyptus, Marcum ipsum Magistrum & adiutorem sibi adscribens, eius in omni- bus iis qua tristitia contingut, auxilium implorat: & die festo, quem singulis annis hono- rat, laudes ipsas, velut debitum quoddam, illi offert: & multa cum pompa, atque applausu, exultationeque, & panegyri laudationes ipsas celebrat: diuinumque ipsius Euangelium am- plebitur, vt tabulas a Deo insculptas: vel, vt rectius dicam, tanquam ipsum Christi os vene- ratur, verbaque à Deo pronunciata, ab Apostoli ore se audire arbitratu.

Quem Deum & nobis, sacrificante Doctor, & Euangelista, propitium reddere ne graue- ris, & iis ipsis que molesta nobis accidunt, quibusque perturbantur, nos subleues: quæque in vita difficultia & gravia nobis sunt, ea facilia 8 reddas: rumpas & chyrographum illud, in Sandorum post quo nostra criminis scripta sunt, erratorum des venient. Tali enim ab ipsis Domini lingua mortem magis effe- potestatem accepisti. Si ligaueris, id quod ligatur, solū non poterit: Si ad commiserationem pec- acem veniam spectaueris, vinculum ipsum facile dissoluetur. Ne despicias nos propriorum pec-

⁵ Vides ad sancti sepulchrum con- fugere hōes pro- obtinendis ab eo.

⁶ Et die festo, quæ singulis annis ho- norat, velut debitum quoddam illi offerte- laudes.

⁷ Nota, in diebus martyrum etiam are- tūliques eorū lau- des cū multa pompa, applausu, & pan- egyri celebrari so- litas.

⁸ Vides hic sanctos esse inuocandos: sanctos peccatorib; venia impetrare.

catorum catenis constrictos, sed imperia vinculis ipsis, & illa effringentur. Denique Ecclesiæ ipsas pacatas & tranquillas reddas, quas tuis sermonibus in fundamento quodam firmo constituiti: pro illis quippe Domini nostri sanguis est. Ius est, à quo & liberatio profecta fuit: facque ut & nos bonorum caelestium participes efficiamur, gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi: Cui gloria est & imperium, nunc, & in ictu seculorum. Amen.

VITA SANCTI LVCAE EVAN-

gelistæ, per Diuum Hieronymum scripta.

Habetur in libro eiusdem de viris illustribus.



VCAS Medicus Antiochenensis, vt eius scripta indicant, Græci sermonis nō ignarus fuit, fecitq; Apostoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes. Scriptis Euangelium, de quo idē Paulus: Misimus, inquit, cum illo fratre, cuius laus est in Euangeliō per omnes Ecclesiās. Et ad Collosenses: Salutat vos Lucas Medicus clarissimus. Et ad Timotheum: Lucas est meū in solis. Aliud quoq; edidit volumen egregium quod titulo πράξεις ἀποστόλων prenotatur: cuius historiā usque ad biennium Romæ commorantis Pauli peruenit, id est, usque ad quartum Neronianum. Ex quo intelligimus in eadem vrbe librum esse compositum.

Igitur τέρτιοd op Pauli & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulum, inter apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, vt individuus comes Apostoli, inter ceteras eius res hoc solū ignorauerit. Sed & Tertullianus vicinus eius temporū, refert præbysti in quendam in Africā τετραδ' ἀστύ Apostoli Pauli, coniunctū apud Ioannem, quod aut̄ effet libri, & confessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id excidiſe quidam suscipiantur, quod tescumque in epistolis suis Paulus dicit, iuxta Euangeliū in meī mī, & Luca significare volentem. & Lucam non solū ab Apostolo Paulo didicisse Euangeliū, qui cum Domino in carne nō fuerat, sed & à ceteris Apostoli, quod ipse quoq; in principio sui volumini declarat, dicens: Sicut tradiderunt nobis, qui à principio ijs si viderunt, & mihi fuerunt sermonis. Igitur Euangeliū sicut audierat scripsit: Acta vero Apostolorum sicut viderat, compositum. Vixit octoginta & quatuor annos, vxorem t̄ non habens. Sepultus est Constantiopolis, ad quam, vixi viceclimo Constantij anno, ossa eius cum reliquis Andreæ Apostoli translata sunt de Achaea.

ITEM VITA BEATI LVCÆ EVAN-

gelistæ, per Simonem Metaphrasten scripta.

Habetur in Oeuvrō pos̄ expositōnē Apo- calypsis, & pos̄ B. Ioannis & pos̄ s. uox etiā non habuit.

Si iusti memoriam cū encomiis celebrare, diuinus quidam vir ac sapiens diuina lege st̄a scuit, quantā sanè conuenit Apostolo Christi nos simul adferre laudem? Siquidē hunc iustitia mirum in modum fecit & Apostolatu dignum, & vt Paulo dilectus videretur. Verū enim quoniam hic in Euangeliō laudem adeptus est, reliq; omnino encomiorū legibus, quecumq; de eo narrare necesse est, per modum historiæ referemus. Quis Antiochenus ignorat cūjitatē, quē situm ac magnitudinē, quōd terminos hebat? Et quānā hēc sit, & quantum occupet terrā, quōd irrigat humīne? Orontes hic est, vbi primū homo Christianū appellatione ditatus est, ex qua diuīs Lucas ortus est, & nativam quidem ac indolē habens, vt q̄ generosa esset ac speciosa, veluti ex hoc manifestum est, quod & vita apparuit studiofissimus, & sermonem tradidit, vita maximē conformē. Cūm aut̄ omni disciplinę & generi vacasset a puerō, Syriacam ac Hebraicā linguam exactissimē edocitus est, & velut a borī iuxta fontes floridus iam & augmentatus, dissimilā scripturarum studio mirum in modum profecit: quod dicitur *Lucas om̄ni dicitur gen̄e*, Adoleſcentiam itaque attingens gymnasia frequentabat, quæ tum in Græcia erant, tū in Ägypto, ac pulcherrimam apud Græcos eruditioem colligit. Grammaticen quidem ac Poētēn perfecit, assequutus ad Rhetorice, vero, artisq; bene dicendi cacumen pertingens; neque in philosophiæ dignitaribus alicui cedens, sed Logica quidem ad Ethicēm, Ethicē, vero, ad prarū studio mirū in modū profecit: quod ergo aedes eas a scholis explores, si tātū Euāgeliī βασ̄ oēs dīdicēris t̄ in modū profecit.

Practicien tanquam gradu vetus, ita omnibus bonis incūmbens, tandem pulcherrimam simul ac humanissimam Medicinam assequitur, idq; in tantum vt ab hac vt plurimū designaretur, ac appellaretur. Postquā autē ēingenij dexteritate ac magnitudine omnī arte cūtū percurrit, quam volucris aëra, satisiq; humanæ dōlētiae adeptus est, ad sublimiorēm ac meliorem transit habitum. Quis autē fuit modus transitus? Habeat quidem interim de mundi salute disputationes ac congressus is qui liber a peccato venerat, vt peccatores vocaret ad penitentiam, idq; post luctum contra aduersariū, & tropheā de illo relata, post auditum suū patris testimonium, ac spiritus descendens. Percurrebat autē fama viuēsam Iudeam ac Galilæam, & alicubi etiā extra terminos, ea quā Euāgeliæ prædicationis erant, sequebantur. Tunc multi sanè ad veram hanc doctrinā cordis aures obturabant, ac mētis occu-

los cladebant: neque vitæ suscipere sermonem, neque veram lucem intueri digni erant. Hi autem in quibus veritatis velut in impreßum erat, quiq; terræ bonæ rationem ac proportionem habebant, totis (quod aut̄) oculis intuebantur, & arrestas adhibebant animæ aures ad auctoritatem, ac velocissimè ad veritatem transferebant, nihilque quod facere decens erat, prætermittebant, vt ad id quod honestum erat, accederent, & ad ipsam nudā animam transmiserent certam veritatem. Hoiū vnus erat admirandus hic præco veritatis, ac præceptor, qui ad piam prædicationem mentis oculo illustratus, despicit cognationem omnem, despiciat & natura vilcerat, abicit pecunias, 3 possessiones, omnēnq; subtantiam, ita, *Tu qui negas* vt nemo adeō facile pedum puluērem, ac manū fôrdes abicerent, vt ne vel hoc ipso præ *pauperatē euād* festiniantia occupari certe potuerit, quō facultates indigentibus distribueret. Vtq; breuiter dicam, de pfectis cunctis inferioribus, superna velociter amplectitur, & ad Iudeam accedit, vaditq; ad eum quem concupiscebat, ac statim ad conspectum ac sermones Iesu, efficitur splendidum receptaculum ad pretiosum gratia vnguentum. Neque tamen illi frequentibus fuit *reūm deforionis* *vnde an sanctus Es* *uangelij a mendis* *cum tuimbie eos* opus sermonibus ac miraculis ad illius cognitionem, sed quanto doctrina ac prudētia, amiq; dexteritate in alijs præpollebat, tanq; velocius & ipsam purē veritatem & prædicatū sermonem cognoscit. Ab hoc tempore efficietur legitimus ac verus Christi Discipulus. Cūmq; frequenter præceptor adfuisse, & eius signa ac prodigia affectatus eset, ne in talibus quidem ipsius afflictionibus deest. Et quēmadmodum omnibus adfuerat, ita sanè & resurrectionis conspector fuit. Cum Cleopha enim ad agrum Emaus proficisciēt adstans post resurrectionem Dominus (ō horro plenum illum accessum) tarditatem, ac cordis eorū incredulitatem impropter, & scripturarum interpretationibus suam passionem, ac magnū resurrectionis mysteriū confirmat. Veruntamen quē fuit huius diuinę collocutionis agricolatio? Ignis diuinus iam in horū animis relucet, iamque die declinante, manere secum Dominum quodammodo coegerunt. Porr̄ ipse maiore Dei cognitione illos adflare volens, non solum vulgari modo congressus est, verum etiam ad mensam vñā recumbit, panisq; fractione exactius agnitus, hic idem qui triduo mortuus fuerat, tandem disparuit, nullo eorum tenuī id percutiebat, effecta hoc modo in eis firmiore resurrectione mortuorum. Præterea à Salvatoris in celum assumptione, ac sanctissimi spiritus inde descensione, hic. xij. Apostolis associatus, & eadem gratia ac potestate repletus, Gentium præceptor designatur, diuinū modo decens dispensationis mysterium, & multos ad creatoris cognitionē ex errore manu ducens, ac baptimate cōsciens. Siquidē currebat diuinus hic Lucas prædicationē vbiq; disseminans, & sermonum lāgena plures ex profunda ignorantia ad Deū adducebat, afflīctus pro Euāgeliō, cūm ad pēkmos Græcos ad disseminandos sermones accederet. Multa aspera sustinebat in terra, in mari, in singulis ciuitatibus. Deserūt dicebatur ei amicū solum, dummodo aliquos in eo inueniret, quos Deo adduceret, ac transferret ad pietatem. Vbi autem & Paulus celestia concendiſſet, vt intueretur veritatem, & aperte eam prædicaret, ac abiecit erroris tenebris veritati adhäsifſet, & choro discipulorum numerarius esset, Lucas ipsi socius itineris vbiq; constitutus, ac peregrinationis comes, certamina pro pietate exoptans, & ob id se huīsmodi coniungens militi, & vñā cum eo vñā que ad vincula afflīctus quasi maleficus, simulq; cognitionis radios ad fines terrā emittens, adeo ipsi conformis ac domesticus, & per omnia gratus effectus, vt Paulus scribens fidelibus, Lucan frequenter nominaret dilectum, qui ab Hierophylymis & circumadiacentibus locis Illyricum vñq; vñā cum ipso implevit Euāgeliū, & à Iudea Romam vñq; vñā cum eo vñctus, eisdem laboribus, eisdem afflictionibus, eisdem communicantia naufragis, vñens omnino particeps declarari etiam coronarum propter hos labores recipiendarum. Ita ergo vbi varijs modis in talento prædicationis simul cum Paulo negotiatus esset, atque tot Gentes adduxisset, ac irretiſſet ad pietatem, totius dispensationis præceptoris & vere amator, & amatus discipulus, sacrae scriptor-historie, simul & Euāgelistā ostenditur, vt qui prius assecutus esset, & ab his qui ab initio ministri fuerant, hæc cognouisset, aut etiam supernē in sacris edocitus esset. Siquidē hic Euāgelistā mysterium relexit Gabridic paranyphī delatu ad Virginem, qui communem mundo gratiam annunciatuerat. Hic etiam Christi nativitatem aperit exarauit, tanquam recēs in præsēpi iacentem manifestas, & fascia ac pastore, gaudiq; præcones Angelos describens. Hic sentieras, ac dominas omnē mentem excedentes veri simulacra honesti amore manifestauit, rerum veritati sermonum ingenitatem commiscens, vt & mentis simul ac lingue virtutem ob oculari pōneret. In parabolis quoq; doctrinas salutares retexuit, in hoc etiam copiosior cetera. Vtq; breviter dicam, quēmadmodum verbi descendens in terram dilucide cognoscendum dedit, ita & ascensum in celos, & rediūtū ad chronum paternum, sicut quispiā è cœlo veniens manifestauit. Hoc autem inter cetera gratissimum est, quod ipse quoq; typum assumptæ humanitatis Christi mei, ac signum eius quā illum pepererat, & assūptam hu-

manitatem dederat, primus hi cera ac lineamentis tingens, ut ad hæc vñq; tēpora in imagine honorarentur, & tradidit, tanquam non satis esse existimans, nisi etiā per imaginem ac typum versaretur cum his quos desiderabat, quod feruentissimi amoris signū est. Neq; id solum, sed & fidelibus omnibus, Christi; amatoribus hæc quæ maxima erant, gratiosè donauit. At non in his solis Lucæ gratiam spiritus quæ in se erat coartauit, neque ad solum Euangelium hic ministrantem habuit lingua, sed post finem miraculorum Christi, etiam Apostolorum exponit actiones. Et primum Salvatoris diuinam in colum assumptionem; deinde super ipsos in igneis linguis spiritus descentum, deinceps ita Stephani lapidationem, Pauli conuerionem, nempe per Christum factam de cœlis vocationem, & transitum à litera ad spiritum, huius in singulis locis vincula, carceres, plagas, flagellationes, variis Gentium insidias, quomodo à Hierosolymis Romanum peruenierat, labores in mari, afflictiones, pericula, calamitates, naufragia, quorum non spectator tantu, sed & particeps fuerat. Atque ob id diligens est horum enarrator. Sed Paulo quidem Romæ reliquo, rursum hic ad Orientem discedit, totamq; Lybiam percurrentis in Ægyptum peruenit. Et cum superiorum Thebaïda intra suam doctrinam receperisset, ac ad magistrum per Euangelium adduxisset, inferiorum Thebaïda septem portarum ciuitatem accedit, in qua etiam Pontifex ac paster à spiritu præponitur. Status, impurit, dæmonum delubris in terram deiecit. Id enim studio sibi erat, vt error totis, quod aiunt, pedibus fugientem demonstraret) sacra tempora 5 contraria, sibi Deo erigit, eisq; qui in profundis ignorantiae tenebantur, per Euangelium ad Dei cognitionem regeneratis, mites filios effici curat. Huiusmodi igitur fractibus magistro oblatis, impietate de medio sublata, erecti templis, altaris stabilitas ac 6 confederatis, & sub credentibus, presbyteris ac diaconis inter hos creati, recte, fidei præfinitione ipsius tradita: & nunc quidam à veteris instrumenti scriptura adducens testimonia, nunc verò ab eo quod ipse contexuerat Euangelio, interpretans ipsius ea que de Christo erant, & ostendens vetus instrumentum omnino cōfōnum esse nouo, vñq; & eundem esse Deum, qui & hoc & illud statuerat, plenus iam dierū effectus redit in pace ad Deum pacis, puluere quidem puluere reliquo, anima verò in manibus eius qui dederat, commendata, illuc transiens, ubi regio est viuentium, ubi sonus festa celebrantium, ubi inhabitatio est omniā lātentium. Huiusmodi sunt certaminum Apostoli pro pietate narrationes: hic fuit ipsi finis laborum pro Christo perpessorū, quorum etiam manipulos nunc merit in lātitia: ita ut posset & ipse cum Paulo dicere: Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruavi, propter quæ reposita est mihi corona iustitiae. Veruntamen his nunc consequens esse opinor mentionem facere vnde & quomodo, quibusc fanē temporibus sacrae huius reliquias ex Achaia, veluti diuinus quidam thesaurus, reportatae sint, & clare ac regia ciuitati reditae. Transibat quondam à Sirmio ad Istrum Constantius magni filius, sed fratum tertius: atq; ad hanc Istrī ripam non longo tempore castrametatus, audiuimus Barbaros qui ultra Istrū erant, confischiros cū Romanorum principatu: & ipse formidans ne quid malum in suo principatu facerent, confessim ad Thraciam ac Byzantium equitauit. Cumq; ad regionem Odrisiorum peruenisset, ubi Adrianus Romanorum Imperator extructa ciuitate, sui appellationem loco dedit, accedit ad eum quidam Episcopus, velut domini quoddam ipsi gratissimum deferens, Andrea ac Lucæ Christi Discipulorum corpora indicans in Achaia esse sepulta. Porro ille & nuncio gauisius est, & Artemium quo maximè vrebatur, & quem sciebat seruidum amatorem charitatis erga Christum (Attestatur verò diuinum huius amorem certamen ac periculum temporibus Iuliani propter Christum suscepimus) Hunc ergo tanto seruore pro pietate spirantem amicum Artemium ad præfitorum corporum reductionem confessim emitit. Etenim erat hic Constantius & in cæteris moderatus, & mortibus mitis ac modestus, & magno admodum circa Ecclesiastum ædificationem amore occupatus. Vnde etiam ad patris sui ciuitatem circa illius sepulchrum, veluti reddens patri honorem templum ab ipsis fundamentis & maximum ædificat: in quo etiam, ubi Artemius factorum Apostolorum reliquias ex Achaia retulisset, in ipso diuino altari sacra mensa reportuit: Andrea quidem è ciuitate Patreorum, Lucas autem ex Thebis Beotiorum translatis corporibus. Ac breui tempore inter medio etiam Timotheum, qui in choro discipulorum Christi velut perspicua quædam stella splenduerat, ex Epheso resert. Ionias, ministro quoque rursum adhuc vñs Artemio. Sed habit & ipsum sacræ mensæ ambitus, veluti redentem debitum quoddam pietatis suis auxiliatoribus. Verum Timotheus quidem huiusmodi habuit corporis reductionem. Porro in diu Lucæ reductione tale editur miraculum sermonis epiphobia, eorū meritis & orationibus adiutoriis, quod multa possunt post mortem.

⁵ Semper post receptam ab aliquo gente Christi iacit, Deo templo erigebant Apostoli, eos credentes. ⁶ Vide aliam conscriptionem, quā modo deridet sub vertores nostri.

⁷ Constantius Imperator templum maximum ab ipsis fundamentis Constantinopolis adiicit, & in Altaris mensa pretiosiorum Andreæ, & Lucae, & Timothei corporū reliquias reportat. Quid ad hec dicat hereticus?

⁸ Vide pauperes, quid Anatolius non fecit in iurisdictione Dño Iesu Christi, recurso prius ad Apostolum suum, quod si se esset, non sufficeret, ab eo sanatus. Vi de etiam quod cōsulentes adiutoriis, & orationibus adiutoriis, quod multa possunt post mortem.

manitatem dederat, primus hi cera ac lineamentis tingens, ut ad hæc vñq; tēpora in imagine honorarentur, & tradidit, tanquam non satis esse existimans, nisi etiā per imaginem ac typum versaretur cum his quos desiderabat, quod feruentissimi amoris signū est. Neq; id solum, sed & fidelibus omnibus, Christi; amatoribus hæc quæ maxima erant, gratiosè donauit. At non in his solis Lucæ gratiam spiritus quæ in se erat coartauit, neque ad solum Euangelium hic ministrantem habuit lingua, sed post finem miraculorum Christi, etiam Apostolorum exponit actiones. Et primum Salvatoris diuinam in colum assumptionem; deinde super ipsos in igneis linguis spiritus descentum, deinceps ita Stephani lapidationem, Pauli conuerionem, nempe per Christum factam de cœlis vocationem, & transitum à litera ad spiritum, huius in singulis locis vincula, carceres, plagas, flagellationes, variis Gentium insidias, quomodo à Hierosolymis Romanum peruenierat, labores in mari, afflictiones, pericula, calamitates, naufragia, quorum non spectator tantu, sed & particeps fuerat.

⁹ Semper post receptam ab aliquo gente Christi iacit, Deo templo erigebant Apostoli, eos credentes. ¹⁰ Vide aliam conscriptionem, quā modo deridet sub vertores nostri.

¹¹ Constantius Imperator templum maximum ab ipsis fundamentis Constantinopolis adiicit, & in Altaris mensa pretiosiorum Andreæ, & Lucae, & Timothei corporū reliquias reportat. Quid ad hec dicat hereticus?

¹² Vide pauperes, quid Anatolius non fecit in iurisdictione Dño Iesu Christi, recurso prius ad Apostolum suum, quod si se esset, non sufficeret, ab eo sanatus. Vi de etiam quod cōsulentes adiutoriis, & orationibus adiutoriis, quod multa possunt post mortem.

confugit & hoc auxiliatore vtitur aduersus morbum. Vbi enim vrna, quæ pretiosum continebat ipsius corpus, ad sacrum templum iam esset delata, quod à fundamento Constantius exerat, accedens hic datus Anatolius, simulque baulans cum his qui illam portabant, confessim deprimente mortuo absoluitur: & viuens ex mortuo tale adeptus beneficium, tota sua vita non intermisit gratias agere Apostolo ac Deo, qui per ipsum huiusmodi edebat miracula. Ita igitur primum ex Thebis relatum diuinissimi Luce corporis, honorificè admodum ac ⁹ Sacratū rellia quiarū repositiō. In hereticorū nostrī temporis ¹⁰ fideli opera, ac feruīdum Confessum erat: cū circa sacrarium reliquiarum repositionem ¹¹ fideli opera, ac feruīdum Confessum cōfutationem hec tūcij desiderium plurimum demonstrata sunt. Quanquam hic postea maligni laqueis aliquantulum captus (ð casum miserum, heu turbulentam subversionem) Arrianorum dogma ebū Imperator ſacris Apostolorum bit. Multis autem postmodum temporibus, Iustinianus, allumbris imperii sceptris, multo corporibus.

¹¹ Templum ap̄ellatur communis Apostolorum nomis.

¹² Ex sanctorum dñe & Luca corporibus sanctificatis participantes aduentus, & spirituali implentur gaudio: idque gratia ac benignitate Domini nostri Iesu Christi, cui est gloria in secula seculorum. Amen.

VITA SANCTI LUCÆ EVANGELISTÆ, PER D. Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.

L UCAS Evangelista, & Apostolicus conscriptor historiae, natione Syrus, arte medicus, Habetur in lib̄ Graeco eloquio eruditus, quem plerique tradunt fuisse profelytū, & Hebreas literas ignorasse. Hic fuit Pauli discipulus, & indiuidus peregrinationis eius comes. Quid; ab inueniente pueritia caltilsimus fuit, & discipulus Apostolorum effectus, Euangelice prædicationis operis exercuit. Obiit autem septuagésimo & quarto vitæ sue anno: sepultusq; est in Bithynia. Cuius quidem ossa, regnante Constantio, Constantinopolim sunt translata.

VITA SANCTI BARNABAE, PER D. Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.

B ARNABAS, qui Joseph, natione Cypriæ ciuitatis, à Cyro Rege Persa, eiusdem de patr̄um conditæ, cum Paulo ante in Gentibus Apostolatum adeptrus, deinde bus noui testis propero Ioannem discipulum, qui etiam cognomento Marcus appellatus est, seiuetus à Paulo, nihilominus Euangelice prædicationis iniunctum sibi operis exercuit.

ALEXANDRI MONACHI LAVDA.

dato in Apostolum Barnabam, quam habuit rogatus à magno sacerdote venerandi templi Praefecto, quod Beato Barnabæ consecratum fuerat.

Per Simeonem Metaphrasten.

Axiūm orationis argumentū nobis magna sermonis paupertate laborantibus patrio certe studio & affectu cōmotus proposuisti, pater optime, & eorum qui virtutis exercitatione præstantes sunt probatissime. Nobis enim laudandum proposuisti diuinū & beatissimū virū, in igne Apostolū, consolationis filiū, orbis terrarū face: Barnabā, inquā, multarū laudū præconijs celebratū. Ego vero initia mea cū argumenti magnitudine conferens, tractationē hæc exhorrefaces, iussis tuis parere diutius resculapi. Quæ enim oratio tā perfecti Apostoli rebus narratīs par esse poterit, cū huiusmodi negotiū tale sit, vt nō solum meas vires omnino superet, sed omnibus etiā alijs difficultatē adferre possit? Omnes igitur inferiores esse arbitror, quān ut Barnabæ res gellas narrare valeant. Quod si quis de illo aliquid dicere aggrediū fuerit, sit quānvis sapiens, peritus, & orationis facultate præstantissimus, longo tamen intervallo à tergo relinquetur, longe inferior existens quām Apostoli dignitas postulat, & in eius laudum pelago omnino demeretur. Alius quidem ex iustorum hominum numero aliud quoddam à Spiritu sancto donum

gloriæ.

XI. Iunij.

assedit est: Apostoli autem ipsi omnes diuinorum gratiarum thesauros acceperunt, & virtutes omnes se habere ostenderunt. Qui potero igitur miser ego infinitis perturbationibus oppressus, Apostolica virtutis pontum transeat? Namque tenui & tarda sum lingua (ye quod est in literis diuinis scriptum, de me dicam) neque ita eloquens sum, ut diuinis admirabilis Apostoli Barnabae virtutes commode narrare possem. Ita enim perfecte virtutem omnem vir hic exercuit, vt nemo alias in una aliqua virtute profecit. Quamobrem prouinciam hanc mihi iniunctam suscipere haestenus reculauit, cum meam imbecillitatem tanti vigoriosius factis enarrans imparem esse cognoverum. At cum memoria repeterem, quod in literis diuinis scriptum legi, hominem qui obedientiam non seruat, interitum subire: qui vero est obediens, eum ab interitu liberum esse, vix ad quod precepisti, multum certe metuens aggressus sum, satius esse dicens in eo ipso accusari, quod oratio mea manca sit, quam in contumacia crimen incurre. Illud igitur unum à vobis peto, vt mecum una sanctissimum Barnabam orationis i adiutoriem mihi esse precessim. Ipsi autem viro quem laudabimus, non dubito id gratum fore quod à nobis, qui nihil sumus, dicatur: Nam & eius Domino aliquando placuisse legimus duo illa minuta olim à vidua & paupere muliercula oblata. Non enim Deo ipsi tam grata & accepta est eorum rerum quae offeruntur magnitudo, quam rieis ipsa, & æquus animus, quem is ostendit, à quo aliquid offertur, siue partium, siue magnorum illud sit. Cum vero Barnabam laudamus, tunc & omnium Apostolorum sacram collegium collaudamus: quorum enim vocatio una fuit, eorum eadem est & gloria: & quorum ordo unus, eorum eadem est & dignitas: quorum paria certamina, eorum tandem corona diversa non sunt: quorum denique institutionis ratio communis, eorum praemia æquè honorata sunt. Jam vero Barnabam ipsum oratione nostri in medium producimus, & quam maximè possumus laudem præconia illi concinuemus: sun enim eius vihi amator ardenterissimus. Scio autem, & mihi persuideo, huius Apostoli vel nomen ipsum aribus vestris iucundissimum accidere. Itaque illius honoremus, quatenus pro viribus de illo dicentes æquè animi significationem demus: quod enim eius viri dignitas postulat, id tale est, vt omnem orationem ab eo superari fateamur. Laudetur igitur à nobis infirmus magnus ille Apostolus Barnabas. Celebretur eōsolutionis filius ab hominibus qui Christo crediderūt. Extollatur à quo quis horne ille, qui à Patre ipso honoratus, à Filio vocatus, & à spiritu sancto perfectus est, Barnabas, inquam, magnus Ecclesiæ orator, illa Evangelice prædicationis tuba, magna Christi vox, sp̄ritus sancti cithara, diuinæ gracie plectrum. Barnabas in expeditis pro Christo bellis miles robustissimus: qui corpore incorporeum hostem, simul verlans cum Apostolorū exercitu validissime profligavit: qui bonarum disciplinarum religiosus præceptor extitit, & Christiani ouilis dux certus, & rationalis quidam summi Dei paradoxus omnium virtutum germina florentia in se continentis: qui egregium quoddam fidei germen fuit, charitatis rosa suauissimum adorem emittens, sp̄ei flos incorruptus, diuinæ gratiæ fructus iucundissimus, illius vitis qua vitam omnibus prædet, palmes feracissimus, immortallitas racemus, mel distillans, patientia propugnaculum firmum atque immobile, continentia sceleris ita validus, vt crucis gestauerit, & aduersus Christi interfectorum intrepidus militis dux fuerit. Christi crucifixi germen ad celum vñque protensus. Barnabas consolationis filius, pietatis magister, fidei columna ac fastigium, turris firma & immobilis, fundatū stabile, & crepida indissolubilis, saxum immotum, fluctuantū portus valde tranquillus, fedelis & prudens dispensator, architectus nobilissimus: qui celestem in terris semitam tenuit, & parem Angelis vitam duxit: qui fuit Ecclesiæ patronus, adiutor pauperum, inopes abunde nutritus, viduarum consolator, & orphanorū diligenterissimus procurator ac pater. Barnabas Christi mysteriorum thesaurus, orthodoxorum sanctæ Dei Ecclesiæ dogmatum minister, ægrotantium medicus liberalis, sanos & valentes homines firma certaque animi iucunditate afficiens, Christiani gregis custos vigilantisimus, in terris manens, & in celis vita atque institutione versans: qui in mundo pietatis dogmata clara & alta voce prædicavit, & in celis semipternam coronam recepit: qui fuit Gentium Dux, ad Deum eas perdicens, & Ecclesiæ Dei beatissimus præco, campus quidam benevolentibus Christi floribus refertissimus, virtutum celestem odorem spirantium quoddam roserum, Christi gratiarum ager fertilissimus, qui vitam valde synceram ac puram in terris transfigit, tam recte in terra viuens, quam Angeli ipsi in celis viuunt. Idem virtutum exhortatione insignis, contemplationibus & miraculis præstans, virginitaris margarita quædam pretiosa, & castitatis bellullus lectissimus, temperantiae gemma purissima, Christum in se loquenter habens, electus Dei vas, qui mundum dereliquit, & omnia quæ in illo sunt quisquilius quædam duxit, ut Christum tantum lucifaceret seculorum Regem. Ille suam crucem sine dubitatione aliqua portauit, & ut verus Discipulus prompto animo Christum fecitus est: qui dæmones pro fugauit,

² Nota Sanctos
brandos, & scire
ea que circa nos
gerant.

fugauit, & diabolo vulnera inflixit: qui quatuor orbis terrarum fines firmo & constati gressu peragravit, & vt facer ac bonus, sicut Domini minister amantisimus, omnes Gentes Evangelij prædicatione ad Christi fidem conuerit. Ille se domicilium paratum prebuit, in quo eiuldem essentia particeps Trinitas habita est, qui summi Dei templum fieret. Barnabas, inquam, Cypriorum in ligno ornamentum, & orbis terrarum propugnator inexpugnabilis, qui Christum ipsum mirum in modum dilexit, & pro ipso quotidie animam suam expoluit: qui nunc unum cum illo in 2 celis regnat, & omnibus seculis regnabit. Defessa est ² Vides Sanctorum annas nunc esse in celo, ex cum Christo regnare

³ Cum in ieiunijs ac precibus die ac nocte veraretur.

sione tua famulis tuis benedicas. Eius petitioni Christus Dominus assensus est: quem mulier illa valde leeta in cenaculum suum accepit. Ex illo igitur die, quoties Dominus Hierolymianus venisset, illuc vna cum Discipulis suis diuerlabatur, quibuscum & Pascha illuc fecit, ubi & mysteriorum sacramenta eodem discipulos suos edocuit. Sermo enim quidam a patribus traditus ad nos peruenit, eum qui lagenam aqua portabat, quem Dominus ipse Discipulis suis praecipit ut sequerentur, Marcum fuisse beatissimus illius Matris filium. Quod autem illi Dominus non nominarit, sed dixerit: Ite ad quandam prouidentiam quadam factum est, sicut Patres sancti locum hunc interpretantes, dixerunt: vt i obsecrare dicta hoc nos doceret, Dominum Iesum apud eum diuersari, quicunque se paratum praebet. In illo igitur ipso cenaculo Dominus Pascha fecit; in illo apparuit Thomae Apostolo, cum a mortuis surrexisset: illuc, postquam Iesu in celum assumptus est, Discipuli cum reliquis fratribus centum viginti, in quibus erant Barnabas & Marcus ex monte Olivarium conuenierunt; illuc Spiritus sanctus in linguis igneis ad Discipulos descendit in die Pentecostes: illuc collocata nunc est magna & sanctissima Syon omnium Ecclesiarum maxima. Tunc vero Barnabas secutus est Dominum reuertentem ab Hierosolymis in Galileam. Cum autem multi vnde ad Dominum conuenirent, & eius fidem sequerentur, dixit discipulus suis: Messis quidem multa, operari autem pauci. Itaq; designauit septuaginta illos discipulos, quoru primus dux & summus erat magnus Barnabas. Sed nemo audiens Apostolos hanc appellationem illi viro impunisse, temere & sine diuino consilio id factum fuisse opinetur: nam Petrus ipse illi nomen hoc imposuit, ille, inquit, Petrus, qui per sanctum Spiritum revelationem filii Dei Theologiam edidicit. Et quemadmodum Iacobus & Ioannes propter virtutem filii tonitru vocati sunt, ita & Barnabas ipsius sua causa filius consolationis appellatus est, quippe qui propter sanctitatis praestantiam omnibus consolationi fuit. Idem cum audisset Dominum docentem: Vendite qua posiederis, & date eleemosynam, & facite vobis sacculos, qui non vetera faciunt, thesaurorum nunquam deficientem in celis: nihil moratus, statim rem omnem pretiosam a parentibus mortuis sibi reliquam vendidit, & egentibus distribuit, sibi vero solidum agrum vnum reservauit, vnde ali posset. Postea veò quam Dominus crucem perpessus est, & a mortuis surrexit, ac Spiritum sanctum ad Discipulos suos misit, tunc diuinus Barnabas Christi charitate magis inflammatu, illum & etiam agrum vendidit: cumque multum pecunia ex eius pretio accepisset, eminem pecuniam illam ad Apostolorum pedes deposituit, neque quicquam omnino sibi referauit, suo exemplo omnes discipulos ad eandem virtutem alliciens. Ille & cum Saulo disputabat, quem ad Christi Domini fidem perducere cupiebat. Saulus autem cum legis institutione diligenter atque accurare niteretur, Barnabam ipsum vt deceptum irridebat, & in Christum maledicta iaciens, Fabri filium, idiotam, & agrestem hominem appellabat, quem vt & morte violenta sublatum deridebat. Cum vero miracula qua per Apostolos efficiebantur, & populi multitudinem inde maiorem ad fidei prædicationem confluente videret, animo cruciabatur: cumque vna cum Libertinis, Cyrenensisibus, atque Alexandrinis magnum illum Ecclesiae Oratorem Stephanum adortus esset, neque sapientia & spiritu qui per Stephanum loquebantur, resistere posset, infania & furore multo corruptus inordinatos populi homines contra Stephanum concitauit. Quo interfecto, persecutionem magnam commovit aduersus Ecclesiam, qua erat Hierosolymis. Verum cum inordinate Damascum proficeretur ad vexandos atque affigendos fideles homines, Christus Dominus illum deiecit, & in terram supinum prostravit: qui cum prostratus esset, eum tandem cogovit quem persequebatur, & visu corpore excrevatus, mentis aciem ad celi celstatem omnino erexit. Cum vero Hierosolymam reversus esset, dabant operam, vt Christi Discipulis adhaereret, quem tamen omnes illi, multani eis levitatem formidantes, fugiebant. At magnus Barnabas illi occurrens ait: Quouq; tardem Saule, pergis esse Saul? Quare ita petulanter beneficiorum autorem Iesum persequeris? Define horrible illud mysterium oppugnare, quod a Prophetis ipsis olim clara voce prænuntiatum est, nostris autem temporibus pro nostra salute patefactum fuit. Hæc cum disset Saulus, ad pedes Barnabae deiecit, multiq; lacrymis & clamoribus: Ignosce, inquit, mihi dux luminis, & veritatis magister Barnaba: expertus enim sum, & re ipsa cognovi vera esse, qua tu dixisti. Quem enim ego maledictis persequens, Fabri filiu appellabam, illum pure confiteor Dei viui filium unigenitum, iudicem efficiem, gloriæ, & soli participem, coeternum & principium coeternum. Quo cum sit splendor glorie, & character substantie inuisibilis Dei, in nouissimis his diebus propter nos, & nostra salutem scipsum exinanivit, formam serui accipiens, hoc est, perfectum hominem ex sancta Virgine, & Dei parente Maria se fecit, non confusionem, non conuersionem, nec divisionem, aut separationem passus: & figura inuenitus ut homo, humiliauit scipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem

*A Hoc est vera illa Evangelica p. 44
ta Evangelica p. 44
perturbans, omnia videret, et dare p. 44
peribus, et undum sequi Christum.*

tem crucis: qui & resurrexit a mortuis tercia die, & apparuit vobis Apostoli suis, & assumptus est in celum, & sedet ad dextram Patris, & rufus veniet cum gloria iudicare viuos & mortuos, & Regni eius non erit finis. Hæc cum audisset Diuinus Barnabas à blasphemo & persecutore illo dicta, obstupuit, & præ gaudio eius vultus lacrymis, vt matutino rore flos aliquis, perfusus est: cumque illum amplexus & osculatus fuisset. Ecquisnam, inquit, Saule, te docuit talia diuinitas inspirata verba pronunciare? Ecquis tibi persuasit, vt Iesum Nazarenū Dei filii conthereris? Vnde nam celestium dogmatum tam perfectam scientiam didicisti? Tum ille, demissu vultu, & lacrymas fundens, ac corde valde compunctus respondit: Ille ipse Dominus Iesus, quem ego peccator maledictus lacessi, & persecutus sum, hec omnia me docuit. Nam tanquam abortivo & mihi apparuit, cuius diuina & iucunda voce auress ipsas adhuc personas habeo: sua enim benignitate singulari & omnium maxima prosequutus me fuit, quippe qui mihi prostrato, & miserabiliter iacenti seipsum defendens potius, quam mihi succensus: Saule, inquit, Saule, cur me persequeris? Ego vero horrens & metuens respondi: Quis es Dominus? Tum ille multa mansuetudine & miseratione me prosequens: Ego, inquit, sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Ob id ego singulariter eius patientiam obstat, ipsumque orans dixi: Quidnam ego faciam Domini? Tunc ille statim omnia haec que dixi, & his plura me instruxit.

His auditis Magnus Barnabas Sauli manu apprehensum duxit ad Apostolos, eisque dixit: Quare pastorem fugitis lupi existimantes? Quare gubernatorem, vt piratam propulsatis? Cur bellatorem optimum, vt proditorē execramini? Cur Christi sponsam deducentem, vt thalami receptorem reiicitis? (Spiritalis enim est thalamus Ecclesia Dei) Hunc pro pastore, gubernatore & propagatore Dominus sibi delegit. Tunc narravit ei Paulus, quæcumque ipsi acciderat in via, quodq; vidisset Christum Dominum, & loquentem secum audiuisset, & quemadmodum in urbe Damasco Christi nomine libera oratione predicasset. Itaque vna cum illis in urbe Hierosolyma Christi prædicationem exercebat. Erat autem Iudeis ipsi valde molestus atque inuisitus, quod qui heri & nudius tertius Iesum persecutus fuerat, ipse ille mutato confilio, tunc eundem illum Iesum Dei filium esse prædicaret. Confilium igitur inierunt Iudei de Paulo interficio. Quod cum didicissent Apostoli, eum miserunt, vt in sua patria Euangelium prædicaret. Cum vero de his qui propter Stephani cædem, atq; angustias dispersi Antiochiam venerant, & Christi Euangeliū prædicauerant, auditum fuisset ab iis qui erant Hierosolymis, Apostoli & beatum Barnabam magnū, & potentem virū, ad sanctissimum Ecclesiam qua illic erat, & Christi gregem pascendum miserunt. Qui cum illic venissent, multo adiuverunt fuit hominibus Christi fidem sequentibus: eius enim diuina prædicatione ac doctrina factum est, vt multa populi accessio ad Christum fieret. Cum vero diuino Spiritu ductus Barnabas ab urbe Antiochia egressus esset, vrbes ocs ac regiones peragravit, Christi Euangeliū longè lateq; diffundens, neq; prius destitit, quād ad urbē Romā omnium maximam venerit. Ex viuēsis enim discipulis Christi primus Euangeliū in urbe Roma prædicauit. Cumq; multi ad Christi fidē venissent, & Barnabā ipsum summè honorarē, humana gloria reiecta, clā fugiēs, Roma exiit. Etenim beatus ille vir ita omnes homines, qui erant tēporibus illis animi submitione ac modestia superabat, vt ad huius virtutis culme perueniret. Id quod declarat eius historia.

Cum enim diuinæ literæ vbique virum hunc cumprimit nominent, ac laudent, ipse primas alijs concedens, secundas partes amplexus est, diligenter imitatus Dominum suum, qui dixit: Discite a me, quia mitis sum, & humili corde. Postea cum idem Barnabas ad Aegypti urbem Alexandriam venisset, & Dei sermonem ibi prædicasset, illinc exiit, peragrans deinceps vrbes omnes, quoad venit Hierosolymam. Vnde etiam egressus, reveritus est Antiochiam: In qua cum Dei gratia Ecclesiam copiosiore factam vidisset, valde gauius est. Inde autem discedens, Tharsum venit, Paulum querens: quem inuentum Antiochiam perduxit, Ibi cum totum annum transfigiuit, & multum populum ad Christi disciplinam transtulissent: cumque ibi primum Christi discipulos Christianos vocasset, atque illinc accepissent ab Ecclesia, quia pauperibus distribuerent, ascenderunt rufus Hierosolyma quarto decimo anno postquam Dominus Iesus crucem pertulit: Quemadmodum scribit Paulus, cum dicit: Quatuordecim annis postea Hierosolymam ascendit cum Barnaba. Cum vero ministerium complexissem, & fidem, ac dexteram ab Apostolis datam accepissent, vt ipsi ad Gentes profecti, ii vero qui cum Petro erant, circuncis prædicarent, descenderunt Antiochiam, habentes Marcum ministrum. Misit autem a Spiritu sancto ex urbe Antiochia venerunt in Cyprum, & totam Insulam peragraverunt, Salamina Paphum vñq; Euangelium prædicantes, & miracula facientes quo tempore Elymam excaecarunt, & Proconsulem Sergium Pauli, fidem illuminarunt. Postea vero quād multos ad Christi disciplinam conuerterunt, ē Cypro discendentibus venerunt Pamphilium. Cum vero Marcus ipse Apostolos vidisset pro Euangelij

predicatione pericula subeunt, neque honori studentes, sed breuem & caducam hanc gloriam derelinquentes, ad bellum contra infideles homines fuscipendum properare, ipse ad pericula subeunda claudicare coepit, quippe qui adolescentis erat formidolosus, & inimior, quam ut mortem contemnere posset. Derelicitis igitur Apostolis, reuersus est Hierosolymam ad matrem suam. Cum vero Apostoli, Barnabas & Paulus opus cōplicuerint, ad quod misericordia fuerant, & infinita pro Christo certamina sustinuerint, venerunt Antiochiam, unde a diuina gratia miseri sunt ad Gentes. Necesse autem fuit rursus proficii Hierosolymam ad Petrum Apostoli propter falsos illos Apostolos, qui decebant discipulos, ut se circuiciderent, & legem seruarerint. Cum autem Marcus illos ab omnibus honoratos videret, quodque post multa illa verbera & pericula robustiores facti essent, & integris corporibus prædicti, propriam imbecillitatem accusans doluit quod factū à se fuerat, & ad Paulum quidem ipsum erubuit se confesse, Barnabam vero adiūc lachrymans: cumque ad eius pedes se abiectisset, eum rogabat, ut superioris errati veniam impetraret, & eius precibus firmior heret in posterum, futurū promittens, ut omnia mortis genera pro Domini nostri Iesu Christi nomine prompta anima sufferret. Multis his lachrymis magnus ille virtutibus ornatus Barnabas flectitur, cumque horatur ut a luctu desideret: Fiat, inquit, quod Deus vult, modo tu paratus sis prestare quod promiseris. Cum vero scripta accepissent, que ab Apostoli in virbe Hierosolyma decretaverant, descendenterunt Antiochiam, & vna cum fratribus exultabant. Marcus autem ipsos animo parum fidienti fecutus est. Post haec vīsum est Barnabae & Paulo peragrange vībes omnes, & fratres visere. Tunc Barnabas Paulum rogabat, ut Marcum secum vna venire patetur, quippe qui paratus esset usque ad mortem pro Christi fide certamen sustinere. Paulus vero cōtra rogabat Barnabam, ut secū vna Marcum non haberent. Hinc occasio quedam nata est, ut Apostoli à se vicissim separarentur, diuina prouidentia id vt iliter permittit. Deus enim ipse Marcum populorum, & Gentium multarum pastorem, ac magistrum creaturā erat. Sed nemo impudenter proprio affectu metiatur quod est in sacra de Apostolorū Actis historia, quo loco de Paulo & Barnaba narratur illud: Facta est dissensio ita ut discederent ab invicem. Non enim ad hoc iracundiae aut furoris affectu impulsi sunt Christi Apostoli, (minime hoc nos cogitemus) nam qui carnem cum affectibus & cupiditatibus crucifixurum, qui voce magna sic omnes Christo credentes admonebant: Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia: qui fieri potest, ut illi ipsi huiusmodi affectum inciderint? Scimus autem, & ex diuinis literis diffensionem diueritatem cognouimus, & vocem hanc παροξυσμός in bonam partem accipi solitam, ut cum ait Apostolus: Consideremus nosmetipos in prouocatione charitatis, & bonorum opetum. Talis fuit & Apostoli dissidendi ratio, hoc est, Dei zelus. Paulus enim accuratam censuram requirebat, Apostolica professioni conuenientem. Barnabas vero ad humanitatem propensior erat: quamobrem & Marcum secum habens in Cyprus nauigauit.

Cumque eam Insulam totam peragrasset, populos multos ad Christi fidē conuerit, & Salaminā venit, ubi paulisper moratus est edens miracula, & predicas regnum Dei: quo loco turba multa ad Christi fidē accesserunt. Disputat autem cuī Iudeis in Synagoga omnibus fabbris, diuinariū literarū testimoniis Iesum Christū illū esse probas, quē Deus promiserat. Omnes autē Barnabā reuerebantur propter diuinā quandā honestatem, qua in illius aspectu vigebat. Erat enim oris specie valde grauis, habitu ac veste admodum tenui, cuiusmodi illorū est, qui delicias abundantibus, in virtutis exercitatione versantur. Erat superciliosus contractus, & oculis hilaritatē prae se ferentibus, nō toruum aliquid, sed graue quiddā in se habentibus, & reuerenter admidū deorsum spectantibus. Oris honestas, & labra decora mellis suavitatem distillata in eodē illo inerat. Nō enim aliquid vñquā pronunciabat, quod foret superuacaneū. Eius incessus compositus, & ob tentatione alienus, totus deniq; omni ex parte Apostolus Barnabas erat tanquam recta quedam Dei columna, omnium virtutum splendor & illustris. Hic cum in virbe Salamina Christi predicationem diceret, venerunt ē Syria Iudei quidā, qui maledicta in eum coniuentes, quęque ab illo dicebant oppugnantes, turbam contra ipsum excitauerunt, criminantes, nihil veri ab eo dici, sed quem ipse Iesum Christum fuisse dicere, eū fallacem quandam hominem, & Deo ipse contrarium fuisse, legem, prophetas, & sabbati observantiam reprobantem. Idem & Barnabae interficiendi opportunitatē obseruabant. Sanctus vero Christi Apostolus Barnabas cum omnes fratres cōgregasset: Vos, inquit, scitis, quōmodo vna vobisū omni tempore versatus fuerim, vnumquaque admonens, & hortans, ut in gratia, & in Domini nostri Iesu Christi fide cōstanter permaneatis, & eius præcepta obseruatēs, & ab omni prauo opere mentem & manus cohibeatis. Namque oportet omnes nos sibi ante tribunal Christi, ut recipiat vñquisque propria corporis sui quae fecerit, siue bona, siue mala: præterit enim figura mudi huius, & Dns venturus est de celo iudicare vios & mortuos.

mortuos. Nolite igitur negligentes esse, scientes quodqua hora non putatis, Dominus noster veniet. Errumas & labores libenter perforatis, corda vestra spe confirmantes, quod aduentus Domini prope sit. Recordemini quae vobis sapientia dixi, præsentis vite res, siue prosperæ, siue aduersa illa sunt, breves & caducas esse, omniaque hæc celeriter præterire: futuri vero illius seculi bona semper in eodem statu permanere æterna, & finem nullum habetia. Neque enim regnum cœlorum aliquando præterire poterit; neque indicium illud finem habebit, sed semper erit, his qui peccando vitam transfigerunt, immortalem peccatum adferens, & finem nullum habituram. Date igitur operam, ut sine culpa & labe in die illo extremo inueniamini, ne in gehennam sempiternam decidatis. Memoria repetite, quot signa & prodigia per me seruam suum Deus ipse apud vos effecerit, & pro me Deum orate. Ego enim iam iam immolandus sum, & tempus illud propè est, quo ab hoc corpore dissoluendus sum, sicut Dominus noster Iesus Christus mihi lignificauit. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem seruavi: nunc reposita mihi est corona iustitiae: non solum autem mihi, sed & omnibus, qui propter Christi confessionem certamen sustinuerint.

Hæc cum dixisset, vna cum omnibus Deum orauit, multusque fletus hominum fuit, ed quod Apostolus ille dixerat, tempus propè esse, quo à corpore dissoluendus foret. Barnabas vero cum 5 panem, & calicem sumptusset, & diuini ministerij ordinem totum compleuisset, vna cum fratribus particeps factus est Eucharistæ mysteriorum. Quo facto, Marcum secum habens fecerit, & ipsi secum dixit: Hodie infidelium Iudeorum manibus me consummari oportet: tu vero extra ciuitatem Occidentem versus egredere, & corpus meum inuenies: quod cum sepelieris, exi ē Cypro, & ad Paulum proficiere, & etio cum illo, quoad Dominus res tuas disponuerit: futurum enim est, ut nomen meum per totum orbem terrarum diuulgetur. Post hæc ingressus est Barnabas in Synagogam, & Iudeos ipsos docebat, illis persuadere studens Dominum Iesum esse Christum viuentis Dei filium. Illi vero Iudei, qui à Syria illuc venerant, furore perciti ē Synagoga surrexerunt, & manibus in eum coniectis, in obscuram quandam Synagogam illius cellam vñque ad multam noctem custodierunt. Cumque illum eduxissent, & multis cruciatiibus affecissent, postrem nefarij homines eundem lapidauerunt: & accenso rogo quadam magno beatum Barnabæ corpus in eum coniecerunt, ut nullus ipsius reliquie superefret. Diuina vero prouidentia factum est, ut Apostoli corpus integrum permaneret, neque ab igne ipso, laceretur. Marcus igitur, ut Barnabas preceperat, extra virhem egressus Occidentem versus cum quibusdam fratribus, reliquias sancti Barnabæ clam abstulit, & in spelunca quadam stadijs ferè quinque ab virbe distante sepeluit. Mox in virhem reuerteretur, & lachrymis eum prosecuti sunt.

Ilio autem tempore contra Salaminam virbis Ecclesiæ perfecutio magna commota est, omnēsque aliò dispergit sunt. Itaq; sancti Apostoli Barnabæ sepulchrū deinde ignotū erat. Proinde Marcus cum ē Cypro nauigasset, ad Paulum venit, qui erat Ephesi, eumque de Barnabæ martyrio cerrore fecit. Id cum ille audiuisset, lachrymauit, & Marcū secum tenuit. Postea vero cum Petrus Apostolus diuinā reuelatione iussus esset Romanum proficiere, secū duxit & Marcū, quē quodammodo sibi filii genuerat. Illi cum essent in virbe Roma, Euangeliū Marcus cōscriptis, quod Petrus Apostolus legit, & diuino Spiritu scriptū cognovit, atq; approbavit. Itaq; Marcus ipsum per manū impositione ordinavit, & vt maximē idoneū in vibem Egypti Alexandria, Lybiā, & Pentapolim misit. Quo cū Marcus venisset, Domini Iesu Christi Euangelium illis regionibus prædicauit, ita ut multi ad Christi fidē conuersi fuerint. Cum vero nouē annos Dei fidē Marcus in ea regione docuisset, martyrio in virbe Alexandria functus est. Multo autem tempore postea, cum Christiana fides latius fusa esset, & Imperatores Christiani Romanorū imperio poterint, miracula quidā magna Deus ipse in eo loco edebat, vbi reliquiae sancti Apostoli, & generosi martyris Barnabæ repositae fuerant. Nam cum multi homines impuros spiritus habentes per locum illum transirent, spiritus ipsi voce magna clamantes egrediebantur. Multi enim paralitici & claudi, varijs, morbis & cruciatiibus vexati ab eū locū profecti pernoctabāt, qui omnes curabantur: ob idq; Salamina ciuitas gaudio magno perfundebatur. Quod vero diuina quidā potentia in eo loco miracula efficeret, id quidē omnes cognoscabant: quenā tamen esset causa gratiæ illius tam copioſe, id nequaquam intelligere poterat. Regionē autem illam sanitatis locum indigenes appellabant. Cum vero beatus Martianus obiisset, sancte memoriae Leo Imperio successit. Huic erat gener Zenus Iauriū generis, qui post Leonem & ipse Imperator fuit. Tempore autem illo in religioso Accermentinū monasterio existit, monachus quidam, qui vt Iudas inter Apostolos, diaboli mores imitabatur. Illi nomen erat Petrus, qui fullonis artem exercebat, sanctam vero Synodum in virbe Chalcedone celebratam auerfabatur, & dogmatis Erychianū erat propagator. Eiusmodi hominem, ut corruptorē, & pestilentem, atque Apostoli corū NN ij dogmatum

dignatum hostem acerrimum, sius loci homines à monasterio expulerunt. Qui cùm illis expulsi fūlser, Constantinopolim profectus est, & assentatorum vitam imitatus, modò hāc, modò illam domum obibat, ventri & gula seruiens, cumq; execrabilis sue heres participes homines quoddam honore præditos inueniisset, illis adhærere coepit, per quos etiam in eius notitiam venit, qui erat gener Imperatoris, patritius, & excubitorum comes; sic enim appellabatur, qui excubij præfidebat. Itaque Petrus ille cùm religionis specie quadam se induisset, erat quidem assiduè cum Zenone Imperatoris genero, non audebat tamen propriam impietatem aperire. Eundem autem Zenonem ad orientis partes proficente fecutus est fullo ille vsque ad urbem Antiochiam: vbi cùm multos Apollinaris sectatores inueniisset, vñā cum illis contra Patriarcham temeritatem exercuit, aduersus eum sedicioſissimum quēque hominem concitans, & Chalcedonensem synodum conuicians, ac Patriarcham ipsum Nestorianum appellans. Cùm igitur Antiochenæ ciuitas multa seditione & tumultu perturbaretur, Petrus ille Comitem Zenonem dolo aggressus: nisi, inquit, huius ciuitatis Episcopus permittetur, fieri non potest, vt populus quietè viuat. Quinetiam multam aurum ei proposuit, si ab eo imperaret quod petebat: patefecit enim illi consilium suum quod antea occulauerat. Tunc infames quodam & improbos homines, qui eadem, quæ ipse sentiebant, persuasione suis secum duxit, & grauissima quædam scelerata contra Patriarcham falsè confixa aī Imperatore deculcit. Sed eius malitia nihil proficit, cùm Imperator Apostolicorum dogmatum est propugnator. Postea verò quām Leo ipse terrestre Imperium dereliquit, & ad immortale illud regnum translatus est, Imperio successit Zeno, Antiocheni verò, quos super diximus, Imperatori supplicationem obtulerunt, perentes fullonem illum Petrum sibi Episcopum creari. Id quod factum est, auro ipso omnibus, qui erant in aula regia, persuadente, vt Petri fullonis patrocinium scilicet. Statim igitur vt Petrus ille ordinatus est Episcopus, sanctam Calcedonensem synodum anathematizare fecit. Cùmque Apollinaris sectoribus placere studebat, qui Theopachiani appellabantur, eō quod Deum ipsum passum fuisse dicebant, nouitatem quandam pessimam excoxitauit, vt hymno illi qui Trifagion appellatur, hoc etiam in fine adderet: Qui crucifixus est propter nos. Hæc cùm sancti Episcopi, & patres nostri audiuerint, ad prauam illius opinionem refrenandam alacri & prompto animo aggreſi sunt: & primum quidem literis eum ab impietatis voragine reuocare conati sunt. Sed cùm eundem repugnante maiore audacia & temeritate contra fidem orthodoxā efferti vidissent, omnes qui sunt in orbe terrarum Episcopi, sententia pronunciata, sub anathemate illum expulerunt. In hac orationis parte libenter eos qui ex nostris hominibus nō vitio, sed quædam mentis leuitate, nouitatem hanc temerè amplexati sunt, his verbis cōplererent: Quænam causa vos, fratres, adduxit, vt refè sentientem patrum nostrorum doctinam relinqueretis, & nouitatem ab 6 hereticis super excoxitata sequeremini? Animaduertenter dum vobis erat, quernam modum sancti Patres nostri nō fictas fabulas fecuti, nobis hunc hymnum canendum triderunt, sed diuina quadam revelatione docti, quæ non vni, aut alteri, neq; in aliqua terræ angulo, sed meridie ipsa in luce clarissima vniuerso Constantinopolitanæ urbis populo Christi amantissimo facta est, quo tempore beatissimus pater Episcopus, & magister cum primis probatus Proclus Constantinopolitanæ sedi præfidebat. Quicquid autem diuina gratia suggestente diuinitus nobis revelatum est, illud nulla ex parte mancum, sed omnino perfectum est, & ad salutem idoneum, non indigenis humanarum argumentationi inventis, neque additamentis, vel subtractione aliqua, vt diuina litteræ docent, cùm dicunt: Verbum, quod ego præcipio tibi hodie, vide vt illud valde obserues, neque quicquam addas, neq; ab eo aliquid imminuas, cùm re vera diuinis eloquijs aliquid addere, vel detrahere periculum sit, & perniciē iis qui hæc faciūt, magnam adferat: non enim iij sumus, qui Christum corrigeremus, sed qui Christo subiici, & obedere debeamus. Hæc & multa alia licer de hac re dicere nostris hominibus ita sententibus: quos doceri cupimus, extremæ inscitiae esse, hereticis hominis nouitatem admictere. Desinat igitur cum haeretico homine deinceps sentire. Itaque cùm Petrus ille ab omnibus Episcopis sub 7 anathemate (vt diximus) damnatus esset, & Zeno propter inuisionē Basiliscū ab Imperio aufugisset, ipse quoq; fugiens ad ignota quædam loca se contulit. Postea verò quām Zeno ad Imperium reuersus est, Petrum fullonē requisiuit, & Antiochenæ Ecclesiæ Episcopum restituit, cùm nondum anathemate liberatus esset: beatum verò Calendione Patriarcham in Oaxim exulē relegavit, fullone illo Antiochenæ sedi Episcopatum vi capiente. Qui vt impius, & nullam spem reliquam habens, tyrānidem ipsam impunē, vel sceleratē potius exercebat, interficiens, præscribens, & omnes eos fugans, qui noblebant cum eius impietate communicare. Sed haec quidē misa faciā, cùm multa sint, & propriam historiam requirant. Conseruit autem se oratione nostra ad id quod magis vertet, vt sancti Apostoli Barnabæ gratiam omnibus notam faciamus, & quanta patriæ uā cura & beni:

a Semper haereticis noui tates excoxitant, quibus amplifices fallis.

b Ecce quæ etiam antiquitus haereticis excommunicabantur.

& benigitate prosequatur, declaremus. Cùm nondum contentus esset Petrus fullo innumere rabilibus illis malis, quibus Orientis partes afferunt, in prouincias etiam illas, que nihil ad eum pertinebant, manus iniecit. Cùm enim Imperatoris, & eorum qui erant apud Imperatorem gratiosi, lenitatem auro sibi cōparasset, ipius etiam Dei legem deinceps contempserit, & Cypri homines Dei & fidei amatores, ac recta sentientes omnibus modis vexare cogitauit, quoniā eius Insulæ habitatores pietatem apatribus suis traditā seruantes, reculabant cū eius impietate communicare. Itaq; Cypri sede sanctissimā, & à principio inde vñq; ab Apostolorū tempore liberā, ipse arripere, & sibi subiūcere aggellus est: id qd; ad Imperatore resulit, fullum deferens ac dicens: Quoniā verbū Dei ab urbe Antiochia ad Cyprū Insulā manauit, ob id Cypri Ecclesiæ sub Antiochenæ sedis Patriarcha esse oportet, quandoquidē Apostolica, & Patriarchica sedes est. Hæc ille rectæ fidei, & intentiæ defensor contendebat, cùm tamen non ignoraret ea quæ in urbe Epheso sancta illa Synodus, Cyrillo præidente, definierat, à se violari atq; corrupti. Sed pietatis präco, & sanctissimus Apostolus Barnabas patræ suæ oportuno tempore subueniens, illius Petri stultitiā, vel malitiam potius redarguit. Cùm enim Episcopus Salaminae iussu fuisset ad regiam urbem se conferre, & aduerius Antiochenos coram Patriarcha causam dicere, pr̄ timore torpecebatur, Fullonis illius infidias suspectas habens. Erat tunc Salaminae urbis Episcopus Anthemius, vir cum primis admirabilis, quod ad rectam fidem, & virtutē innocentiam pertineret, sed ad disputationē cū aduerariis sustinendum parum valebat. Cùm igitur anticipata cogitatione fluctuaret, negi certum haberet quid ageret, num videlicet Constantinopolim proficiere deberet, nec ne: nocte in somnis adstitit illi quidā diuinam quandam specie pr̄ se ferens, & luminis splendore multo effulgens, lucidaq; ueste indutus, ac sacro habitu decorus, qui & hæc dixit: Cur ita tristis es nunc Episcope? Quomodo tantus iste corporis te corruptit? Cur vultus tuus ita concidit? Nihil mali ab aduerariis tuis patieris. Hæc cum dixisset, ab Anthemio dīcessit: qui experitus, & timore perterritus Episcopus in faciem se & prostrauit, & multis lachrymis Deum ita precatus est: Domine Iesu Christe, fili Dei vivi, adiuua Ecclesiam hanc: Scio autem, quod illam adiuuas. Si visio hæc à te profecta est, fac, quælo, vt eadem iterum, ac tertio mihi ostendatur, vt te mecum esse certò scire possum.

c Orat Deū Episcopus in faciem se & prostratus.

Interea Episcopus ille diuinis precibus attentius vacabat, ab omnium hominum congreſione remotus. Nocte autem quæ deinceps consecuta est, cùm adstisset idem ille, vir eadem forma, & habitu, quo antevis vuerat: iam, inquit, tibi dixi, nihil malitie palliū ex iis que tibi aduerarij minuantur. Nihil igitur suspicane prompto animo ad urbem Constantinopolim venias. Hæc cùm dixisset, dīcessit, Episcopus verò rursus Domino gratias egit, neq; quicquamicu dixit, sed expectabat tamen reuelationem tertiam. Nocte igitur consequente, idem vir apparuit, qui grauius eum increpans: Quousque, inquit, non vis credere verbis meis, quæ diebus his coplenda sunt? Proficisciere in urbem regiam prompto & alacri animo: illinc enim munus apostolicum reuerteris, neq; quicquam mali ab aduerariis passus fueris, cùm Deum ipsum pr̄pter me seruum suū tui propugnatorē habebas. Tunc Episcopus: Quæso, inquit, Domine mihi, quis es tu, qui hæc mecum loqueris? Tum ille ait: Ego sum Barnabas discipulus Domini nostri Iesu Christi, segregatus à spiritu sancto, vt vñā cum Paulo Apostolo electionis valeminus Apostolicum inter Gentes exerceret. Huius rei signū hoc habeas. F greedere extra urbē Occidētem versus, stadiis quinque, in eam regionem, quæ Sanitatis locus appellatur: (Per me enim Deum ipse in loco illo miracula efficit) & sub arbore Silique effodias: speluncā enim, atq; arcā inuenies, quoniā illic totū corpus meum conditū est, & Euangeliū manu propria scriptū, quod à sancto Apostolo & Euangelista Mattheo excepti. Quoniā verò aduerarij tui loca miracula esse, surlū & deorsum miscentes omnia, & iura quædam obicientes, tecum disceptant, Antiochij scire, sedem Apostolicae celi contendentes, & tu contrā ius tuū illis opponas: Et mea, inquiens, sedem Apostolicae celi, & Apostolū habeo in patria mea. His dīctis, Barnabas dīcessit. Episcopus verò experitus Deum adorauit, rotō, clero, & populo Christi amantissimo congregato, exit in eum locum, quem per reuelationē didicerat, multo apparatu, & 10 cruce ipse prælata. Cumq; preces ad Deum misisset, iussit locum effodi, quem postquam paulum fodis, inuenierunt speluncā lapidibus obliteratam. Illis aut̄ sublati, appariuit arca illa: qua determinata, inuenierunt 11 venerandas sancti & venerabilis Apostoli Barnabæ reliquias, suam gratias spiritualis odorem spirantes, inuenierunt etiam euangeliū supra Barnabæ pectus impoſitum. Illam verò arcā plumbeo figillo muniverunt. Cumq; Deum precati essent, & adorarent, diligenterunt, viris religiosis in loco illo ab ipso Episcopo constitutis, qui vespertinis, & matutinis hymnis Deum collaudarent. Ille igitur insigniores Episcopos secum habens ve- quias,

d Nota Deum p̄p̄ sanctos aliquo in loco miracula esse.

e Vides Clericos, quotiescumque cum ap̄paratu, & pro cōfessione incedunt signū vivificare.

f Ecce venerans das sancti Apostoli Barnabæ reliquias.

rat, omnium partium contouersiam audiret, & quod illi videretur decerneret. Coasto igitur concilio, cum causa illa tractaretur, aduersarij adferebant sua iura, ut libi videbantur, quod Antiocheni fides, Apostolica & Patriarchica fides esset; ob idq; contendebant, & alias prouincias libi subiectas esse debere. Hęc cūm afficerent iis qui præsentes erant, ratione cōfentanza dicere videbantur. Beatus verò Anthemius paulum moratus, contrà obiciens: Et mea, inquit, feds Apostolica fuit inde vsque à principio, & libertate honorata, qui & Apostolū habeo in patria maie integrō corpore constantem, beatissimum, inquam, illum Barnabam, laetitiam laudū præconis celebrerimur. Hoc cūm Anthemius opposuerit, nihil loci aduersarij relictum est, cūm Episcopi qui præsentes erant, silentio Anthemij orationē confirmarent. Aduersarij verò ipsi rubore perfusi, muti remanserunt, responso illo tam iusto perculsi. Hęc cūm Imperator audiuit: Episcopū Cypri ad te accersiri iusit, & de reuelatione sancti Apostoli Barnabę diligenter ab eo quaestus. Ille nihil ex his quę vera cognoverat, occulauit, sed ordine rem omnem Imperatori narrauit. Ille hec audiens valde gauisuerit, diuinę gratia diutius admirans, quod Imperij sui temporibus tantū miraculū à Deo factum cognosceret. Tunc Antiochenas virbis Episcopum illinc expulit, & iussit, ut in posterū Cypri Episcopō, quod ad eam caulanī pertinebat, nihil omnino molestus esset. Beatus verò Anthemium Episcopum icarogauit: Quoniam sancti Pontificatus tui temporibus Domino nostro Iesu Christo placuit, sanctum suum Apostolū Barnabam reuelare, jube queso celestes Euangeliū illud quod inuenient est, nobis adferri. Id si feceris, mihi filio tuo gratissimum erit; habebis enim & me ipsum posthac tibi, pater, in omnibus obtemperantem. Aflensus est eius petitioni Episcopū, & quendam ex iis quos secū habebat, vñā cum fidelissimo Imperatoris ministri ad Episcopū missi: qui Euangeliū illud in vrbē Cōstantinopolim attulerunt. Eranc aut libri tabellę thynis lignis cōpōrātā. Euangeliū illud Imperator in manus sumpsit, & de osculatus est, auroq; multo exornatus in palatio suo reposuit, vbi ad hodiernū vñq; diē seruat, & in magna quinta Paschæ feria quotannis in palazio eratorio Euangeliū ex eo libro recitat. Episcopū verò Anthemii magnis honorib;is prolecatus, pecunis multis donatum ad Insulā Cyprū remisit, cīq; mandauit, ut sancto Apostolo Barnabę templū in eo loco erigeret, vbi venerande ipsius reliquias inuenire fuerat. Multi aut ex optimati numero pro illius templi edificatione pecunia cōculerunt. Ille igitur in Cyprium reuersus, multis artifices que operarios collegit, & edificationi nō mediocrē op̄a dedit, & Apostolo Barnabę tēplū valde magnum tum adiūcio, tum mālū & vario ornato insigne construxit. Ad eam verò templi partem, quae ad Lybiām spectat, aulam quandam compositū, quatuor porticus habentem, & cellas hinc atque illinc ē regione sibi oppositas in aula construxit, vt qui diuina officia in templo illo Monachi celebrarent, in illis cellis habitare posset. Quinetiam ē longinquā regione aquæductum deriuari fecit, & in medio atrio concham quandā pulcherrimam construxit, in quam aqua illa defluere, vt tam qui eo in loco habitabant, quā qui peregrinè venissent, abunde aquis illis frui posset. Multa etiam alia hospitia illuc adiūcauit, in quibus peregrini & hospites recreari possent: ita vt qui locū illū vidisset, parus aliciuus, & iunctū vrbis figurā videre sibi viuis esset. Dein arcā illā, in qua Barnabę Apost. reliquias cōdite erant, in dextera sacre aræ parte collocauit: qui locus multo argento, & marmoreis columnis ornatus erat. Diē 13 verò festū, quo beati Apost. & generoli martyris Barnabæ memoria celebraretur, Parres agi per singulos annos constituerunt 3. Idus Iun, vt Romani numerant, verò Cypri Conſtantinenses, die 11. eius mensis, qui ab illis dicitur Mesores, & decimus numeratur: vt aut Afiani homines, vel Paphiū numerant, decimo nono mensis, qui Phœnicius dicitur, & nonus numeratur. Hoc igitur anni tépore in eum locū, quem supradiximus, gentes plurimæ conueniunt, & diuina officia cōcelebrant in gloriā Patris, Filii, & Spiritus sancti, cui debetur gloria in secula seculorum. A M E N.

²² Vide hic magnū, multoque ac
garo ornato inſtū
gne sancto Apoſto
lo conſtruit templū

²³ Dic sestus 5.
Barnabæ Apoſto
lo xi. die nonijs
Iunij.

R eliquiarum sancti Apost. Barnabæ reuelatio ita se habuit, vt diximus. Quę verò miracula quotidie à sanctissimo ipsius sepulchro abunde proficuntur, ea si quis conscribere velit, ne multis quidem voluminibus (vt opinior) illa complecti poterunt. Nos igitur ad eorum, quae supradiximus, memoriam redeentes, virū hunc pietatis causa omnibus certaminibus egregiè sumū, ob idq; cœlesti corona donatum, hymnis diuinis prosequamur, & eundem beatum prædicantes laudum præconiis celebremus. Hic enim tanquam olia quædam fructifera, in domo Dei plantatus, quotidie fructus suauem odorem spirantem Deo ipsi offert. His Imperatorum gloria, sacerdotum iucunditas, populorum exultatio, eorum qui angustiis premuntur, consolatio, afflictorum perfugium, ac recreatio, desperatorum spes, atque adiutor, peregrinorum requies, agrotantium medicina, sanorum custos, spiritualium gratiarum fons, Ecclesie murus, Orthodoxorum firmamentum, fidelium hominum propagatio, totius orbis terrarum decus. Cæterum tot & tantæ sunt beatissime Apostole Iesu Christi.

Sti Bar-

sti Barnaba, laudes tuę, vt omnium hominum mentem atque orationem superent. Nihil minus tamen nostri sermonis paupertatem exiguum illam quidem, sed promptam certè acceptam habens pro nobis apud eum quem dilexisti Christum unigenitum Dei filium, & verbum intercedere ¹⁴ non graueris, vt ille à præsenti, & laborioso hoc seculo nos eripiat, nobisque concedat, vt remissionem peccatorum, clementiam, & misericordiam multam asse quamur in illo die terribili, cūm veneri iudicare viuos & mortuos. Tuū verò successore, qui iancam sedem tuam gubernat firmam, atque immobilem, cuius & tu propugnat fūisti, fidem eodem sensu tuuent, Orthodoxa veritatis legitimū, & verum doctorem, Salvatoris nostri imitatore, pastorem, & Patrem nostrum qui prælens est, & sanctam tui memoriam illustrem repræsentat, Deum ¹⁵ exora, vt multis annorum circulis in sanctissima tua sede conferuet valentem, & populum ipsius in pace & tranquillitate regente, qui & veritatis doctrinam omni cum faniate & iustitia dirigat. Te insuper oramus, vt qua cura patriam tuam semper prosecutus es, eadem & nunc illam prosequaris, eamque tuis sanctis apud Deum precibus custodias, & à scandalis operatiū iniquitatem eripias, vt in pace, modestia, ac pietate vitam in hoc seculo ducamus, & misericordiam Domini nostri Iesu Christi expectantes ad æternam illam vitam peruenire possumus, cuius nos omnes participes fieri optamus, gracia, misericordia, & benignitate Domini nostri Iesu Christi: Cui gloria sit, Patrique & sancto spiritu nunc & semper & in secula seculorum. A M E N.

¹⁴ Ecce quomodo
do facili spud dei
filii pro nobis in
tercedunt, vt pecc
atorum remissio
ne, clementiam &
misericordiam mul
ta congeuamus.

¹⁵ Inuocat et bie
fancū A p o ſt o l ē
cōfranciscus
rum hereticorum
blasphemias.

VITA S. STEPHANI PROTOMARTYRIS, PER D.

Augustinum Episcopum Hipponeensem scripta.



R A T R E S Charissimi celebravimus hesterna die natalem, quo rex martyrum natus est in mundo, hodie celebramus natalem, quo primicerius martyrum migravit ex mundo. Oportebat enim vt primum immortalis pro mortali subciperet carnem, & sic mortalis pro immortalis contemeret mortem.

Et ideo natus est Dominus, vt moreretur pro seruo, ne seruus timeret mori pro Domino. Natus est Christus in terris, vt Stephanus nasceretur in celis. Ingressus est Dominus mundum, vt Stephanus ingredieretur in celum. Altus ad humilia descendit, & humiliis ad alta ascendit. Filius Dei factus est hominis filius, vt filios hominum faceret filios Dei. Fecit Christus mirabilia, fecit & Stephanus. Sed Christus fecit sine Stephano: Nunquid Stephanus potuit facere sine Christo? Vievebat Stephanus de Christo, sicut sarmamentum de vite. Miraris frustum de sarmamento pendente, vide sarmamentum in vite manens. Eia sancte Stephen, dic aliquid Iudeis, vt incipias lapidari, & possis coronari. Iaculare verba, & excipe lata. Dic aliquid de incircisis cordibus, & morieris lapidibus. Dic aliquid de eo cuius nomine nolunt audire. Erubescant & fœuant, muta efficiant labia dolosa. Dic eis, vbi vides viuū, quę irriferunt, crucifixum. Dic eis vbi eum vides, & hic non viuis, sed cum illo melius viuis. Dic eis, quia nihil est quod fecerunt, viuū quem occiderunt. Dic eis, quia vides ad dexteram patris stantem, & irriferunt in cruce pendente. Et ille inquit: Ecce video celos apertos, & filium hominis stantem ad dexteram Dei. At illi clamantes continuerunt aures suas. Aures clauerunt, & ad lapides cucurserunt, impetumq; fecerunt omnes in eis, & lapidabant Stephanum inuocante, & dicente: Adhuc anima mea post te, quia lapidatur caro mea pro te. Accipe spiritum meum, & redde mihi promissum tuum. Oravit Christus pro suis crucifixoribus, oravit & Stephanus pro suis lapidatoribus. Dominus Iesus Christus oravit affixus ligno, Stephanus genu flexo. Qui stando suum spiritum commendauit Domino, pro illorum delito fixo genu oravit. Orabat Dominum pro inimicis, vt amicus, dicens: certè ergo patior, ego lapidor, in me sciuunt, & in me fremunt, sed ne statuas illis hoc peccatum, quia vt hoc dicā ram genu oravit. Pro lapidatoribus suis fixo in terra, Stephanus pro suis

¹ Pro lapidatoribus suis fixo in terra, Stephanus pro suis

NN iiiij tet pre

tet preparare. Talia ergo in oratione exhibuit, qualia in sui Domini mensa comedit. Domini
 nus Christus dixit: Pater ignosce illis, quia neſciunt quid faciunt: Sæcūlus Stephanus dixit: Ne
 ſtatua illis hoc peccatum; & hoc diſto obdormiuit ¹ in Dominō. O ſomnū pacis: Quid illo
 ſomno tranquillius? Quid illo ſomno quietius? Qualis ibat ad amicos, qui ſi diligebat ini-
 micos? Nam vt nouerit sanctitas veftra, quantum valuerit oratio sancti Stephani martyris,
 recurrite nobiscum ad illum adolescentem perſecutorem nomine Saulum, ſicut ex libro, dū
 legeretur, audiuiimus. Qui cūm Stephanus lapidaretur & ab ipſo omnī lapidantū veftimē-
 ta feruarentur, vt tanq; in manibus omnī ipſe lapidare videretur: hic cūm iret in via, ſubito
 circumfuliſ eū lumē de celo, & audiui vocem dicentem libi: Saule, Saule, quid me perfe-
 queris? Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Et ille: Et tu quis es Domine? Et Domi-
 nus ad eū: Ego sum Iesu Nazarenus, quē tu perſequeris: Quid mihi & tibi? Quare te erigis
 cōtra me ad tanta mala, quē cōmisihi in me? Olim quidem debui perdere te, ſed Stephanus
 meus oravit pro te. Saule, Saule, quid me perſequeris? Sed quia infantis cōtra nomē meū, ego
 te faciam ſeruū meū. O Saule, lupo rapax, comedisti: expecta paululum, & digeres. Dicā plāne
 eliſus eſt filius perditionis, Nā liſtā Stephanus ſic non oraffet, ² Ecclesiā Paulum non
 habret. Sed ideo erectus eſt Paulus, quia in terra inclinatus exauditus eſt Stephanus. Ergo
 quod fecit Saulus, patitur Paulus. Quod fecit perſector, patitur prædicator. Quod fecit lu-
 pus, patitur agnus, quia ſic eſt in tali homine vindicandum, vt dicit pati, quod faciebat. Sen-
 tivebat, & ipſe, quod alii inferebat. Dicitur Ananias a Domino Iesu Christo, vade ad eum, &
 ſigna cū ſigno meo. Multa enim patitur pro nomini meo. Abiit Ananias, Baptizauit Saulū,
 & fecit ex lupo agnum. Cœpimus habere nos prædicatores, quem ſanctus Stephanus habuit
 lapidatorem. Sic ergo exauditus eſt ſanctus Stephanus, vt eius orationibus deleretur peccatum,
 quod commiferat Saulus. Commendemus ergo ⁴ nos orationibus eius. Multo magis enim
 nunc exauditur pro bene oratoribus suis à regnante Domino noſtri Iesu Christo cui eſt ho-
 nor, & gloria in ſecula ſeculorum: Amen. Post extremit̄ ſeſtiuſiſum ⁵ diem, quo ſalu-
 taris noſtri Christi nobis nativitas illuxit, & iam hodiernus dies beati martyris Stephanii
 corona illustratur. Martyris illius merita nulla pars orbis ignorat: paſſus enim eſt ipſo pri-
 pio Ecclesiā, id eſt, in ipſa vrbe Hierofolyma, ibi enim diaconus minifrauit, & in ipſo iu-
 ventutis flore decorum etatis ſue ſanguine purpurauit. Paſſio eius inſignis eſt, multumque
 mirabilis. Hanc modū de libro Actuum Apostolorum cūm legeretur, audiuiimus non ſolū,
 ſed etiam oculis ſpectauimus. Christus ergo caput martyri prior paſſus eſt pro nobis, relin-
 quēs vobis exemplū, vt ſequamini vefſigia eius. Cuius paſlionis vefſigia prior ſequutus bea-
 tus Stephanus, conſtitendo Christum, lapidatus a Iudeis coronam meruit, tanquam ſuo ſibi
 nomine poſtam. Stephanus enim Græcē, Latīne corona appellatur, tam corona nomen ha-
 bebat, & ideo palnam martyrij ſuo nomine præferebat. Qui cūm lapidaretur, nō ſolū non
 exspectabat de perſectoribus reportare vindictam, ſed eis potius de Deo venienti poſtulabat.
 Meminerat enim dixisse Dominum: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Et
 iterum: Ne dixeris, vñſicat me di inimicis meis, ſed expeſta Dominum, vt tibi auxilium fit.
 Expectare nos iubet Dominus Dous, vt in die futurae retributionis cum ſanctis martyribus
 vindicetur. Beati enim, qui expeſtant Dominum, quoniam ipſi hæreditate poſſidebūter-
 ram: illam ſciliēt terram, quæ iuſtis eſt præparata. Tu autem o Christiane, queris vindicari
 de aduerſario tuo, qui tibi forſitan injuriā fecit, aeftuas, furis, anhelas, festinas vindicari, at-
 tende Christum medicum aegritudinis tuae, attende redemptorem animae tuae. Propter te
 pependi in ligno, & nondum eſt vindicatus, & tu viſ vindicari, & non viſ tantum & ta-
 lem magistrum imitaris? Ideo pati voluit, vt tibi patientiſ ſua demonſtraret exemplum. Vide
 pendente, & tibi languenti de ſuo ſanguine medicamentum conſcientem. Vide pendente,
 & tibi de ligno tanquam de tribunali præcipientem. Audi precentem: Pater, inquit ignoſ-
 ce illis, quia neſciunt quid faciunt. Sed potuit hoc Christus, dicas mihi, ego non poſsum.
 Ego enim homo ſum, ille Deus homo. Deus ergo vt quid homo, ſi non corrigitur homo?
 Sed hæc tibi loquor o homo. Multum eſt a te imitari Dominum tuum. Attende Stephanum
 conſeruum tuum. Certè Stephanus homo erat, an Deus? Planè homo erat: hoc erat, quod
 tu. Sed quod fecit, non fecit niſi donante illo, quem rogas & tu. Vide tamen quid fecit.
 Loquebatur Iudeis, ſæviebat, & diligebat. Vtrumque debo demonſtrare, & ſævientem,
 & diligente. Audi ſævientem: Duræ ceruice: Verba ſunt ſancti Stephani, quando loque-
 batur Iudeis, Duræ ceruice, & non circumciſi corde, & auribus: vos ſemper reſtituiſ ſpi-
 rituſ ſancto. Quem prophetarum non occiderunt patres veftri? Audisti ſævientem, audi
 & diligente. Irati illi faſti, & grauiſ inardeſcentes, & malo pro bonis reddentes, ad la-
 pidem cucurrerunt, & Dei famulū lapidare coepérunt. Hic probemus ſancti Stephani pa-
 tientiam & dilectionē. Hic victorē diabolij, triumphatoremq; cernamus. Audiuiimus ſeuenientem
 aduersus

aduersus taſtent, videamus, ſi diligat ſævientem. ſævientem aduersus taſtent, videamus ſi
 diligat lapidantes. Ecc: Stephanus lapidatur, ſic confitetur quaf ante oculos noſtrōs. Ecc: membra Christi, ecce athleta Christi. Inspice illum, qui pependit in ligno. Crucifigebatur
 ille, ille lapidabatur. Ille dixit: Pater ignosce illis, quia neſciunt quid faciunt. Iſte quid dicit?
 Audiamus illum ſi forte vel ipsum imitari valemus. Primò beatus Stephanus ſtans ⁷ orauit
 pro ſe, & ait: Domine Iesu accipe ſpirituſ meum. Deinde genu flexit, & flexo genu ait: Do-
 mine ne ſtatua illis hoc peccatum; & hoc diſto obdormiuit. Felix ſomnus, & requies vera;
 Ecce quid eſt requiescere, pro inimicis orare. Sed paululum queſo te ſancte Stephane, ex-
 pone nobis hoc neſcio quid quare pro te ſtans orati, & pro inimicis 8 genu flexisti? Reſpo-
 derer forteſ, quod intelligimus. Pro me ſtans orauit, quia pro me, qui recte Deo ſeruui, oran-
 do & impetrando non laborauit, quia qui pro iuſto orat, non laborat, ideo pro ſe ſtans orauit.
 Ventum eſt, vt oraret pro Iudeis, pro interfeſtoribus Christi, pro interfeſtoribus fanctorum,
 pro lapidatoribus ſuis: atendit tam multam & magnā eſſe impietatem ipsorum, quæ diſſi-
 fe donari poſſet, genu flexit, & ait: Domine, ne ſtatua illis hoc peccatum. Ergo chariſimi noſ
 potestis imitari Dominum, imitamini conſeruum, imitamini ſanctum Stephanum, imita-
 mini omnes martyres ſanctos. Homines erant, conſerui tui erant; Sicut tu, nati erāt: hic ut tu,
 nati, ſed à Christo ſunt coronati. Omni ergo Ecclesiā beatus Stephanus datus eſt ad profeſſi-
 ſu. Adhuc laicus diaconiſ meruit electionem, & leuita martyrij obtinuit principatum. In plebe
 adhuc poſitus erat, ſed iam virtutibus eminebat, humiliſ erat, ſed celus fidei. Discipulus erat
 ordine, ſed factus eſt magiſter exemplo. Quod ſequetis deuotione fidei, præceſſit velocitate
 martyrij. Scriptum eſt enim de eo in Aſtrībus Apostolorum, quod ad ministerium viduarum
 ſit apostolis deputatur. In hac etiam re quod præpoſitus eſt feminiſ, testimonium me-
 ruit a ſyncerisima caſtratis. Beatus ergo erit, fratres chariſimi, qui hunc ſeſtatuſ, qui hunc
 imitatus fuerit, & pudicitia palmam, & martyrij conſequitur coronam. Lectio Actuum A-
 ſtaphani commiſſa postolorum, quæ nobis hodie lecta eſt, dilectiſimi fratres, quum plurimū habeat in ipſa ſpe-
 cie admiraſſionis, non minus ramen continet in myſterio dignitatis. Ecce (inquit) beatus Ste-
 phanus dicit: Video celos apertos, & filium hominiſ ſtancem à dexteris virtutis Dei. Conſi-
 derate atentius, fratres dilectiſimi, quim beatus martyr Dominum noſtrum Iesum Chri-
 ſtum ad dexteram Dei patris ſtare vidifuerit, cur ſe filium hominiſ videre testatus eſt, & non
 poſcius filium Dei quārū plus honoris Domino delaturos videtur, ſi ſe Dei poſtuiſ, quām
 hominiſ filium videre diſiſet. Sed certa ratio poſtulabat, vt hoc ita & oſſederetur in celo,
 & prædicaretur in mundo. Omne enim Iudeorum scandalum in hoc erat, cur Dominus
 noſtri Iesu Christus, qui ſecondū carnem eſt filius hominiſ, eſt etiam Dei filius diceretur.
 Ideo ergo pulchre ſcriptura diuina filium hominiſ ad dexteram Dei patris ſtare memorauit,
 vt ad confundendam Iudeorum incredulitatem illi martyri ostenderetur in celo, qui à perſ-
 diſ negabatur in mundo. Et illi certimonium celeſtis veritas daret, cui ſidem terrena impie-
 misi. ſcopi Tau-
 ſanctorum eius ſit: ſi quid tamen diſpare inter martyres poſteſt, præcipuus videtur eſſe, qui
 primus eſt. Nam quām ſanctus Stephanus ab Apostolis diaconus ordinatus ſit, Apostolis
 ipſos beata ac triumphali morte præceſſit, ac ſic qui erat inferior ordine, prior factus eſt pa-
 ſione: qui erat diſcipulus gradu, magiſter cecepit eſſe martyrio: compleſus illud, quod beatus
 Prophetæ in Psalmo dixit: Quid retribuari Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Re-
 tribuere enim primus voluit Stephanus martyr Domino, quod cum omni humano ge-
 nere accepit a Domino. Mortem enim, quam Saluator dignatus eſt pro omnibus parti, hanc
 ille primus reddidit Saluatori. Poſt hæc ſubiecit ſcriptura facra, & ait: Positis genibus cla-
 mauit dicens: Domine ne ſtatua illis hoc peccatum. Videlicet dilectiſimi fratres, affectum be-
 ati viri. Videtur magnam & admirabilem charitatem. In perſecutione poſitus erat, & pro
 perſectoribus ſupplicabat, atque in illa lapidum ruina, quando alijs obliuisci poterat etiam
 chariſimos ſuos, ille Domino commandabat inimicos. Quid enim dicebat, cum lapidare-
 tur Domine ne ſtatua illis hoc peccatum. Plus itaque tunc illorum dolebat peccata, quām
 ſua vulna; plus illorum impietatem, quām ſua mortem: Et recte plus. In illorum quip-
 pe iniquitate erant multa, quæ plangi: in illius autem morte non erat, quod debuiffet do-
 leri. Illorum impiaſerat mors ſequetur aeterna: huius mortem autem vita perpetua.
 Imitetur ergo in aliquo dilectiſimi fratres tanti magiſtri fidem, tam præclari martyris cha-
 ritatem. Diligamus nos hoc animo in Ecclesiā fratres noſtrōs, quo ille tunc dilexit inimicos
 ſuos. Sed quod peius eſt, aliquotiens non ſolū inimicos non diligimus, ſed nec amicis qui-
 dem fidem integrā cuſtodimus. Sed dicit aliquis: Non poſſum diligere inimicum meum,
 quem quotidie velut hostem patior crudelissimum. O quicunque ille es, attendis quid tibi
 fecerit homo, & non conſideras quid tu feceris Deo. Quum enim tu multū grauiora in
 Deum

Deum peccata commiseris, quare nō dimittis homini parum, vt tibi Deus dignetur dimittere multum? Recole quid tibi in Evangelio veritas ipsa promiserit, & quam tibi quodammodo cautionem fecerit, vel quale tecum pactum inierit. Si enim (inquit) dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester celestis peccata vestra. Si autem non dimiseritis, nec pater vester dimittet debita vestra. Videtis fratres, quia cum Dei gratia in potestate nostra possumus est, qualiter à Domino iudicemur. Si (inquit) dimiseritis, dimittetur vobis, iam saepe dixi fratres, & frequentius dicere debeo, nemo se circumueniat, nemo se seducat: qui vel vnum hominem in hoc mundo odio habet, quicquid Deo in operibus bonis obtulerit, totum perdit, quia non mentitur Paulus Apostolus, dicens: Si dederit omnes facultates meas in cibos pauperum, & si tradidero corpus meum, ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Quam rem etiam beatus Ioannes confirmat, dicens: Omnis qui non diligit fratrem suum, manet in morte. Et iterum: Qui fratrem suum odit, homicida est. Hoc loco fratrem omnem hominem oportet intelligi, omnes enim in Christo fratres sumus. Nemo itaque sine charitate de virginitate presumat, nemo de elemosynis, nemo de orationibus confidat: quia quādū inimicitia in corde tenuerit, neque istis, neque aliis quibuslibet bonis operibus placare sibi Dominum poterit. Sed si vult sibi habere propitium Deum, non dedigneretur audire consilium bonum. Audit non me, sed ipsum Dominū tuum. Si (inquit) offers munus tuū ad altare, & ibi recordaris fueris, quia frater tuus habet aliquid adulterium te, relinque ibi munus tuū ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offers munus tuū. At nos pugnas habentes intrinsecus, & dolos in corde versantes, quasi qui bonam conscientiā habeamus, praeſumimus accedere ad altare, non timentes quod scriptū est: Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. Sed dicit aliquis: Grandis labor est inimicos diligere, pro persecutoribus supplicare. Nec nos negamus fratres. Nō partus quidem labor est in hoc seculo, sed grande erit præmium in futuro. Per amorem enim hominis inimici, efficeris amicus Dei, m̄d non solum amicus, sed etiam filius, sicut ipse Dominus dicit: Dilige inimicos vestros, benefacite his, qui vos oderunt, vt sis filii patris vestri, qui in celis est. Si te aliquis homo diues in hoc seculo vellet adoptiūm filium facere, quomodo seruires, quas indignitates etiam seruorū eius, quę seruitia durissima, & aliquoties etiam turpisim⁹ sustinores, vt ad caducam, & fragilē hæreditate illius peruenires? Quod ergo aliis sustinet propter substantiā terrenā, tu sustine propter vitam eternam. Conuincimur enim certissima ratione, quia propter Deum possimus quidem, sed non nullus iniurias sustinera. Denique si nobis aliqua potens persona iniuriam faciat, si nobis etiam in facie maledicat, nec respondere aliquid asperum, non dicā vicem reddere audemus. Quare? Ne ab illa persona potente adhuc maiora quā pertulimus, patiamur. Quod à nobis extorquet hominis timor, debuerat à nobis exigere Christi amor. Si ergo potens persona fauit contra nos, taceamus, & nihil dicere ausi sumus. Si vero aut æqualis, aut forte inferior, vel leuem nobis contumeliam fecerit, quasi fera bestia sine villa patientia, ac sine aliqua Dei contemplatione conſurgimus, & aut in praesenti nostrā iniuriam vindicamus, aut certe ad maiore vicem reddendam nostrū animum præparamus. Quid est hoc, quod quando potens persona nobis iniuriam intulit, patienter accipimus: quando inferior, nūmio furore succendimur? quod ibi timuimus hominem, hic Deum timere nolumus. Vnde ergo nos fratres, quantum possumus cum Dei adiutorio cor nostrum ad patientiam præparemus, & in omnibus malis hominibus medicorum vicem agere studeamus, & nō ipsos homines, sed illorum maliciam odio habeamus. Pro bonis oremus, vt semper ad meliora concendat: pro malis, vt citò ad emendationem vitae per penitentia lamenta confugiant. Quam rem orantibus nobis ipse p̄f̄stare dignetur, qui cum patre, & spiritu sancto viuit, & regnat Deus in secula seculorum. AMEN.

Ex lib. 2. de ci-
tate Dei, cap. 2.
20. Huc adeſte
quoniam sanctos
rum aduersarios
agita.
Qui dicitur san-
ctos esse mortuos,
er nou posse open-
ferre, eorum reli-
quias non veneras-
tas, ad eorum me-
morias non pere-
grinandum, sc̄

RELATIO DIVI AVGUSTINI DE

Miraculis sancti Stephani.



D aquas Tibilitanas Episcopo adferente Projec̄to reliquias ¹⁰ martyris gloriſſimi Stephani, ad eius memoriam veniebat magnæ multitudinis coſcurſus, & occurſus, ibi cœca mulier, vt ad Episcopum portantem pignora ſacrificaretur, orauit, flores quoſ ſerebat, dedit, recipit, oculis admouit, protinus vidit, Scropentibus cunctis qui aderant, p̄reibat exultans, viam carpens, & viæ decem viterius non requirens. Memorati memoriam martyris, quæ poſita eſt in castello Syricensi, quod Hipponeſi Colonia vicinum eſt, eiudem loci Lucillus Episcopus, populo preceſtente, atque ſequente, portabat: fiſtula, cuius moleſtia iam diu laborauerat, & familiariſſimi ſui medici qui eam ſecaret, operiebatur manus, illius piæ ſarcinæ veſtitione re-

pente

pente ſanata eſt: nam deinceps eam in ſuo corpore nō inuenit. Eucharius preſbyter ex Hispania, Calamae habitans, yetere morbo calculi laborabat, per memoriam ſupradicti martyris, quam Poſſidiuſ illò aduexit Episcopus, ſaluuſ eſt factus. Idem ipſe poſtea morbo alio praeualeſcente mortuus ſic iacebat, vt ei iam pollices ligaretur, opitulatione memorati martyris, cū de memoria eius reportata fuſſet, & ſuper iacentis corpus missa ipſius preſbyteri tunica, ſuſcitat⁹ eſt. Fuit ibi vir in ordine ſuo primarius nomine Marialis, aeuo iam grauis, & multum abhorrens à religione Christiana. Habebat ſanè fidem filiam, & generum eodem anno baptizatum. Qui cū eum aegrotanter multis, & magnis precibus & lachrymis rogarent, iſ fieret Christianus, proſrus abutit, eſq; quę ſe turbida indignatione ſubmoſit. Vilium eſt genero eius, vt iret ad memoriam sancti Stephanū, & illi pro eo quantum poſſet, oraret, vt Deus illi daret mentem bonam, qua credere noui differret in Christum. Fecit hoc ingenti gemitu, & ſletu, & ſynceriter ardente pietatis affectu. Deinde ascendens de altari aliquid florū quod occurrit, tulit, eīq; cū iā nox eſſet, ad caput poſuit. Tunc dormitum eſt, & ecce ante diluculū clamat, vt ad Episcopum curreretur, qui mecum forte tunc erat apud Hipponam. Cū ergo eum audiſſer absentem, venire preſbyteros poſtulauit. Venierunt, & statim credere de dixit. Admirantibus atq; gaudentibus omnibus baptizatus eſt. Hoc quādū vixit in ore habebat, Christe accipe ſpiritum meum, cū hæc verba beatissimi Stephanū, quando lapidatus eſt à Iudeis vltima fuſſe neliciret. Que huic quoque vltima fuerunt: nam non multo pōt etiam ipſe defunctus eſt. Sanati ſunt illi per eundem martyrem etiam tres podagrici, duo ciues, peregrini vnuſ, ſed ciuis omnimodo: peregrinus aut per relationem quid adhiberet, quando dolorer, audiuit, & cū hoc feciſſet, dolor continuo conquietuit, Audurus eſt nomē fundi, vbi Eccleſia eſt, & in ea memoria martyris Stephanū. Puerum quendam parvulū, cū in arca luderet, exorbitantes boues, qui vehiculū trahebant, rotarobtruerunt, & confeſſim palpitauit expirans. Hunc mater arreptum ad eandem memoriam poſuit, & non ſolum reuixit, verū etiam illæſus appariuit. Sanctimonialis quādū, in vicina poſſitione, quæ Caſpaliana dicitur, cū egritudine laborebat, ac desperaretur, ad eandem memoriam tunica eius allata eſt. Quæ antequam reuocaretur, illa defuncta eſt. Hac tamen tunica operuerunt cadaver eius parentes, & recepto ſpiritu ſalua facta eſt. Apud Hipponem Baſilius quidam Syrus ad memoriam ciudem martyris orabat pro aegrotante, & periclitante filia, eοq; ſecum veſtern eius articulat: cū ecce puſri de domo cucurruerunt, qui ei mortuum nuncirent. Sed eūm orante illo, ac amicis eius exciperent, prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicū plágaret. Qui cū domum rediſſer, iam ſuorū eiularibus personante, & veſtern filię, quam ferabat, ſuper eam proieciſſet, redita eſt vīta. Rurſum ibidem apud nos Irenæi cuiusdam collectarij filius aegritudine extinctus eſt. Cumq; corpus iaceret exanimé, atque à lugentibus, & lamentantibus exequiā pararentur, amicorum eius quidam inter aliorum conſolantium verba ſuggeſſit, vt eiudem martyris oleo corpus perungereetur. Factū eſt, & reuixit. Itemque apud nos vir tribunitius Eleuſinus ſuper memoriam martyris, que in ſuburbano eius eſt, aegritudine examinatum poſuit infantulum filium ſuum, & poſt orationem, quam multis cum lachrymis ibi ſudit, viuentem leuauit. Vzali etiam, que Colonia Utica vicina eſt, multa præclarā per eundem martyrem facta cognouimus, cuius ibi memoria longe, priuquam apud nos, ab Episcopo Euodio conſtituta eſt. Sed libellorum dandorum ibi conſiderudo non eſt, vel potius non fuit, nam fortasse nunc eſcē iam ceptit. Cū enim nuper illi eſſemus, Petroniam clarissimam foemina, quę ibi mirabiliter ex magno atque diuturno, in quo medicorum adiutoria cuncta defecrāt, languore ſanata eſt, hortati ſumus volente ſupradicto loci Episcopo, vt libellum darer, qui recitatetur in populo, & obedientiſſime paruit. In quo poſuit etiam, quod hic reticere non poſſim: à quodam Iudeo dixit ſibi ſuſſe perſuatum, vt annulū capillatio vinculo inſereret, quo ſub omni veſte ad nuda corporis cingeretur, qui annulus haberet ſub gemma lapidei in rebus inuentum bouis. Hoc alligata, ad ſancti martyris limina veniebat. Sed profecta à Carthaginē, cum in conſilio ſumis: Bagradis in ſua poſſitione mansiſſet, ſurges vt iter perageret, ante pedes fuos illūm iacentem annulū vidit, & capillatiā zonā, qua fierat alligatus, mirata tentauit. Quarn cū omnino ſuis nodis firmiſſimis, ſicut fuerat, cōperiſſet aſtrictam, crepuiffe, atque exiliuſſe annulū ſuſpicata eſt. Qui etiam ipſe, cū integrerimus fuſſet inuentus, futurū ſalutis quodammodo pignus de tanto miraculo ſe accepile præſumpſit, atque illud vinculum ſoluens, ſimil eum eodem anno proiecit in flumen. Non credit hoc, qui etiam Dominum Iesum per integra virginalia matris enixū, & ad diſcipulos oſtiis clauſis ingressum fuſſe nō credit. Sed hoc certe quaerat, & ſi verū inuenierint, credant: clarissima foemina eſt, nobiliter nata, nobiliter nupta. Carthagine habitat: ampla ciuitas, ampla perſona, rem querentē latrē non ſi- nunt. Vnū eſt apud nos factū non maius, q̄ illa, que dixi: ſed tā clarum atq; illuſtre miraculū,

vt nul-

ut nullum arbitrer esse Hippo nensium, qui hoc non vel viderit, vel didicerit, nullum qui obliuisci villa ratione potuerit. Decem quidem fratres fuerunt, quorum sepm sunt mares, tres feminæ de Cœsarea Cappadociaæ suorum ciuium non ignobiles, maledictæ matris recenti patris eorum obitu defititæ, quæ iniuriam sibi ab eis factam acerbissimè tulit, tali poena sive diuinitus coerciti, ut horribiliter quaterunt omnes tremore membrorū. In qua feedissima specie oculos suorum ciuii non ferentes, quaquauerum cuique ire visum est, toto penè vagabantur orbe Romano. Ex his etiam ad nos venerunt duo, frater & soror, Paulus & Palladia, multis aliis locis miseria diffamante iam cogniti. Venerunt autem ante Pascha ferme dies quin decim, Ecclesiam quotidie, & in ea memoria glorioissimi Stephani frequentabant, orantes ut iam sibi placaret Deus, & salutem pristinam redderet. Venit Pascha, atque ipso die dominico mane, cum iam frequens populus præsens esset, & loci sancti cancellos, ubi martyrum erat, idem iuuenis orans teneret, repente prostratus est, & dormienti simillimus iacuit, non tamen tremens, sicut etiam per somnum solebat. Stupentibus qui aderant, atque aliis panecibus, aliis dolentibus, cum eum quidam vellet erigere, nonnulli prohibuerunt, & potius exitum expectandum esse dixerunt. Et ecce surrexit, & non tremebat, quoniam sanatus erat, & stabat incolsum intuens. Quis ergo se tenuit a laudibus Dei? Clamantium gratulanriumque, vocibus Ecclesia vsquequaque completa est. Inde ad me currit, ubi sedebam iam procellaris, irruit alter quisque post alerum, omnis posterior quasi nouum, quod alius prior dixerat nuncias: meq; gaudente, & apud me Deo gratias agente, ingreditur etiam ipse cum pluribus, inclinatur ad genua mea, erigitur ad osculum meum. Procedimus ad populum, plena erat Ecclesia, perlaborab vocibus gaudiorum, Deo gratias, Deo laudes, nemine taceente, hinc & inde clamantium. Salutauit populu, & rursus eadem ferventiori voce clamabant. Facto tandem silentio, scripturarum diuinarum sunt lecta solennia. Vbi autem ventum est ad mei sermonis locum, dixi pauca pro tempore, & pro illius incunditate leceti. Nobiscum homo pranderet, & diligenter nobis omnem sue, fraternalē, ac maternam calamitatis indicauit historiā. Sequenti itaque die post sermonē redditū narrationis eius libellum in crastinū populo recitandū promisi. Quod cum ex dominico pascha die tertio fieret, in gradibus exedræ, in qua de superiori loquebar loco, feci stare ambois fratres. Cum eorum legeretur libellus, intrubatur populus vniuersus, sexus veriusque, vnu stante sine deformi motu, altera in membris omnibus contremente, & qui ipsum non viderant, quid in eo diuinę misericordia factū esset, in eius foro cernebant. Videbant enim quid in illo gratulandū, quid pro illa esset orandum. Inter haec recitato eorum libello, de conspectu populi eos abire precepit, & de tota ipsa causa aliquantò diligentius cooperari disputare: cum ecclesie disputante, voces aliae de memoria martyris nouae gratulationis audiuntur. Conuersi sunt eis, qui me audiebant, cuperuntque concurrere. Illa enim vbi de gradibus descendit, in quibus steterat, ad sanctū martyri orare perrexerat. Quia mox ut cancellios attigit, collapſa similiter velut in somnum sana surrexit. Dum ergo requiriemus quid factū esset, vnde ille strepitus lætus extiterit, ingressi sunt cum illa in Basilicam vbi eramus, adducentes eam sanā de martyris loco. Tum verò tantus ab utroque sexu admirationis clamor exortus est, ut vox continuata cū lachrymis non videretur posse finiri. Perducta est ad eum locū, ubi paulo antea steterat tremens, exultabant eam similem fracti, cui dolerant, remansisse dissimilem, & nondū fusas preces suas pro illa iam tamen præviā volumenē tam cito exauditam esse cernebant. Exultabant in Dei laude voces sine verbis tato sonitu, quantum nostræ aures ferre vix possent. Quid erat in cordibus exultandum, nisi fides Christi pro quo Stephani fanguis effusus est? Cui nisi huic fidei attestatur ista miracula, in qua prædictatur Christus resurrexisse in carne, & in cœlum ascendisse cum carne? Quia & ipsi martyres huius fidei martyres, id est, huius fidei testes fuerunt.

VITA SANCTI STEPHANI PROTOMAR.

tyris, per D. Gregorium Nyss Pontificem scripta, Petro

Francisco Zino Veronense interprete.

Quam præclara bonorum series, quam dulcis lætitia succedit. Ecce enim celebratatem ex celebritate, & gratiam pro gratis suscipimus. Heri nos exceperit conuiuo rerum omnium Dominus: hodie exceptit Domini imitator. Quomodo autem hic, & quomodo ille? Ille pro nobis hominem indiens, hic pro illo hominem exuens. Ille propter nos vitæ speluncam ingrediens; hic propter illum egredens. Ille dum se pro nobis cruciatibus affici, hic autem pro illo lapidibus obrui finit. Ille mortem è medio tollens, hic super iacentem mortem incedens. Ad hoc spectaculum, fratres, nos item animis concurramus, quod pugil egregius in studio confessionis exutus aduersus improbum humanevit aduersarium certat. Stephanus enim vere, quemadmodum Paulus ait, Spectaculum factum est mundo, & Angelis, & hominibus. Primus martyrij corona redimitus est.

Habetur inter opera eius nunc primum in luce edita.

Primus

Primus in martyrum choro iter aripuit. Primus aduersus peccatum usque ad sanguinem restitit.

Tunc autem omnem supra celestes incolentium sedes exercitum, & incredibilem omnium Angelorum tam ministrantium, quam assistentium numerū, & quicquid honesti præclarioris per supremam illam quietissimam regionem in principatibus, & virtutibus, & Thronis, & potestatibus, & Dominationibus audimus, vniuersam denique celatum multitudinem spectaculū pugilem hunc manus cum aduersario conferentem existimo: vita autem humana veluti stadium pugnantibus exposita est. Congressi sunt igitur, improbus quidem humanæ vitæ hostis, ex quo primi parentes ceciderunt, ad ea usque tempora superandis hominibus exercitatus, magnus autem fidei propugnator impetus illius contènens, & pro nihilo ducens. Arma vero fuerunt, mortis quidem inuentori mortem intentantes minæ: vitæ autem disci. pulo confessio fidei. Ecquis non esset nouum hoc certaminis genus admiratus? cum vita & morte veritas diiudicaretur, mors autem foret veritatis indicium? Vitæ enim ad eam usque diem absconditæ & incognitæ prædictoris, re ipsa præconium hominibus denunciauit. Quid enim aliud tam prompte mortem oppetens significabat, nisi vitam hanc, quæ relinquatur, cum vita pretiosiore commutari? Sed opere pretium erit, ut certamen ipsum oratione tanquam in tabula diligenter depicta proponamus, vt recta ratione & via ex ipsa gestorum serie rerum admirabilis ordo nobis appareat. Nuper igitur vesehens spiritus deluper veniens, omni ærea & impostrice dæmonum potestate dilecta ac dissipata, Apostolorū domum imploverat, & instar ignis in linguis pro numero eorum qui gratiam accipiebant, dispersitus in singulis ipsorum inheferat. Iamque propter incredibile vocis & lingue miraculū eos, & qui ex omni natione Hietolymis degebat, stupor inuaserat, & conturbatio. Nam licet variis diversisq; linguis generibus distinguenter, singuli tamen eadem planè lingua, uno atque eodem tempore discipulos loquentes audiebant, quin ea loquendi facultas nullo esset præcedente studio aut diligentia comparata. Oportebat enim, ut qui in terra turri exædificanda similitudinem vocis amiserant, eam in celesti Ecclesiæ constructione recuperarent. Hinc igitur gratias Spiritus Sancti dispensatio duxit initium, ut quod in omnes homines beneficium conferebatur, hac ratione ad omnium cognitionem perueniret, ne si religionis promulgatio vnicæ tantum lingue tevminis concluderetur, hominibus eam linguiam ignorantibus nihil proficeret. Quare cum Pharisei nec propriis auribus iam fidem haberent, & eos qui rei tam admirandæ stupore tenebantur, irridenter, quod multo eiusmodi furem Apostolis iniesit dicerent: Petrus autem uno orationis iactu tria animarum milia Christo pescatus esset, assidueque deinceps eorum qui seruabantur accessione cresceret Ecclesiæ multitudo, cum & ille qui iam inde ab ipso ortu claudis erat, speciosam templi portam ipsius aperiret. Tanquam enim ei præsideret, sua curationis spectaculo homines animo claudiante ad fidem ducebant. Quamobrem cum ad fidei prædicationem confluerent, & Ecclesia plurium opera qui gratias ministrarent, indigeret, Spiritus sanctus ad adiuuandos Apostolos Stephanum multa sapientia gratias, peditum aduocauit. Nullus autem eum propter hoc ministrandi nomen Apostolica dignitate inferiorem existimet. Siquidem & Paulus mysteriorum Christi se ministrum nonuit. Et omnium Dominus dum per carnem salutem humaram disponeret, ministri nomine non erubuit, dicens, se in medio nostrum esse tanquam qui ministrat, qui diuisiones ministracionum facit, ut inquit Apostolus. Nam sicut ignis idoneam naustus materiam, sublimè flamam tollit, & splendidiorem lucem efficit, ita spiritus sanctus ex magno Stephani animo clariores gratias radios emittet. Quapropter omnes qui aliqui erant cognitionis & disciplinae participes, in eum spectabant, ut cum illis qui multitudine superiores videbantur, coniuratione facta, & tanquam in phalanges instructi & densi, vim & impetum Stephani sustinere conabantur. Ille verò & cum pluribus, & cum paucioribus eodem tempore congregatis, à nullis poterat expugnari. In hoc autem certamine quamvis specie ipsa Alexandrini, & Libertini, & Cyreni, & ex omni parte homines inter se coniuncti aduersus fidei propugnatorem videnter irruere, occulte tamen ipse pater mendaci veritatem quæ in Stephano loquibatur, per homines oppugnabat. Sed omnibus fraudis defensoribus à viro strenuo profligatis, de mendacio vistoriam & triumphum veritas reportabat. Hostis igitur veritatis criminabatur veritatem ministru, quod veritatem non quæ esset, iudicaret, sed quæ non esset, assereret. Quid istas infidias aduersus præconem hunc struis, & Diabolus dixisset ego. St quid vales, si aliquid reboris est tibi, veritatem iudicio, quæ in Stephano est. Sin dolis & machinis tuis illa sublimior est, cur in ipsius vas exerces odium & malevolentiam tuam? Cur eorelieto quod continentur, id quod continent, è medio tollis? Sic faint & canes: lapides quibus petuntur, arripiunt & mordent: Eos qui iecerunt, ne attinquent quidem.

OO

Cum

Cum igitur rebus verissimis ac necessariis mendacium coargueretur, & omnibus veritatis lucem intuentibus, nullum amplius fraudis propugnacorem improbus inueniret, confundit ad artes suas, & in malitia sua vim accusatoribus, iudicibusque distribuens, atq; in utroq; ingressus, eos falsis criminibus Stephanum oppugnare, hos cum indignatione calumnia lufscipere compellit; iudeoq; se se variis modis insinuans, omnia ipse fit contra Stephanum, accusator, iudex, carnifex & reliqua cedis instrumenta, quae quo ipse casu post eam Stephanii condemnatione precepit abiturus esset. Ut enim periti luctatores subeentes corpora colluctantii grauiorē ipsi lapidum machinatur: sic magnus Stephanus humi prostratus, grauem aduersario ruinā molitus est. Ex quo enim tempore torum orbem terrarum Apolōtoli peraḡārūt. Id Euangelij vbiique Gentium dilectionandi principium fuit, Nisi enim Stephanii cæde populus iudeorum in Apostolos saeuisset, solis fortalitie Hierosolymis Euangelium includum permāsisset. Nūc aut à iudeoq; oppugnati, in alias orbis partes diuisi sunt, & mysteriorū doctri na diabolum vnde decrerunt. Sic exceptit Samaria verbum Dei: Sic obiter per Philip-pum Eunuchus salutem adeptus est: Sic vas illud magnum Ecclesiae Paulus furore & minis armatus à diabolo in ipsum armigerum tela conuertit. Nam dum ipsos ex omnibus regi-nibus expellere & exterminare conatur, fecit vt nullus relinquaret locus, ad quem Christi fides nō peruertere. Hinc enim Ægyptios, Syros, Parthos, Mesopotamias, Italos, Galatas, Illyrios, Macedonias, & omnes vndeque Gentes ad fidem confluere persuasit verbū Dei. Cernis, quantum pugnandi Scientia valeat Stephanus? & quā multis caſib⁹ prostratum affligerit aduersarium, qui calumnia fraude superior videbatur? Sed ad ipsum stadium reuertamur. Quibus verbis commouent populum illi calumniatores? Homo iste non cessat, inquiunt, loqui verba impīi contumeliosa aduersus locum hunc sanctum, & legem. Audiuimus enim eum dicentem: Iesus Nazarenus ille deſtruet locum istum, & mutabit instituta quæ tradidit nobis Moyses. Haec est orationis diaboli criminatio. Quæ porrò audientium amē-tia? Quid indignantur aut succentur huic reo? Quid in ea accusatione criminis deprehendunt? Quæ enim illi data sunt criminis, prænunciant ea quæ in posterū sunt euentera. Aint enim eum dixisse, locum deſtruendum iri, & mutatum iri Moysis instituta. Quodnam in his, seu verum dicat, seu mentiatur, crimen existit? Si mentitur, quod triste demenat, non eueni-erit. Sin vera loquitur, quā adſert in iuriā oratio, quæ futuros rerum exitus prædictit? Quæ fu-tura sunt enim, siue taceantur, siue significantur, omnino contingent. Prædicentis autem cædes quam molestiarum alleuationem adferit?

Quid? quid Iesus Nazarenus accusatur, in Stephanum aut fertur sententia? At qui si iniuria faciens moneret indignationē, iniuria aut est loci & institutorum eiusmodi & immunitatio: hec ve-ro non per Stephanum, sed per Iesum, vt afferat accusator, efficienda sunt: cū qui accusatur, cōdemnari oportebat. O iniqua audientium sententia. Quoniam, inquit, Iesus mutabit leges, Stephanus lapidibus obrutus. Quo autem pacto legem abrogabit Iesus, qui legis adeo studi-olus fuit? Qui instituta vetera tantopere confirmavit? Qui veni, inquit, non legē vt soluerē, sed adimplerem? Qui legem eam qua homicidium interdicunt, sic approbavit, vt discipulis ini-tio ne iraci quidem permisit? Qui pariter cū ipsa cupiditate adulterium consulit? Qui iu-bens, vt ne illos quidem vlcisceretur, à quibus essent iniuria laceſtit, inferende iniurie principium abstulit? Qui præcipiens, vt quæ posiderint, oī pauperibus diſtribuerent, auaricie viti-um exterminauit? Cur hæc illi in eo iudicio non cōmemorārunt, non perpenderunt? Illorū mīhi nūc iudicium parcidarum confessum adesse velim, & de locis pro quibus indignantur di ſcere, vbiā celebre templum illud, vbi incredibiles illi lapidi magnitudines, vbi au-rum illud, quod reliquam materiam propemodum exēquabant, vbi legitima sacrificia, hircus, vitulus, agnus, caprea, columba, turtur, hædus repudiat. Si propterea morte Stephanū aſſerunt, vt earum calamitatum nulla contingere, ostendant, quæ ſo quā multa libi propter homicidium illud integra conſervarunt. Quod si nihil horum eſt, quamobrem Stephanum condemnārunt, cur ea cedes patrata sit, dicant. Sed in ipso certaminū ordine videamus, quo modo parcidias, à quibus densa lapidum, inſtar niuium, multitudine obrutū vlciscatur, quæ dicta reicit in eos qui lapides in ipsum conicerunt. Cognoscant iudeorum filii Christia-norum arma, quibus magnus Stephanus iniurias suas persecutus, legem vitæ re ipsa statuit. Nam illi quidē immani & ferina quadā rabie virū sanctū circumuenientes ad eū vniū scopū respiciebant, vt quicquid in manus veniret, pro telo corripientes, in ipsum con-torqueret. At ille tanquā sacerdos quidam ex spirituali lege puram hostiā immolans, non alienum, sed pro prium corpus adducebat, & loco libaminis sanguinem effundebat, & pro iis qui ſe tam nefario ſcelere obſtrigabant. Deum quē apſciebat in celestibus adit⁹, precabatur, & pro cæde ſua beneficū rependebat, audientibus homicidis clamās, & dicens: Domine ne statuas illis hoc peccati. Ac ille quidem ſcelus quod parcidias propriis impuris manibus exarabant pre-
catione

catione deleuit. Ipsi verò ea preicatione magis etiam concitati non prius iaculari desisterūt, quam magnus Stephanus tanquā mollibus floribus, & leui quodam rorē circumfulis, dulcissimo ac beatissimo ſomno confōpitus eſt. Sed nos victoria pugnam anteuerterimus, & ante certaminis finem, virum apicimus coronatum: priusquam enim pugnandi labores vide-remus, ad certaminis exitum oratione prouecti ſumus. Neque enim illa mea quidem ſen-tentia prætereunda erant, ex quibus maximè martyris virtus eluxit. Qualis videlicet inter-ficientium conſeffus fuerit, & quomodo pariter vniuersos ad parandam cædem furor inci-tarit. Quanta ad facinus congregatis conſpiratio. Qui singulorum intuitus, quæ figura, quæ dentium affectio. Nam, vt ſcriptura teſtatur, diſsecabant cordibus, & ſtridebāt dentibus in eum, qui tot taliumque corona circumceptus, & contra omnes aduersarias copias parricidis opitulantes ſe obiiciens, animi prudentieq; magnitudine omnibus excelluit. Oppoſuit enim furor patientiam, minis contemptionem, mortis terrori defiſcientiam vitæ, bene-volementi odio, malevolentiae charitatem, calumnia veritatis declarationem. Veritatis enī deſenſor non vno tantū modo victor appariuit, ſed omnibus malitia generibus, quæ ex-ercebant iudei, variis ipſe virtutibus occurrerit. Cum omnibus congreſlus eſt, omnēque ſupe-ravit. Sic in certaminis ludis viتورes accipio faſilitare, vt per totum ſepe ſtadiū nudi cun-ctis aduersariis vietiis praemia victoriis ferant. Itidem in martyrum ſtadio le Stephanus gef-fit, qui omnem hostis vim atq; impetum excipiens, illuſtrem in omnibus victoriam repor-tauit. Falsam enim Libertinorum, & Cyrenenſium, & Alexandrinorum ſapientiam, vera ſa-pientia deuicit: metum dicendi libertate: communicatione defiſcientia: benefiſientia crude-litatem, veritate mendacium. Illi quidem ad cædem ſpectabant, iamque manus armabāt la-pidibus, & anhelitu, aspectu, dentium collisione ſævitiam præ ſe cerebant. Hic autē eos in-tuebatur vt fratres, vt patres demulcebat. Viri fratres, inquit, & patres, audite me. Illi calum-niam adornabant: huic conſeffus interfidentium erat veritatis Schola. Sermonē timore nō intermisit, neq; periculo terribiſ deſpōdi animū, ſed morte rebusq; preſentibus neglectis, & pro nihilo habitis, mente in ſublime tollens, eos tanquam puerulos temerē diſpiciens eru-diebat, ex rebus quas ipſi certas & exploratas habebant, demōfrans, quibus in erroribus ver-sarentur. Adducit igitur Abrahæ teſtimoniū, omnēque illius historiā breuiter eis ante oculi-los ponit. Tum ſanctos viros, qui deinceps ſuccederunt: Deinde genitūm Moyſen, educatum, iſtitutū, in monte perciplientē myſteria, vexantē Ægyptum, illaēlē conſeruantē, id quod Domini myſterium declarabat. Quare conſeffus etiam maximū commotus eſt, & morbus eius inflammatuſ, cū Moyſen, cuius ſeſe ſtudioſiſimos ſingebant, pro Stephano ſtare perfi-ſerent. Itaque conſurgentes, rei finē, & crudelitati ſue, & Stephanī deſiderio dignum impo-nunt. Ipsi enim naturā humana egiſſus, etiā antequam migrasset ē corpore, puris oculis celi-fores libi patefactaſ apſicet, & quæ in celeſtibus adyris continentur, diuināq; gloriā, & gloriæ diuina ſplendore cōtuerit. Ac paternē quide gloriæ nulla figura deſcribitur, ſed ſplendor in ea ſpecie quam homines viderant, ab athleta, quatenus humana capiebat natura, perſpicuus cernitur. Ex natura igitur hominis, in Angelicā transmutatis, adeo, vt ipſis etiam homicidis eſſet admirationi, quod facies eius ſuperior dignitate inſignis fulgeret, vidit ea quæ huma-nis oculi cerni non poſſunt, & gratia ſe ſuperficiā declarauit. At illi occlusis auribus, quod narrabatur non acceperunt. Qua quidem vna in re ex tam multis ſe reclē geſſerunt. Profa-norum enim aures non erant dignæ quæ diuinæ rei perſpectæ narrationem audirent. Ille quidem ea quæ ſibi ſoli confeſſa fuerunt, explicatione in commune proponens, gratiā pre-ſentibus impertivit. Ecce video, inquiens, cœlos apertos, & Iefum ſtantem à dexteris virtu-tis Dei. Ipsi verò clamantes voce magna, continuerunt aures ſuas, & impetum fecerūt vna-nimiter in eum. Bene historia quæ de ipſis loquitur factis, clamorem adiunxit, vt eorū pro-positum Sodomitarum proposito ſimile ſignificaret. Si quidē & flagitium ipſorum clamor ir-ritatiſ appellatus eſt. Clamor, inquit, Sodomorū & Gomorriæ horum venit ad me. Clamaue-runt igitur & iſti, vt eorum in Stephanū clamor audiretur. Sed athleta ſibi parcidarum cru-delitatem prodeſſe non ignorabat. Etenim cū ab ipſis vndiq; lapidibus peterebatur, id facili tanquā coronā victorię premiū, in aduersariorum manibus contextā ſucepti. Proinde benedictiōnibus eorū remunerareis, in dignūm exiftimā rem quæ gerēbatur, contrarios ex-i-tus ita partiri, vt ſibi vitam, aduersariis autem exitum pareret: & ex illis bonis, quibus ipſe dignus efficeretur, hostes qui eorum bonorum ſibi autores eſſent, exciderent. Sic Christum reſpiciens eis à quibus oppugnabatur, prodeſſe didiſit. Nam ſimilatque tolerantia legiſlato-re apſixit, meritorum carum legum, quibus iubemur inimicos diligere, & benefacere iis qui oderunt nos, & p̄cari pro iis qui nos profeſſorunt. Verum hic athleta non capitul huma-nis laudibus. Neq; enī ei certaminis finē propositū habuit, vt ab hominibus gloriā aſſequ-e-retur, ſed animi virtutisq; magnitudine totū mūdu ſupergressus, poſthabita & neglecta oī lau-dandi

dandi ratione, mensuram humanæ facultatis superavit. Quamobrem omnium hominum celebratione habeat victoriae præmia, nobisq; huius, quare ipso conscriptam legimus, ad animorum salutem opituletur. Quemadmodum enim pugiles, qui donati rude artem delierunt, in palestra erudiant iuvenes, quo agilitatis artificio colluctantium præventiones evadant: ita nos etiam censeo ad pietatem instituti per magnum Stephanum oportere, ut hostiū aduersus spiritum pugnantium fallacias eiremus. Nam qui rabie inflammati, spiritus gloria oppugnant, aiunt suæ ipsorum absurditatis Stephanum esse fautorem atque patronum: intertis enim in cœlum oculis vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dexteris Dei. Quapropter ad euentu religioñis decreta sic argumentantur. Si cum patre & filio spiritus omnino connumerandus est, cur in eo spectaculo Stephanus simul cum filio non conspexit & spiritus? Quomodo igitur iis qui eiusmodi rationibus supplendantur, Stephanus manum præbebit, aut certandi artificio fractos erigit & confirmabit? An eodem ex loco feret auxilium, ut infidelitas oppugnantis infringatur? Quæris ergo tu, qui spiritum insectaris, cùm patris gloria filiis ad dexteram eius stantis conspecta sit, vbinam spiritus? Si in te spiritus esset, nō quædammodum qui oculis capti sunt, aurum quod ante pedes suis iacet, non cognoscentes praetequent, de ipso spiritu sermonem propositum tu preteriſſes. Sed nunc salutem audi, nisi forte, ut Iudei aures obturas. Quo pacto vidit supercœlestem gloriā Stephanus? Quis ei forez cœlorum patefecit? Nunquid ea virtus humanarum virium fuit, aut cuiuspiam Angelorum inferiorem naturam ad sublimitatem illam extolentis? Minime verò: neq; enim hec habet historia, quod Stephanus multo labore prædictus, aut Angelorum fultus auxilio viderit ea quæ vidit. Quid igitur dicit Stephanus autem plenus spiritu sancto vidit gloriam Dei, & vniogenitum filium Dei. Non enim, ut ait Propheta, licet lumen intueri, nisi in lumine conspicatur. Ideo in lumine, inquit, tuo videbis lumen. Non nisi in lumine lumen spectari potest. Quomodo enim solem aspiciat, qui extra radios ipsius positus sit? Cùm igitur in lumine patris, id est, in spiritu sancto ab eo procedente vniogeniti videatur lumen, idcirco prius gloria spiritus illustratus, patris & filii gloria cognitionem assequitur. Alioquin quomodo sententiam illam Euangeli: Deum nemo vidit vnguam, esse veram: aut Apostolum clamantem: Quem nullus hominum vidit, neque videre potest: non iis quæ in histori scripta sunt, dicimus aduersari? Etenim si natura & vi humana patris & filii gloria percipi possit, ille mentitur omnino, qui Deum negat posse comprehendere: sed neque illum mentiri, & historiam esse veram necessarium est. Manifestè igitur malitia spiritum impugnantium est deprehensa. Quodquidem simile simili conspicuum esse scriptura testatur. Stephanus enim nō in natura vi que humana perfistis Deum vidit, sed spiritus sancti gratia confirmatus, per eum ad intelligentiam Dei sublatuſ est. Quamobrem si, ut inquit Apostolus, sine spiritu Dominum Iesum intueri non licet, nec paternam gloriam perspicere, planisimè constat, vbi spiritus est, illic & filium conspicere, & patris gloriam comprehendere.

Ceterum ex iis quæ tacite pretermissa sunt, alterū impietatis telū ab iis qui Christū oppugnant, contorquetur. Aiu enim vniogeniti inferiorē esse. Etenim cùm à dexteris patris dicatur stare, & ex his verbis asserunt demonstrari, eum obnoxium esse patris potestati. Quid igitur istis Paulus respondet, aut ante Paulum Propheta David? Vterq; enim doctrina spiritus, gloriæ vniogeniti declarat. Nam David ait: Dixit Dñs Domino meo, sede à dexteris meis. Apostolus autem ad dexterā throni Dei sedere Dominū dicit. Quare si status inferiore arguit, sc̄issio prorsus æquale esse significat, aut contradicunt ipsi. In vnoquoq; enim horū eadē magistra spiritus gratia. Siquidē & Stephanus plenus spiritu sancto vidit ea quæ vidit: & quæ vidit locutus est. Da id aut in spiritu vocat ipsum Dominū, ut Euangeliū verò, quæ admodū ipse dicit, in spiritu loquitur mysteria. Quare si magister vñ est, nulla re a se ipso discrepans, & magister hic est spiritus veritatis in omnibus qui diuinus afflati sunt, quomodo quispiam in eius decretis discrepancym suspicabitur? At aliud est, inquit, sedere, aliud stare, si tria verborū significatio consideretur. Ego quoque ad sententiam tuam accedo. Sed nō est sas hæc verba sic accepere, ut eandem in natura corporis experte, quam in corporibus vim habeant. Nam in homine quidem sessio figuram corporis quiescentem describit, ne genus corpus ipsum sustinetia crinino defatigentur: è contrario autē, statio rectum hominem super genua consistentem, non autem sedende quiescentem indicat. At in illa suprema natura, & sc̄issio, & status ab eiusmodi significatione remouentur, & appositè ad rem ipsam explicariā adhibentur. Neque enim illam omni corporeā figura vacantem, aut super genua stare, aut vlla corporis parte sedere opinabimur. Sed per vitramq; vocem perpetuam & immutabilem in omni bono stabilitatē & quietem p̄ cogitabimus. Etenim qui Deū stare, & qui eundē sedere dicit, verborū varietate discordes sunt illi quidem, sed tamen p̄ cōfidentiunt. Cūm & ille firmè progressum, & hic immobilem in omni bono insedisse Deum significet.

Quemad-

Quemadmodum autem Propheta David, & Apostolus Paulus vniogeniti sessionem exponeb̄, non effecerunt, vt patrestante sedere filium cogitaremus, quamvis ipsius tantummodo filii sedentis mentionem fecerint, sic cum ex Stephano filium stantem exaudis, haud recte filius patris sessionem esse suspicaberis, sed vt ex Pauli & Davidis oratione federe patrem, quoniam filius ad dexteram eius sedet, confitemur, licet nulla de patre hat mētio. Sic enim imaginis ratio seruat, si quicquid in hoc intelligitur & videtur, id & in exemplari creditur. Et quemadmodum in bono bonum, & in lumine lumen, & in omnibus ipsius pulchritudinis exemplar, per naturam propriam in imagine exprimitur, eodem pacto ex sede filij, quomodounque ea intelligatur, & patris sedes comprehendetur, itidemq; status ex statu, ne collatur imaginis ratio, si in varietate proprietatis aliena sit ab exemplari. Hęc nobis obiter, fratres, ad questionem propositam dicta sunt, quae ex visione Stephani orta est. Faxit aut̄ Deus, ut Stephani non certaminis solium spectatores, sed etiam gratiae participes simus, & sancto spiritu ad profligandos & delendos aduersarios impleamur, ad gloriam Domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

ITEM PASSIO SANCTI STEPHANI

Protomartyris, per Diuum Eusebium Emissum Episcopum scripta.

Fabetur in libro
Homiliarū eius.

A T I S nocturn est beatos martyres & amicos Dei, post emeritā militię presens administrationem, in illud seculum cum favore cœlesti, cum pompa & triumphali occurſu, cū Angelica exultatione suscep̄tos, vbi nunc remuneratoris benedictione satiantur, & ineffabilibus gaudis perfruuntur.


Inter hæc itaq; requiramus quid necessitatis, quidue rationis sit, cūm sancti martyres in illo paradyſi lumine constituti, humanis laudibus non indigent, cur tantis hominum studiis celebrentur, cur tātoperē mundo huic eorum reliquię Deo reuelante prodantur? Sine dubio propter multiplices causas. Primum ad hoc à sollicitis fidibus excoluntur, vt sedulis & cultoribus suffragantur: deinde vt diu in exemplum devotionis & fidei posteris propounderit, nouis 3 semper meritis augentur: ac iā virtutibus suis claris, alienis etiam profectibus amplientur, vt dum stupendo Dei munere cum eis stare necesse sit vita cursum, nihilominus gloriæ adhuc currat augmentum: deinde vt antiquis ille religiosis inimitus, etiam ante iudicium sentiat pœnam malicie suę, per quam se sanctorum gloriæ intelligit militas: vt quos hic iam perspicit honoratos, illic non dubitet vindicatos, vt cum totus mundus celebret interempti coronam, necesse habeat interceptor propriam lugere victimam: sicut etiam circa hunc beatum martyrem intelligere in promptu est.

Iudæi ergo illo adhuc spiritu ebrī quo dudum clamabant, crucifige, crucifige, in necem sacri teltis incumbunt. Beatus qui cœlestis illius agonis proximo pendilequis interuallo, reliquias excipere furoris illius emeruit, quo paulò ante sequente mundo Salvator occubuit. Beatus qui sumantem adhuc dominici victimam fanguinis, primus honorauit regenti sacrificio passionis: ideo dignus apparuit de, quo diceret ferro diuinus. Viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli, quanquam non fuit hoc illis gratia meriti, sed pœna peccati. Nam dum morienti proditur gloria, persequenti torquet inuidia. Adverte concepta semel iniquitas in quantum captiuos possidat lens: impietatem suam in illius decore perspicunt, & tamē peragere triumphum eius in sua immanitate non desinunt. A spestu Angeli facies impiorum cœidunt, & lapidantum conscientia, lapidati lumine repercussa, agnitionis cereis lapidantur. Hoc genere vitare non possunt etiam oculorum fidem importunitatum criminis sui telum. Videmus itaque humanam mentem tanta preditam ratione, vt nullus sit etiam in medio facinoris tempore, cui facinus suum liceat ignorare.

Viderunt faciem eius. Beatus qui in ipsa collectatione pugnantiam iam profert speciem resurgentis. Splendore Angeli Deus sanctificatum circunfundit apectum. Qui si magnificat moritum, putas quomodo decorabit eternum? Viderunt faciem eius: abundantia cordis transit in decus corporis, in exterioris gloria candor interioris exundat: & ab condita pectoris ornamenta, speculum frontis irradiat: habens intra se spiritum sanctum, os præ se gestat Angelicum. Nimis tali eum vulnu internum habitato induerat, qualem regni in templo, templi indicat pulchritudo: & ideo ineffabilis repletus exultatione testatur. Ecce video celos apertos. Iustè incunctanter offert sanguinem suum, qui & præ oculis habet Regem suum, simul & brauim suum, & filium hominis à dexteris stantem Dei. Videos quid expellantis intuitus armat constantiam triumphantis: dignè patentibus celi portis comparatur celum, bera defundit: ac sic dum occupatur in stupore & amore cœlestium, meritò ingruentum nō turbarit duro imbre faxorum. Ecce video, Tali miraculo Angeli decebat faciem honorari. Quid inter ista dicemus? quid apertum martyri cœlestis secretum, futuri præmij fuerit te-

¹ Vides Sanctorum animas statim post mortem recipi in celo.

² Sancti suis culto ritibus suffragatur.

³ Idem nouis meritis augentur. Et glorie illis currunt incrementum.

⁴ Habet Regem suū præ oculis, simul & brauū suū. Cœdere ergo quomodo et illa oculi valent ad cœlum, que et Dei et retributio paterintu pœgaguntur.

OO iii stimoniū aguntur.

stimonium: Sed Deum videre iam primum est. Vide quantum agat in peccatorum seruorum suorum diuinae charitatis ardor: quod sperabatur desideris, oculis demonstratur: & spes in re spiritu adhuc intra carnem militante perficitur. Nec dum expletum famulus ministerium suum, & iam Dominus aperit regnum suum. Aduertamus in quantum à sancto spiritu possideretur, Positus, inquit, genibus orabat, dicens: Domine ne statuas eis hoc peccatum. Audierat Dominum pro Iudeis de patibulo supplicanter. Pater, inquit, ignorosc illis, quia nesciunt quid faciunt. Non solum per pietatis ac iustitiae studium, per vita mortisque contemptum, sed etiam per orationis affectum, Christi se probat esse discipulum. Quid agit fidei magnitudo, que non vincitur à malo, sed vincit in bono malum? Qum pro impiis Deo plenus exorat, etiam de alieno peccato iustitiam suam cumulat, & coronam suam perfecta Christi humilitate multiplicat. Intelligamus quantum bonum sit dilectionis, quantoque res illa virtutis, quae commendare adhuc potest paisionem. Notum per ista sit, quia partem & opera martyris suscipit, qui odium malis debitum generosi cordis benignitate calcauerit. Domine ne statuas illis hoc ad peccatum: In media intentione certaminis, sicut futura confessio atque damnatio hos latuit, martyrem remuneratio futura non latuit. Nam qui pro inimicis sub ipso tempore consummatae persecutionis oravit, beatitudinis sue causa perfecutorum dilexit. Nec mirum, si eis nescit irraci, per quos sibi vidit aulam regni coelestis aperiri, per quos se aeternis seculis intelligit consecrari. Domine ne statuas eis hoc ad peccatum. O admirabile etiam circa impios charitatem. Excusat supplicatione synagogam, paisione confirmat & honorat Ecclesiam: memor fratrum, immemor persecutorum, recordans de qua radice processerit; sic oleastro nouum ramus cupit inseri, ut oleam veterem nolit abscondi. Domine ne statuas eis hoc ad peccatum. Dum pro Iudeis supplicat, spem nostram ac fiduciam nutrit: nam dum pro persecutoribus deprecatur, manifesta cultoribus suffragia pollicetur. De ipso beatissimo teste visione, sive veridica revelatio testatur, vt locum reliquiarum mira iucunditas anhelantibus rosis, & croco oleenti, vel florulento rore gratiae venalis infundere, & tanguam de paradyso spirans aura respergeret. Ecce etiam nunc multo latius, multoq; pretiosius, dum fidei sue praeconio magnanimitatis trophya, passionis insignia feruentibus pierate studiis celebrantur ab Oriente usque ad Occidentem, velut coelestis fragrantia balsama commouentur; tunc unus locus sepulchri odorum suavitatis amoenus redditus, nunc à solis ortu aromatibus virtutum totus orbis impletus: tunc imbris terra vniuersis regionis infunditur, nunc à solis ortu usque ad occasum mansus benedictionibus irrigatur.

VITA ALIA BBATI STEPHANI

protomartyris, per beatum Fulgentium Episcopum

Carthaginensem scripta

Habetur in antiquo homiliario, & in omnibus Romanis Ecclesiis breuarioribus. Sed impressorum comuni errore D. Augustino tributa, at in correcti oribus, & manu scriptis, vero suo auctori,



ERI celebraimus temporalem semiperni Regis nostri natalem: hodie celebamus triumphalem militis paisionem. Heri enim Rex noster trabea carnis induitus, de aula vteri virginis egrediens, visitare dignatus est mundum. Hodie miles de tabernaculo corporis exiens triumphator, migravit ad celum. Ille serpiteras diuinitatia maiestate seruata, seruile cinctorium carnis atlumentis, in huius feculi campum pugnaturus intravit: iste depositis corruptibiliibus corporis indumentis, ad celum palatiū perenniter regnaturus ascendit. Ille descendit carne velatus, iste ascendit sanguine laureatus. Ascendit iste lapidantibus Iudeis, quia ille descendit laetantibus Angelis. Gloria in excelsis Deo: heri exultantes sancti Angeli cantauerunt: hodie Stephanum letantes in suum consorum suscepserunt. Heri Dominus exiit de vtero virginis: hodie miles egredius est de ergastulo carnis. Heri Christus pro nobis pannis est inuulcus: hodie Stephanus est stola ab eo immortalitatis induitus. Heri præfepis angustia Christum portauit infante: hodie immenitus celi suscepit Stephanum triumphalem. Solus descendit Dominus, vt multos eleuaret: humiliauit se Rex noster, vt suos milites exaltaret. Qui enim corpori suo virginis præparauit vterum, ipse martyri aperire dignatus est celum. Dominus Christus angustias intrare non dignatus est vteri, vt animam Stephani latitudo susciperet celi. Necessarium tamen nobis est fratres, cognoscere quibus armis præcinctus Stephanus saevitiam Iudeorum potuit superare, vt ita meruisse feliciter triumphare. Neq; enim parvipendia sunt talis virtus, talisq; triumphus. Haud verò vilibus armis potuit præmuniri, qui à multis non potuit superari. Inuictæ namq; in eo eniit insigne virtutis, que nec frementium saevitiam formidauit, nec lapidantium iustibus devicta succubuit. Vique adeo enim inter frementes permanit interitus, & inter lapidum fuit cruciamenta securus, vt incredulitate Iudeorum fidenter argueret, & benignus pro lapidantibus exoraret.

Quod est ergo tam magnum atque inluperabile genus armorum, quo munitus saevientes argue-

argueret lapidantes, non reperiens, sed patiens superaret, insuper & occisus & aulam cœ- 5 Et hic habes
leitis regni viuis & coronatus intraret? Proculdubio munimine regio septus nullatenus est sanctorum animas
statim in celo res-
cipi: et quod sancti
llacet pro Christo
occidentur, viuis
tamen ex corona-
ti celū intrat, eos
tra eos qui sanctos
emoriuos vocare
presumunt.

⁶ Vnde quomodo
sancti merentur
accipere coronā.

Integritas quippe intemerata permanit in virgine, dilectionis inuicta vestis perseverauit in martyre. Et sicut in matre Domini non potuit virginitas violari, sic in martyris mente non potuit Christi charitas tanto saevientium agmine superari. Stephanus ergo vt nominis sui coronam meruissest & accipere, charitatem pro armis habebat, & per ipsam ubique vincebat. Per charitatem Dei saevientibus Iudeis non cessit, per charitatem proximi pro lapidantibus intercessit, per charitatem arguebat errantes vt corrigerentur. Charitatis virtute submixus vicit Saulum crudeliter saevientem, & quem habebat in terra persecutorem, in celo meruit habere consortem. Ipsa sancta & indefessa charitas, desiderabat orando acquirere, quos nequiuuit monendo conuertere. Neque enim, fratres, existimandus est Stephanus tunc inimicos dixisse, cum pro eis oraret, & non dixisse, cum eorum incredulitatem arguendo corriperet. Absit hoc ab anima martyris ad celum palatum festinantis. Ipsa enim sancta charitas firmam seruauit in oratione patientiam, quae rigidam tenuit in correptione censuram. Et ideo in oratione audiri meruit lenitas, quia sine charitate non fuit in correptione saevitas. Ac per hoc sive orando, sive corripiendo, charitatem beatus Stephanus reservauit, quia vtrobiq; salutem erancium cogitauit, & indicio sanctæ orationis offendit increpationem illam non fuisse odij, sed amoris. Hoc enim faciens, & praesentibus charitatem beatus martyr exhibuit, & vtile nimis exemplum posteris reliquit. Demonstrauit enim geminam Ecclesiastici dispensatori industria, vt ad corrigenendum cuiuslibet peccantis errorem, & non desit in ore correptio, & ad Deum pro eo supplex effundatur oratio, vt qui malum facit, per increpationem de malis operibus confundatur, & per orationem apud Dominum adiuuetur. Ac haec ipsa charitas & in ore iustitiam sonet, vt errantem corrigat, & in corde patientiam seruat, vt pro orante orationem puro affectu dilectionis effundat. Qui etiam errantem non corripuerit, de negligencia iudicatur. Qui autem pro eo non orauerit, de perniciose condemnatur. Quocirca, fratres, si quando aliquis pro anime salute corripitur, non aspernetur. Accipiat monita charitatis, nec praesentem tristitiam sua voluntatis attendat, sed consideret quæ lucta utilitatis acquirat. Idcirco enim arguitur, vt à prauis operibus corrigitur. Nec cum videt correptionem aliqua verborum austerritate feruere, existimet charitatem in corde frigescere. Sic enim vigilat in ore correptio, vt in corde non dormiter oratio. Ac per hoc in vtrisque peccanti consulē propicit, vt dum homo corruptus de peccato confunditur, & à malis omnibus operibus separetur, & 7 per orationem Deo miserante saluetur. Nam & 7 Per orationem
sancta scriptura dicit: Quoniam quem diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnem, pro se factā pec-
cā filium quem recipit. Christi ergo charitatem compulsi, & bonos hortamus, vt in bono per-
maneant, & malos compellimus, vt à malo discedant, præsertim quoniam in istis duobus
sanctis geminum nobis monstratur salutis indicium, vt si quis bonus est, imitetur perfeuerantiam charitatis in Stephano: qui autem malus est, sectetur exemplum conversionis in
Paulo. Et qui bonus est, æquitatem usque in finem teneat: qui autem malus est, quanto-
cius à sua peruersitate discedat. Nec bonum hominem presumptio iustitia faciat negli-
gentem, nec malum iniuntas faciat desperantem: sed ille bonum fortiter tereat, iste ma-
lum celeriter deferat. Bonus timeat ne cadat, malus conetur vt surgat. Quisquis ergo ma-
lus est cum Paulo prosternatur in malo, vt cum eo erigatur in bono: quoniam & ille ceci-
dit malus, & surrexit bonus. Prostratus est iniquus, & erectus est iustus. Cecidit saeuissimus
persecutor, & surrexit veridicus prædictor. Cadens lumen corporis impius perdidit, sur-
gens lumen cordis iustificatus accepit. Coniunctus est itaque Stephano, factus ouis ex lu-
po. Et ecce 8 nunc Paulus cum Stephano lætatur, cum Stephano Christi claritate per-
meat etiam ante di-
fructum, cum Stephano exultat, cum Stephano regnat. Quo enim præcessit Stephanus tri-
judicij sunt in cœs
cidatus lapidibus Pauli, illuc secutus est Paulus, adiutus orationibus Stephani. Quam vera lo, & cum Christo
vita, fratres mei, vbi non Paulus de Stephani occidente confunditur, sed Stephanus de
regnant.
⁸ Sanctorum anima
me etiam ante di-
fructum, cum Stephano tri-
judicij sunt in cœs
cidatus lapidibus Pauli, illuc secutus est Paulus, adiutus orationibus Stephani. Quam vera lo, & cum Christo
vita, fratres mei, vbi non Paulus de Stephani occidente confunditur, sed Stephanus de
regnant.

*Charitas in vtroq; meruit posse
dare regum celorum.*

Pauli consortio gratuletur, quoniam charitas in vtroq; letatur: Charitas quippe in Stephano superauit saeculam Iudeorum. Charitas in Paulo cooperuit multitudinem peccatorum, charitas q; in vtroq; pariter regnum meruit possidere celorum. Charitas est igitur omnium fons & origo bonorum, munimen egregium: via qua dicit ad celum. In charitate qui ambulat, nec errare poterit, nec timere. ipsa dirigit, ipsa protegit, ipsa perducit. Quocirea fratres, quoniam scalam charitatis constituit Christus, per quam ad celum omnis possit, descendere Christianus, pura charitatem fortiter retinet, ipsam vobis iniucem exhibet, & in capitulo condescende, insistite operibus bonis, ut ad premia eterna peruenire possitis, adiuti gratia Christi Domini Salvatoris.

*Ea Sermo clvij.
in opere Homili.
cius.*

ITEM VITA SANCTI STEPHANI PROTOMARTYRIS,

per Petrum Chryologum Archiepiscop. Rhenensem script.

*eo Sanci habent
merita.*

SIC DOMINUM praediorum limitibus affixi tituli proloquuntur, ita nomina ipsa scriptae sanctorum 10 merita indicant, testantur insignia. Ita Abraham quod fide credit, nominis adiectione monstravit: quando ex Abrani Abraham diuinatus nuncupatur: ut dilatandus generis, nomine antea dilataretur, dicente Domino: Et non vocabitur amplius nomen tuum Abram, sed Abraham erit nomen tuu: quia patrem multarum Gentium posui te. Sic coniunx sancta eius cum de sterili fit secunda, ex Sarai vocitata est Sarah: vt & ipsa ante crescat nomine, quam crescat pignore: & quia promittit Domino risum credit, h; verula conciperet exarata iam rugis, si pareret desperata iam fecunditas, si sterilitas iam penes senectus extrema pregnans fieret, risum mox quod genuit, nuncupauit: & apruit in nomine, quod sensu passa est cum redire, & vocauit nomen eius Isaac: quod interpretatur risus. Sic Jacob, qui in utero coepit ante luxari, quam vivere, ante viribus superare, quam membris, etiā inter vilceria materna ipsa supplantatori est vocabulum consequitur, eō quod anteī nafrēetur, noscitur diuinitus reprobatum supplantata germanum.. Et quia longum est ire per singula, sicut Petrus a petra nomen adeptus est, quia primus meruit Ecclesiam fidei firmitate fundare: Ita Stephanus vocatus est a corona, quia primus meruit pro Christi nomine subire conflitū: primus meruit sanguine suo milieū Christi martyrum dedicare. Petrus Apostoli chori verulū teneat principatū, aperiat intrantibus regnum celorum, reos poteſtate vinciat, penitentes clementer absoluat. Stephanus est martyrum primus, Stephanus purpuratum dicit exercitum, qui pro Domini sui adhuc calente sanguine, sanguinem suum auidus bellator effudit. Et quia cruento proprio tintetam sibi ipse purpuram conquisiuit: meritò à Rege suo consequitus est post coronam, qui iam cum nafrēetur, nomen fortitudo est a corona: vere quem præcivit & prædestinavit, ipsum nunc martyriū primū vocauit ad gloriam.

ALOYSIVS PIO LECTORI.

Thīc quoq; si vir aliquis prudens & doctus statim in initio primæ huius scriptæ uitatis Augusti mensis, quæ B. Protomartyrus Stephani inuentio dedicata est, se nobis opponeret, & diceret: Quomodo tu Episcope, qui eas duntaxat Sanctorum vitas in his his voluminibus edere propteris, quæ firmæ sunt autoritatis & a gravibus viris cōscriptæ, ponis hanc de inuentione corporis Protomartyris, quæ à sancte Ecclesia inter apocrypha recensetur, ex Gelasi Romani Pontificis decreto, de quo paulò superius mentio facta est? Huic ita responderemus: Vidisse etiā nos constitutionē, & ideo historiā illā latīna, de qua mentionē facit constitutio, & quæ passim in Occidentali Ecclesia circūserebat, quæ erā bōdie apud nos est, noluisse edere. At quia hæc, quam lebērū es, nondū à latīna Ecclesia vīsa erat (nam opera nostra modū, & nunquam anteā Latina emerit, non potuit à Sancto Pontifice reprobari, seu inter apocrypha numerari. Propterea cum de hac ipsa Gelasi, quæ à docto pariterq; sancto Christi Philosopho Niceta est edita, Protomartyris historia non loquatur: Cuius quidem Inventionis festū, & ab Ecclesia Graeca non nuper, sed abhinc annos centum supra mille, & amplius, secunda die mensis Augusti (vt in Mneis apparet) solenni more quorannis celebratur: & à Latina etiam (vt ex Romano martyrologio discimus) pari modo obseruari consuevit: nō incongruum, immo vīsum est peropportūnum, vt inter ceteras factorum vitas locū suū, & quidem egregium obtineret. Lege igitur securus, & beatissimum Protomartyrem exora, vt suis apud Deum intercessionib; nos reddat commendatos: vt qui eiusdem fidei sumus participes, eiusdem etiam premij in celo confortes esse, mēreamur. Vale.

NICE

NICETAE SERVI IESV CHRISTI PHI-

losophi oratio narratoria, de Martyrio, & inuentione, & allatione venerabilium reliquiarum sancti Protomartyris & Archidiaconi Stephani.

Per Simeonem Metaphrasten.

XI. Augu.



OMINVS noster Iesu Christus Saluator omnium qui sperant in ipsum, cūm sui ad nos aduentus vnu opus proposuisset, nēpe nostrā salutem, non per se solū, sed per innumerabiles suos Santos, & varios modos, scopus suum deducit ad effectū. Nam cūm ipse fuisset primum principium & radix eius, quæ in nos exitit bonitatis: verbisque & factis diuinis ipse re vera salutare Dei fuisset cognitus: deinde cruce mundi peccati sustulisset: & morte quidem sua efficeret, vt more despiceretur: resurrectione autem dedisset resurrectionem: & tandem ad Deum ascensionem nobis per suum comparasset ascensum: nō satis habuit hucusque sua deduxisse beneficia: sed cum sanetum, qui cum eo confidet, spiritum super Apostolos demisisset in specie ignearum linguarum, & eos repleueret ea, quæ est in ipso sapientia & gratia, misit in vniuersitatem mundum, qui verborum & operum eius * supplerent defectum, & pro ipso quidem fungentur legatione, varijs modis sapientiae & virtutis ipsum Deo cocciliarent. Ex ijs vnu fuit etiā beatissimus Stephanus, Stephanus, inquam, qui plenus Spiritu sancto, & gratia, & virtute, declaratus est testimonio iphus sancti spiritus. Qui fuit inter Apostolos & Prophetas, & Doctor inter Doctores: qui fuit primus inter Diaconos, tanq; apostolicæ primitiae electionis. Primus inter eos qui fertur præmia certaminis, sicut Primus descendit in stadium martyrij decertationis, & primus calicem bibit Christi passionis, & omnibus sancti viam ostendit martyrij, & celum aperuit, & ijs qui eum sequuntur, fecit vt pateret aditus eius, quod erat inuium. Hic inclitus Ecclesiæ splendor Stephanus, id est, corona (melius est enim, vt cūm eius mortis prius meminerimus, & brevibus de eo narrationibus fuerimus illuminati: si cadem via & ordine transferamus orationem ad manifestationē eius reliquiarum). Hic, inquam, cūm diuinus ille & principalis spiritus, sicut ad omnes Apostolos, ita ad eū quoq; superne descendisset, & insito quodam zeli labore eius beatæ impletar animam, & diuina charitate arderet insigniter, magis quam omnes sancti sui temporis videbatur pro Iesu gloria zelo accendi. Quo factum est, ut cum Gentiles argueret, ac cum Iudeis concertaret, & omnibus haereticis, quæ in eum iruebant, resisteret, præclarissimum aduersus omnes trophæum exerexit. Et quomodo vir fortis & inuictus quispiam ab hostili phalange circumfessus, non propter eorū qui ipsum circumfusum expallcit multitudinē, neq; ad ferendos labores ignauis euadit & mollis: sed quantum potest, enī vteſt & haſta, non ceſſat eos qui in ipsum irruunt, tollere de medio, prius quam omnibus cædentiibus hostibus, ille victor ad suos reuertatur: Ita etiam hic longè fortissimus Stephanus, non solū in Gentiliū, sed etiam in Iudeorum, & vniuersitatem Diaboli cateruæ medio interceptus, alios quidem lingua, quæ mouebatur a spiritu, & quæ per ipsam emittebantur, diuinorum eloquiorum iaculis confodiebat: alios vero fisionibus propulsabat & precibus, non à malo viſtus, sed malum in bono vincens. Licebat ergo illuc videre ALEXANDRINOS, & LIBERTINOS, ASIANOS, & CILICIAS, & CYRENÆOS, proposito quidem cæde spirantes, sed impetu multo magis, & qui in veritatē quidem præconem irrumpabant audacissimè, & machinabantur aduersus fidem, quæ erat in Stephano. Omnes autem eius orationes perfringebantur & perturbabantur. Non poterant enim (inquit scriptura) resistere sapientie, & spiritui qui loquebatur. Cūm ergo sic vidisset seipſos summè esse viſtos, potestatis deinceps, quæ aduersus Deum pugnabat, inuocant auxilium. Cumq; cum repente arripiuerint, adduxerunt ad concilium, nullam quidem afferentes accusationem, quæ vilius esset pondēris: sed quidū Iesum Nazarenū hunc locum, & Moyſis mores prædicterit dissoluturum, aſſerebant eum esse morti obnoxium. Ille autem lenitatem quidem, & mansuetudine auidum cædis retardans impetum, tranquillis verò & placidis moribus reprimens turbulentam eorum animæ rabie, & Angelico quidē vultu furorem demoniacū pudore afflictionis, & verbo diuino euertens inconfideratam eorum imprudentiam, in memoriam reducit historias Patriarcharum, & Prophetarum, quibus eos censebat aliquid tribuere, vitamque eorum adducit in medium, atque eorum testimonij minimè dubiam confirmat veritatem. Illi vero non fecerunt atque apis aures obſtruentes, nullum veritati aditum dederunt ad suam animam. Ac merito quidem, neque enim digna erat profana anima, quæ coelestes audiret orationes, neque mens corrupta omne genus vicijs, quæ Dei suscipereſt mysteria. Et iste quidem eos

eos suos patres appellabat, & fratres: Illi verò suis in cum dissecabant cordibus. Et iste quidem supernaz gloria, qua ecclis ei apertis dignus habebatur (Quantum in ipso erat) eos faciens participes. Ecce, inquit, video cordos apertos, & filii hominis stantem à dexteris Dei. Illi autem eum corde rabido, & manu cædem spirante conficientes, lapidum procellis obruebant. Et sic magnus iste ac primus defensor veritatis, cum Agonothecam, ac magistrum imitando, ijs qui in ipsum peccabani veniam petiisset, ad eum qui in ipso glorificabatur, & spiritu considerabatur, & euolauit. Tanquam autem ornatus re vera regis, tanquam diademam pulchritudinis, & fidei quidem tanquam auro, tanquam margaritis verè Theologicis contemplationibus exornatus, & tanquam gemmis ijs qui in ipsum iaciebantur, lapidibus contextus, ac tanquam purpura proprio resplendens sanguine, è terra traditur in manus regis celestis. Omnibus autem qui ab illi in celum extolluntur per decerationem sic fit, ostenditur Stephanus, hoc est, corona gloria. Diabolus verò visus per omnia, quæ aduersus ipsum mouit, poterat quin dictus Gamaliel, qui fidei operibus erat ornatus, fide etiam & ab ea quæ in ipso erat, fidei & virtute repulsus abiit. Nos verò deinceps oratio vocat ad propostam historiam, & reliquiarum sacrarum inventionem, & post plurimum temporis curriculum ex Hierosolymis ad regalem urbem exportationem. Nam postquam admirabilis illo casu per suum, qui existimabatur, casum, diuinus ille martyr profluit aduersarij, suauiq; & beato somno quietuit, effterunt quidem illud ³ sacrum & venerandum tabernaculum vi. ri pī, pī ei factis exequijs. Ex malo verò Persica (est autem hoc genus ligni) cū loculum efflent fabricati, & in eo id impossulent, tunc quidem ex transuero collis id statim deposuerunt. Vir autem erat quidem gente insignis, genere non ignobilis, doctrina eruditus, & legis magister egregius, nomine Gamaliel: cuius etiam diuinus Lucas meminit in Actibus Apostolorum. Is cùm beato Stephanu esset cognitus, & eius nosset virtutem, procidit ad pedes Apostolorum, petens vt sibi corpus liceret accipere, & ad suum vicum deferre, qui est prope Hierusalem, & in suo illico nouo deponere monumento. Petitioni nequaquam repugnauerunt Theologi. Illuc autem ipsum ⁴ Apostoli cum multitudine fidelium in Psalmis & hymnis transferentes à Hierosolymis, & totis quadraginta diebus magnum planetū cientes sepelientur. His sic factis, statim Nicodemus quoque, qui erat conlobrinus Gamalielis, (Hic est ille, qui prius noctu venit ad Iesum, & Dei audiuit eloquia) tunc compunctus à gratia, procidit ad pedes Petri, & Apostolorum, rogans vt baptizaretur. Postquam autem is coelestis gratia dignus est habitus, idque sciuisse diaboli synagoga, in animo quidem habebant ipsum, sicut Stephanum, tollere de medio. Reuerentes verò Gamalielum, tunc quidem impetum represerunt. Cūm eum autem paulò post notasset anathemate, & eius omnes diripiissent facultates, & ei plaga grauiissima intulissent, damnarunt exilio. Quem ipsum quoque cūm vir ille bonus suscepisset, cui am eius gerebat, & quæ erant ei necessaria, ex suis facultatibus impetrabat, donec eum consummatum depositus prope beatum Stephanum. Quoniam autem fieri non poterat, quin dictus Gamaliel, qui fidei operibus erat ornatus, fide etiam consummareretur, haud ita multo interiecta temporis spatio, ipse quoq; & filius Abibus (erat autem tunc viginti annos natus, vir qui & ingenij magnitudine, sapientia, & in legis doctrina, par erat patri) in uno die accipiente lauachrum immortalitatis ab ecclesiis Domini discipulis. Qui cūm postea somno qui iustis deberet, pī quoque, fuerūt ipsi quoque depositi proximè ad reliquias Stephanii & Nicodemi. Cūm autem plurimum tempus præteriisset post eorum dormitionem, & athleticis quidem certaminibus multi iam essent consummati, cessasset etiam aduersus fidem persecutions: quoniam tempestati succederat tranquillitas, verque suaue & iucundum graui illi hyemi: & omnes quidem custodie, omnes carcere, & omnia instrumenta suppliciorum essent dimissa, quo tempore Constantinus verè magnus, primus ex Imperatoribus, cūm agnouisset Regem viuierorum, pacem & libertatem procurauit populo Christianorum: & Christiani Dominum suum per universum orbem terræ laudabant & celebrabant: tunc magnus ille Stephanus per corpus suum venerabile clario rem suam emitit gloriam: ipseque non secus atque aliquod premissum fidei, aut corona que non potest marcescere, virbi regiae, & fidelibus Imperatoribus donatus est à manu Christi. Modus autem quo eius aperte fuerunt reliquæ, fuit eiusmodi. Fuit homo quidam, qui habitabat in illo vico, in quo erat absconsus preciosissimus hic thesaurus, dignitate presbyter, forma venerabilis, & vita venerabilior & honestior, nomine Lucianus. Et cūm non semel, sed bis, & ter diuinus ille primus Athleta apparuerit, seipsum indicat. Visus est ille vir pius, cūm hora tertia noctis (erat verò dies ille Paracœue) esset veluti in extasi, videre astantem quandam pulchrum iuuenem & procerum, cui coma quidem erat honeste promissa, erat autem induitus ueste candida, in qua aurea quidem formatae ostendebantur literæ, inter quas apparebat prima S. Erant verò ei quoque

^a Anima Stephanii euolauit ad Christum, qui in ipso glorificabatur.

^b Efferrunt sacrū ēr venerandum vi ri fili tabernaculum, pie ei factis exes quilijs.

^c Vide seputurā B. Stephani a sans dīs Apostolis ce lebraiā, cum mul titudine fidelium in psalmis et hym nis, ac 40. dierum luciū.

etiam, sicut Stephanum, tollere de medio. Reuerentes verò Gamalielum, tunc quidem impetum represerunt. Cūm eum autem paulò post notasset anathemate, & eius omnes diripiissent facultates, & ei plaga grauiissima intulissent, damnarunt exilio. Quem ipsum quoque cūm vir ille bonus suscepisset, cui am eius gerebat, & quæ erant ei necessaria, ex suis facultatibus impetrabat, donec eum consummatum depositus prope beatum Stephanum. Quoniam autem fieri non poterat, quin dictus Gamaliel, qui fidei operibus erat ornatus, fide etiam consummareretur, haud ita multo interiecta temporis spatio, ipse quoq; & filius Abibus (erat autem tunc viginti annos natus, vir qui & ingenij magnitudine, sapientia, & in legis doctrina, par erat patri) in uno die accipiente lauachrum immortalitatis ab ecclesiis Domini discipulis. Qui cūm postea somno qui iustis deberet, pī quoque, fuerūt ipsi quoque depositi proximè ad reliquias Stephanii & Nicodemi. Cūm autem plurimum tempus præteriisset post eorum dormitionem, & athleticis quidem certaminibus multi iam essent consummati, cessasset etiam aduersus fidem persecutions: quoniam tempestati succederat tranquillitas, verque suaue & iucundum graui illi hyemi: & omnes quidem custodie, omnes carcere, & omnia instrumenta suppliciorum essent dimissa, quo tempore Constantinus verè magnus, primus ex Imperatoribus, cūm agnouisset Regem viuierorum, pacem & libertatem procurauit populo Christianorum: & Christiani Dominum suum per universum orbem terræ laudabant & celebrabant: tunc magnus ille Stephanus per corpus suum venerabile clario rem suam emitit gloriam: ipseque non secus atque aliquod premissum fidei, aut corona que non potest marcescere, virbi regiae, & fidelibus Imperatoribus donatus est à manu Christi. Modus autem quo eius aperte fuerunt reliquæ, fuit eiusmodi. Fuit homo quidam, qui habitabat in illo vico, in quo erat absconsus preciosissimus hic thesaurus, dignitate presbyter, forma venerabilis, & vita venerabilior & honestior, nomine Lucianus. Et cūm non semel, sed bis, & ter diuinus ille primus Athleta apparuerit, seipsum indicat. Visus est ille vir pius, cūm hora tertia noctis (erat verò dies ille Paracœue) esset veluti in extasi, videre astantem quandam pulchrum iuuenem & procerum, cui coma quidem erat honeste promissa, erat autem induitus ueste candida, in qua aurea quidem formatae ostendebantur literæ, inter quas apparebat prima S. Erant verò ei quoque

purpurea in pedibus sandalia, ipsaque eadem reuinista loris aureis, in manu quoque dextera vidit eum tenentem baculum. Hoc modo eum adstantem, & virga ter annuentem, & ter vidit suo eum vocantem nomine. Quem quidem ipsi visus est interrogare, & dicere: Quis es Domine? Is verò visus est dicere: Ego sum Stephanus, qui fuit primus martyrij corona redimitus. Sed ascende quamprimum Hierusalem, & annuncia Episcopo ciuitatis, vt ad nos veniat, sepulchrumque aperiat, & bonis repleat, & nostram prædicet ^s Note quomodo sanctus mandat eū de cœrationem, vt Deus rufus glorificetur in nobis, motusque misericordia, sit populi pec cœrum eius specie riat, & bonis res pleat odoribus.

Inutilis enim (dicebat) effectus, & plane contemptui habitus est locus, ubi nostra sita sunt corpora: Is autem rufus ei in somnis respondit: Et quinam hi sunt & Domine, quorum reliquiae sunt cum vestro corpore depositæ? Ex ipso autem audijt protinus: Est, inquit, Gamaliel, qui educauit magnum Paulum: & Abibus eius filius, & Nicodemus conlobrinus. Cūm ille verò hæc dixisset, statim evanuit ex oculis. Cūm ad se autem rediisset presbyter, admiratus quidem est, vt par fuit, visionē, & rem omnem animo apud se voluebat, ne sibi visio ipsa excideret: statuit tamen deinceps attendere, si forte secundam & tertiam afferueretur visionem. Sequenti itaque Paracœue, eadem hora noctis, similique figura rufus adstante sanctus: Cur, inquit, neglexisti, & non iuisti ad exponendum Episcopo ea quæ tibi mandauit? Is autem visus est rufus respondere ad interrogationem, & dicere: Ignosc Domine. Non enim mihi visum est consultius ex una visione totam perturbare ciuitatem, & Ecclesiam: sed expectare, vt in duabus aut tribus testibus sit omne verbum. Scripturam enim ita audio dicentem. Cūm autem putaret se hæc ei dicere, videt illū ostio exuentem, & eundem rufus mox reuertentem: & visus est eum audire hæc dicentem: Quid, quod animo dubitali? Si quatuor simul iacentes inuenierit, quomodo potero ab alijs discernere corpus Stephanii? Non vt existimasti, confusa iacent reliquiae: Vnaqueq; enim ex ijs habet thecam propriam designatam literis. Hæc dixit: deinde manum extendit, & Pone, inquit, manū tuam & præsbyter, & vide. Statim autem videt quatuor vasa calathis similia, & ab illius manibus pendentia: ex quibus tria quidem erant aurea, vnum autem apparebat argenteum. Atque duo quidem calathi videbant pleni rosis albis, quos tenebat manu sinistra. Tertius autem videbatur plenis rosis rubris instar sanguinis. Ab his quartus dependens argenteus videbatur, veluti geminus, qui ipse quoq; apparebat plenus croco odorifero. Eos autem tenet manu sinistra suspensus: Vides? inquit, hæc sunt tibi signa eorum quæ queruntur. Qui rubris quidem rosis est plenus, meum tibi corpus indicat. Ego enim solus ex his tinxii vestem sanguine martyrico. Qui autem albis, significat corpus Nicodemi & Gamalielis. Argenteus vero calathus indicat imaginem Abelbi, qui ideo ostendit argenteus, quod cum ille sit carne mundus, & impollutus, in templo Dei ambulat. Cūm autem hæc quoq; denuo recesserit visio, surgens homo, obstupefactus quidem erat ob ea quæ viderat, & dubitabat, & tandem rufus tacuit. Iterū ergo sequenti Paracœue, eodem modo astans beatissimum Stephanus, & vehementioribus minans denuntiationibus, immisit ei maiorem extasim. Vedit enim fenex se arripi, & sublimem ferri Hierusalem, & renunciare Episcopo aperatas esse reliquias. A quo etiam visus est tales audire voces: Si hæc & dilecte, vifum est Deo nostris aperire temporibus, oporet me illinc accipere bouem masculum aratorem. Bos enim magnus, quem dicitis apud te ali, curru nostre deest. Aequaliter autem, vt eum portius habeat nostra ciuitas. Ipsi namque seruitur curribus. Reliqui verò duo boves, & iuuenies tibi sufficiunt ad agrum tuum colendum. Hæc in illa extasi Lucianus sibi & dicere, & audire est visus, non ab te quidem, vt patet. Significabatur enim per hæc aliorum trium in suo agro dimissio: Sancti verò Stephanii ad urbem transportatio. Cūm autem hæc visus ei adhuc imminaret, videbatur se post illam suo loco restitui, rufus autem audire ab illo qui restituit hæc verba: Si velis iuuenire eum qui desideratur, quere in eo loco, quem Syri quidem vocat Lalagabraam, Latinè autem Dei locus interpretatur. Cūm prius ille fenex hanc tertiam accepisset visionem, excitatus quidem interrogat de illo loco, qui ei fuerat ostensus. Cūm autem venisset, & locū tacite considerasset, ascendit in ciuitatem, & ad Pontificem veniens (Ioannes verò tunc præ erat Ecclesi Hierosolymitanæ) ei & omnes sermones, & omnes modos visionum exposuit, Is autem laetitia, quæ verbis exprimi nequit, repletus, & de mirabilibus Deo agens gratias, hortatur, vt fodiat in eo loco, qui ei fuerat ostensus. Postquam autem, inquit, iuuenies, facit de eo quamprimum audiamus. Ipse verò cūm eos affumpfisset qui erant idonei ad fodendum, magno cum studi accedit ad locū. Cumq; vidisset quendam illic excitatum tumulum, existimauit illuc esse depositū, qui quarebatur thesauros. Quamobrem ipsum statim fodere constituit. Ei autem sanctus rufus noctu apparet: Noli, inquit, incassum laborare in tunc mulo: Is enim fuit positus in testimonium planetū, qui propter nos factus fuit. Fode verò circa septuaginta quinque cubitos à tumulo versus septentrionem. Eadem autem per quendam quoq;

quoque alium significans Monachum prohibebat, ne fodere turmulus. Illi tamen non credentes (homo enim est eiusmodi, qui non facilè creditur, & vix acquiescat superius vocibus) cùm illis à manè ad tertiam usque fodissent, columnam inuenient lapideam, scriptam literis Hebraicis. Eorum autem quæ scripta fuerant sensus erat. Hic locus nominatus est planitus iustorum, & sanctorum lamentatio. Illinc itaque deinceps discedentes veniunt ad locum, qui ostensus fuerat. Vbi mediocri in terra fossa facta, omnia inuenient congruerent ei, quæ apparuerat, visioni: & exortum est lumen, quod sub terra latebat, & apparuit thesaurus, qui deliderabatur. Vixi sunt enim quatuor loculi, qui propè inter se inuenient directò erat siti. Impolitus autem erat unicus titulus literis Syriacis, qui significabat appellationem eius qui intus erat repositus. Repetè verò magnus fit terræmotus. Motus est autem, & veluti pullularit loculus Protomartyris. Quinetiam suauissimo quadam odore repletus, eos qui aderant propemodum sopiuit. Diuinæ verò voces cœlestes erumpentes, Dei videlicet Angelorum clamantium; gloria in altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Audiebantur ad decimum usq[ue] lapidem. Iam verò plurimæ quoque curationes, quæ siebant ijs qui vexabantur à varijs ægritudinibus. Magnam Dei in nos curam, & Protomartyris gratiam prædicabant apertissimè. Cum itaq[ue] protinus Pontifex Hierosolymitanus, vñā cum duabus alijs quos illi esse configerat, Epilopis, & toto clero accessisset, & omnis etiam multitudo fidelium concurrentes in lætitia, & gaudio spirituali, & illud venerabile & sanctum corpus adorantes, cum luminibus, hymnifq[ue] & suffitibus, & cum ea, quam per est, glorificatione & lætitia in sanctam deduxissent civitate, tunc quidè ipsum deponunt in sancta Sion. Postea autem venerandū templum adificatur Sancto in ipsa civitate. Adificauitq[ue] illud Alexander ille ordinis senatorij, qui muleum precatus Pontificem, in id cum omni veneracione pretiosis trahit reliquias. Non plures autem quam quinq[ue] anni transiunt post illam translationē, cùm ipsi lætali morbo affectus, ex ligno mali Perseci theca constructa, ubi in restamento iussifet, ut quam proximè ad ipsum deponeretur, obdormivit. His sic gestis, octo annis post mortem Alexandri, cùm eius vxoris & propter diuitias, & propter formam corporis, ut se rursus iungeret matrimonio, sollicitaretur à multis, ne hoc cogereretur facere, init consilium, ut mariti quidem sui corpus assūmat, reuertatur autem ad patrem, vt ad ciuitatem suam Constantinopolim. Cùm autem sanctus Cyrilus tunc sedem regeret Hierosolymitanum, accedens Iuliana (erat enim hoc nomen mulierij) petiit, vt mariti acciperet tabernaculum, & ad suos rediret. Cùm ipse verò hoc minimè facere permetteret, illa quidem suum animum patri literis significabat. Sacra autem postulat imperatoriam, vt sine dilatione ei dentur mariti reliquiae. Quod cùm factum esset, & Cyrilus iussu Domini non posset resistere, placidè & leniter eam compellans Patriarcha sic inquit: Quomodo ô mulier, vis accipere tui mariti reliquias? An necis eum esse depositum simul cum beato Stephano, simileq[ue] esse tabernaculum, adeo vt nos neficiamus quidam sit quod à te queritur? At ego, inquit, ô Domine, recte noui, quæ viri composui tabernaculum: Quod si modò permiseras, recedam meo accepto. Si, inquit, ille, aperte nosti, ingredere, ac tolle tuum, & vade in pace. Ipsa ergo statim, ei aperto deposito, diuina quadam prouidentia decepta Iuliana, dimisso mariti loculo, sanctum vehementer est amplexata: voceque emisit lachrymabiles, & fontes effusit lachrymarum, hoc esse id quod queritur, hoc esse mariti sui tabernaculum, clara voce affirmans. Ei ergo concessa potestate, hoc magna alacritate & animi promptitudine accepit. Cùm itaque parata esset protinus, & valere Pontificem iussisset, & omnes suos notos: iter valde læta est ingressa. At illa quidem suo equo infidebat, & sacris reliquiis in lectica depositis supra iumentum, cùm fecisset, vt sui pueri ante & ponè sequerentur, læto & alaci animo iter faciebat. Sed quis Dei admirabilium singula celebrauerit? Quis autem laudauerit omnia magna opera quæ in via facta sunt per Protomartyrem? Nam per totam noctem audiebatur hymnus Angelorum, & decora glorificatio: locus autem fragrantí odore & veluti effusi vnguenti replebatur. Quinetiam maligni spiritus infernè vociferantes, Væ nobis, crebro clamabant: Væ vñæ, quoniam Stephanus transit per medium nostri, nos grauiter flagellans. Has voces cùm audirent homines, oblitus pefcebat, metuque temebantur, & soluebantur, tremore. Jam enim ipsi quoque sciebant intervenire errorem in assumendis reliquiis. Tacite tamen descenderunt ea via quæ ducit ad mare, & festinabant perinde ac si aliquod eos ageret animal. Peruenient itaque Acalonem quæ est vñæ maritima: vbi cùm statim inuenissent nauigium, quod ibat Constantinopolim, idque mulier conduxit quinquaginta aureis: & in eo primum hunc diuinum reposuisset thesaurem, deinde ipsa quoque ascendisset cum omnibus suis domesticis, secundo vento ventere, læti & alaces cursus conficiebant. Cùm autem essent in medio mari, exoritur repente fluctus maximus: marique in eos ferociter indignante, & se nauem cum ijs qui nauigabant deuoraturum minante, magno affecti timore,

⁶ Nota illud vere
rarebile & san-
ctum corpus ado-
rante, cum lumi-
nibus, hymnique,
& suffitibus, ac
glorificatione, &
laetitia in sanctam
deducunt civitate.

⁷ Utinam be-
mirabilis confide-
rarent noui herce-
sici: in maiorinæ
que veneratione
habetur sanctiorū
reliquiarū.

timore, omnes simul cum multis lachrymis & clamoribus 8 supplices Sancto procubuerunt. Repetè autem odore emilio longè suauissimo, quod quidem fuit indicium præsentia eius cui supplicabatur, vocem ab eo profectam audiueré: Nolite timere, ego sum vobis. Simul autem atque hoc dictum fuit, & ventus cessauit, & tempes̄ ad magnam redacta est tranquillitatem. Sæpè verò magnam videbant lucem, qua noctu super sanctas apparebat re- & exaudiuntur. Vnde quomodo ⁹ sanc-
to minus ion-
cbris & clama-
ribus supplicante-
sprocumbentes, &
exaudiuntur.

⁹ Mirū est valde
quod de mosis
sanctorum virtus
ribus perhibent
testimonium, he-
relicti autem illas
negant.

Hierusalem modo venit nos torquens, Sic clamantia daemonia, & tanquam ab igne exacta fugiebant ab hominibus. Quoscunq[ue] autem morbi omne genus invaserat, sancto loculo appropinquentes, protinus sancti siebant, Deum glorificant. Hinc bona fama perueniens usq[ue] ad urbem regiam, gaudio quidè, & animi alacritate impleuit Christianos, dolore autem & indignatione eos qui adhærebat adhuc Gentilitati. Hinc cùm Imperator quoq[ue] magnus Constantinus per viris Regis Pontificis (sicut erat beatissimus Metrophanes) sancti aduentum audiisset, habitarat, & dubitabat, quemadmodum posset credere tantu bonu in suā venisse ciuitatē. Ad ipsum quoq[ue] relatū est de Iuliana. Quæ cùm se statisset apud Imperatorem, & interrogaretur de modo exportationis, narravit totam quæ fuit cōsecuta, veritatē. Et quemadmodum fuissest vxor Alexandri, qui erat ordinis Senatorij, & quod cùm is aliquot antè annis vixisset, templū Protomartyrii suis adificauit impensis, & iussi se quam proximè ad eum sepeliri in loculo simillimo. Et quod cù multi ei molestia exhiberent, nec veleri nubere, statuerit accipere mariti reliquias, & ad suū patrē in hanc reuerti ciuitatē. Redegit autē ei quoq[ue] in memoriā iussum, quæ propter ipsam missa est ad Pontificem Hierosolymitanū. Et quod diuina prouidēcia ita volente decepta, veniret nunc adferens sancti reliquias pro reliquis mariti. Quod si tua, inquit, Maiestas vult hęc certius cognoscere, accedat quamprimum Hebreus, & legat titulū qui est super loculū: & pér ipsum ô Imperator, planè scies rei veritatē. Cùm itaq[ue] Constantinus Imperator hoc statim curaset, venient quidam Iudeus legit scripturam, & dicit: Ver hic est magnus ille Stephanus: & ego quoque credo Christo propter ipsum, quoniam viderunt oculi mei hodie, quæ sunt admirabilia, & præter opinionem.

Hac cùm audiisset plus Imperator Constantinus, & exultatione plurima fuissest repletus: iussit sancto Pontifici, vt cum clero, & populo ei iret obuiam, & cum omni honore, cultuque & adoratione sanctum in regiam adducerent. Præcedens ergo Iuliana, cùm eum transmiseret, deduxit ad id quod dicitur Staurion. Vnde cùm mulas curru iuxxisserint, & sanctum loculum ei impoſuerint, sic loculum tulerint in regiam. Ea ratione dixerunt etiam illum locum vocatum esse Zeugma. Atque sancti quidem miracula quæ fecit in illo ingrellu, & si fieri non potest vt signillatum recensemus, non æquum est tamen, vt omnia silentio præteream: sed pauca quædam ad diuinæ virtutis ostensionem, par est mandare literis. Nam dum se parabat populus ad sancti deducendas reliquias, mulier quædam, cui configerat vt in eo loco habitaret, habens spiritum Pythonis, exclamat, dicens: O vis, ô vis! Vndenam ad nos aduenit hic Protomartyr Stephanus? Vndenam grata hoc flagellum ad nostra loca acceſſit? Cùm ea autem multum clamasset, & discerperet spiritus exiit, ea nihil læfa. Alia autem quæ in eodem loco habitabat, longo verò tempore laborabat fluxu sanguinis, cùm audiisset turbam tanquam multas aquas sonantes, & fuissest veluti in extasi, vīla est audire vocem dicentem: Surge, & currui Stephani adhaereſe, qui nunc adueniat Hierosolymis. Cùm ea autem celiter surrexisset, & statim prope currum fuissest, sanguis quidem fuit exiccatus: ipsa verò perfectam sentiens curationem, clamauit valde læta, & Deum glorificant. Vir autem quidam ex iis, qui relatus erat in numerum dignitatis militaris, & ipse quoque habitabat in Zeugmate, habebatque filium, qui ab ortu erat paralyticus: erat verò decem & octo annos natus. Is cùm vidiſſet, quæ per 10 sanctum siebant, miracula, cùm filios sustulisset humeris, & ad sanctum adduxisset, eum iacit ante currum. Eadem autem hora, surgens paralyticus, cùm illud pretiosum apprehendisset tabernaculum, voce valida ex-

¹⁰ Tunc quomodo
Deus per sanctos
suos quandoque
facit miracula

clamauit: O qui me à diuturnis vinculis, à molesto, ac difficulti erexisti per diuinum tuum Protomartyrem, ago tibi gratias, Domine Deus, quod me vilitans mei sis misertus. Porriò autem videntes populi quæ erant præter opinionem, Deum gloria magna contetio- ne afficiebant laudibus. Currum itaque trahebant mulæ, magno Pontifice & clero vniuerso, & toto populo, magistratibus & subiectis, adolescentibus & virginibus, senioribus & iunio- ribus, & tota denique ciuitate, alii quidem præcedentibus, alii verò sequentibus, omneque vicos & omnia compita & vias in arctum comprimentibus, illamque admirabilem & nu- merofam hymnodiam concincentibus. Acriter autem currum traxerunt animalia, donec ve- nerunt in locum, qui nominatur Constantianus. Cum illic verò essent, perinde ac si violento retineretur vinculo, transire non potuerunt. Instantibus autem aurigis, & flagellis ea asperè confidentibus, manserunt nihil locis immobilia. Hæc celerrimè significantur sanctissimo Imperatori Constantino. Is verò statim mittit alias duodecim milias, utpote quod que primæ trahebant, defelte non posse it currum amplius ducere. Cum autem ipse quoque iunio- riæ essent, & similiiter atque aliae diu essent vincitæ nutu diuino, nec vlo mouerent modo, sed starent immobiles, vna ex ipsis ore repente aperito, quomodo olim aëna Balatum, huma- na voce exclamat præsentibus: Quoniam fructa, o homines laboratis, & cur nōstros oca- los verberatis? Oportet hic sanctum deponi. Has voces cum audiisset Archiepiscopus, & totus populus, metu & stupore repleti, Deo laudes magna vœce reddiderunt, qui solus re- uelat mirabilia. Admiratus item cum hac cognouisset Imperator fidelissimus, statim magna manu, & studio venerandum excitat templum sancto Proeathlo, id est, qui primus decerta- uit. Vbi maximè venerandæ beatissimi & primi martyris Stephanii reliquiæ, secundo Augu- sti, honorificè depositæ, plurimas curationes hodiernum vilque diem efficiunt his qui cum fide accedunt. Huius ergo gratia, sanctitate, & virtute spiritus nos quoque omnes digni ha- bbamur, quoad eius fieri potest; Domine pater, Domine fili, Domine paraclete, Trinitas sancta, & confubstantialis, & superflüstrialis, intercessionibus cattissimæ Dei matris, & omnium sanctorum, & ipsis quæque nostri post te seruatoris, patroni, & defensoris Ste- phani, ad gloriam & honorem, & laudem sancti tui & adorandi nomenis, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

MIRACVL A SANCTI STEPHANI Protomartyris, per beatum Gregorium Archiepisco- pum Turonensem scripta.

¹¹ Sanctissima
Dei genitrix et
omnes sancti ins-
tercedunt pro no-
bis. Ipsi erimus sunt
post Deum serua-
res, patroni, et de-
fensores nostri: di-
cant quicquid eis
lim beretici.

Habecur in ope-
re eiulde in glo-
ria plurimorum
martyrum editio.
Cap. 32.

Stephanus primus vel diaconus Ecclesiæ sanctæ, vel martyr, apud Hierosolymam, sicut Sacra Apostolorum narrat historia, pro fide Christi, quem à dextris virtutis spirituali con- platione cernebat, lapidibus est obrutus, pro persecutoribus dum faxorum turbine quater- tur, ipsam supplicans maiestatem. Erat igitur oratorium apud vibem Turonicam, ab antiquis eius nomine dedicatum, quod nos parumper iussumus prolongari. Quod cum factu fuisset, & altare ut erat integrum inanite promouerimus. Requientes verò in loculo, nihil de pi- gnoribus sanctis quod fama ferebat reperimus. Tunc nisi vnu ex Abbatibus ab oratorio domus Ecclesiastica, vt nobis eius reliquias exhiberet, oblitus tamen clauem capsæ porrigere, que cum cingulo dependebat. Veniens verò Abbas ablatum ab armario sigillum, caplam reperit obseratam. Quid faceret, quid ageret, in ambiguo dependebat. Si ad me veniret, longum erat redire & reuerti. Si ipsam capsam exhiberet, molestum mihi esse nouerat: quia muletori ibi sanctorum pignora tenebantur. Si non faceret iussionem quam accepérat, non implebat. Quid multitudinem capsam in manu dubitans retineret, resiliens cum sonitu re- pagulis capsam aspicit reseratam. Tunc, cum gratiarum actione allumptas reliquias non sine grandi admiratione nobis exhibuit, quas non mihi Dominiu plantauimus. Regressus autem post multis dies capsam reperi redacto pessulo, sicut reliqueram, obseratam. Pars autem beati sanguinis sacrosancti Leuitæ huius, sicut celebre fertur, in altari Biturigæ Ecclesiæ continetur. Quidam autem tempore Felicis episcopi vicinos suos quodam pro crimine impetebat, quos cum plerunque verbis procacibus laceſſeret, ac iudicio publicè prouocaret, decretum est sententia primorū virbi, vt se ab hac noxa, qui impetebantur, sacramento pur- malū sit crīmē per rent, prosecutor causa periurasse eos clara voce testatur, statimque ² elatis in sublimè pedi- rurij, aliui salvo bus in aëre excutitur, ac illi capite in paupimenti penè exanimis à circumstante turba co- spicitur. Post durum ferè horarum spaciū, cum ad liquidum putaretur spiritum exalare, aperte oculis crimen fatetur, se iniuste fatigasse homines vel proclamassem in ipsis declarauit, sicq; laxatis insontibus manifesto nocente, virtus beati perpatuit.

VITA

VITA BEATI LONGINI MAR-

tyris, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.



PVD Cæsaream Cappadociæ natale beati Longini & martyris & militis, Habetur in Mar- quem tradunt illum eile, qui lancea latus Domini Iesu Christi pendens in tyrologiæ, cuius sub cruci apperuit. Hic postmodum ab Apostolis baptizatus, cùm apud Cappa- dociam fanitate præcipuus degeret; tandem ab Octanio præside compre- hensus, post confessionem fidei, lingua abscessa, & dentibus excusis, capite truncatus est. Simul cum eo coronatus est Afroditus Commentariensis, cui præses linguan- abscindi iussorat: Quique post abscisionem expedite Christum clara voce loquebatur.

MARTYRIVM SANCTI ET GLO-

riosi martyris Longini Centurionis.

A pud Simeonem Metaphræſten.



VM Deo verbo, propter eam quæ ex inobedientia nobis fuit importata a bonis prolapſionem, visum esſet fieri, ſicut nos, & voluntaria cruce, & mor- te propter nos fuisset condemnatus propter suam in nos misericordiam; & chorus quidem dicipulorum, timore, amicitia Christi esſet oblitus; qui autem in eum cædem spirabant Iudei, cum iam morte damnassen, vnu erat etiam Longinus & synagoga Iudeorum, & constitutus fuerat Ceturio cuiusdam numeri militum. Cùm autem executioni esſet mandata scelerata ſententia, & ipſe Christus in ligno esſet affixus, medicans ſumptum ex ligno guttum; admirandus hic Longinus habebat crucis custodiā ſibi committam cum suis militibus. Signis autem & prodigiis, quæ circa crucem facta ſunt ad veritatem deductis, omni excuso metu, liberè Christū ipsum, & Deum confessus esſet in medio synagogæ Iudeorū; Verè dicēs, filius Dei esſet hic. Postquam sepulture mandatū ſuit viuificum Christi corpus, vt nos à peccati ſepulchrī euocaret, & ad antiquam reuocaret beatitudinem, Longino rurus iuſſit Pilatus, vita ſepulchrū tueri cu- ſtodia militari. Et ille quidem fecit id quod erat imperatum, & ſi non esſet eiusdem de Christo cum Pilato ſententia, vt iam didicimus. Cùm autē peractū esſet magnum myſterium reſur- rectionis, & milites miracula qua erant maiora, quā vñ ea caperet humana cogitatio, prin- cipibus Sacerdotum, & Praesbyteris Iudaici cœtus annūciarent, hoc illi ignominiam, & de- decus ſibi adferre existimantes, & miraculū volentes extingue, pecunia perſuaderunt mili- tibus, vt calumniarent Christi reſurrectionem. Illi igitur ad Pilatū accedentes falſam dixe- runt eſe reſurrectionem. Verū non ſic Longinus, ſed mendacij quidē ſuite præclarus confuta- tor, verax autē testis veritatis, vt qui non ſuſtinuerit calumniari Christū, tanquā furto ſurre- ptum, ſed lingua & mente libera eum verum eſſe Deū prædicarit, & ē mortuis eſſe excitatū affirmauerit. Quo factum eſt, vt & ipſe Pilatus, & Iudeorum synagoga principes, inuidiā quia prius mouebantur in Christum, & quem in eum animo concepient furorem, eum in Longinum tranſerent, ei adeò iraſcentes, vt quicquid pateretur Longinus, exiliarent eū non lati daturum eſſe peccarū. Hinc ea res venit ad aures Longini, & eorum ira fuit ei signi- ficata. Quapropter magis volēs abiici cum Christo, quām habitare in tabernaculis Iudeorū, cum veste & cingulo dignitatis, ipsam quoque ſimul quamprimum exiit militiā. Et accep- tis duobus militibus, qui habebant eundem zelum pro Christo & veritate, declinat cū po- pulo congreſionem, & cum Deo ſolo, & ſecum versatur. Non multū intercessit temporis, & relatiis Hierosolymis, venit in Cappadociam præco ſimul & Apostolus Christi admirabi- lium operum, & quæ ſunt præter opinionem, cùm illis duobus militibus effectus. Cùm autē eorum nihil lateret Iudeos, utpote quod fama ad omnes Longinum transmitteret, & perin- de ac alata perniciete omniē percurreret regionem, iij ſimil conuenientes perſuaderunt Pilato, vt de Longino male dicat, & significet Cæſari, quod aliena ſentiret ab Imperio Romanorū, & quod negleſtis armis, Christū prædicet quæda Regem Gentibus: & ſic omnes in ſuam re- digens potestatim, attrahat ad illius fidē. Eorū autem, abiebant, quæ dicuntur ſignum eſt, quod vniuersari Cappadociam ea implevit doctrina. Cum his literis ſimul etiam emittunt pecu- niās in aures Cæſari volentes irreperere, vt Longini mortem facilē emerent. Quod quidem proceſſit etiam, vt videbatur Iudeos. Et Roma ſtatim in Iudeam ad Pilatum mittuntur lite- ræ, quæ Longinū morte damnabant. Pilatus ergo acceptis literis, eis ſtatim tradit Iudeis, & ad beati viri cedem alacris alacres emittit. Illi autē cū totam, quæ intercedebat, regionem

XVI.
Octobris.

PP ij maxima

maxima peruerascent celeritate, veniunt in Cappadocum regionem: & cum audiissent Longinum in quodam agro paterno agere vitam ab omni negotio remotam, statim veniunt in agrum, & cum Longino sermones conferunt, nescientes eum esse, propter quem tam magnos labores suscepserint, & iter consecserint. Vnde etiam illum ipsum rogabant, quisnam esset Longinus, & in quoniam praedio habitat. Longinum enim studebant clam aggredi, timentes ne salutem libi fuga quereret. Ignorabant autem eum magis studere, vt caperentur, quam illi vt caperent. Initabatur enim mortem illius voluntariam, quem cum vidisset in cruce, Deum fuit confessus: & quomodo Christus propter nos, ita Longinus propter Christum cædem fitiebat. Cum ergo spiritus sanctus illa hora ei omnia significasset, ienissim ad ipsos conuersus, miti & leni voce dicit: sequimini, & ipse eum quem queritis ostendam. Tunc ergo veluti apud se latens ille beatus, & futuri gaudium percipiens, & ante martyriū mortem martyrij amplectens, hæc secum dicebat: Quām speciosi pedes euangelizantium bona? Nunc videbo celos apertos. Nunc aspiciam gloriam patris. Nunc sicut primus Martyr Stephanus, ipse quoque dicam: Domine Iesu Christe, accipe spiritum meum: quem clarissima voce audiui mortem ad se vocanter. Nunc supernam Hierusalem, Angelorum qui dem patriam, rotius autem chorii sanctorum Metropolim, cum victoriae plausibus, & cantis, & gloriois tropheis ascendum. Nunc exuo è luto confessi tunicam, & lamentabilia depono carnis vincula. Nunc liberor ab interitu & corruptione, & laetus induo incorruptionem. Egredior è vita caduca & momentanea, & ex tempestate, cuius sunt magni fluctus, & gravia naufragia: & venio ad verum & solum portum, in quo vita est ab omni tristitia remota, & aeterna. Lætare anima, quæ vadis ad tuum effectorem. Ostende lætam tempore id postulante faciem. Eos qui tibi tot bona conciliant, & Longine, benignè excipe. Eos qui nos ad coenam vocant regalem, lauto, magnifico excipiamus conuiuio. Hæc cum apud te locutus esset Longinus, eos qui ad ipsum venerant, statim ducit in domum suā: & cum hospitio præcepisset, incipit deinde rogare post coenā, cur venissem, & quānam esset tanta Longini inquisitio. Illi autem, cum sacramentum, tanquā aliquod pignus, ab eo accepisset, non esse publicaturum quae ei dicarent, neque secretum esse aperturum, dicunt quia Pilato scripta fuerant à Cæsare, & quod venissem, vt Longini cum duobus militibus capita amputarentur. Cum autem sciissent, quinam essent cum ipso morituri, illi scilicet, qui fudicar mercedi Christum porposuerant, significauit eis qui non diu ante ab eo discesserant, vt primorum bonorum essent libi socij. Cumque semel atque iterum eos qui misserunt a Pilato hospitio magnificè accepisset, postridie eos ducens in agrum expectabat eos quos acceruerat. Cum autem accepisset eos iam appropinquare, statim annunciat iis qui misserunt a Pilato: Ego sum, qui à vobis quæror, Longinus. Illi autem primum quidem non credebant. Quomodo enim existimatent eum esse qui erat passurus, cum eum viderent tam laetum ad periculum? Postquam autem rectè scierunt illum esse, & nulla eis fuit relata dubitatio, agnè cerebant, & à conscientia multas plagas accipiebant, quid non quidem dicentes, quid non autē facientes, cum esset adhuc recens recordatio, vt qui pro bonis essent malas redditur gratias. O infelicem dicebāt, genā. O graue hospitium. Curnā, & chare Longine, hoc tibi ceptum venit in mentem, vt eos qui venerant ad tui cædem, domus tua acciperet? O miserum habitaculum, & acerbum conuiuum. Mors tibi euadit hospitium, & te ipsum mensæ appones, eos præter opinionem inueniens latrones, qui hospitio à te fuerunt accepti. Quid faciens, sic molestia affecisti eos, qui te sunt occisi. Abi ergo, accepta mercede hospitiij, nempe mortis remissione. Non sustinemus enim tibi inferre: cædem moliente manum tuo capitū adferre formidamus: communè saltem reuere mur: nos pudore afficit mensa: ad cædem torpet manus: abhorret animus morte afficerem benefactorem. Facilius est perculpum, quod nobis est à Pilato paratum, quam vulnera conscientiae. Parati sumus omnia pati potius, quam Longine tales referre gratias. Sic quidem milites dicebant Christi Martyri valde miserabiliter. Cæterum non poterant Longino persuadere: sed eis fortiter responderet vir verè generosus: Cur magna mihi bona inuidetis, quibus vos iniuit me estis remuneratur? Cur meam mortem defletis tam miserabiliter? Cur tristes estis propter meam perfersionem? Non est hoc mihi mors, sed vita primitio. Mihi re vera potius est mors, quam hæc est conuersatio: quonia non assito meo Dominio, nec fruor ea, qua est illic, beatitudine. Finis finem malorum, non etiam finem vita mihi conciliabit: sed ad veram transmittet beatitudinem, & efficiet, vt sim particeps illius aeterni splendoris. Habetis, & amici, habetis apud vos solatium, propè est vobis consolatio: Quem enim propter finem lugetis, eum vos post finem beatum reputabitis. Sufficit autē hoc ad afferendam animi tranquillitatem, scire amicum fore multorum bonorum participes: quomodo est inuidorum, vel odio potius habentium hominum, studere eū priuare splendore. Nolite deslere eum qui deficit: sed gratias agite ei qui accipit. Non mihi illius glorijs derit-

mentem adferatis, quam ego vidi elementa mouentem. Non negauerim cum quem Dei semel filium suum confessus. Timeo ne creatam naturam inueniam accultricem, si in eum appaream infidelis, propter cuius passionem cœlum quoque ipsum est affectum tristitia, & sol contraxit radios, & lux diei miserabiliter deducta fuit ad noctem. Hæc adhuc dicente Longino, & eis qui miseri fuerunt à Pilato persuadente, vt facerent quod eis fuerat imperatum, veniunt milites, qui cum eo morte damnari fuerant. Ille autem læto & alacri vultu eos intuens, & dexteram eis inicit, & collum amplectitur, & oculos suauiter deosculatur, & Saluete, inquit, & Christi commilitones, & hæredes regni, saluete. Iam enim aperta est porta, qua est in cœlis, & Angeli sunt nostras accepturi ¹ animas, & oblatri filio vnigenito. Ecce, & lampades video, & apparent mihi braui, cum quibus sustendi tumus ad Iudicis tribunal. Sedenim si quid vobis est imperatum, dicebat eis qui miseri fuerant, id implete. Deinde etiam conuersus ad domus curatorem, iubet vestrum mundandum ad se deferri, vt qui iam esset vocatus ad nuptias, & thalamum, & eò festinaret. Porro autem cum induisset vestem, & manu ostendisset tumulum, in quo volebat ponи corpus, in genua cum iis duobus qui erant cum ipso, inclinatus (ð beatum finem) peregit certamen, & amputatis eorum capitibus, illi ascribuntur in choros Martyrum & Apostolorum: illorum quidem fortitudinem, horum vero zelum pro Christo ostendentes. Quid verò post hæc eit consecutum? Martyricum illius Longini caput cum statim accepissent iij qui eum interfecerant, ad fidem plenè faciendo, quod Longinus esset mortuus, id portant ad Pilatum, vt qui scirent se nullo alio dono, quam eo magis illi gratificatuero. Ipse autem statim conuocauit Iudeos magna secum voluptate afficiendo, vt qui Longini valde mortem sitirent, & eam emissent pecunias. Quod quidem cum factum fuisset, vt eis placebat, iubet rursus indigna Pilatus: & ante portam ciuitatis per ignominiam fuit proiectum pretiosum eius caput. Sed is cui vitum fuerat pati pro nobis, eius qui propter ipsum fuerat passus, ne nunc quidem est oblitus: sed veluti perpetuò apparentem quandam faciem iis qui aderant cernendam præbebat ante ciuitatem, & in sterquilino iacentem, tanquam in domo regia conseruatam, tuto potegebat, non solum non permittens vt aliquid pateretur à simo, sed etiam liberans alios, ne aliquid propter id patarentur. Quædam enim mulier vidua, qua morte maritum amiserat, cum filio autē unico conflictabat, & præter viduitatem sustinuerat etiam oculorum orbitatem, male fide superrato, cum filio vadit Hierusalem, sanctorū quæ ibi erant locorum ² contactu & adoratio- ne, quos amiserat corporis duces, sperans se recuperaturā. Cum autē à filio deduxta terram caperet & pulucrem, & imponeret oculis, adiuncta viduitati, & oculorum orbitati (Qualia sunt Dei iudicia?) alia quoque grauis calamitas. Morbus enim quidā inuadens puerum, qui pro amissione oculis fuerat ei altius oculus, repente (pro dolor) abripiā à sinu matris. Statim ergo duplices ad eum accedunt tenebræ, & vita lux simul extinguitur cum luce oculorū: eratque omnino infelix illa immobilis, tanquam aliquo fulmine, percussa calamitate. Cum autē paulo post à malo ad se rediisset, deslebat miserabiliter, & miserandas voces emittebat ad Dominū: ð Domine, dicens, cur sic grauata est manus tua super me: & supra dolorē vulnerū meorū addidisti? Et nunc lumen oculorū meorū & ipsum non est mectū. Num vires la- pidum vires meæ? ipsa quoque dicā quod Iob: Posuit me parabolā, Domine, & motu ca- pitis in omnibus: & pudore affecti sunt super me, qui sustinet te, Domine virtutū. Num so- la sic peccau ego? & sola sic punior, quod mi luce, & vnigenito filio, qui erat instar lucis, pri- uashi? Quenam mihi est deinceps spes salutis? Quenam mihi via consolationis? Hei misi charilissime, quando mihi mali consolaberis? Quando oculorū leuabis calamitatem, me dedu- cens ad salutē? Nesciuisti, ð fili, quidā maiori omni alio, tuo casu mihi dannū adferres maxi- mū? Abis planta mihi iucundissima, me misera sola reliqua? Sed sic quidem mater, & mater v- nigeniti, qui si fulciebat eā quæ se habebat tam miserabiliter. Interim autem dum fuisset in somnum resoluta, diuinus ei apparebat Longinus, & omnia dicit quæ ad ipsum pertinebant, quæ in cruce Saluatoris nostri facta fuit confessionem, mortem qua à Cæsare & Pilato fuit condemnatus, capitis amputationem, & alia quæ Martyr propter Christum sustinuit magni- ficè. Quintam dicit ei: Oportet te obseruare meum caput multo simo tectum, ad tuorum oculorum curationem. Nam si illud attigeris, lux statim te sequetur. Porro autem ego quoque tibi adducam puerum cum gloria, qui, quem propter eum accipis, dolorem console- tur. His verbis mulier animo recreata, & corpore latissim corroborata, properabat ad opus. Cum autem deduxta iam peruenisset ad locum, in quo sciebat caput esse repositū, prompto & alaci animo fodiebat manibus. Et cū veluti quendam thesaurum caput inuenisset, simul cum eius inuentione suā quoque lucē inuenit, & afpicit Solem, aut etiam ipsum caput cernit, tanquam lucidam stellam, apparuisse. Deinde id ardenter complexa, cū a stercore expur- gasset, & ynguentis vinclis honorificè, reuerterit ad eum, qui illam hospitio exceperat.

preciosam illam adferens margaritam. Sequenti autem nocte diuinus rurus accedit Longinus, leto vultu subridentem, & quasi sponsalibus vestimentis nitentem filium suum inducens, suauiterque & paternè eum amplectens: & dicit ei: Ecce quem lugebas filium, ô mulier quæ lugebas, ecce quantus sit nunc eius honor & gloria, & te ipsam consolare. Deus enim ipsum reuult in numerum militiæ sui regni, egoque nunc eum habeo acceptum à salvatore, nec à mea vñquam recedet dextera. Accipe ergo meum caput, & corpus tui filii, & sepeli in eadem arca, & ne amplius lugas filium tuum vñgenitum, neque te verberet cor tuum. Nā magna gloria & lætitia, & magnis laudibus celebrandæ chore, & festa celeberrima ei data sunt à Deo, qui eum accepit. Hæc cùm audiisset mater filii, statim furgit: & acceptum Martyris caput reddit patriæ Martyris (pago autem nomen est Sandale) & cùm corpus filii capitl Martyris lubenter apposuisset, & in loco insigni honestè compoſuisset, hac apud se dicebat: Nunc scio, quidq; iis qui Deum diligunt omnia ad bonum conferunt. Quærebam oculos carnis, ego autem accepi etiam oculos spiritus. Me affiebat tristitia iactura filii, sed ecce eū habeo hæredem: Deo cum gloria regia alſistentem: & nunc noctu, & interdiu mihi matri blande arrider, congloriscatus honoribus Prophetarum, & Martyrum, & cum eis exultans, & cum Longino crucem ferens, & regni colorum præclarum ferens tropæum inter Angelos; adē vt Longini factus discipulus, ipse quoque facram emittat vocem, hymnicamque & mysticam & Ephenicij instar habentem: Verè Dei filius erat iste, & est, & erit. Regnum eius regnum omnium seculorum; & eius dominatio permanebit in æternum. Ei gloria & potentia in secula seculorum. A M EN.

Habetur in libr.
euſde de patri
bus noui testa
menti.

VITA SANCTI TIMOTHEI, PER

Digum Isidorum Episcopum Ispalensem scripta.



TIMOTHEVS Ephesiorum Episcopus, de ciuitate Lystriensi, patre Greco, id est, Atheniense, matre autem Iudea, ut refert Apostolus, dicens: Recor-dationem accipiens eius fidei, qua est in te non ficta, qua & habitauit pri-mum in aia tua Loide, & matre tua Eunice; certus sum autem quid & in te. Hic autem fuit discipulus Pauli, eiusq; spiritualis filius. Quem puerum pro-prie idem Paulus secum allumpsum: qui pudicus & virgo permanebit. Quiq; apud Ephesum in monte, qui vocatur Pyon, cum magno honore sepultus quietecit.

COMMENTARIUS RERVM GE-

starum sancti Apostoli Christi Timothei.

Per Symeonem Metaphraſten.

XXII.

Ianuarij.



imi suæ acceperunt, & pietatis quidem lucem ab eo habuerunt: pius aut & Dei amantem Timotheum veluti vicisim reddiderunt, qui erat adhuc inueniens & tener, & aptus ad fulci-pienda femina pietatis, quod quidem licet apertius discere ex libro Actuum Apost. Nam cùm Paulus, inquit, obiret Lystram & Derbē, erat illuc discipulus quidam nomine Timotheus filius mulieris Iudææ fidelis, patris aut Gentilis. Huic testimonium bonū reddebant qui in Lystris erant & Iconio fratres. Cūm sic ergo Paulo traditus fuisset Timotheus, patri spiriti-ali filius magis proprius, quam eius qui erat pater secundum carnem, & ex ciuitate vna esset exceſſurus, ab eo circunciditur propter quidam Iudeos, quibus plena erat ciuitas & omnia circuncirca, quoniam omnes sciebant illum esse natum patre Gentili. Atque ciuitates quidē obibat Paulus, seminaris prædicationem, veritatemq; annuncians, & omnes spiritu regene-rans. Eum autem consequebatur sicut stella solē, Timotheus, deductus quidem à parentibus: earum aut̄ cor non obſcurè fauians propter separationem. Quid ni enim, cūm effent paren-tes talis filii, & qui seatebat tam suavi flore virtutis? p̄fē verò ex eorum feiunctione nihil vi-sus est affici, sed quodammodo Pauli desiderio contegere suam in parentes affectionem, & ostendere id naturali necessitate longe esse valentius. Hinc in literarum disciplina ab illo in-stituitur, sitq; ei contubernialis, & omnino simil cū eo viuebat. Deinde eius quoq; Diaconus conſtitutus, & ad Apostolatum confirmatur, periculoru atq; laborū effectus socius, & nihil om-nino impeditus ab ætatis teneritudine quidē minus resisteret laborib⁹, sed generolam induces voluntatem quæ atēte plus poterat, adē vt boni eius animi & priorum operū testē ipsum habuerit magistrum sic dicentes. Vide te ne quis ipsum contemnat. Opus enim Domini ope-ratur sicut ego. Cum aut̄ ad tantā peruenies virtutē, & tanti eius testē adhibuisset, nō hic lo-lū fed etiā in multis aliis locis. Nā modō quidē, inquit scribēs ad Corinthios Paulus, misi ad vos Timotheū fratrē meū, qui est filius meus dilectus, & fidelis in Dño, qui vobis in memo-riā rediget vias meas in Christo. Et rurus: Si veneris Timotheus, videte vt sine metu fit a-pud vos. Modō aut̄ ad Philippenses quoq; scribēs, adſciscit ſociū inſcriptionis: Paulus & Ti-motheus ſerui Iesu Christi. Et deinceps conſequenter in epiftola: Spero aut̄ in Dño me Ti-motheū cit̄ ad vos mislū, vt & ego bono animo ſim cognitis quæ circa vos ſunt. Neminiē enim habeo tā vñnamē qui ſyncerē pro vobis ſit ſollicitus. His verò congruentia ſcribit etiā ad Theſſalonicenses: Paulus & Timotheus ſerui Iesu Christi, eū hic quoq; honorans ſociatę inſcriptionis. Misit ad vos Timotheū fratrē noſtri & ministrū Dei & cooperatorem in Euā-gelio Iesu Christi, ad conſirmandos vos & exhortandoſ vos pro fide noſtra, vt nemo moeatur in illis afflictionibus. Et alibi: Probatonem aut̄ eius cognoscitis, quidē ſicut filius patri, meſi ſeruit in Euangeliu, illos quoque aſlumens veluti testes virtutis Timothei. Deinde verò etiā ad Colofonenses, Paulus Apoftolus Iesu Christi per voluntatē Dei, & Timotheus frater. Por-rob̄ aut̄ cūm à p̄ceptore tantum ferret testimonium: & modō quidem filius in Domino fi-delis & dilectus: modō aut̄ etiam eius frater & Euangelij cooperator vocari dignus habe-rent: & ſuīq; dequē tot & tā magna cōſequeretur encomia: tamē ne ſic quidem ſibi ſi con-fidere & non timere poterat, ſed tam accuratē viuebat, & tā diligenter fe exercebat, & tam acriter fe affligebat, vt eum etiam exhortaretur p̄cepto, ſuadens discipulo ne aquā amplius biberet, ſed vno modico vteretur. Propter ſtomachum tuū, inquit, & frequētes suas infirmi-tates. Sed quamvis ſic laboraret eius corpus cōtinua infirmitate, & haberet deiectam ſtoma-chi facultatem, generofus reſplendebat animus. Non poterat enim corporis infirmitas deprime tam generofum animi, ſed celeri zeli penna omnē in partē peruolabar, & modō quidē Ephes, modō verò Corinthū illius linguae Sirenæ demulcabant. Macedonian quoque ſe-pe & Italian & vñiuerlam terram cum p̄ceptore complectebatur prædicatione. Quid aut̄ dixeris, quād multos cupiditatibus à ratione maximē alienis & absurdis ſervientes ab hoc graui liberauit ministerio? Reclite nouit quod dico, is qui eius qui Corinthi eli forniciatus non ignorauit delictum. Erat enim diuinus Timotheus non ad intelligentum ſolū acutifimus, ſed ad dicendum etiam promptifimus, & ad facundia egregiè vtendum dexterimus, & in diuinis exponendis iucundifimus: & ad Eccleſiam componendam, & custodiendā vel maximē idoneus. Nam & copiosiorem consecutus est gratiam: & doctrinæ ſontibus vñſus eft duplicitibus, non Pauli ſolummodō admirabili lyra ſpiritus ſe oblectans, ſed etiam verlans cū Ioaanc eximiè dilecto discipulo, & ab eo p̄feſtus administrationi ſediſ Ephesiorum, cūm ab eo audiſſet & didicſſet que illi rurus à bono ſpiritu. Nam cūm Nero qui malè ad imperium, male, ô iuſtitia, & dei tolerati, acceſſerat, fini martyrij Principes Apoftolorū, Petru, inquam, & Paulum, ſubieciſſer, & alii qui cum iipſis erat discipuli ſe alio conuertiffent, accidit ut hic magnus Euangelista & Theologus Ephesi conſideret, à tempeſtate & naufragio ei-eſtus, vt referunt que ab Irenæo Lugdunensi ſcripta ſunt, & fama tradit. Ex discipulis autem iij qui ſecuti ſunt alios Euangelistas & Apoftolos, ea que ab illis diuera ſingua compoſita

PP. iiiij fuetant

tim duobus vocatis famulis, & fortis quadam ac pio milite, eis aperit quae viderat: & eos mittit Ioppem, illicenim versari Petrum dixit Angelus apud quendam Simonem Coriarium. Petrus autem, qui omnem terram & mare obibat praedicando, veritatem ubique annunciat. (Erat enim re vera positus in lucem Gentium, & salutem multorum) ingressus ad sanctos qui habitabant Lyddam, cum quendam & neam, qui octo annis iacebat paralyticus fecisset surgere. Ioppem autem venisset, & in Thabita, quae vocatur Dorcas, fecisset magnum illud miraculum, hic degebat apud Coriarium. Sed nec eum quoq; demisit Deus ignaru mysterij, quo erat iniiciandus Cornelius: aut potius Cornelij iustitiam & preces non despexit. Sed quoniam iij qui erant ex circumcisione, dissidebant ab iis qui habebant praepucium: ne Petrus eos qui miseri erant a Cornelio, vt qui haberent praepucium, incolum rursus remitteret, propterea quod nefas sibi putaret congregati cum alienigena, aut ad eum accedere, cum illi Caesares profecti non procul essent ab Ioppe, ostendit ei Deus Cornelij virtutem, & agnitionem. Cum itaque alcedisset in domunculam, vt quae hora sexta siebant, preces redideret, se cibo reficeret opus habuit, & esurire. Interim aut dum Petro parabatur coniunium, videt celum apertum, & vas quoddam tanquam magnum linteum quatuor initii in terram demitti, & ad ipsum venire. Vas autem continebat bestias tam omnes terra quadrupedes, & reptiles, quam volucres colti. Voxq; ex illo viâ est ad eum exilte, dicens: Surge Petre nacta, & comedie. Deinde cum is dixisset: Nequaquam Domine: & deinde eriam caulam adiecisset, (Nunquam enim, inquit, comedи omne comune aut immundum) vox ei rursus respondit, dicens: Quae Deus mundauit, tu ne dixeris communia. Cumq; hoc ter factum esset, vas rursus assumptum est in celum. Hoc aut significabat conuersationem Cornelij, & eorum qui erant cum ipso. Nam esuries quidē, qua laborabat Petrus, significabat illius in pietatem propositum & studiū: & quod is nihil adeo esuriebat, & desiderabat, quam infidelium agnitionem, & eis omnino dare verum Dei cultum, & prædicationem Euangeli. Quadrupedes autem & volucres erant signum multitudinis eorum qui erant conuertendi cum Cornelio. Vas autem ex celo ter demissum, significabat ternam in baptismo demersionem. Mundatas autem eis esse a Deo significabat Cornelij iustitiam & misericordiam cum viuiera domo: & quod iij quoque Deo accepti euaserunt. Cogitante aut Petro, & non valente visionem coniicere, qui miseri fuerant a Cornelio, iam ad fores venerant. Et protinus aduolans spiritus & illorum aduentum significat, & iubet Petrum eos conuenire minime hæsitantem. Atque ei quidem, cum ad eos descendisset, que vidisset Cornelius, & que ab Angelo audiisset, omnia renunciavit. Itaque die sequenti simul veniunt Caïla, et am. Cum eis aut obuiam processisset Cornelius, & procidisset ad eius pedes, erigit eum Petrus, dicens: Ego quoque sum homo. Deinde citim in eo seminasiter verbum pietatis, & in animis eorum qui conuenerant, postquam vidit spiritus gratiam ad eos aduolantem, & baptismum percipientem, eos deducit ad veritatem, & baptismum iniciat. Cum dispersis autem ab Hierosolymis Apostolis post dolorem acceptum propter Stephanum simul aderat etiam Cornelius: & venit usque in Phœniciam, & Cyprū, & ipsam Antiochiam: & rursus profectus est usq; cum Petro, & Timotheo: Et nec Epheli quidem ab eis absuit. Cum autem accepisset Scepstorum ciuitatem esse subiectam cultui simulachrorum, consultabant quinam eō iret: & rem permisserunt fortis. Cum fors autem venisset ad Cornelium, ille quidem rectâ vadit ad ciuitatem. Eius autem praefectus erat quidam Demetrius, qui erat Philosophus, & in Græcis disciplinis eruditus, horrendum spirans aduersus piam fidem Christianorum, & alios Gentium colens Deos, maximè autem Apollinem, & Iouem. Is cum accepisset ad aduentum Cornelij, sum statim accersit: & cur venisset, & unde, & quondam esset eius studium interrogavit. Ille autem: Sum quidem, inquit, seruus Dei viui. Veni autem hoc misilus, ut te reuocem à profundissimis tenebris ignorantiae, deducamque ad lucem veritatis: & purum radium agnitionis immittam in tuam animam. Horum ille ne pauca quidem intelligens, ira illico fuit repletus, saueque repente loquitur & ferociter: Alia te rogavi, tu autem alia mihi responde. Per Deos omnes, si non singula dicis ad propositum: Si non moderatè & diligenter responde, non parcā tua fene&ctui, non ignoscam tue & tati, non reuocerob caniclem. Sed dic, & cui milites, & quanam de causa accesseris. Cornelius autem: Si velis, inquit, scire, quanam sit mea militia: Sum quidem Centurius: & rurus apertius euoluit & explicauit ea qua prius dicta sunt. Nam cum, inquit, accepisset, quod ipse, & vxor tua, et quicquid est in tua ditione in magnum errorem incidentis, venio vos liberatus à deceptione, et vos deducturus ad viam veritatis, & soli viuenti Deo reconciliaturis, qui fecit celum et terram, et a quo producta sunt quæcunque sunt in ipsis, et cuius nutu ducuntur. Ad hæc Demetrius: Video te, inquit, iam senio esse confessum, et me tui miseret propter aetatem. Prolixas ergo nugas iubens valere (paucis enim ecum agam) accede, et diis sacrificia. Cum illic autem rogasset quibusnam diis: Quibusnam aliis

aliis, inquit, praefectus, nisi Ioui & Appollini? Sin autem recusaueris, scias fore, vt graibus supplicis, & tormentis tradaris: neque illus, prater eos, erit Deus ad eō potens, qui te sit à meis erupitur manibus. Ille autem: Potest, inquit, Deus meus non me solūm à malis conservare illæsum, & efficere, vt sim hominum iniuriis & insultibus superior: sed eos etiā destruere, quos tu Deos nominas, euertereque & confringere illorum simulachra, eaque in pulu-rem redigere, & in cinerem, & te vanam, quam de illis concepisti, spe priuare: & per agnitionem ad te traducere. Hæc cùm respödisset Cornelius: Iam iurauit omnes Deos, inquit Demetrius, quod nō moderatè respondeas, & nisi diis obculeris sacrificium, te grauia supplicia accipient, & cruciatus: & nondum mihi credis? Rursus ergo dixit praecellat̄ Cornelius: Me recte dicentem audi, ô Iudex: Dæmonibus, & surdis, ac inanimis simulachris ego nunquam sacrificauerim. Scriptum est enim: Dij qui cœlum & terram non fecerunt, pereant. Et rursus: Adorabis Dominum Deum tuum, & ei soli seruies. Ego igitur veni vt det vobis quoque Deus penitentiam ad agnitionem veritatis, & relipiscatis à diaboli laquo ad illius voluntatem. Sin autem tibi videatur, eos quos dicis, deos ostende mihi. Hoc cum ille audiisset, valde læsus est cum iis qui cum ipso erant, & bona spe sunt repleti, putantes stulti se mox esse viueros Cornelium sacrificantem. Eis itaque mox fuit apertum templum Iouis, vt qui putarent Cornelium statim esse Deo sacrificatum. Cum itaque venisset in templum Cornelius, omnes illi celeriter confluerunt, non solūm Demetrius, & iij qui eum affectebantur, sed eius etiam coniuncta Euanchia, & filius Demetrius. Nam ipse quoque sic vocabatur. Cum itaque ad Orientem genu flexisset, dixit ex animo Cornelius: Deus qui conturbas terram, & montes transfers in corda maris, qui tempore Danielis famuli tui Belum eueristi, & draconem sustulisti, & ora obtruxisti leonibus vt tuum seruares famulum: tu quoque nunc eueristi haec simulachra, tam fusilia, quam sculptilia: & agnitionem præbe tuo populo, & sciant tuum esse brachium cum potentia. Tu es nostræ potestatis gloriatio. Cum hæc esset precatus, egreditur è templo, fuisse autem cum eo egreditur etiam Demetrius, & quæcumque alia Gentium conuenerat multitudo. Euanchia autem & filius Demetrius adhuc manebant intus. Repente verò maximò quidem terræmotu Deus concutit ciuitatem: templum autem mox perturbatum simulachra confringit, & in eínerem committit, & in pulu-rem: Demetriumque filium, & matrem Euanchiam intus intercepit. Cum pater ergo Demetrius templi aspexit, fuisse autem accepisset, vxorem, & filium fuisse intus interceptos, ducitur quidem in iudicium diuinus Cornelius, cogendus vtq; dicere causam euer-sonis. Ille autem læsus ingreditur, Deum alloquens, qui ei dabat vires, & magis sibi placent propter hoc miraculum incredibile, quam propter thronum Demetrius, & propter illud excellum & sublimem tribunal. Præueniens autem interrogationem. Vbi nunc sunt, inquit, ô Demetri, magni tui dij? Ille autem continuò: Quibusnam, inquit, magicis artibus, & præstigijs templum eueristi, & statuas confregisti? Sed te grauissimis, sciant omnes dij, subiiciam supplicijs. Et statim confulgebatur, quidnam agens eum acerbissimo afficeret supplicio. Cum iam autem aduentasset vespere, iubet sanctum ligatis simul pedibus, ac manibus suspensi in custodia, & ita totam noctem manere suspensum. Hæc dixit: Et statim sanctus fuit coniectus in carcere. Protinus autem venit properè quidam ex domesticis, nomine Telephon, dicens: Domine, Domina mea, & filius tuus virgina perie-ruunt, cum terræmotu concussum fuit templum. Demetrius autem cum primum hoc audiisset, scidit vestem, & magno fuit luctu oppressus. Interim autem iussit suis pulu-rem quanum primum exportare: Donec mea bone, inquit, & fidelis conjugis, & suauissimi vi-agenæ filij offsa inuenta in meas manus protauerit. Hæc simul eis dicebat, & cum voce af-fluabant lacrymæ, & grauissimè ingemiscebant & lugebant: & deos suos accusabat, quod vi-uis ad hoc usque tempus esset conferuatus, vt audiret tam acerbum nuncium. Cum ei autem assedissent primates ciuitatis, & partim quidem simul lamentarentur, partim aut etiam consolarentur, & quoad eius fieri posset, dolorem studerent extinguiere, & iam ab eis esse mor-tuus putaret Cornelius, effetque perfectum monumentum, in quo sepelienda erat con-duxus cum filio, Pontifex quidam Deorum Gentium, nomine Barbatus, cui commissa fue-rat templi repurgatio, properè venit ad famulos Demetrij: non enim permisit: batur ad eum accedere propter luctum, renuncians ex aggere fuisse auditam vocem Euanchie, & filij: vocem autem hæc significare. Magnus Deus Christianorum, qui nos eripuit ex hoc periculo per famulum suum Cornelium, & non nos dedit omnino exitio. Festina er-go tu quoque Demetrij, & virum hunc sanctum educ è custodia: & adora eum cum omnibus, qui sunt in domo nostra, & iis qui sunt nobis propinquoi: & roga ipsum, veniens in hoc habitatulum nos seruere, & educat ex hoc aggere, & è profundo, ne pereamus peni-tus: magna enim Dei hæc videmus miracula: & videmur audire Angelos clamantes: Glo-ria in

ria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Cum haec audiissent ministri, currunt protinus cum Barbato Pontifice ad Demetrium, & ei singula diligenter renunciant. Ille autem cum accepisset esse adhuc superstitem vxorem & filium, cor plenū habuit laetitia: & cursum veniens in custodiam, offendit diuinum Cornelium ambulancem, & librū in manu tenentem, & sic Deum laudantem (Angelus enim ad eum accedens ipsum soluerat à vinculis) & cum multitudine quę simul cōcurrerat, cadens ad eius pedes, Magnus est Deus, clamauit Cornelij, qui meam coniugem Euanthiam, & filium Demetrium liberavit à templi euersione: & simul lanctum orauit, dicens: Serue Dei altissimi, credimus in Crucifixum, quę tu prædictas, & ego, & omnes qui sunt mecum, si veneris, & vxorem viuam, & filium illinc eduxeris. Ille autem: Accipe, inquit, prius, Christi signaculum, & tu me veniam vobiscum, & dabitus vobis cordis vestri desiderium. Protinus itaque Demetrius cum omnibus qui cum ipso erant, cum Magnus est Deus Christianorum, rursum dixissent, baptismum suscipiūt. Deinde cum eos assumpisset Cornelius, stetit super habitaculum: & ad orientem oculos tollens in cœlum, inquit: Domine Deus virtutum, qui respicias super terram, & facias eam tremere: qui aspectu tuo montes liquefacis, & visitatione tua exicas abyssos: ipse es Domine, ipse exaudi gemitum vinctorum: & educ è terra Euanthiam, & ne auertas faciem tuam à filio eius: sed attende anima eorum, & libera eos: propter nomen tuum. Haec cum precatus esset Cornelius, & qui circumstantibant, dixissent: Amen: continuò terra diuisa in columnam matrem emitit cum filio. Et illicet clamauit cum circumstantibus: Magnus es Deus Christianorum, qui nos à deceptione, & ab hac acerba morte liberalisti per tuum famulum Cornelium, & tuam potentiam, & brachium nobis noctum reddidisti. Simulque ducenti & septem Christo accesserunt.

Ex hinc autem ad Cornelium sedentem in quadam loco, qui vocatur Stadium, & docētem eos qui accedebant, Demetrius & Euanthia ventitabāt cum filio: & neque reliqui Gentiles erant adhuc Gentiles. Sed & reliqui quoq; Gentiles, spinis, incredulitatis à corde suo expurgatis, sufficerunt semen pietatis, & baptismo fuerunt obligati. Atque ille quidem postquam Christo viuferam obtulisset cīvitatem, & errorem expulisset, & verbū pietatis in ea seminasset, effectus plenus dierum feruentius vacabat orationi, & totus in ea versabatur, ad nihil ex iis quibus in presenti vita studetur, suos attollens oculos. Deinceps autem ei quaque suis reuelatio excellens, ad quem toto anima oculo spectabat, & erat paratus: & è superis vox audire dicentem: Cornelij, veni ad me: Ecce enim est tibi parata corona iustitiae. Quid deinde? Cum omnes, quos obtulerat, Christianos cōcupasset, & eos perfectam pietatem docuisset, & firmiter doctrinæ adhærere præcepisset, & se postrem totum ad precandum collegisset, & flectit genu, & Domine Deus noster, inquit, qui me, ut fidem conferueris es dignatus, & vt certamen peragerem, & vincere aduersarī, ago tibi gratias: sed ad tuos seruos è celo aspice, & eos suscipe è sancta tua altitudine, & eos tua confessione & nomine stabili confirma, ut sine intermissione sanctissimum tuum nomen glorificenq; nunc & in secula seculorum. Et cum omnes, Amen, continuò acclamaissent, spiritum lubens ei qui vocabat, tradidit. Atq; Demetrius quidem, & Euanthia, cùm filio, & Christianis omnibus congregatis, & presbytero Eunomio, cùm magistris excessum, vt par erat, deplorasset, & deinde ² caroēs accenserunt, & hymnos, qui dici solent in excessu, cecinissent, quæcumque de more Christiani facti, peregrinantes apud ipsum eversum Iouis templū eum in nouo loculo deposuerunt, qui prius à Demetrio fuerat constructus coniugi. Rubrum aut maximum terra continuò edidit, & in orbem exit loculū, adeo vt nullus sciret de cætero, quod intus esset loculus, præter eos solos, qui cùm Demetrio tunc inservierunt ad sepulturā. Qui quidem ad rubū quotidie videntes, 3 sacra canebant cantica, sufficiensq; & bono odore replebant, qui super ipsum erat, aërem. Atq; miracula quidem illinc frequenter scatebāt, adeo vt multis videretur, qui nesciebāt intus iacere Martyrem, nunc quoq; diuinū aliquid rubus significare, sicut tempore Moysis prius factum fuerat. Nō multo post autem è vita etiā excessit Demetrius, & multi ex iis qui à Cornelio fuerāt diuino iniciati baptismo, ipsi quoq; partim è viuis deceserunt, partim autē profecti sunt in alias regiones. Itaq; cūdām Sylano viro pio, & qui virtutē amplectebatur, & erat Episcopus Troadis, cùm venissent aliquando in ciuitatē Scepsiorū, diuinus in somnis apparentem Cornelius: Longo, dixit, tempore hic habito, & nullus me visitauit, præter eos sojós, qui à me fuerūt baptizati. Cūm itaque interdiu hæc mente cōsideraret Episcopus, & quid sibi vellet somniū, non posset coniicere, nocte sequenti ad eum rursus veniens sanctus, Ego sum, inquit, Cornelius Centurius: est aut mihi domus propè templū Iouis in rubo. Sed tu ædifica alterū oratorium propè locū Demetrii serui Dei. Vocatione aut locus Pandochiū: quo in loco sita sunt multa corpora sanctorū fratris iam confummatorum. Mane ergo Episcopus qui dem, propterea quod in Pandochio essent omni ex parte infossa multa sepulchra, in animo habuit

² Ecce oratio cū genuflexione.

² Vide quomodo in excessu Christi, nō scilicet ex relaccione et hymno decessari.

³ Ecce quomodo antiquissimi costitutio, et, sacra canere canticā, & ponere jūfītū, et hoc nos odores sancti in Ecclesia.

habuit templum alibi ædificare: sed sanctus non permisit. Cum ergo clerum qui sub eo erat, congregasset: Filii, inquit, mihi magnus reuelatus est thesaurus: sed adeste, eū tollamus. Hoc cū illi audiissent, prompto & alaci animo omnes processerunt, & Episcopū habēter sunt secuti. Cum autem peruenissent ad rubum, statim dixerunt clerici Episcopo: Gratia quædā, dixerunt, huc aduolat diuina, ô Domine, & multos scimus huc confluxisse, & suis libera- tos à morbis, & malis dēmonibus, & acriplisse rubo sanationem. Sed siue sit in rubo, seu sub rubo, thesaurus, qui eum, dixerunt, potuerunt excindere, & eum tollere, cū fieri non possit, vt secedet propter magnitudinem, & alioqui nec sit atrectatu facilis, vt qui sit multis terribilis propter miraculorum operationem. Cum autem precatus esset Episcopus, & 4 crucem fixisset in terram, & manum rubo iniecisset, ipsas excidit radices. Animo itaque confirmati clerici, opus continuo sunt agresi: & concelebatur rubus tanquam herba quadam mollis: neque erat amplius rubus, sed & capsam continuo apparebat, & adhuc valde instabat Episcopus virgens folisionem. Cum autem iā aduentasset vespera, precatus Episcopus rursus iubet clero nocturnam ⁵ cantare Psalmódiam, hymnūs, lampadibus, & suffitibus honorabant capsam. Cum verò sumptū quoq; inopia ad edificandū templū sollicitū, & animo perplexu teneret Episcopū, eā quoq; soluit sanctus dubitationē: & cūdā ex diuitiis viro pio apparet, cui nomē erat Eugenius, 6 mandat ei templi edificationem, & describit ei cōdificij si- gurā & magnitudinem. Mane ergo Eugenius veniens ad Episcopum, ei renunciat vilionem, & operi statim p̄ficit cōdificatores, cūm eis prius descripisset, & significasset templi altitudinē & longitudinē, & aditum altaris ei iussisset latitudine fieri capse equalē: ei enim visum fuerat deponere capsam intra aram. Postquā autem templum fuit citō perfectū, hoc quoq; Deo faciente miraculū, in locū, qui dicitur Trigoni, venientes cōdificatores, (Hic enim Sylanus Episcopus peragebat festum beati Andréi Apostoli) ei significant perfectū esse cōdificiū: & iā tempus est, autem, transferri capsam, priusquam ingressū imponatur superliminare. Sic enim facilius introducetur. Continuò ergo Episcopus cūm simul cū pio Eugenio sacrū sumptūset Euangelium, fusis prius precibus, simul & ter sanctū hymnum ceperit canere, & cū eo omnes simul concinebant: & egredi sunt supplicantes. Deinde etiam capsā (6 magna tua Domine miracula) secura est, tanquā animata, nemine omnino eam mouente nec tangente. Et omnes quidē primō propter summā admirationem, nec miraculo quidem quod cerēbant, volebant credere. Deinde quasi essent adducti in extasim, exclamarunt: Sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth, qui per famulum tuum Cornelium miracula tua & virtutes nobis aperisti. Hinc factū est, vt qui remanerant ex Gentibus, crederent. Et rursus in templū procelis supplicatio, & capsā sequebatur. Postquā autem venerunt in templum, illi quidē hinc & illinc constiterunt, videntes quoniam esset capsā proceſſura, & vbinam statura. Illa autem per ipsos medios, & obliquam portam veniens, quæ erat à dextera, stetit prope arācūi ornibus adhibitis machinis, vt ea transferretur ad aram, illa manet immobilis vsque in hodiernum diem, miraculorum thesaurus non deficiens, ex quo percepitur magna spiritualis utilitas & gratia. Cum autem Sylanus deceſſisset Episcopus, Troadensis quidē Episcopatui Athanasius, Philostorgius autem Scepsiorū, p̄ficiuntur. Postquā verò plus quoque ille Eugenius excelsit vita, quendam pictorem hortatur Philostorgius, vt & torum templū depingat, & Cornelij effigiem in eo diligenter exprimat, & quād fieri posset accuratisimē ornet, nempe vt is etiam lenex pingereget, & illi ipsi omnino similis. Rogabat ergo sanctum Eucratius (Hoc enim erat nomen pictori) vt ei suam reuelet speciem, quō eam aptē & accuratē depingeret: & simul ægrederebat mandatum Episcopi: & quādā non nimis honorificas voces emitebat in sanctū, animo ex omni parte perplexus, & valde tristis, & propterea quod nescire illius speciem, & quod non posset consequi characteres & figuræ vultus. Cum itaque aliquando cōcidisset scalis quas ascenderat, iacebat non spirans: & vermes alij quidē per os proreptabant, alij autem rursus ingrediebantur. Visa sunt autem hæc esse fructus illorū verborum maledicorum, quę dolore affectus dixerat. Sed ipse es omnino ô Cornelij, qui Demetrio grauior in te prius spiranti vxorē & filium donasti. Quapropter nō sustinuisti, vt huic pictori amplius produceretur suppliciū. Cum enim die sequenti ei apparuerit, & manum eius dexteram apprehendis, eum surgere fecit, velut dormientem: & hæc duo fecit maxima. Nam & interpretant̄ eius lingua castigauit: & curauit dolorem ac ægritudinē quam accepérat, propterea quod nesciret quomodo pingereget: non in figura, imagine, & similitudine, sed verè cum eo congressus, & forma quali esset ostendens. Quinetam ipse pictor visus est rursus fanus & saluus, & omnino liberatus à vermis: & rursus arte suam est aggressus. Hinc factū est, vt eum tales ⁷ pingere, qualem viderat, ipsam planè veritatem cum arte inniciens in picturam. Gratia & clementia Dñi nostri Iesu Christi: Cum quo patri simul cū reculose cōfecta sancto spiritu gloria, potentia, honor, & adoratio, in secula seculorum. AMEN.

⁴ Nota, & crucē fixisset in terram.

⁵ Vides nocturna Psalmodia, hymna, lampadibus, & suffitibus honorabant capsam.

⁶ Si cōdificare san-

ctis templis res ſu-

perſtioſa eſſet, ve-

mentiuntur bāren-

tici, non mandare

fanctā viſo hoc ſe-

ri.

⁷ Ecce antiquum vīsum imaginū in Ecclesia, & hic nō īiiciens in picturam. Gratia & clementia Dñi nostri Iesu Christi: Cum quo patri simul cū reculose cōfecta sancto spiritu gloria, potentia, honor, & adoratio, in secula seculorum.

MARTYRIVM SANCTI ET GLO-
riosi Apostoli, & Martyris Ananiæ.

1. Octobr.



VM impius Lucianus in partes Orientis in Bethagabre Exeutheropolis missus fuisset ab iis qui non minus tunc suscepserant idolorum insaniam, quam sceptra imperij, res Christianorum indagabantur maximè. Hic ergo Lucianus sedens pro tyrannico tribunal, vel ante facta verbis spirabat vehementer, mala Christianis, vt ita dicam, fabricans. Literæque & edicta per totam peruvadabant ditionem, vt qui nollent quidem sacrificare Dæmonibus, confiterentur autem Dominum nostrum Iesum Christum verū Deum, & eum colerent, nō solum acerbissimis subiicerent suppliciis, & per ignem, bestias, & mare, & viuferam aliam malorum speciem, mortem subirent: sed etiam in alienam regionem projicebant facia eorum corpora, canibus & bestiis proposita ad deuorandum: & nec in sua quidem patria conseruerentur sepulturā. Ananias ergo diuinus dominii Apostolus, qui erat ipse quoque vñus ex septuaginta Discipulis, diuina quadam virtute, & quæ sub aspergē non cedebat, vñione, ex Antiochia, vbi Christiani prima datus fuerat appellatione, venit Damascum, vñ nec ipsa esset expers seminum veritatis, & fructus produceret pietatis. Interim autem Saulus aduersus chorum Apofolorum magis magisq; parturiens, qui & minis in ipsis intolerabilis, & magna percitus erat inuidia, rogauit Pontificē, vt mitteret epistolas ad eas, quæ illæ erant synagogas, vt qui Christianorum opinionem tenere statuerant, vindicta, & sub custodia vel iniuiti ducentur Hierusalem. Illud autem sapienter administrante habuit prouidentiam, quæ etiam solet eminus deinceps semina occasionem, quando nouit id quod est euenturum, tendere ad aliquod bonum. Ibat itaque Saulus Damascum, & cum iam appropinquasset ciuitati, videt lucem coelestem, & humi procidens audit. Saule, Saule, quid me persequeris? & Surge inquit, & vade ad ciuitatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere. Et cum surrexisset quidem, aperti erant eius oculi, neminem autem videre poterat. Sed ille quidem deductus ingressus est Damascum. Tunc dixit ad Ananiam in visu Dominus: Vade ad vicū rectum, & Saulo Tarsensi manibus impositis, aufer ei nubem ab oculis. Nam is quoque erit mihi vas electionis, & portabit nomen meum coram Gentibus, & Principibus, & filiis Israël. Venit ergo diuinus hic Ananias, sicut ei dictum fuerat à Domino, & Saulo rufus reddit videnti facultatem. Non sunt autem singula persequenda, cum hæc liceat scire ex Actibus: ei qui voluerit. Ille autem & traducitur ad pietatem, & nomen simul mutat cum moribus, ex Saulo Paulus appellatus: & ascendit in tertium celum: & obit orbem terræ prædicens Euangeliū, effectus tantus amore in Christum, quātus prius existimabatur rabie aduersus Christianos, robur corporis & animæ magnitudinem per vñrum ostendens. Si ergo Ananias cum Paulum ad veram deduxisset vitam, & dupliceiter illuminasset, & cum hac quæ videtur, luce, eam quoq; quæ intelligentia percipitur, vt Christum videret præbuisset, ibat per Berthagabre prædicā Euangeliū: & veluti quādam rationis participe sagena, diuina scilicet doctrina, omnes in quos incidisset, trahebat ad Dei agnitionem. Cūn in his autem verfaretur, comprehenditur ab iis, quorum erat manus venari Christianos, & ad filium tenebrarū, nempe Lucianum præsidem deducitur. Ille verò statim quidem præsedit in frequentissimo theatro: virum autem plurimum admiratur, vt qui videret pulchritudinem quandam ipso aspectu apparentem, & linguam multis scatentē gratiis. Hæc cùm vidisset, confudit ad personam benignitatis, & simulat mansuetudinem, in ictus multam occultans feritatem: & sermonem convertens ad hilaritatem: Crede mihi, inquit, O Anania, consulenti ea quæ sunt tibi vtilia, & cum nostris dieis feedus iniens, nega eum quem prædictas crucifixū: nec efficias, vt hæc pulchritudo, quæ est adeo digna vt spectetur, confundatur à tormentis. Ille autem: Deum, inquit, verum ador, eumq; colo, & cum solum specio, neque fuerit aliquid eo mihi incedius, cuius ego sum minister, qui etiam ad Pauli agnitionem, & ad ei restituendam videndi facultatem inferui, qui Saulus quidē prius nominabatur. Paulus autē à Domino nunc est, mutato nomine, nominatus, vt qui requiererit à flusso ignorantiæ, ad firmūq; & solum portum, nempe Christi mei fidem, appropinquārit per agnitionem. Præses autem: Videris, inquit, mihi fretus magnitudine, & robore corporis etiam aduersus ipsa supplicia tollere supercilium. Vnde etiā sapientia redacta est ad inipientiam, & abundante prudentiâ consecuta est, vt video, lenitas. Hæc cùm audisset magister veritatis, oculis & manibus statim in celum sublati: Domine Iesu Christe, inquit, Deus virtutū, nunquā me suis retribus cōprehendat inimicus: sed mihi & propter te pati liceat & tuis ornari coronis, & cōiungi choro tuoru discipulorū. Atq; ille quidē sic orabat absiduè: sed præces exceperunt protinus plagæ in nudo dorso. Præterea autē præ-

cones

S A N C T O R Y M H I S T O R I A . P A R S I . 459

cones quoque acclamarunt: Pare Præfidi, & diis sacrifica præpotentibus. Ananias autem sensim mouebantur quidem membra: circa locutionem verò præces sursum mittebantur ad Deum. Cūm aurem & tormentis & minis esset superior, & existimabatur fore vt prius desicerent percussores, quām plagi defesus esset is qui percutebatur, à tormentis quidem discipulus simul & marty relaxatur: ad blanditiis autem rufus vulpes, Præses inquam, conuertitur. Sed nunc saltem, dicebat discipulo, ad te redi, & tuæ parce animæ, & miserere tuae pulchritudinis, qua perit miserabilitas: nam te grauiora excipient supplicia, iuro ipsis Deos. Ille autem magno Christi amore corde inflammat, fortiter & acriter respondit, se non solū dæmonibus non esse sacrificaturum: sed curaturum, vt quoscunque posset, ad fidem Christi conuerteret. Deinde lingue quoque neruos intredit in præsidem, & eum verbis ferit acrioribus: Non erubescis, dicens, o verè infelix, & subis fossam pudoris, nunc quidem flagellans, nunc autem blanditiis irrepons, & tanquam quandam animo tenerum infantem verbis me molibus demulcens? Propter hæc ira correptus fuit index, & iusit nudatum corpus Martyris discipuli ferreis vnguisbus: præterea autem etiam adiū lampadibus, vt dum corpus paulatim eliqueretur, diurniores ad cor dolores affluerent. Sed ferreos quidem vngues existimabat martyr, perinde acsi aliquis alius pateretur. Ignis autem illi quidem ceſlabat, & non tanquam ignis appropinquabat: in cor autem tyranri quodammodo procedebant, & magis irritabat ad infantiam. Qui ei dicebat: Quousque non cedes iussis Imperatorū, & quos ipsi colunt Deos, ipse quoque honorabis? Ille autem: Cur me, inquit, eadem, & de iisdem sapienter loqui cogis, tanquam eorum, qui in chorea ludunt, sermonis cursum circumagantem. Scias ergo, scias, & credas, non solum fore vt nulla re vincat, non poenis, non donis, non blanditiis, non minis, neque villo alio: sed vt eos etiam qui iam sunt superati, & in errorem sua sponte inciderunt, acerbē deſcam, & te praeterter lugeam, qui non solum tibi es causa interitus, sed etiam multis aliis, non nullis quidem inducens, multos verò etiam invitos cogens fuscipere impietatem. Necis quòd quæ a vobis coluntur, sunt & lapides, & ligna, quibus vtes, tanquam materia, homo qui est Dei ſegmentum, hæc fabricatur. Quemadmodū ergo nō est absurdum, vt opus adoret opifex: aut quisnam homo fanē mentis, operi fumarum manū cultum tribuerit, & bona ab eo petierit? Hui seruus interitus magis ad irā commotus, cùm despertas se verbis posse decertare aduersus athletam, vt lapidibus ipsum obruerent extra ciuitatem, is qui erat verè lapsus, iusit astabutus. Ille autem etiā erat paſturus, præ lapidibus lingua misit in eos qui non sunt dij, dicens: Dij qui cœlum & terram nō fecerunt, pereant. Cūm autem in loco fuisse præstituto, & lapidibus obrueretur, & manus in cœlum extendens: Rex regum, inquit, & Dominus dominantium tanquam acceptum hoc habet sacrificium, nempe hæc manum extensem, quæ fit per lapides consummationem. Has statim præces Dei corone, & ad regnum quod semper manet, vocatio est consecuta, primo mensis Octobris. Verè autem beatum corpus Martyris quidam ex iis, qui erant amantes Christianorū, postquam domum reuersi efflent lictores, cùm pulchriè sustulissent, & splendidissimè compoluissent, in regione Damascenorum deposuerunt in paterna eius hereditate: Ad gloriā patris, filii, & spiritus sancti, quæ est vna & inseparabilis Trinitas. Ipsi honor, potentia, maiestas, & magnificētia, nunc & semper, & in ēcula seculorum. A M E N.

<sup>1. Orat sanctius cùm
ne in cœlum,</sup>

VITA SANCTI ONESIMI EPISCOPI

& martyris, per Adonem Episcopum
Treuertensem collecta.



OMNIS AE natale sancti Onesimi: de quo beatus Apost. Philemoni familiares literas mittit. Oblectore te meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi utilis, quem remisi: Tu autem illum, id est, viscera mea fuscipe. Quem beatus idem Apostolus Episcopum ordinans, prædicationisq; verbum ei commitens, apud Ephesiorum ciuitatem reliquit: cui Episcopus post beatum Timotheum, & ipse refedit. De quo & beatus Ignatius Ephesi scribens epistolam, ita dicit: Quoniā ego fuscipi multitudinem vestram in nomine Domini, in Onesimo dilecto præceptore nostro, vestro autem Episcopo. Obsecro eum secundum Christum Iesum diligere vos, & vos omnes in concordia eius in ipso esse. Benedictus enim Deus, qui vos talibus talem Episcopum donavit habere in Christo.

Hic Romanus perductus, atque ibi pro fide Christi lapidatus, sepultus est Christi martyris primū ibi, deinde ad loca vbi fuerat ordinatus Episcopus, corpus eius delatum.

QQ. ii

CERTA.

CERTAMEN SANCTI APOSTOLI

Onesimi, Discipuli sancti Apostoli Pauli Principis Apostolorum.

Per Simeonem Metaphraſten.

Xv. Febr.



LE T A T V R seruile quoque genus agnatum propter pietatem, quādō fide
contritis diaboli stimulis, malum seruum qui à Domino defecit, falla circum-
datum potentia arguerit. Qui enim liberalibus moribus ieruitus tristitiam
iubilerit, iuuentur Dominus exitiosi dēmonis qui tyrannis delectatur, cō-
venienter ei quod dicit diuinus Apostolus, succinctus lumbos in veritate, &
inductus iusta iustitia. Tale quid enim Romæ factum est, quæ creditur esse prima & maxi-
ma omnium ciuitatum quæ sunt in orbe terrarum, cum satanas quidem ampliore iuā rabiē
in seruos Dei extendisset. Seruator autem noster Iesu Christi germanis suis famulis laten-
ter suas explicasset gratias: multiplices enim dāemonū machinationes variè celestib⁹ cō-
fumebat auxiliis: & mentem eorum qui ad ipsum accedebant, faciebat robustiorem infaniam
minantium, nunc quidem per spirituæ gratiæ Apostolicae, coronis in quas non cadit interi-
tus, redimens aduersus cultum simulachrōnum, nunc autem efficiens vt principes Romani
Senatus & delitios discenderet & diuitiis propter meliorū desideriū. Sed cum oporteter ge-
nis quoque seruile superare tyrannidem existialium dāemonum, ne aduersus seruum bonum
videretur conservius se extollere, in alcum elata superbia, ducitur beatus Onelimus ad tribu-
nal Romæ. Tertullo tunc præfecti viris obtinente potestatem, qui communem quidē quan-
dam induerat potestatem aduersus Christianorum genus, iussu tyrañi ad piōs persequeundos
excitatus: duplicitum verò suum odium in hunc virum iustum aperuit, quæ laude ei danda
erat, trahens ad vituperationem. Quoniam enim diuinis & pudicis doctrinis, vxorem eius
qui videbatur ei frater, docuerat continentiam: & ver⁹ & viuific⁹ in Deum fidei memoriam
eius animo impresserat, sanctum quidem vocabat præstigiarem: adulterum autem eū qui
decreta temperantia moderato animo prædicabat. Hic est enim Onelimus qui Apostolicis
decoratur testimoniis. Hic est qui Theologicæ & veræ Pauli lingue persuasi vt literis pro eo
intercederet apud Philemonem Dominum suum. Hic est qui seruiliis necelstatis tristis hu-
militatem, piis moribus, & bonis actionibus ad mentem excitauit liberam. Hic est qui iniuti-
lem quotidianam vitæ decepit deceptionem, & suis in Apostolos mysteriis, ad pietatis alti-
tudinem totum seipsum extendit: quomodo eos qui legunt docent literæ ad Philemonem,
quæ aperte sic habent: Rogo te pro meo filio quem ego genui in vinculis meis, Onelimum,
aliiquid tibi inuirem, nunc autem tibi & mihi vtilem, quem misi. Tu autem eum, hoc eſt,
mea viscera accipe: quem ego volebam apud me retinere, vt pro me tibi seruiret in vinculis
Euangelij. Sine tua autē sententia nihil volui facere, ne tuū bonus esset veluti ex necessitate,
sed voluntarium. Fortasse enim propterea à te separatus est ad tempus, vt eū recipies eter-
num, non amplius vt seruum, sed supra seruum: fratrem dilectum maxime mihi. Quantò au-
tē magis tibi in carne & in Domino, quæ deinceps sequuntur. Atq; sufficeret hec quidē
quæ per tot laudes procedunt, ad aperiendū thesaurum bonorum quæ aderant Onelimo. Nō
funt enim adulatori⁹, nec falsa aliciuſ testimonia, sed Præconis veritatis, qui functus est mu-
nere Apostolico. Eundem ergo vocat & filium, & fratrem: filij quidē appellatione, sui in eū
amoris ostendens magnitudinem: per fraternitatem autem, & qualem ei conferuans honorem
in Deum fiducia. Qui præfentia enim sua leuauit vincula, & tristitiam exhilarauit confi-
tudine, & corporalibus ministeriis Apostolici corporis alleuauit labores, quomodo non via-
tico pietatis onus erat peruenturus ad calem finem doni, in quod non cadit interitus?
Atque hunc quidem qui sic animam in Dei pietate præclarè exercuit, ieunio 1 autem &
oratione corpus assuefecit, vt in stadio pietatis incorruptionis corona aduersus malignum
aperte redimeretur, tūc adductum ad tribunal Tertulli cum Romulo adiutore & Papia spi-
rituali commilitone, interrogauit Tertullus, dicere: Quis es? Respōdit Onelimus: Christianus.
Dixit autem præfetus: Cuius conditionis? Respondit: Olim quidem famulus, vt est cōfenta-
neum hominis: nunc verò gratus servus boni Domini & Seruatoris nostri Iesu Christi.
Dixit Præfetus: Et quamnam est occasio tuæ tam facilis in alienum Dominum translationis?
Dixit Onelimus: Cognitio veritatis & odium cultus simulachrorum. Dixit Præfetus: Quan-
to pretio fuisti translatus, tam ad nouū dominium? Dixit Onelimus: Dei filius Iesu Christi
pretioso suo sanguine empto meo interitu, me transtulit ad incorruptionem, quemadmo-
dum scriptum est: Scientes quidē non corruptibilis auro aut argento redempti estis à va-
nia veltra conuersatione traditi à patribus, sed pretioso sanguine tanquam agni immaculati
Christi. Dixit Præfetus: Quamnam hanc vanam conuerſationem vestrę annunciat scripture?
Ofronde

*a Iesunio ante
eius orationem co-
pis assuefecit.*

Ostende rebus ipsis accommodans. Dicit Onesimus; Adulterium, quod propter paucas cupiditates ad infinitum supplicium alit suos operarios. Avaritiam, quae propter nullum bonū atatur in proximum. Præstigias, quæ cohabit cum dæmonibus, & sunt inuentrices spé-
trorum, & sunt radices vniuersitatis infidiarum. Arrogantiam, quæ per nouā mentis agita-
tionem in imminētum elata est factum aduersus potētiores. Inuidiam, quæ Cainum mul-
tis aliis docuit esse fratricidam; & in iis quæ ipsam posidet, pernicioſas femininitat cogitationes, Maledicentiam, lingua effrenatam, quæ tanquam nubem quandam in omnes exte-
dit irrationem. Simulationem, veritatis inimicam, & amicam diaboli; & quod est hębet ad
amicitiam, & velo prætenso est absconsum, pufilianiū vitium, inferens errantem mentis
conceptionem, per quod Euam quoque, ut arbitror, supplauit maligna. Iram, maledicē-
inuentricem, malarum autem plagarum effectricem, & vulnērum procreaticem, & matrem
cædis. Ebrietatem, quæ cohabitat cum intemperantiā, & est foror voluptatis, & inuentrix
turpis sermonis, aliena à bona cogitatione; quæ est indecora & habitu & oratione, & dissol-
uit decorum corum quæ sunt secundum naturam.

viri p̄ij eum sunt secuti. Cūm autem peruenit ad locum in quem erat relegatus, ad opus fodendi & caedendi marmoris, illuc inuenit plusquam duo millia Christianorum, qui ad lōgitudinē tempus erant condemnati. Qui quidem cūm vidissent sanctum & egregium Clemētēm, omnes vñanimes cū gemib⁹ & lachrymis accedentes, dicebant: Ora pro nobis sancte Pōtitex, vt efficiamur digni Christi promissione. Quos cūm cognouisset sanctus Clemēs propter Chrīlū fuisse relegatus, dixit: Non abs re me huc misit Dominus; sed cūm fuisset participis vestrarii perpeſiōnū, vt præbere ētā exemplum consolationis & tolerantiae. Ab eis autē accepit quid à sex milliaribus portabant aquam suis humeris. Statim itaque Clemēs rogauit eos dicens: Prececum Dominum nostrum Iesum Christū, ut si dei sua confessoribus aque fontem aperiat; & qui percusset petram in terra deserta Sina, & abundē fluixerunt aquae, ipse copiosum nobis præbeat fluentū: vt latērū eius suppeditatione. Impleta autem precatio, in eo loco ad quā spexerat, vidi agnū stantem, qui dexterum pedem leuauit, veluti lanctō Clementi loci indicans. Tunc sanctus Clemēs cogitans esse Dominum, quē ipse solus asperxit & nullus ali⁹, profectus est ad locū, & dixit: In nomine patris & filii & spiritus Sancti pulsate in hoc loco; & cūm omnes circūcirca fodissent lagonibus, & non ipsum locum in quo stetit agnū, paruo ligone accepto paruo iētu sanctus pulsauit locū qui erat sub pede agni: vnde repente emerit fons pulcherrimus aquas scaturientibus, qui magno impetu effusus fecit fluvium. Tunc sanctus Clemēs dixit omnibus exultantibus: Fluminis impetus lætitiat ciuitatem Dei. Propter hanc ergo famā accurrit omnis prouincia, & omnes qui venerant ad doctrinā sancti Clemētis, conuersi sunt ad Dominū; adeo vt quotidī quingentū & plures baptizati recederent. Intra vñū autē annū facta sunt illic à fidelibus septuaginta quinq̄^{ue} ¹ Ecclesiæ: & confracta sunt omnia simulachra, omnia templi regionis quæ erant circū circa sunt diruta, omnes luci qui erant ad trecenta millaria, omnino in orbe sunt concisi & constrati. Tunc ergo odiosa narratio venit ad Traianū imperatōrem, quid illic ad multitudinē innumerabilē auctus esset populus Christianorū, & ab eo missus fuit Praefectus Ausidianus, qui plurimos Christianos diuertertis tormentis sustulit. Vident autem omnes ad martyrium cū gaudio accedentes, celsit multitudini: solum autem sanctū Clemētē cogens sacrificare, & videns eum sic esse firmū & stabile in Domino, & nolle omnino à sua dimoueri sententia, dicit lictoribus: Accipite eū, & ducite in medium maris, & projicite eū in profundum, ne possint Christiani tollere eius corpus, & pro Deo eum colere. Cūm hoc ergo factum esset, vniuersa multitudo Christianorū adstantes flebat in littore. Post hāc autem dixerunt Cornelius & Phœbus eius discipuli: Omnes oremus vñanimes, vt ostendat nobis Dominus Martyris sui reliquias. Orante ergo populo, retrocessit mare in suum finū ad tria ferē millaria, & per siccum autem ingressi populi, inuenenter in figura templi marmorei paratum à Deo habitaculum, & illuc litum corpus sancti Clemētis, & ancorā cū qua fuit proiectus prope istū iacentem. Reuelatum ergo fuit eius discipulis, ne reliquias ē loco ejercent: quibus etiam hoc fuit responsum, quid linguis annis in die fū decertationis cessurum sit mare venientibus septem dies, siccum iter eis præbens. Quid quidem Deo placuit fieri ad laudem sui nominis vñq; in hodiernum diem: hoc autem factō quod erat præter opinionem miraculō, omnes Gētes circūcirca credidē Christo. Quo in loco nullus inuenirent Gentilis, nullus Hebreus, nullus omnino hæreticus. Illuc enim plurima sunt beneficia. In eius festo cœci illuminantur, dæmones expelluntur, febricitantes sanū sunt, Nephretici & qui calculo laborant, solo contactu eius reliquiarum, & aquæ sanctificatae asperione & potu, à morbo liberantur, & qui quis morbo sunt afflicti, confugientes ad sancti Martyris auxilium, fruenter curatione: & permanet gloria eius & laus in æternū, per Dominum nostrum Iesum Christum: Per quem & cum quo patri gloria, cum sanctissimo & viuissimo eius spiritu, nunc & semper & in secula seculorum. AMEN.

^x Primum Christiane fidei accessus in diuīnum semper fuit Ecclesiastis adiutorio.

^z Tot & tanta miracula que ad sancti reliquias sunt, integratam & innocentia via eius testificans sunt.

NARRATIO SANCTI MARTYRIS

Ephraim Episcopi Chersonis, de miraculo factō in puerum à sancto martyre & Apostolo Clemēte.



IRABILIS Deus in sanctis suis, opportunum est hodie dicere cum Prophetā, &: Quād admirabiliā sunt opera tua Domine? &: Quis Deus magnus sicut Deus noster? &: Tu es Deus faciens miracula solus. Quod enim præsentiorationi aliud adferam proemium? Artificiosam enim dicendi artem præsens superat miraculum: Cūm miraculum multa excellat miracula, & ipsa etiam prophetica miracula exuperet, vt est ostensura oratio. Scio vos cupere scire, quondam & cuiusnam sit miraculum: & virgetis vt dicamus. Id autem est primum quidem Dei,

Dei, à quo omnis datio bona, & omne donum perfectum. Præterea autem Clemētis Romanī, qui post Petrum fuit præco veritatis, & eius Romana sedis successor fidelis: illius, inquam, Clemētis, cuius vñq; in hodiernum diem vniuersa terra vel tacens salutiferas clamat fuisse doctrinas. Clemētis illius, qui fuit vera palmae virtus Christi, per quam nobis expressus botrus doctrinæ, pietatis & salutis mustum nobis effudit. Clemētis, qui fuit vera Icalæ, quæ nos non deducunt ad sublimem aliquam terrae altitudinem, sed virtutem ascensionibus tanquam aliquibus gradibus nos ad celum transmittunt & celestia. Scale, quæ ijs quæ à Jacob vñl sunt nihil sunt inferiores: nō ostendentes nobis Angelos per eas ascendentes, & descendentes, sed hominum animas diuinis admonitionibus, vt quæ à gradibus in gradus per virtutes ad Deum ducantur. Cuius quidem miraculum cūm non didiceritis, & pulcherrime & fidelissime cœtus, quale sit & quantum audite, vt viri p̄ij, contendite, & ad audiendam exultate orationem: & aures inclinate: & volstram arguite tarditatem: de hoc enim gaudeo, solum vos rogo, vt vñque ad finem mihi attentum animum adhibeatis: & nulla cogitatio quæ ad huius vita curam pertinet, mentem vestram subeat, nec promptum vestrum animi studium finitum retardare: sed hoc vigilanti animo & attento fideliter excipite. Res autem ita se haber. Cūm præclarissimus & beatissimus Clemēs perfecisset doctrinę curium & Apostolatus, & per consummationem martyrii hinc excelsissimet, vt gloriosi eius martyrii liber declaravit, quem vos non ignorare est mihi persuasum, non iustum iudicauit is qui eos qui ipsum glorificant, glorificat, non ipsum vicissim glorificare, qui pro amore in eum hic decertauit: sed eum valde glorificare & magnificè extollere: & vt in celo Angelis, ita etiam hic hominibus eum reddere clarissimum, & maximè venerandum per miracula, miracula, inquam, quorum magnitudinem mens non potest comprehendere: nec oratio dicere multicudinem: neque manus exprimere infinitatem. Ut ergo ex simbria, vt est in proverbio, textum panum positis cognoscere, id vobis narrabo quod prius sum pollicitus. Cūm 3 veneranda fanēissimi Martyris Clemētis reliquia in mari profundum fuisse projecta ab impijs illis cultoribus simulachrorum, & eas exceperit templum in profundo à Deo adificatum, hic quoque maximum facit miraculum Deus admirabilem. Cūm enim hoc factum esset, & eius discipuli fierent cum ijs qui illic erant fidelibus, & vt 4 sacrofancetas gloriosi Martyris reliquias eis ostenderet, quod etiam factum est. Deum supplices rogarent, protinus immensum illud pelagus delistens & retrocedens, efficit vt profundum adiri posset à fidelibus vñque ad tria millaria. Ingressi autem inuenierunt habitaculum instar templi marmorei, & illuc in capsa lapidea 5 sanctissimas & gloriofissimas Martyris Christi repositas reliquias. Qui cūm 5 iunge sanctissimas statuissent sanctissimas ex profundo tollere reliquias, noctu accedens sanctus eos sic est allatus: Reliquias quidem nolite tollere, hanc autem vobis concedo gratiam, vt singulis annis die mæ decertationis septem dies mare retrocedens, præbeat iter per siccum ingrediendum hucusque. Quid autem dixerat, deductum est ad effectum. Ab eo enim tempore vñque in hodiernum diem singulis annis fit hoc miraculum. Quid est hoc minus faciendum quād Moysis miraculum? Quid verò Elisei vilius, aut minus gloriosum? Imò verò est longe maius & gloriosus? Ille enim virga & viuus & semel mare scindens, mari profundū, vt iter esset, efficit. Hic verò similiter pelle ouilla secans Jordanum, semel quoque hoc fecit miraculum, ambabus aquis post transiit, redactis ad suam naturam, quibus hoc nunquam factū est postea. Hic autem post mortem, & non semel, sed ab eo tempore vñque in hodiernum diem, 6 Vides quomodo & miraculum & gloriam Martyris, quale donum est affectus singulis annis die gloriosæ sue decertationis. Septem enim dies, sicut prius diximus, recedens mare illud infinitum p̄ijs præbet iter facile. Cūm hoc ergo sic factum, omnes p̄ij, tam qui erant in regione, quād cives Chersonis audiuerint, perrexerunt ad contemplandum miraculum. Cum quibus quidam quoque vir pius cum pia vxore & filio masculo, ad sacrosancti Martyris templum viam peregerunt prompto & alacri animo. Cūm autem ad locum peruenirent, & miraculum quod ad hoc habebat aspexit, ingressi sunt illud templum quod à Deo adificatum fuerat in profundo, & cūm ad caplam accessissent, supplices sanctum & rogabant, petentes vt per ipsum sibi daretur venia peccatorum: & precantes vt filio daretur vita longa, & nullis obnoxia rogantur sancti catorum. vt per ipsos nobis detur venia peccatorum.

7 Ecce quomodo etiā tunc sancto a reliqua ex osculabuntur. ⁷ Ecce quomodo etiā tunc sancto a reliqua ex osculabuntur. Quid opus est dicere & patris lamentationes, & matris ciuilatus? Præclarum enim illud festum cōuertere.

^{8 Nota preclarū feijum Sandi Clermontis.} uerterunt & in lamentationem. Quid enim non dicebant? Quid non faciebant ex ijs que cōsentaneum est vel ipsum lapidem posse mouere ad lachrymas? Mater enim oculos ad mare extendens, & manus in altum extollens, fanēto tales voces emittebat: Ha sunt ô fanēte, tuę remunerations? Hanc ne redditis gratiam ijs qui tanto tui desiderio ad te accurrerunt? Hanc ne reddidisti mercedem pro labore quem pala sum ex quo accessi? Vbi est mihi filius? Vbi nati mei viscera marina bellua laceravit? Quinam autem vehemens insurgens fluētus, eum viuum tanquam sepulchrum operuit? Quemnam modū aspiciam oculis? Pro quo verò orabo? Quis autem erit meę senectutis baculus? Cur ô fanēte, non fecisti me esse sociam mortis filii mei? Ut quomodo ad te accessi eum manu tenens, ita etiam eum vñis ferens infelix ad inferos descendenter. O mare & profundum, quonam tuo sinu meum tenebis filium? Quomodo autem eum quoque ales? (Hei mihi miserande fili) fili rapte ante tempus: fili quomodo à meis oculis recessisti? Quibus pedibus es conueritus? Quemnam autem tanquam agnum aspiciam exilientem? Pater verò rufus & manus & oculos feriens, sic conquerebatur: Cur, ô fanēte, me repente orbum fecisti liberis? Cur permisisti ut meus filius moreretur morte tam miserabilis? Cur mihi obtigerunt contraria ijs quae sperauit? Hac ne spe ad te accessimus? Taliāe sunt dona Martyrum in eos qui ad ipsos magno accedunt desiderio? Re vera non tu, sed procœlæ meorum peccatorum mari tradiderunt filium. O fili mi quis tui mortui claudet oculos? Quis te autem componet ad sepulchrum? Quænam verò theca pulchrum tuum & iucundum teget tabernaculum? An omnino quidem tuos oculos texit mare: & sepelit profundum: & tibi theca fut venter piscium? Cùm sic autem plangerent & lamentarentur parentes, quidam ex ijs qui illuc conuenierant, vix tandem eis persuaserūt ut cessarent à lamentatione. Cùm a luctu autem parum cessasset, domum abierunt. Cùm ergo tempus processisset, & memoriae sancti martyris dies venissent, hæc inter se dicebant, recordati sui filij: Agedum proficiscamur ad sanctum, vt si vñla reliquiae, quod fieri non potest, remanerent nostri filii, eas accipiamus: & cum sancto iudicio contendamus: vt fieri possit, illuc moriarum, mortis societatem inuenient cum filio. Cùm hæc ergo dixissent, nondum ijs quæ dicebantur finem imposuerant, & cooperuntiter ingredi. Cùm verò accessissent, & ad locum peruenissent, & mare retrocessisset, Deo hic quoque honorante martyrem, filij sui desiderio stimulati, primi profundum insilierunt: eosque sequens vadebat multitudo. Cùm autem peruenissent ad imprimis venerandum templum martyris, (ô Miraculum) vident suum filium viuum, lætam, & exilientem. Cùm sic autem à miraculis in miraculum incidissent, reque insigni & admirabili essent obstupesci, primum quidem Deum laudarunt. Deinde martyri quoque egerunt gratias. Deinceps verò adolescentem interrogarunt quomodo esset seruatus, quonam viuificante, quonam seruante, & quonam nutritore? Puer autem vna quidem manu tenens arcam: altera autem manu digito indicans eum qui intus iacebat, respondit interrogantibus: Hic post Deum meus custos, & vita, & alimentum fuit, & propulsator beluarum marinorum. Hic me quotidie alebat splendidissime. Parentes autem admiratione & letitia affecti, & martyris sive magis confirmati, per quem filium, quem purabant mortuum, viuentem acceperunt priores luctus conquererunt ad gratiarum actionem, saucto si acclamantes: Verè ergo admirabilia est Deus in sanctis suis, & eorum qui ipsum eiment faciens voluntatem, & audiens eorum precationem: Seruasti, ô fanēte, nostrum filium: reddidisti nobis eum qui non sperabatur. O celum & terra & tu profundum, quod nos prius execrabamur, admirare magnum hoc opus quod naturam superat. Esto autem tu quoque, ô fanēte, nobis propitius, & ea nobis condona, quæ animo cruciati in te diximus & fecimus. Ne pro nobis in te maledictis parenti referas gratiam. Filium recepimus, eum qui erat mortuus per te nunc in vitam retocatum accepimus. Seneclutis nostræ baculum, rufus habemus tuo auxilio. Quid pluribus opus est? Non trium dierum, sed vnius anni mortuum, & non lapide, sed aqua conditum: & non à vermis, quod est nature humanae proprium, consumptum, sed a piscibus, vt existimabamus, deuoratum, salum per te accepimus. O gratiam, ô gloriam, ô virtutem & beneficentiam, ô fanēte. Cùm sic ergo sanctum cum lachrymis essent laudibus prosequuti, accipientes filium venire domum, narrantes omnibus miraculum. Quidnam ergo cum his conferemus? Aiunt Eliam aliquando filium qui erat mortuus viuum matri reddidisse: quod quidem est magnum & valde admirabile. Quinetiam ad Elisei aliquando, vt literis est proditum, monumentum, quendam a quibzdam homicidis intersectum, & in eo proiectum surrexisse & vixisse: quod quidem est magnum & valde admirandum. Porro autem Petrus quoque in nostris libris, Petrus, inquam, princeps Apostolorum: illam quæ pauperes alebat viduum Tabitham mortuam eadem hora ad vitam suscitauit precibus. Et sunt hæc quidem admirabilia, & longe clarissima: præfens autem miraculum quantum ea exuperat? Attentius autem mihi considera mira-

miraculi excellētiā. Elias quidem, vt prius diximus, puer mortuum puerum, & qui nondum refrixerat, sed adhuc seruabat naturæ calorem, suscitauit. Elisei verò virtus duabus de causis fecit miraculum, vna quidem ostendens Prophetam qui ignorabatur, altera autē non concedens cædem etiam post mortem. Petrus verò sua virtute, & adiutorus etiā eorū precibus qui à vita fuerat affecti beneficio, ipse quoq; excitauit eam modū mortuam. Sanctus autem Martyr Clemens, ô miraculū, nō recens, sed iam anno vno mortuum, vel vt melius dicam, in vnoquoq; puncto, & eius tenuissima parte morientem conseruauit. Scitis autem omnes qui eius fecistis periculū, quanto tēpore verisimile erat conseruari puerū in profundo tā vasto. Sed mihi diligenter consideranti, non vnu mortuū, sed quanto tēporis spatio scimus puerum in aquam suffocari, id tēpus repetentes & remetientes, inuenientius sanctū tot suscitasse mortuos. Quod autē est admirabilius, non ab aquarum solū suffocatione, sed à bestiarū etiam lassione conseruauit puerū. O gratia, ô virtutē, quæ vtrūq; efficit, nempe & aquas alligat, & propulsat bellas. Ad hæc quid dicitis? Non alia superat miracula! Nili quis nos male reprehēdat, quid id extollamus supra miracula prophetica. Nulla ea de causa in nos cadet reprehēsho. A pertē enim scitis sanctum Martyrem esse in eadem gloria & iisdem tabernaculis, in quibus sancti Martyres, & Apostoli, & Prophetæ, & ipsi Angeli. Sed ô Martyrum splendor, et dēcūs sanctorum, primitiē Antīlitū, vide nunc quoq; hunc præsentē cœtum pium & religiosum, qui à vita fluctibus quotidiū obruitur. Eum tuis ⁹ precibus illeū custodi & conserua, & ⁹ Vide sanctorū inuocationem & quomodo suis intercessionibus nos adiuuant. & minantur se esse deuoratos animæ nobilitatem, tauri intercessionum iaculo repellere, ô sanctissime. Sed vos quoq; ô fidelissime cœtus, rogo vt per bona & Deo grata opera efficiamur nos dignos sancti gratiis & donis. Et primum adiuuant.

MIRACULA DIVI CLEMENTIS PAPÆ
& martyris, per beatum Gregorium Archiepiscopum
Turonensem scripta.

Habentur in opere
quidē in gloriā
plurimorū martyrum
tyrum edito.

Cap. 34.

Clemens martyr, vt in passione eius legitur, anchora in collo suspensa in mare præcipit. ¹ Dies solennitas ² statu est. Nunc autē in die solennitatis eius recedit mare per tria miliaria, siccumq; ingredientibus iter præbens, vsq; ad sepulchrum martyris peruenitur. Ibiq; vota redentes orantes populi, regrediuntur ad littus. Factum est autem vt in vna solennitatum mulier cum filio parvulo in loco accederet. Epulante verò ea post acta solennia obdormivit infans. Dum autem hæc agerentur, ecce sonus subito factus est accedentis pelagi, dehinc oblita mulier foliis suæ cœpit velociter cum reliquo populo petere ripam. Igitur in sequenti maris acceſſu postquam ad littus venerat, meminiit se filium reliquisse. Tunc cum fletu magno delecta teroris, miserā se clamitans, littora vocibus replebar, atq; discurrebat per circulū riparum, si forte enecatam prolem eiciatamq; littori aliquis confixisset. Sed cum nihil inueniret indicij, tandem consolata à propinquis ad propria reducitur, totum annum in luctu ac lamentatione ducens. Recurrente autem anni circulo, venit iterum ad expectandū martyris beati solennitatē, si ³ Vide orationem fortassis de infantula aliqua inuenire posset indicia. Quid plura? Recedente mari anticipat ad sepulchrū mare omnes ad ingrediendum, & ipsa prima procedit ad tumulum. Cumque prostrata foliis tyris emissa cum orationem expleseret, erecta sursum, genis vberitatem fletum imbrisibus madefactis, dum prostratione RR diuertit

diuerit in parte altera vultum, aspergit filium in eodem loco ubi eum dormientem reliquerat, in ipso adhuc lopore teneri. Et si manus autem eum esse defunctum, accedit continuus quasi collectura cadaver exanimis, sed cum eum dormire cognovisset, excitatum velociter expectabitibus populis incolumē leuauit in vniuersitate interrogantib; inter oscula ubi per anni fuisse spacia, nescire se ait si annus integer præteriisset, tamenque dormisse se suavi lopore in vniuersitate spatio aestimabat. Fons erat irriguus ruri cuidam infra territoriū virbis Lemonicinę, cuius vinda tam hortoruſa lita quā agorū culta, vel fœbue at accessu, vel impetu fecundabatur. Deducebatur etiā factū decuribus per loca necessaria, ut ubi cum natura non dabant, studiū prouocaret. Et erat tam dulcib; vena exuberante fluentis, vt gaudere cerneres olos sive virgultū, si fuisse ab eodem irrigatum. Optulabatur etiam in eo gratia maiestatis diuinae, vt in quo fuisse fluentum emiliunt, velociter germina acciperent incrementum. Cumq; eum incolae loci quasi ludum agentes, per singula quæq; loca deduceret, insidiatoris (vt credo) inuidie sub terra dehiscent, ac velut in itadiis duodecim in mediū paludis, ubi nullū prorsus posuit opus effigere, fluctibus sparsis exoritur. Exemplū omnium mētēs timor oblitus, & nonū quendam aduenire regioni loci incole præstolatūr interitū, simulq; & beneficū quod habere consueverat, iugis fluctu deplorant. Curriculum igitur vniuersi arque alterius anni in hac ariditate pettransit, ariūnt sit loci illius omnia quæ irrigare consueverat. Tertio autem anno accidit, ut quidā iter agens beati Clementis martyris, cuius iam suprà meminimus, reliquias exhiberet, quas Areo ipius virbis presbytero, viri in omni sanctitate religioso detulit, ad quem cum die noctuq; vicini mœsti penderent, consisi de eius oratione, quōd si peteret Dominum, soncēm posuit suo restituere loco, ait: Eamus dilectissimi, & si vera sunt quae poritor noster afferuit, hac eis: Clementis martyris pignora, nūc apparebit, cūnus eius fuerit virtus manifestata. Tāc cum Psalterio ad locum fontis accedit, & dicitis 3 psalmis in oratione prosternitur. Positisq; sanctis reliquiis in ipso fontis aditu peccit, ut qui quondam in deserto damnatis ad secundam marmora fluuium irriguum patetescit, in hunc locum aquas quas prius pia ipsa indulesserat clementia, Clementis iterum intercessio reuocaretur: illicē vera recurrit ad aditum magnas euomens aquas, illumque quem prius tenuerat, alueum decurrendo replens, admirantibus populis. Immenisq; gratiæ Domino referuntur, qui & martyris 4 virtutem prodidit, & fideliis suis orationem implere dignatus est.

DE PERSECUTIONE TRAIANI, PER D. Gregorium Archiepiscopum Turonensem scripta.

Tertius post Neronem in Christianis persecutionē Traianus mouet. Sub quo beatus Clemens tertius Romanæ Ecclesiæ Episcopus passus est: & sanctus Symeon Hierosolymitanus Episcopus Cleophae filius, pro Christi nomine crucifixus acriatur, & Ignatius Antiochenensis Episcopus Romā ductus bestiis illic deputatur. Hæc sub Traiani temporibus acta sunt. Post hunc Aelius Adrianus Imperator creatus est. Vnde & Hierosolyma, Aelia vocatur ab Aelio Adriano succellore Traiani, eō quōd eam repararit.

VITA SANCTI ANACLETI PAPÆ

& Martyris, per Damasum Papam scripta.

NACLETVS natione Græcus, ex patre Antiocho, sedis annis nouem, menses duos, dies decem. Fuit autem temporibus Domitiani, à consulatu Domitiani decimo, & Sabini decimo septimo, vsq; ad Domitianum & Clemens' tem Consules. Hic memoriam beati Petri construxit, & compositu, dū præbyter factus fuisse a beato Petro, cœu alia loca, ubi Episcopi reconderent sepulture. Vbi autem & ipse sepultus est in pace, iuxta corpus beati Petri tertio idus Iulij. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, præbyteros quinque, Diaconos tres, Episcopos per diuersa loca numero sex. Et celassit Episcopatus dies tredecim.

VITA SANCTI DIONYSII AREO-

pagitæ, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

ATAL E Sancti Dionysij Areopagitæ, qui ab Apostolo Paulo instructus creditur Christo: & primus apud Athenas ab eodem Apostolo Episcopus est ordinatus: & sub Traiano principe per clarissimam confessionem fidei, post grauissima tormentorum genera, glorioſo martyrio coronatur, vt Aristedes Atheniensis, vir fidei, sapientiae mirabilis, testis est in eo opere, quod de Christiana religione compositum. Hoc opus apud Athenenses summo genere colitur, & inter antiquorum monumenta clarissimum tenetur, ut peritiores Græcorum affirmant.

MIR A.

Habetur in eius
Martyrolo, sub
v. Nonas Oct.



SANCTORVM HISTORIA. PART. I. MIRACVL A BEATI DIONYSII

Martyris, per Diuum Gregorium Turonensem
Archiepiscopum scripta.

Habetur in opere
eiudē in gloriam
plurimorū mātrū
tyrum edito.

Dionysius Episcopus Parisiorum virbi datus est martyr. Tempore vero quo Sigibertus rex cum exercitu ad urbem illam venit, & maximam vicorū eius partem incendio concremavit, quidam de primoribus eius ad basilicam antedicti martyris properat, non orationis deuotione, sed tantum ut aliquid fraudaret ab æde, illicē ubi referata ostia ac vacuum templū custodibus reperisset, pallam olosericam auroque exornatā ex gemmis quæ sanctum tegebat sepulchrum temerario autu diripuit, secumq; sustulit. Veniens autem ad caltra fuit ei necessitas nauigandi. Cumq; puer eius quemcunq; creditum habebat, suspensus ad colum ducentis aureis, nauem cum eodem ascendisset, subiit à nullo tactus, de navī ruit, opere autu diripuit. Pressusq; que aque nunquam potuit inueniri. Ille quoque iudicium Dei in se cerens per pueri amissionem & aurum, velociter ad litus de quo digressus fuerat remeavit, pallamq; sepulchri summa velocitate restituens. Et licet hoc fecerit, tamen diem in quo hæc adulterat recurrens anni circulo non attigit. Alius autem super sepulchrum sanctum calcare non metuens, fuit in ablutorem Minime quidem. Disce sanctorū sepulchra in ventatione habere.

ALOYSIVS EPISCOPVS

Veronensis candido Lectori.

PRÆTER ea quæ & ad sacrarum literarum studia ardenter capessenda, & ad grauissima queque pro Christi amore toleranda in hac Magni Dionisij Areopagite vita alacriorem reddent, hæc insuper cognita dignissima inuenies. Primum, quod ab antiquo tempore à patribus dici filius soler, omnes videlicet sanctos Apostolos requieci sanctissimæ Genitricis Dei adsuſſe, eiusq; nobilissimum fanus proprius manibus curasse, hoc ipsum, quod ut frequentissime, ita etiam veracissime dicitur, in hac historia manifestissime comprobari. Secundum illud, tria hac præclarissima volumina quibus sancta Ecclesiæ dogmata potissimum defenduntur, nempe de caelesti, nescion Ecclesiastis ea Hierarchia, ac de diuinis nominibus, ab hoc sanctissimo doctissimo que viro sanctoriis Apostolorum contemporaneo, fuisse edita, quod à sceleratis quibusdam qui nunc cœlum terraque mouere conantur, impudenter negatur. Sed perdit homines, & à Deo alieni quid non effuant. Vita huius diuinissimi patris autor est Michael Syngelus præbyter Hierosolymitanus, peruetustus scriptor, ut Suidas Græcus autor afferit in vita quare ipse eiusdem sancti scribit, ut sic celeberrimus Antistes ter in hoc libro describarit, semel per Adonem, iterum per Syngelum, tertio per Suidam, ne is aliquid suis laudibus defraudetur. Eloquium scriptorū est per obscurum, cœu quod ab ipius Magni Dionisij typico magnopere non receat. Verum translator vir pius & doctus, quantam potuisse operam adhibuit, ut is clarior & cultior redderetur: Gracum exemplar Lutetia excusum, ubi sanctus pro Dei amore occupuit, Nicolaus Balsiferius Præbyter Bononiensis, vir probus, olim bona memoria Ioannis Martini Episcopi, viri celeberrimi et sanctissimi, qui huic Ecclesiæ paulo ante me dignissime præfuit, Amanuensis, superioribus mensibus donauit mihi. Quod cum nunquam translatum fuisse compserisse, illicē per Basiliū Millaniū meum dilectissimum fratrem in lucem edendum curauit. Vale, & hos nostros labores quis apud Deum orationibus fone.

VITA BEATI DIONYSII AREOPAGITÆ,
per Michaelem Syngelum præbyterum Hierosolymitanum
scripta, & per Basiliū Millaniū Caisinatem monachum nunc primum Latinitate donata.

COElestem prorsus atq; diuinam linguam, eamq; ex illis, quæ igneæ ac cœlitus à Deo missæ fuere, cuiusmodi filii Dei spectatoribus ac ministris dispertice sunt, & angelicam vocem suppeteret illi op̄oferet, qui de D. præconis Dionysij laudibus sit dictus: Qui omnia contuentis ac collustrantis, singularique benignitate omnia continens.

RR. ij diuinis

diuinitatis, quæ in Trinitate, quæ summa diuinitas est, quæque substantia om̄nem ac bonitatem antecellit, adoratur, & colitur, laudator fuit: Qui Dei appellatio[n]ū, & ineffabilium diuinorum mysteriorum sapientissimū egit interpretē: Qui de sacro cœlesti principatu disseruit, ac diuinās cœlestis militie mentes summis laudibus exornauit: Qui Ecclesiasticorū ordinum, sacrarū magistratū, & cūm diuini sacrificij, tum cœremoniarum, ac omnis diuinæ Christianorū sapientia atq[ue] decoris doctor, dux, & explanator fuit: Qui puritate vitæ, ac omnigena virtutis excellentia concretum sibi à diuo Paulo mysteriū eorum quæ in tertium ipse cœlum raptus viderat ac audiuerat, accepit: Qui Apostolorū certui tēpore equalis, familiaritatē iunctus, atq[ue] in sacris certaminibus socius, & auxiliator fuit: Qui inter presules sacratissimus, inter martyres clarissimus, diuinarum rerum inter theologos callentissimus, magistros omnes doctrinā claritudine superauit. Quocirca sacer consilii, gens sancta, concio Deo dicata, vereor, ne magni huiuscēdē luminis laudes dicere aggressus temeritatis crimen incurram: Neq[ue] enim si omnis omnium, quotquies vñquā fuere, Rhetorum vis, ac dicendi facultas hic simul adesseret, huius viri diuina eloquētia prædicti, cuius laudes nobis proposuimus, summā laudum attingere, nedum ingenij mei ad eloquendū imbecillitas pro dignitate assequi posset. Veruntamen vobis morē gerens, qui me (quæ vñfra charitas est, & in Deum fidet) ad hoc hortamini, Deo, viro sancto, itemque vobis, quicquid potero, lubens præstabo. Nam si me laudati istius viri laudum, quæ illi congruunt, vberate, magnitudine, atq[ue] præstātia superari contigerit, vinci me libenter patiar. Neq[ue] enim vñllum ei qui laudum dannū infertur, si qui hunc ipsū laudat, ornamenti & apparatu laudandi generis supereret. Vnde igitur laudis principium sumam: Rhetorum ne in scribendis laudibus præceptis vtar (quæ ab iis quæ humi repunt, labuntur, ac subinde aliter immutantur & intereunt, vt sunt genus, patria, diuitiae, mundi huius gloria, & ambitio, peti solent) dum illius qui his omnibus sublimior est & qualibet fama, ac humana gloria maior, laudes corrogo? An ab incorruptis potius ac verē beatis, ac per secula duraturis laudibus ordīemur? quas ille, ex quo à simulachrorum cultu desuit, ob insignem erga Christum verū procul dubio Deū animi propensionē, mōrū que probitatem, ac Euangelicā institutionem, necnon luctū labores retulit? Quam enim terrenorum parentum, qui luteis rebus, cum primisq[ue] superstitionibus sint iniuloti, natales ad veram gloriam accessionē illi facient, qui ab omnī Rege Deo adoptione sit dignus habitus, & in cœlestes Angelorum ordines cooptatus? quicq[ue] Dei præconibus additus comes, vñ cum Petro, & Paulō sacro imperio, & Apostolica pulchritudine sit cœlestius, simulq[ue] beatissima illa nativitate progenitus, ac martyrii corona circundatus? An patria equis ouibusq[ue] referta, campis, montibus, saltibus, vallibusq[ue] circumcommunita, pratis item, nemoribus, ac quolibet arborum, atq[ue] plantarum genere constituta: fluminibus præterea, fontibus, stagnis circumfluis: magnitudine demum ac qđificiorū pulchritudine prædicta: quæcūq[ue] sepulchra eorum, qui hanc contruxerunt, vti miraculum, præterea unibus obcedit, plendor illi aliquem adserit, qui iam sit cœlestis Hierusalem affectus? Cuius muri manu Domini pīcti sunt, vbi omnium letarium est domicilium, celebres conuentus agentium sonus, & vna vox est exultationis. Atqui hæc à nobis in exordio dicta sunt, nimirum beatissimum virū vñnum aliquē ex colitibus qui ex hac vita migrarunt, esse statuerūtibus, non idcirco tamē parentum eius aliquis obscurus fuit, neq[ue] paria nō illustrē habuit, sed ne ignobili quidē ciuitate oriūdū ciuis exitit. Quæ est enim orbis terra pars, quæ non Græciae claritatē audiuerit? Aut Athenas Græciae gloriā, celebratā ac vbiq[ue] decantata ciuitatē, philosophorum sedē, literatorum domicilium ac diuerſorium, quis ignorat? Vnde iste Dionysius ortum accepit, & vbi præſes nobilissimus, ac inter Areopagi iudices primas obtinens, magistratū vt honorarius index agebat, quorū prestantia generis, & insignis gloria ab Androthone ac Philochore Athenensis scriptoribus copioſe literis mandata est. Hinc etiā est facilē coniucere, parentes eius optimates, præstabiles, ac virtute claros fuisse. Neque enim apud Athenienses elatos homines in tā sublimē principacum euctus esset, nisi sapientia, & animi ornamenta, prudentiam, iustitiam, fortitudinem, illustri etiam generi coniunxit. Cūm enim Lucas veritatis amantisſimus, similitique sapientissimus in sancta omniq[ue] sapientia plena Aethorū Apostolorum historia, de his qui Athenis beati Pauli diuino afflato numine, doctrina & prædicatione crediderant, loqueretur, atque huiusmodi verba per excellentiam vñsurasset: In quibus erat & Dionysius Areopagita: perspicue diuini istius luminis cūm generis excellentia, tum virtutis cognitionis, ac eloquentiae vberate, præstantiam indicavit. Neque enim dixit: In quibus erat vir nomine Dionysius, perinde ac si de ignoto aliquo loqueretur, sed: In quibus erat & Dionysius Areopagita. Hinc subindican[s], virum clarissimum per omnium ora celebrari. Neq[ue] hanc diuini sermonis breuitatem ad intentionem orationis propositam non magni referre quispiā arbitretur. Nam etiā si brevis sit oratio, diuitiae tamen quæ inde in huius qui celebratur viri laudem fluunt, func-

permulta. Nec secus enim inspecto[r] Dei Moyses, in scripto quodam creationis mundi breuissimo, cum Melchisedech, qui diuinum iuxta ritum nostrum p[ro]fe[re]bat, mentionem fecisset, nec quibus parentibus ortus esset, nec vnde originem traheret, aperies, eius memoriam, qua per secula celebri[us] foret, tanquam immortalē monumento consecratam, postteris dereliquerit. Ag[er] (obscer)igitur ipse, gaudijs, & fausto pretiosae salutis nuncie, & ingens ineffabilis defensus filii Dei p[re]aco, & diuinorum eius miraculorum, atque rerum magnificarum ve[ct]ilissime concionator, & Euangelistarū amplissime, beatissime Luca. Age fare nobis, quinam & qualis sit iste Dionysius, & lacram tuam per quam breuissimā scriptiōnem, qua hunc diuinum dectorē in lucē prouexisti, nobis edissere. Hic est, inquit, inter lectissimos, ac dignitate prestantes Graciae viros, pietatis cultor eximius, & Areopagitarū concilij Senator amplissimus: qui non tam inclytus ob dignitatem effectus fuisse, quantum dignitatem ipse clariorem effecisse est indicandus. Hic est, qui non solum omni differendi scientiæ ornamenta cōplexus est, Stoicorum, & Epicureorū, ceterorumq[ue] philosphorū doctissimus, & Atticū & literatè loquentiū facundissimus, idemque eruditissimus, Rhetorum eloquissimus, Astronomiæ item incumbentiū speculator acerrimus, ac in ceteris liberalibus disciplinis peritisissimus, quin & quartuor præterea virtutibus summè ornatus fuit. Hic est, qui rectissima in iudicādo trutina vñs, eorum qui Athenis ius dicebant, iustissimus fuit: idq[ue] cum adhuc Gentiliū religione obſtrictus, Iouisq[ue] abominationibus inquinatus, & exerciendo Palladiis Atheniēs cultui nefari esset addictus, fabulosis item Deorum narrationibus, vt de Orpheo legitur, qui omnia ad se Musis concentibus attrahebat, fidē habens, & anili Hesiodi & heogonia libenter detineretur illeetus. At vbi gratia salutaris cunctis hominibus illuxit, Gentilium ebrietatem, & amentias tenebras elminavit, vniuersorumq[ue] simulachrorum erorem de terra sustulit, ac vbiq[ue] terrarū Dei & seruatoris nostri Christi, discipuli, tanquam aquilæ quædam panis aliis euolantes, ac percurrentes, diuinæ cognitionis lumine mundum illustrarunt. Quando etiā Paulus Theologorum supremus, & diuinissimus Gentium Apostolus, tuba cœlum vñq[ue] perringers, organum electum Athenas cōcessit, vbi p[re]aconiū, à quo salutem & vitā mundus acciperet, annuncians, diuinum Dñi nomē circunferebat. Cumque cerneret ciuitatē, quæ ceteris Græcorum omnibus anteſtaret, simulachrorū cultui deditam, amore diuino succensus, ardore quodā ciuitatē ingressus est, & cūm Iudeos, tum Græcos, sapientes, & indoſtos, quoq[ue]cūq[ue] obviis habuit, argumentis impetrare cepit, Iesumq[ue] qui nos ab impotitoris, homicidæ, dracotisq[ue] tyrranide, morte, ac interitu vindicarat, & mortuorum resurrectionem lætis auspiciis iunctiavit. At Epicureos & Stoicos varias in factis diuīos philosophos noua, inaudita, & cœlesti sapientia in ingēnū admirationem attraxit: Cumq[ue] Areopagi forū petiūsset, omnes cœlesti hūc philosophia animū intendere persuasit. Tum Dionysius confitim à luteo & infano quasi simulachrorū stagno descensil, Paulo diuinū odorē exercenti adiuventus est. Ab interpretū & scriptorū auillus errore p[re]conij veritatis adhæserit. A profundo interneccionis emerit, & ad salutis celiſtitudinem euolauit. A tenebris impietatis abscessit, & ad diuinę cognitionis lumen concessit. A vera futilitate ad verā beatitudinem prope[r]auit. Bēlī mortis valere iusit, & vita auctori & principi Christo se coniunxit. Impuritate dæmonum abominationis, Angelorū sanctitatē cōplexus est. Lutē mundi materiā excusit, & cœlesti viuenti institutu appetiuit. Cum enim speculum factus esset, radiis primē diuinaq[ue] lucis illeuſcentibus plenum, idq[ue] per Paulū qui cum Angelis splendore sedis certabat, quippe qui Christum qui sedet super Chérubim se regente, ac intimo impletē lumine, habebat. Cui etiā ipse totus toto animo, cogitatione, ac corde p[re]ceptorī agglutinatus est. Hui, quamq[ue] ingens p[re]clarī huiuscēdē viri animi propensio fuit, Apostoliceq[ue] illi, ac diuinū lumen largienti predicationi suscipiendæ? O obedientes & illuminatisimum animū illum, qui faciliter doctrinæ ac p[re]ceptionis Euangelice notas ac signa prima retinuit. O cor facile, & ab omni carni affectu vnde, aquilsum, quod corporeā omni demonstratione reiecta, salutis p[re]conio celeriter credit, & Paulo diuina p[re]dicati, cœliq[ue] cursori, ad cœlestes sedes prouehēti se coniunxit. Ofertile & pingue terrā, rationis capacem, quæ fermentē vñt sinu suscepit suo, fecundansq[ue] ac nobilissimā aristam produxit. Non illum cūm principatus gloria, tum ampliudo iudiciorū impediuit. Non amicorum & coequorum consuetudinis desiderium illum retraxit. Non violentus parentum, agnitorum, domesticorū, tamenq[ue] amor retardauit. Non infans diuiniarum, ac possessionum variis modis implicantum furor ligauit. Non illum corporum voluptas emollit. Non delicate vita, delitiarumq[ue] desiderium illum effeminauit, sed cūtī p[re]conis vocem diuina loquentis audieret, omnia que oblectare mortales confuerunt, nihil duces, non secus ac magne ferūm illi confessim adhaerescere studuit.

Abraham quidem Patriarcham admirari solemus, cūm Deo, vt ē cognatione ac patria extitit sua, extra terramque ac ignotam p[er]teret, p[re]cipienti obtemperatē audimus, & val-

de iustè. Elifegum diuinis præconiis efferimus, cum boum iuga dereliquerit, ac domesticos lares letus dimisit, & Heliā aflatum numine peramantem sui, qui se vocārat procul, omni mora sequitur eft, & sanè iure. Philippū rursus ad Iesum salutis autorem vocārem, celeriter, nihil cunctanter accurrisse, eumq; prompte sequutum laudibus extollimus, & quidem decentissimè. Quo igitur plausu, quòd genere laudū hic honestandus, ac præconiis à nobis coronandus videtur, qui non legi Mosaiæ subditus, nec oracula prophetarum edoctus, nō historicis diuinorum prodigiorum narrationibus exercitatus, neendum vlla intuens præter naturam edita signa, simplicem tamen Pauli prædicationē fulcepit, imperiti cuiusdam hominis, pau peris ac peregrini, qui nec oratorie artis ornamenti excellerer, nec vllis sophistis propositionibus niteretur? Verùm vti sementem quandā in terram iactam cum primum fulcepit, eamq; in nihil redactā intimus sensibus reposuit, & vitales frēcundas fidei fructus demum vberimè tulit, vt cum Elsaia propheta prouidentissimo clamante ferè hilariter canat: Ob timorē tuum Domine concepimus & parturiuimus, ac peperimus spiritū salutis tuæ, quem super terrā fecisti. Hec sanè Lucas eximius präco, dum spiritu nobis asisteret, simulq; hanc sacrā diuini martyris memoriam coleret, percensuit, eorum multitudini, qui illā celebrant ac dilaudant p̄fes ac laudū dux adhibitus. Quæcunq; verò ex scriptis aut non scriptis monumentis collegimus, hęc eadē cōtextis laudibus, vti quædā ornamenta florū afflantes, ac conuiuiū quibildā quasi diuinis saporibus cōdentes, adlūmus corā vobis cōuinitis, qui diuina libenter auditis, apposituri. Talis igitur historia longa téporum serie, quasi à patre filiis tradita, ad nos vñq; peruenit. Cū magnus iste Dionysius tempore quo Servator supplicio est affectus, quando terra cōcūsa est, atque sol non serens opificē vniuerſorū, eumq; qui ob diuinā substantiā cuiuslibet perturbationis ac interitus expers erat, ligno carne fusigi, fuos ipsius radios in meridiē occultasset, præ tam admirabili facto vehementer stupefactus, humānamq; cognitionem supergressus, factū illud perpendens: Deus, inquit, ignotus carne patitur, cuius causa orbis vniuerſus tenebris offusus, & turbatione concusus est. Protinusq; eo ipso tépore quo tam insigne prodigii vñq; terrā cōtigit, secū ipse cōiectans obseruabat, quid hinc significari daretur. Atqui horrendissimi illius solis defectus, ipse quoq; in Epistola ad Policarpū mentione fecit. Cæterū præstabat orationē elegantissimis eius verbis, qui eloquentia, ac diuina quadā dicendi facultate omnes excelluit, tanquam regiā coronā pretiosissimac lucidissimis lapidibus cōdecorare. Cū enim Apollophanes vir Philosophus religione gentilis es- set, atq; hunc beatissimū, magnanimū, & admirandum virū, quicum necessestudine ac gene- re cōuinctus erat, odio proficeretur, ac cōuicūs iactaret, vt qui ritus patrios detestaretur. Se Christianorū fidē illis p̄færet, coleret, amplecteretur, & pro ipsa tanquam propaginaculū validissimū staret, rebusq; Gentiliū cōtra Gérites vteretur. Hoc conuiciū & accusationē cūm Dionysius eveterer decretisset, Policarpo, qui multis cūm pietatis, tum virtutis fructibus flo- rebat, apud quē & sophista ille cōuicia iactauerat, hęc scribit: Tu verò Apollophanē sophistā maledicta in me cōgērere, meq; particida appellare dicas, vt qui Gentiliū dicit̄ haud piē cōtra Gentiles ip̄los vtar. Atqui nos hoc ipsum verius intorquere in illū possemus, q; Gentiles aduersus diuinā diuinis nō piē vntur, conātes per sapientiā cultum Dei diuinum exterminare. Neq; ego sanè nunc de multitudinis opinione loquor, quē poetarum scriptis gratissimē humanis affectibus intēta cohæret: Quid & ipse Apollophanes aduersus diuinā nefariā diuinis vtitur. Erat enim cōfentaneum eos q; veri Philosophi sunt, per hanc rerum cognitionē, quæ rit̄ ab ipso philosophia dicitur, queq; à Diu Paulo sapientia Dei appellata est, ad autorem cūm ipsarum rerum, cum cognitionē illorum adduci. Ac ne aliorum quām ipsius opinione cōtra institutum meum confutē, oportebat Apollophanē cūm sit sapiens, intelligere, nihil vñquam cœlestis ordinis & motu immutari altere potuisse, nisi ab eo hęc rerum mutatio fieret, qui naturę ipsius cōseruator est & autor, quiq; omnia (vt sermo diuinus habet) facit atq; transmutat. Cur ergo cū, quē rerū oīm Deū esse cognouimus, non veneratur, & ob ineffabilē eius potentia, qua cuncta creata sunt, nō admiratur? quandoquidē sol & luna vñ cū omni cœli cōuersione per vim ab ipso immobili statu incredibiliter cōsistere iussa sunt, atq; ad mensurā rotius diei in istidē signis oīa constiunt. Et paulo p̄st. Cæterū dic ei: Quid de illo solis defecu, q; que tempore Dñs in Crucem actus est, cōtigit, aīs? Ambo enim cūm apud Heliopolim p̄fentes simul essēmus, cūm lunā soli obuiam mirabiliter factam (neq; enim concursus tēpus erat) & eandem rursus ab hora nona vñq; ad vesperam ē regione solis per diametrum incredibiliter oppidere cernebam? Cæterū & aliud quiddam hui⁹ generis, in memoriam illius reuoca. Nos enī (quod ipsum ille quoq; nouit) & occursum ipsum ab Oriente cepisse, & ad solaris corporis finem peruenisse, ac dénum repedasse vidimus. Rursusque non eadem ex parte, sed ē regione per diametrum, & occursum, & ablati luminis restitutio facta est. Hęc tā ingentia & incredibilia tum temporis acciderunt, quē Christus oīm autor, qui magna

magna & admiranda facit, quē dinumerari nequeunt, præstare solus potest: Hęc, inquā ja-
tibi licuerit illi dico! si fieri potest, Apollophanes, mecum ipse reprehende, qui tū tecū ade-
rà, simulq; omnia magna cum admiratione tecū spectavi, atq; perpèdi. Et quē sequitur. Cū
igitur Paulus in mediū Areopagi predijsset, ac omni cum fiducia loquēs diceret: Viri Athē-
nienses, in omnibus tanquam hyperbolicisores vos video: præteriens enim & cultus vestros cō-
templans arā quoque reperi, in qua inscriptū erat, Ignoto Deo: Quē igitur ignorantes colitis,
hunc ego vobis annuncio. Cumq; omnē diuinam concionem percurrit, vir iste maxime
suspicendus, hunc sermonē tanquam colitus annunciatū suscepit, individuūq; eius affectator
confestim effectus est. Ac omnibus quidē mysteriis simulq; ritibus profani nūcium remittens,
multiplicem dæmoni errorē detectatur, & celestē disciplinā capessit. Verā itē religio-
nis institutio, Euangelicāq; doctrinā quasi elementis imbuitur & informatur, inculpatā fidē
edocetur, & ad Iauacrū baptismati, quo innouiamur, vñtamq; recipimus, accedit, & veterem
corruptum hominem exxit, ipsumq; Christū vitæ autorem induens instauratur, & pro seruo
corrupto, & corrupta carnis filio, increatæ ac inicōrruptæ Trinitatis, eiusdemq; substantiæ,
eius potentia cuncta edita sunt & creati, filius efficitur, atque ad immortalitatē præcepta de-
bitorum suorū remissione, transcendentib; libertatis, adoptionis, herilisque potestatis symbolis
clarissimis contrariis depositis, conuectitur, & dignus qui inter perfectos censeatur, armis lu-
cis munitur, & perfectissimis celissimq; sapientiæ arcans initiatur. Hinc ad pulcherrimā vi-
tis culturam procedit, disciplinā Euangelicam factis exequitur, viuēdi institutū par Angelis
agreditur, & in Hierothei diuino numine afflati p̄ceptoris sui, de quo ipse quoque in
Theologicis scriptis summa cum laude mentionem facit, disciplinā le tradit, & eiusdē diu-
niūnī institutionibus eruditur. Porro in exercenda continentia plurimū desudat, omnēque
euram in eo ipse dono conseruando impendit, & fructus bonitate præcipua dignos adferre
gratioso donorum largitori conatur. Contra vitē ac salutis nostræ adueriarium decertat. Sa-
crist enim ferè iniciatus est, simul atque per baptismi Iauacrū in Iordanē flumine Adæ pecca-
tum ac mortalem purgasset naturā, quod muneris ipse qui Iauacris non indigebat, innocēs &
purgatus nobis impetravit, rerum omnīū autor, futurū p̄ceptius vnigenitus Dei filius, ver-
bum Dei, quod cum patre principio caret, sempiternū, eiusdemq; substantiæ, splendor glorie,
& forma quæ nihil à patris substantia differt. Qui cūm hominem iuxta propriam imaginē
& similitudinem condidisset, isq; inuidi hostis inuidis, qui peccatum in orbē primus inuexit,
ac mulieris hortati Domini p̄ceptū propulisset, & peccato pollutus ad interitum prol-
apsus est, non illam p̄tererit, sed prop̄p̄a patris affectione, simulq; in hoc spiritu sancto ad-
sciente, ineffabili humanitatis vberitate ex paternis similibus descendit: vnde tamen is nō di-
scensit, qui omnia implet à nemine circumscriptus, cūm descensus diuinus non ex loci mi-
natione intelligatur. Apag. Qua enim ratione descendere is posset, qui & corpore caret, &
nullo definiri, aut intelligi pacto potest? sed ea ratione, qua cōueniat Deo. Exinanitur enim
ad breue tempus diuina gloria ex certo consilio, vt mea implet diuinitate, ac dono illius
Deus efficerit. Cæterū Davidicæ puellæ virginis ventrem, quē nuptiarum expars, ac pro-
pmodū innocēs virgo semper permanabit, uti semetis subiit, carnemq; ex illius sanguine af-
fumēs, cū anima rationis intellectusq; participie se cōiunxit, eamq; sibi copulauit: & ab ipsa
editus Deus carne cōpactus apparuit, duplex qui simplex erat, in diuabus perfeciis naturalibus
voluntatibus, ac operationibus, in omnibus extra peccatum, similiter ac nos mortaliſ, prœcul
omni mutatione ac confusione appellatus, & post suscepit carnē vñus & ipse filius & vna
substantia esse perrexit. Sub tépore factus est, qui omnē temporis motu trascendit, & natura
seculorū omnīū est effector. Corporis itē incrementū suscepit, & ad virilē ætatem, qui perfectus,
& integer erat, peruenit. Et simul ac ex Iauacro baptizatus emerit, contra homicidā, apostata-
tā & planū in deitū proficisciuit, ac tricipité eius impugnationē machinā euerit: infolecē-
tē, & magnificē se iactātem Tyrannū prostermit. Varin ac multiplex certaminum illius ge-
nus irritum facit, ipsius captu admodum facile reddit, rationē nobis ostendens, q; vñ illi acri-
pugna resistemus, & fortitudinis occasione, quibus cōtra illū vteremur, imperit. Ad exē-
plū ergo vita optimè constituta: siā ipsius cōposuit atq; formauit: fontē luminis, ex quo vi-
ta primum peteremus, produxit. Indeq; armatus grātia, & vñctione diuina peruenitus, nō alli-
ter ac luctatores cōtra hostilem aciem in palestris insurgunt, aduersus infensiſimum latro-
nem, vñq; qua itur ad celos, obfessorem, & infidicium bellatorem, confessim opponitur,
ac omnem vita sollicitudinē abiicit. Totus diuinæ resurrectionis amator & pugil efficitur.
A sedis & precibus die noctuq; intentus totā noctē ducit in somnem. Carnē ieunij domat, ^{Ecce sanctissima}
& deteriore partem prestantiōi subiicit, nempe puluerem menti. & terrenam erasitudi-
nes, Vigilias, ex-
nom, quæ sensibus perinde ac nebula quædam tenebroſa solaribus fēse radijs opponere con-
tinuit, comminuit. Hinc ad speculationis aelitudinem tollit, libenterq; effigies animi di-
fusuit, comminuit. ^{Leikulus}

uina, ac interior ipsius oculus, terrena omni cogitatione relicta, ad claritatem illam, quæ illinc effulget, contemplandam torus euolat, & in Apostolicis doctrinis praesenti animo deliciatur. Nouam item omnem arque veterem diuinæ legis scriptiōne, idque virtutis illius abundantia, quæ in actione & contemplatione versatur, vt respiratione fibi ac cibū constituit, Hic cùm beati Pauli clarissimis oculis ostēs effet, & diuini fæderotij gradū dignus iudicatus, Athenarum Episcopus ab ipso primus eligitur, & sua ipsius pater patria declaratur, rerumq; primitiæ, quæ sunt compotes rationis, illius prudentiæ cocreduntur. Oportebat enim vt ciuitas, quæ hunc ediderat, aluerat, & erudierat, proprio alumno, quasi germine, & eruditiois insigni prima omniꝫ lætareret, Christoq; exultaret, qui eis qui spiritu ex illa nati sunt, autor salutis est factus, quiq; omnibus, qui vita & ratione primas obtinunt, magnificè præfet. Nec secus ac optimus illius vitam instar pastoris demonstrat, docetque quemadmodū ex Dei præscripto suo ipsa gressus dirigat, dum illam in loca pascue, planæ nempe aclynæ doctrinæ, collocat: & super aquam refectionis, nimirum veræ hæreditatis, educat. O ingentem Merropolis Atheniensium ciuitatis felicitatem, nullo suffragiorum beneficio illi delatam. Quām verè felix, multipliciterque beata est, quæ tantum ducem atque magistrum (vt Istræticus olim populus Moysen) talemq; enixa est, atq; sortita pastorem. Etenim alter quidā Moyses denuo visus est, qui Ægypti, caliginosum dico in colendi simulachris errore, nō decem plagiis, sed innumeris letalibus ardentiſsimisque sacra illius doctrinae ac diuinæ disciplinæ sagittis transfixit, & figuratum Pharaonē cum omni eius pernicioſa potestate, nūgīque heretici, ac zizaniis plenis, quæ à cacoemonis ipsius fraude oriuntur, ornatiſsimis admirabilis eius ac omni diuīn cognitionis, & eloquentiæ profunditibus demersit. Porro electū Christi populum à Beliar tyrannide, & à superstitione cultura profugum, hostibus vndeque cōtra illius inlurgentibus foliūtudinis mari træcto, & charitate instar columnæ ignis ilucentis deduxit, & nebula nimirum sanctissimi spiritus protectione custodiuīt, ac ad tranquillum vique inculpatæ fidei portum conseruauit. Humana prorsus omnia supergressus in suprema mōntis virtutum specula speciosas pacem annunciantes pedes fixit, diuinamq; caliginem ingressus cum Deo familiariter est locutus, ac diuinæ manifestationis & legilatiōnis, tabulas accepit. Manibus in crucis specie sublati, Amalech Deo infensum in triumphum duxit. Vipereos mortus, ac insidijs dæmonum supplantatos, sagittisque nefariè captos curat, idq; carne verbi, quod in ligno peperdit, morteque subiit, & oppositas vires peremit, quodq; ab ipso probe venerati & spiritu prædicati, & adorati fuit. Et vt alter Iosue Iordanē fecat, ac peculiare populum peditem luccis vestigiis ambulante, portantemque venerabilem ac sacro-sanctam arcam, quæ instar illius veteris Deum continet, traiicit. Detestanda Ierichondiorum argumenta, qui alieni intelliguntur, ac prefidia conspirantiū hæreticoru variō atq; multiplice pro pietate certamine protervit, & pro diuinariū tubari sōnitu, iis quæ ex aduerso percussa euentanda erant, prædicationem instar solis illuminantem, obtendit fūam: prudenterque gubernationem quæ lucē adferret, & quæ cœlitus illi exhibebatur, contra incursum iuperum rapacium, hoc est, falsorum doctorum greges rationis participes deglubentiu op̄ponit. Et immortalem hæreditatem, quæ est in cœlesti Hierusalem iis qui seruandi sunt administrat. Ac sicut iste Solem & Lunā in auxiliū seruari diuinū populi iam aggreditur terrenæ promissionis hostes expellere, sūsist, festinatq; possessionem sibi promissam diuidere, & alter David hostem inaniter se iactantem contra diuum exercitum, & eius propugnatori conuicia facientem funda cū percussisset, & facinorosum illum terræ illisisset, celebrissimam victoriā ex hostibus reportauit, innumeris plausibus ob partam victoriā exceptus ac decantatus. Hic enim cū fortiter se gereret, fide, spe, & fiducia erga Christum innixus, perentem illū perditorem seos inter tyrannoꝫ prævalidū fortitudine, lapide duriore prostrauit: coronam victorię referens infinitis prop̄ laudibus & cantibus pro labore assidue cumulatur. Et alter Ezechiel diuinariū ac mysticarū visionum spectator & interpres varietates diuinarum manifestationum, & figurarum significationem continentium describens, mentem nostram per ea quæ sensu percipiuntur, temuissimis diuinis institutionibus ad speculatio-nei corum quæ animo & cogitatione cernuntur, euicit. At verò quid opus est hunc sacrū & admiran dum præconem iis qui lucem adumbrant, comparare? Præstat hunc ipsum his cōfere, quos lux ipsa Christus per se splendere, secumque versari, & commercium habere dignatus est. Nimirum magno illi & omnium summo Petro, hic coparandus est, cui aeternā, ac sempiternam filij generationem, quæ tota mente ac ratione cōprehendi ac definiri nequit. (Si quidem is cum Patre sempiternus est, ac fine principio) Pater ingenitus & principio cōrēns ſequelus. Super quēm tanq; petram, & inconcūsus fidei fundamentum, Christus vera viue petra, qui omnia fecit & continet, propriam Ecclesiam fabricauit: quemq; cœlestis habitationis ac hæreditatis clauigerum, & hæredem declarauit, ac potestatem illi diuinam li-

gandi

gandi atque soluendi funes peccatorū præbuit. Qui & Regiā Romanū ijs miraculis editis, quæ à Christo vberimè etiam manauerunt, illustravit, & occidua obscuritatem in splendorem clarissimum cōmutauit. Aut etiā comparandus tonitru filio, qui diuina & sublimia, & omnibus humanis auribus ac mentibus inaçelsa, quæ nec ipſis etiam cœlestibus substantiis cōprehenduntur, mundo intonuit, vt qui totq; pectore in verā & perfectā sapientiā incubuerat, & ex beatis semperq; flētibus mylticē ac diuinæ ipsius cognitionis thesauris fluenta purissima hauserat. Vēl Paulo eius illuminatori, & sacrificiorū præsidū cōuenientius esse illū compare, qui conuexa cœlorū supergrellus est, & ea quæ à mortali bus nunquā visa sunt, insperat, & quæ non licet audire, audiuit secretissima verba. Qui in paradyfo nostra veteri patria ambulauit, & beatitudinē, quæ illic est, vitæq; institutiū perscripsit, quæ ob propriā petulantiam, & precepti diuini transgressionē extorris facti sunt, primi parentes nostri. Qui instar auii viuierum orbem terræ peragauit, & ex infidelitatē ad fidem agrestes gentiles conuerit. Horū enim ardorē diuini zeli, ac dilectionis sinceritatē, animi māuetudinem, in propinquos cōmiserationem, modelū & celebritatē, fortitudinis & libertatis loquendi splendorem imitatus, & ad diuinū cuiuslibet illorū vitę institutū suam ipsius eſtingē. Apostolicā gratiā, miraculorumq; potestatē, propheticū splendorē, & abditoia Theologiæ mysteria digna à Domino retulit. Sapientiam enim, quæ ab illo ex Græcorū eruditione collecta est disciplinæ * cœlestis ancillæ constituit, & vti prudē lapis profane disciplinæ ornamenta diuina & cœlesti Theologiæ cōferrauit, ac à supremo diuinæ lucis fonte spirito plenus loquutus est, & de rebus diuinis disseruit, eaq; cōposuit, quæ omnē mentē in admirationē pertraherent. A cōfederatione enim eorū, quæ videtur ad eorū quæ nō videntur contemplationem cogitatione suspensus, tresq; clarissimorū cœlestiū ordinū Ecclesiæ, ac tres sanctissimos Angelicos apparatus sigillatim speculatus, non aliter ac si diuinus quidā atque cœlestis esset Angelus, & in eorū, qui corpore carent, classem cooptatus, ordinemque inter ipsos & sacram prefecturam sortitus, splendorem animi ad sedē cœlissimæ diuinitatis religiosè attollit, labiq; diuino & purissimo carbone purgatis, vnam indiuidua in Trinitate, & increatam diuinitatem, vnam Dominationem, quæ omnia creauit, præuidit, & continet, vna substantiā, vna potestatem, & regnum & potentia, vnam voluntatem & operationē, & tres in unitate hypothæses eiusdem substantiæ, cogitantes, ac oēs sine principio, numero quidē, & proprietatis immutabilibus & immobilitib; diuinas, cū aliqui sint inuicē sine confusione vñate, singulæq; cū proprietate sua considerentur, non loco, nō cōfinio, neque qualibet circumscriptione (incorporeæ enim sunt, nec circumscribi possunt) separatas, Apagè, sed solis relationib; distinctas diuinitus eloguntur, quatenus triplicem illorū enumerationem absq; inquisitione ac collisione cogitare licet, vno cultu & adoratione veneratur. Vnū Deum, vnum Dominū sibi colendum proponit, qui in tribus hypostabis adoratur & colitur, dū ad vnu principium, & causam, Filius & Spiritus sanctus referuntur. Et vt filius quidā ante omnia secula à solo Patre, sive ab illius substantia, & solo, & vñice, sine corpore, sine affectu, sine tempore natus sit. Rursum verò Spiritus sanctus ab ipso solo Patre descendenter, & per Filium processerit, & hominibus le cetero derit, vnius principiatum edocens, non quæ vna persona circumscribit (sieri enim non potest vt aliquid secum dissidente diu perdurer.) Sed quem naturā per honoris conditione, & eadem consilio concordia, & idem motus, & ad vnum ex seipso conspiratio, constituit.

Sed ego dum magni huiusc Theologiæ excellissimam sapientiam humilibus tenuitatis nostræ loquutionibus ostenderem, pertento, similis ei videri possum, qui cotula velit abyssum exhaustire. Extat enim liber diuino splendore plenus, qui radios verborum cœlestium luce solari clariores emittit, quibus tum falsi nominis scientia, quæ necatur anima, caliginem expellit, tum recta & diuina dogmatu turd magnificat & explanat. Non solum enim nuga-menta, & prodigia, mendacia, quæ à semente zizaniorum Apostolorū temporibus superata sunt, haereſi plena radicibus auulit, verū etiam impias blasphemias atque deliria omnia quæ in posterum contra sanctam parisiq; potentia Trinitatem, contraq; verbū Dei hominē factum, nempe Christum seruatorem nostrum, & quæ contra Christiani nominis plenitudinem, & contra ² dedicationem & adorationem sanctarū & venerabilium imaginū in sa-criis Ecclesiis & sedibus Apostolorū per viuierū terrarū orbē irreperat, funditus abſtit. Siquidem Deus palam huius lingua ancipiti quoūis enīe acutiore eminus euulit & incidū quodlibet venenū, germeñum seminum hæreticorum corrupit. Ceterū Euangeli- carum & Apostolicarum prædicationū, & traditionū veritatē confirmauit, ac stabiluit. Proinde vt fulgentissimæ diuinæ prædicationis illustris ac insuperabilis eius elocutio demonstra- rum per viuere iūum terrarū ora- tur, illius verba recitanda sunt, quibus dum de diuinitate, quæ tribus personis, nempe vna trinitate continetur, deque virginem filio Dei, loqueretur, per manifestationem, quæ homi-nibus ob natuitatem eius ex virgine contigit, vñus est. In explicacione enim diuinorum possunt hæretici nomi-

* Vides heretica etiam prophane Græcorum discipulæ ornamenta, diuina & cœlesti theologiae confe-crata suis ab hoc sanctissimo viro, collectamque ex Græcorum eruditio[n]e septentriam discipline cœlesti ancillam constituta[m] suis.

Vide pro hac do-trina processio[n]is spiritus sancti D. Thomā in pri- parte, questi[on]e 37, art. 2, ad secundū

Tu qui dicas Cœ-sis, ac ecclesiæ sicut Hierarchie, nec non & De diuinis nominibus libris, non esse Dionysij Areopagite, vi de ex hoc loco in qua ante erore veritatis.

² Vides D. Dionysij Areopagite, iūiustissime fuso[r] dirū impias blasphemias contra dedicationem & ad orationē sanctarū & venerabilium imaginū, quæ in sacris Ecclesiis & sedibus Apostolorū per viuere iūum terrarū orationē manifesta sunt. Quid hic dicere possunt hæretici nomi-

nominum hæc dicit: In omni serè diuini sermonis tractatio ne summam diuinitatem sancte celebrati videmus, ut Monadem quidem, & vnitatem ob simplicitatem, vnitatemq; eximia eius naturæ partitione carentis, ex qua tanquam vniuersitate potestate in vnu redigimus, nostrisq; quæ mutationi, partitioni, sunt subiectæ, naturis (quod humanum excedit vsum) cōplicatis, in monadem diuinam effigiem referente, vnitatemq; Deū imitantē, colligimus. Ut Trinitatem verò ob demonstrationem in tribus personis fecunditatibus eius, quæ est supra humanum modū, ex qua omnis à patre cognatio in cœlo & in terra est, & nominatur. Ut causam præterea rerum omnium, siquidem omnia per bonitatem eius, quæ vt sint, omnibus elargitur, in lucis sunt edita. Sapientē itē atq; pulchra esse perspicimus, quoniam ex his qui sunt quæcumq; naturæ suę propria feruāt incorrupta, diuinam omnis harmonię, sacrif; decoris sunt plena. Cæterū mirū in modū ab humanitate commendamus, quoniam in vna ex eius personis naturā nostra verè penitusq; coniuncta, reuocans ad se, fibis, adiungens humanā imbecillitatem, ex qua simplex Iesus ineffabiliter est compitus, & qui sempiternus est, tepris aluminis incremento, atque intra naturā nostrā factus est, qui omniem cuiuslibet ordinis naturam (quod humanū more supergreditur) antecellit, nulla tamen propriæ mutatione facta aut confusione. Affinia præterea sunt hisce, quæ de Domini ad homines descensu ad Gaiū scribit: Qua ratione (inquis) Iesus, qui omnia transcedit, omnibus hominibus nature communitate copulatur? Non enim vir autor homini hoc in loco homo dicitur, sed quod tota ipse substantia homo verè existat. Nos verò Iesum non humano more definimus; neque enim homo tantum est, nā si esset tantu homo, naturā homini non excederet. Sed verè homo est qui cum præcipue humanitate sit insignis, homines cæteros antecellit, ac iuxta homines ex hominum substantia, qui substantiam omnem egreditur, humanam carnem assumpt. Porro nihilo propterea minus hac ipsa, quæ substantia vim omnē superat, natura perquam plenus est, qui nimis substantiam omnem huiusmodi naturæ celitudine semper excellit. Cumq; verè ad substantiam descendisset, qui qualibet substantia maior est, substantia nostra accepit, & supra hominem, quæ hominis propria sunt, eusexit. Id virgo admirabili nouitate pariente manifestat, & aqua instabilis, dum materialium ac terrenorum pedū sustinet pondus, nec cedit, sed admiranda potentia instat solidę materiæ subficit. At reliqua, quæ sanè permulta sunt, quis recensendo percurrat? quibus qui accuratè & ultra humanū modū speculatori sue, rit, ea quoq; quæ in humanitate Iesu affirmant, protinus agnoscet vim præstantissimae negationis habere. Et ut breuiter dicamus, neque homo erat, non tanquam humanitatis expes, sed tanquam ex hominibus ortus homines excellebat, homo super homines factus. Ac deinceps neque diuina vt Deus, neque humana rursus vt homo faciens, sed Deus homo factus, nouam quandam summamque agendi potestatem nobis impertivit. In tractatu verò de sacro Ecclesiæ principatu speculationem de diuina vnguento consecratione explicans, ait: Nō igitur faciatissimus diuinorum substantiarum ordo ignorauit, Iesum Deum maximū ē celsis vt sanctificetur descendens, verū ad humanam naturā sese ob diuinam ac ineffabilem eius benignitatem sancte deiecit, ipsum intelligit, & à patre, sequē ipso, ac sancto Spiritu, humano morte sanctificatum cernens, propriū nouit principiū in his quæ summa potestate per substantiam, quæ nullo pacto immutari potest, efficit. Quare sacrorum signorū traditio sancto ac diuino seraphin circumstat vnguento, dum Christum in nostra verè penitusq; humanitate immutabilem agnoscat, atque describit. O sanctissima labia talia proloquuntur. Quām verè in ipsis effusa est gratia donorū Spiritus sancti, à quo dona in eos qui cum animo, tum corpore diuine per purgati sunt, proficiuntur, quæ pontifex hic sanctissimus est consequutus. O lingua rebus diuinis explicandis, sacrif; quæ pandendis maximè necessariā, quæ recondita hæc & arcana mysteria planissima nobis effect. Verè (vt diuinum habet eloquium) calamus scribē velociter scribentis appellata est. O clarissimā mentem, quæ huiusmodi cogitationes, quæ omnium sensum atq; ferme antecellūt, edocta est, & diuinitas illustrata. Quæ enim mēs acutissimè & diuinè perspiciens, non omnem hæreticoru infinitissimā contemnet aciem in brevissimis diuinorum horum verborum præsidij prostrat atq; consumptā, tanquam multitudinem inter molestissimas quasdam vulneratorū voces sanguine puluere que foedatā. Hæc sanè & quidem admodum exigua in illius pulcherrimis diuinæ doctrina hortis, quali flores à nobis excepta sunt, vt excellentiā cælestissimè ipsius Theologie, & incomparabilis ac clarissimè diuinū illius assertiois de vera & incomprehensibili fide laudarem. Porro sapientiā atq; scientiā, quæ cum in gubernando, tum in pascendo grege sibi concredito vñus est, quibus pro dignitate ornata laudibus possem? ex quo enim puppi gubernator insedit, apprehenso temone, vndique ventorum incursus vigilanter explorat, proceraf; procul quidē ac sāpe etiā proximè irruentes precauet, vectoresq; tuos reddit, turbinis incurssiones anteuerterit, rudentibus vela subducit, atque remittit. Cæterū ad secundos ventos attollit, rufusque velut oportu-

ne ape-

nè aperiens nauim clauso subigit, navigationemq; carina vnda personante, secundoq; in pupi pim vento exsilante, latus perficit. Quod si alibi procellosa tempestas ingrat, nauim arte quadam singulari superiori vndis constituit, & incolumem seruat. At si quando venti reflare daberint, altaq; tranquillitas vniuersam fedauerit tempestatē, neq; ita quieti se aut forori dedit, sed remigibus nauim remis subigere imperat, hortaturq; oīno vigilare, vt cum pē ricula nauigantes elugerint, peracta navigatione cū mercibus portū intrare tolleter possint. Non sc̄us erian, ac caprarius aliquis feras pernicioſas & graſiantes, cuspide, funda, virgaque pastorali arcens, si mediis noctibus incursionses facere tentent, facibus telisq; igneis territat, cu stodit autem oues ubique oberrando, illas à noxiis pascuis submouens, & vñibus atq; amoenissimis adducens, quod firmum est atq; sanū, cōseruat in columnę, collapsum verò & ægrotas, aut fractum, aut vñeratum dirigit, conſtrigit, vngit, & reparat. Plerūq; enim ab vñibus & ore ferarum rapacium, quod raptum est neq; penitus est peremptū, sed adhuc spirat & palpit, auellit, recreat, & tanquam de morte ad vitam reuocat. Hoc modo sapientissimum iste gubernator Ecclesiam vt naugā nuper compactum in medio mari fluctibus vndiq; ingreditibus regere aggressus est, & gregis nuper nati, qui cōpōs est rationis, præfecturam gesit. Simulachrorum item insania vehementer ingraueſcente cū tyranni, tum stultorum mundi sapientū, ac Rhetorū, qui contra eos qui ex Iudaica & vñbratili legis obſeruatione Gētīliq; impierat ad sanctā Christi fidē transplantati sunt, crudelius q; feræ deserviunt. Præfectus laudatissimus, & generosissimus Christi pastor, & Apoftolica præfectura sanè q; dignus declaratus est, & electu Dei populum perspicaci, vigili, ac intrepido animo rexit, & feritate eorū qui prophani & alieni à fide prædicatione aduerlantur, purissimā precū crebribate, ac loquendi libertate, sanctarumq; manuum extensione, nec nō alsidus erga Deū qui ipsam frangere feritatem potest supplicationibus cōmutauit. Porro eorum qui amicitia prætextum cū nihilō fete pessimis hoīibus melius habeant, ouium quidē pellē exterius, lupi verò habitū interius circuncincti, infidias animo struunt, perspicuum omnibus dolū & fraudē fecit. Propositiones verò intentiones, ac oppositiones sophistarum, Rhetorumq; cōtra seruatoris doctrinā differērentur, ac dialeūcīs dicendi rationibus, sophisticisq; ac Rhetorice argumentis vñctū, aranea telam, quæ dissolui a frangi facile positi, existimabat, & eorū noxias canulationes atq; problema singula dilacerabat, & faciliū dissoluebat. Quin etiam aduersus viæ salutis hostes, Dei & Regis nostri Christi potentia, quæ omnia potest, vigilans perdurabat, fremitus illorum cōprimens, & falsi nominis scientiam refellens. Atq; maximū quidem referre existimabat, si cicatrices impietatis & abominationis, quæ perperā anteā inustæ fuerant, à difficulitorum animis aboleret, & diuinā pietatis, coelestisq; sapientie præcepta illarū loco imprimet. Neq; vero eorū quæ tradiderat atque docuerat, fructus (vt aliquis existimare posset) repeate & negligebat: minime verò quin diuinorū sermonū mysteria, quæ non recte factis intererentur, ariboribus foliorum quidē vberate ernatis, ceterū sterilitate laborantibus similia esse assuerabat, & fidē sine operibus mortuam esse docebat, istudq; in primis doctrina illius spectabat, vt fides mandatorū sese obſeruationibus decorarent, neque vñli aliud certius argumentum sincerae & stabilis in Christi fidei & dilectionis exilere dicebat, admōnens vt horrendū futurū iudicium pertimescerent, in quo quisq; prout vixerit, aut egerit, rationem est redditurus. 3 & eī qui recte fidem custodierit, vita Christiano viro consentaneā 3. Vides heretice, quod hec est fides Sanctorū omniū, ac totius Ecclesie, inſtituens, iuxta Euangelicā viam & Apo- dōctrina, nō ſufficiat, ſed requiriſt, ſed ſalutē ad- ſtē bona opera, et vitam Christianam ſeruere quā yocet.

enim Ecclesiæ corpus, quod multis variisq; cū gentibus & moribus, tum institutis & legibus conſtat, ipse simplex, multiplex, & varius gubernabat. Simplex quidem rectitudine & veritate, ab omni versutia & fraude alienus existens: Varius autem, omni recte ad- ministrationis & præfecturæ artificio aptam singulis curationem, & viuendi rationem adferens: & vni quidem ægrotantium vnam, alteri verò alteram ſalubrem medicinam sapientiæ necessarioſe admouebat. Nam & currentes hortabatur, vt eorum quæ reñō sunt obliiti, ad anteriora extenderentur: rufus torpentes ignauoſque ad imitationem probat curientium impellebat. Quod si ouis ab ouili aliqua exiliſſet, longeque aberrasset, in solitudinibus circumdeudo inuestigabat, fistula & pastoralibus canionibus reuocabat, omniaque pera-

*Quid hic appellat
Lat. Dionysius san.
cta mysteriorum
sacrificia, nisi Mis-
se celebratio rem?
Ut eos confundat
qui nostro tempo-
re negat missam
esse sacrificium.*

pergebat & patiebatur, ut quæ errauerat, serueretur. Manum verò iis qui à recta via desfessent, porrigebat, & humi facentes erigebat. Ceterum quāniuslē delinquentes insolētēs; & auctorēs à disciplina reprehenderet, quomodoque eos qui à proximis iniuria afficerentur, opprimerenturque vindicaret, quantaque in delinquentes clementia vtereret, cunctis penitentia portas pandendo, dum eos qui conuerterentur, libenter hilariterque tanquam Christi imitator admitteret, & Nouati duritiem ac superbiam elationem, vbi primum verbū Dei prædictare aggressus est, a sacrificiis in omnibus ablegaret: oratio narrationem eorum quæ à Demophilo audacter dicta sunt, leuiter attingens auditoribus declarabit, permittens ut ex electione eorum quæ pastor admirandus ad illum scriptis, plenius instruantur. Demophilus iste virus ex ministris illis, qui à Dionysio diuino institutore facis initiati erant, ex provincia Athenis subiecta oriundus, per sacram ciuius sanctamque manū impositionem minister ordinatus fuit. Ceterum qui censemunt hoc ordine monachi appellatū, hoc cognomine illo maxime tempore nuncupati, qui ad portas templi iubebantur assistere. Igitur cum propriū hic presbyterū tyrannece oppresſisset, in adytaque quo procedere illi non sicebat, infiliūsset, ab altari quoque ac hominum consecratorū loco illum lumeniuit, nec sine conuiciis ac contumelias expulit, quasi egrè ac moleſtè ferens sacerdotem imitatem Christi, post peccata quædam penitentiam agentem admisit, quem vti impium aliquem ac scelerosum Demophilus arbitratus, calce expulerat, vt cunque ille rubore perfusus fateretur ad medicinā se malorū accessibilem, sibiq; ignosci rogaret. Cumque Demophilus proſrus illum repulisset, magnū quidam ſibi viſus est prætitiile. Itaque magnifice gloria ſe maximo pastori quæ paracta effient communicat, ad quem epistolam illā maximē uilem ac lapidētissimam, omni virtute ac disciplina refertar vir diuinissimus scriptis, qua inenarrabilem benignissimam Domini nostrā Iesu Christi circa nos praeferrit penitentiam agentes misericordiam, & ſuam ipsius Deo ſimilem commiſerationem declarauit, horrenda historia in medium allata, quam vobis, qui ingenti animi ardore gesta laudatissimi patris glorioſa libenter audire coniueiſtis, propona. Si libert(inqut) diuinam lanci cuiusdā viri uitioiem memorabo, neque irriseris: vera enim dicam. Cum aliquando Cretam appulisseſt, sanctus Carpus hospitio me fuſcepit, vir ſi quisquam alijs, ob ingentem animi puritatēm diuinis ſpeculationibus aptissimus: qui nec lance prius 5 lancā mylterioriſi sacrificia aggrediebatur, quām inter primas precez, quæ ante sacrificium peraguntur, ſacra illi ac propria vilio apparuiſſet. Iſipsum igitur (vt idem aiebat) infidelis quidam aliquando triftitia afficerat. Triftitia autem hæc erat, quod quendam ille ab Ecclesia ad impietatem abduxerat. Cumque Hilariorum ab ipso festi dies agerentur, & pro vtrisque (vt virum bonum decebat) preces effundere, Deumque seruatoem in auxilium accipe debuſſerit, vt alterum quidem ab errore conuerteret, alterum verò benignitate ſuperaret, nec omni vita tempore ab admonendo desifere, vt eos hac ratione ad Dei cognitionē adduceret, & que in controuersiam venerant, tandem aliquando iudicarentur, ut quæ temere per audaciam patrata effent, iure legitimo emendare cogerentur: is (cum id non prius ſibi contigisset) nescio quo pacto tum magno quodam odio ac amaritudine animi intabuit, itaque male affectus (erat enim vesperra) obdormiit. Ceterum media nocte (ipse namque coniueuerat hoc tempore ad diuinas laudes apud fe vigilare) surrexit, cum neque ſomnos ipſos: nam & multi, & crebrè interrupti fuerant, ablique perturbatione cepifer, nihil ſecius ad diuinam colloquitionem ſtans, indignè triftabatur, & moleſtè ferebat, non effe iustum afferens, ſi viri impij, quique peruerterent vias Domini rectas, viuerent. Et cum hæc diceret, Deum obſerbat, vt fulmine aliquo amborum vitas fine villa misericordia proſrus abrumperet. Quæ cum dixiſſet, confeſſionis ſibi viſum eſſe videre referebat, domum in qua erat, primum quidem à ſummo culmine permotam, in duas partes medianam diuidi, ac rogum ante ſe magni luminis, & hunc (locus enim deinceps ſub dio effe videbatur) ē celo ad ſe vſque deferri, cœlum verò ipsum apertum, & ſuper dorſo cœli Iesum, cui innumerabilis Angelorum multitudine humanam effigiem præ ſe ferentium affiſtebat, & hæc quidē ſuperne vidisse, admiratumque eſſe Carpus aiebat. Cum verò in terram oculos diuinaſſeret, ſolum ipsum inſtar immensi ac profundi cuiusdam hiatus diuſſum ſe vidisse dixit, & homines quidem illos, quibus male imprecatus fuerat, ante ſe iuxta os hiatus illius confiſſere trementes ac miserables, vt parum abeſſeret, quin præ pedum ſuorum inconstantia iam iam deiiciendi viderentur: verū ſub hiatu ſerpentes ſursum reperere, & circa pedes illorum ſeſe mouentes, interdum quidem in ſpiram contractos, ſimil ingravare atque pertrahere: interdum verò dentibus, caudisque aduentores, irritantesque, vt qui in voraginiem illos præcipitare omnino molirentur. Fuisse etiam viros quofdam, qui in medio pro fermentibus contra viros ſimil irruerent, perturbarent, impetum ſimil facerent ac ferirent. Porro illi iam iam casuri videbantur, alij quidem inuiti, alij verò voluntarij, cum à malo ſenſio

se lætata, ac superiora neglexisse dicebat, molestè verò grauiterque tulisse, quod nec dum cecidissent, sepeque cum in hoc negotium incumberet, nihil profecisse, ac propterea indignatione affectum illis imprecatum esse. Moxque cum sursum oculos eleuasset, viduisse rufus dicebat cælum, vt prius viderat, Iesumque factum illud miseratum de excellâ sua fide surrexisse, ac ad eos vique benignam illis manum porrigitem descendisse. Angelos item cum ipso simul alium aliunde aslumentes, pro viris illis restitisse, Iesumque Caro, manu adhuc extenta, dixisse: Deinceps me hostiliter percutere, paratus enim sum denuò pro hominibus iterum feruandis mortem oppetrere. Hoc mihi perantiquum fuerit, dum ne cæteri homines peccent. Intuere præterea num vsui futurum sit, hoc in hac voragine, & cum serpibus domicilium, cum Dei, ac bonorum, & humani generis peramantium Angelorum confortio permutare. Hæc sunt que ego audiui, veraq; esle credo. Omnino sane in admiranda diuina illa visione, amplissimi sacerdotis clementiam circa genus humanum non minus admirati estis, quam clementissimi erga nos summi ac maximi sacerdotis Christi benignitatem. Hac audita vehementer etiam admirabimini, si Apostolica certamina cursusque atque dona celestia audieritis, quibus illustris factus per totum orbem terrarum emicuit. Nō enim Atheniensium solum pastor & magister fuit, sed magister magistrorum, pastor pastorum, cau- sarum cognitor, & legum lator fuit. Neque in Græcia finibus cursus illi terminatus est, sed visque Illyricum Paulum ducens sum & sacerdotum in institutore proximè sequitus est. Cum enim Apostolicam gratiam & signorum potestatem accepisset, instar Apolloli vbiq; tanquam percurrebat: Euangeliū veræ vite prædicabat, sagenis Apostolicis retibusq; quibus viui homines caperentur, ex ignorantis profundo erroris caligine oppresos ad veritatis lucem prouehebat. Nam quod ijs quibus per varias regiones atque insulas Ecclesiarum præfœtura officiūque concreditum erat, tanquam doctor & aliis quidam summus Apcollus, exemplaria doctrinæ & monita recondita proponeret, aperte declarant decretâ illa diuina & mystica præcepta que ab ipso tradita leguntur sanctissimis Ephesiorum, Smyrnensium, atque Creterium præfulibus. Timotheo, Polycapo, & Tito, quos ipsa sacerdotia Ecclesie fundamenta, Apostolos, loquor, in Episcopos antea designavant. Quod verò cursum etiam Apostolicum perfecerit, & admirandis editis miraculis diuinis gloriósus apparuerit, multa quidem & alia fidem facient, quibus sequens oratio, quasi in transuersu manifestando percurrit, grauia certamina, que ille fortissime dimicauit. Sed in primis nubes illa que ab Occidentis partibus abrupte sublimem ipsum abstulit, perque aëre ambulantē & celatum abduxit, vti etiā summos Dei inspectores, & Theologos Apostolos, alium aliunde repente è finibus terræ in celeberrimam communem omnium Christianorum matrem Hierusalem asportauit, & in excellâ diuinorū mysteriorum arce Sion Ecclesiarum matre, cæteris Christi discipulis copulauit, cum Dei matris innocentissimæ corpori iusta persolverentur, quod ob editum filij Dei parti, qui ex ipsa natus est, & orum carnis ineffabilitate accepit, cum eaq; familiariter vixit, magnis honoribus auctu à cœlestibus Angelorum ordinibus plurima cù pompa elatum est. Et ipsius delubrum mirandum in modum extructum sanctissimis & diuinisq; Apostolorum capitibus & manibus ex Sion in Geslemani translatum, linguis diuino spiritu percisis, ignis ac diuinissimis laudatu, & gloria cumulatum est. Hinc Virgo integrissima, que omnibus cœlestibus potestatis sublimior est, & omni creationi dominatur, post celebratâ eius memoriâ ad sublimiore cœli requiem est asumpta. At diuini ipsius præconis verba audiēda sunt: Neque enim de Angelico ac decentissimo chorœ illius per aërem euolantis aduentu testis alius fide dignior inueniri posset. Et sane hoc ipsum quoq; perquam accuratè nobis obseruatū est, vt quæ præceptor ipse diuinus manifesta demonstratione tradidit, nos non attingamus, ne idipsum tractaremus, eloquia quæ ab ipso proposita sunt, repetentes. Siquidem apud Præfides nostros numine afflatus, & nos (vt ipse noſti) & plerique ex sanctis fratribus nostris ad visendum corpus illi d, quod vitæ nobis principium attulit, Deumq; suscepit, cœunimus. Aderant præterea Iacobus frater Domini, & Petrus summa, & maximè veneranda Theologorū maiestas. Deinde vifum est, vt omnes sacri præfules post visionē illam, præpotentem diuinæ imbecillitatē benignitatē pro viribus quisq; suis celebraret. Porro post Theologos, omnes (vt noſti) sacros doctores superavit totus admiratione plenus, & præ stupore extra se positus, & eorū qualia laudabat, communione affectus. Idcirco ob ea omnia, quæ audita sunt, & oculis perspecta, seu intellecta, seu non intellecta, numine afflatus esse, & diuinus laudandi magister est iudicatus. Quid si ea tibi quæ illuc diuina ratione tractata sunt, eloquar? Etenim nisi mei penitus sim oblitus, scio me partes quasdam diuinarum illarum laudationū abs te saepius audire. Quamobrem nullus dilectissimi, orationi fidem habere detrectet, cum eos qui circa Cornelium fuere, animo reputauerit; nam & illi non aliter ac qui cí Petro, Ioanne, & Iacobo fuerunt, gratia sancti spiritus sub forma linguarum impleti, linguis loqui-

est. 6 Ecce verit quod
toni nulgo dicitur, A.
neis poſtulat omnes
cte ſanctissima Dei
mo genitricis exequiis
unt: interfuſſe, divinis
eftis que illorum copia
ſeribus et manibus
92a eius funus fuſſe
elatum.

no- Hierotheum in-
sue- stitutorem suum
i intelligit,

SS ti sunt;

ti sunt, & edendorum miraculorum potestate acceperunt. Quomodo enim qui quoquo-
verum erant dispersi, atq; alius aliò hospitiū dirigere, & minus Apostolicū exequi mandatū
habuerant, sic breuisimo tempore iuncti simul cōuenienter, nisi vehiculo diuino nubi simili
quisque dignus habitus esset? Et quidem omnibus, qui in initio salutaris prædicationis in ve-
ra fide ambulantes ab ipsa diuina luce illuminati sunt, genera linguarum, sanitatum dona, di-
uersarum virtutum operationes abunde à spiritu coelestium donorum largitore, & boni to-
tius fonte, neandum magno illi Dionysio Apostolorum coœuo sunt impetrata. At sacra iniusti
ipius martyrij tuba, oportuniō sonans, diuina ipsius certamina ingredi, ac intueri hortatur,
orationemq; ad gloriola ipsius facinora celebranda transferre. Veruntamen antequā de mar-
tyrij ipsius progreſibus dicere incipiamus, illud benignos auditores fecire oportet, quod scri-
pta Deo plena diuini præconis, sacrifiquē martyris cuius laudes nobis proposuimus, fequentes,
beatum eius agonem in poſtretrī Traiani regni diebus fuile accepimus. Nam in qua-
to narratione diuinis nominibus, capite, vbi amoris appellationem laudat, dicit: Iam ve-
rō quib[us]dam ex nostris sacramon tractatoribus viſum est, amoris nomen, quām dilectionis
elle diuinius. Scribit enim & diuinius Egnatius: Amor meus cruci suffixus est. Hoc enim
verbum diuinius Egnatius extremo supplicio Romæ dimicaturus, ac leonibus imperio Tra-
iani regis cibus projiciendus, circa nonum Regni ipius annum, defauientis contra Christianos
pietas amantisimos, Romanis per epistolam scriptus. Ut hinc liqueat, sub finem tyran-
nicae sauitie (vt pridem diximus) Dionysii sacramon interpretetur mortem, occubuisse.
Verū cùm ad beatissimum Ioannem scriberet tonitru filium, ac omnibus cùm terrenis, cùm
coelestibus sublimiorē, qui de rebus diuinis instar tonitru loquuntur est, qui que in Pathmo,
edicto Domitianī post Titum fratrem eius Regnum adepti, (ambo enim Vespasiani filii fuē-
re) exulauit, cùm circa vleūm regni eius annum contra fidem. Cuius, propheticē hoc
(cūm futurorum predicendorum gratia insignitus esset) prænunciando dixit: Nos certe nullum
infortunium priuabit Ioannis radio omnia collustrante, nunc quidem memoria &
innouatione tuae vere Theologiae confequentes, paulò verò pōst (dicam enim, eſi hoc teme-
rariū videatur yobis ipsi coniungendos. Sum autem omnino fide dignior, si ea que à Deo
didici, queq; tibi præcognita sunt, etiam dixerō, quod ex Pathmi carcere liber dimitteris, &
in Asiae regionem reueteris, ibi imitandare tristudinis exempla peracturus, & ea posteris tra-
dituris. Domitiano igitur non multò pōst vita functo, iuxta oraculum summi Patris Apo-
stolicis & Propheticis donis insigniti, Nera regnum adeptus, eos qui in exilio erant, re-
uocauit. Tum verò Euangelista quoque maximus in Ephesiorum Metropolim ciuitatem
reuersus est, & oraculum rei euēntus comprobauit. Porro cùm iam Nera ipse quoque de-
cessisset, qui habenas Romani principatus moderabatur, imperium ad Traianum Regē de-
uolutū est, qui contra Scythas, Thracef[er]q; ac quāplurimis alias gentes parta victoria elatus,
existimatū nemini imperare posse, nisi etiā venerandā, ac piam Christianorum cōgregatio-
nem cultui & adorationi dāmonū, qui sunt detestanda simulachra, subderat. Proinde atrox
illis bellam indixit, & vniuerſam eius ditionem cruentū, quoque ſeruum ſauitissimis
qualitoribus dimisit, inebriauit, mandans, vt ipſi omnes Christianos simulachris sacrificia
facere improbè cogerent, non obteperante aurem, omni suppliciorum genere interimeret.
Beatus igitur, terq; ſapiūlq; beatus Dionysius septuagesimū aetati annum agens, per mille
opprobria, tormenta, bella, & pericula mortis, cùm à luē gentis hominibus, rum interduum
à fide & religione coniunctis, domeſtificū; philofophis, præſertim incipientibus, tranſuit,
& tam ingenti barbarorum ac gentilium in colendis simulachris infantium multitudini,
nec non ferociſimā impiorū ac crudelium Hebraeorum dispersioni expositus, cursum du-
plum peregit eius, quem Paulus, qui multum decertauit, quiq; cœlis illatus eſt, fecerat, quatenus
prælert ad temporis longitudinem ſpectat, & variis populos, quos ſignis & prodi-
gijs ab ipso, virute ſancti ſpiritus editis, fidei, qua in Christū eſt, conciliavit; dum primè per-
ſecutionis longissimos, ac moleſtissimos curſus perageret, quos perſectorū primus, & omni-
um quotquot vnuquam regnauerunt, pessimus atq; impurissimus Nero contra Christianū
populum excitauit, qui & summos Christi discipulos de medio tulit. Reliquas verò tem-
peſtates, quæ ſubfecuta ſunt, quas infania Domitianī contra fideles adduxit, cùm fortiter
pertulit, in omnibusque probatus apparuit, celeberrimam gloriam retulit. Quare fama
velox quoconque permeans clarissimum eius nomen apergitim Traiani auribus inſonuit,
Apostolicū eius curſum, quem vbique velocem ambierat, iñſtar tonitru annūciās, mul-
tuim item ſudorem, laborem, potestate, cùm in verbis, tum in factis, quibus diuinissima
& ſalutaris fides prædicta ſignis atque miraculis ab ipſo admirabiliter editis confirmare-
tur, atque dilataretur, gentilium verò ſuperitionem & cultum ſimulachrorum infami-
ri atque diſſoluī. Quas ob res Tyrannus ſurens, turbatus quodam animo, vi feræ crudeles,
qui

S A N C T O R V M H I S T O R I A . P A R T . I . 4 3

qui Phalatim, Echetumque ſauitia, immanitate ac crudelitate ſuperare dicerentur, ad partes
Occidentis delinauit, inuncto illis onere vestigandi ac persequendi diuini præconis: & fi-
cubi illum decretis regiis cedere, dæmonibus inferire ac ſacrificare reperiſſent, honoribus
decorarent, ipsumque hominum corona ſtipatum ad ſe deducerent: ſin minus pareret, ibidē
capitis obruptione puniretur. Igitur ministri diaboloi ſeuifima Tyranni præcepta impe-
nentes, tanquam equi quidam ſtimulis agitati, vel famelicæ feræ ad venationem excitatae,
in Gallia regionē cūcurren̄t, ibique gregarios quodam ſimulq; plebæios ſolicitabant, vt
celeberrimū diuinū præconē inquirerent. Qui ſancte cūm in Paresia paruo oppidulo, quod ſic
appellatur, eum inquirentibus eſet oſtenſus, eō celiter prōperarunt, ipsumq; caliginem, ac
in colendis ſimulachris errorē & infanīā, tum veritatis præconio, tum diuinę doctrinę ſplē-
dore, ac miraculorum prodigiis propellentē offenduerunt. Oculis enim cæcorū lux reſtitue-
batur, ſurdorū aures aperiebantur, ſinguæ mutorum ſoluebantur, inceſſuſ claudorū cōſtrin-
gebantur, variis morbis obſtricti, imploratoſ Seruatoris omnipotentis auxilio, per admiran-
dæ ſanctitatis eius ministrum mira facientem, ac in tenebris ignorantiq; poſtos ad cognitio-
nis & ſalutis lucem adducentem, liberabantur. Interim enim fideliū multitudine augeba-
tur, Deoque per Galliam, ac magnam Germaniā prouinciam delubra ponebantur, numerus
verò ſuperſtitioſorum deſcrebat, & ſimulachrorum templū diruebantur, Beliarique hostis
potestas, & fraſ conceſcabatur, iſque in triumphum duecebatur. Quamobrem miſer nō fe-
rens cernere ſuam ipſius potentiam diſſolui, obedientes & ministros contra virum ſanctum
potentie illius inuaforem, & dedecoris indicem impulit, qui furibundi cūm ipsum comprehen-
dissent cum Rustico & Eleutherio ſanctissimis eius discipulis, ſiliſque ſpiritu ſibi coiun-
ctis, quorum illum quidem ſacrificiū, hunc verò ſacrorum ministrum conſecrat, ad Ty-
rani tribunū fitunt. Simul enim ambo decertabant, ac duxtoris & præceptoris ſui, quemad-
modum etiam Pauli orbis terræ luminis Sylvanus & Timotheus, certaminis & cursus ſo-
cij erant. Hos toruo ac draconis aspectu intuētes, leonis rugitu interrogabant, dicentes: O de-
ſpicate ſenex, tūne es ille, qui culū deorum noſtrorū vetas, populoque arte magica, & di-
cendi artificio, ac præſtigiis confiſti, illos venerari, & inuictis parere Regibus reſiſtiſ, viñq; ſan-
ctorum illorū reiſiſ? Cui nam temet addixiſt? aut qua religione obſtrictus eſt, & quē
Deum prædictas? Ille verò audaciſimam illorū contumacia nihil veritus, animoſe valde re-
ſpondit: Veſtra ego impietatis vaſtator ſum, impuritatis, ſimulachrorum euerſor, ac omnis
gentilium erroris diffamator, potentia Christi viageniti Dei filij addictus, cui meipſum fer-
uum conſtitui, cui etiam ſeruo in ſpiritu meo, qui ante quidem omnia ſecula ſine affectione,
& extra tempus à patre genitus fuī, in fine autem ſeculorum ex Maria virgine, ſine ſemine
ac corruptione carneum affluſt, & in lucem editus, in omnibus, præter peccatum, mortali
homini (vt nos fumus) ſimilis factus, & cruce ſua ac morte diaboloi imperiū, perempta mor-
te, iriuit fecit, ad inferosque laceros descendit, & ibi tenebras diſſoluit, ac eius reſurrecione,
quo tertio die à mortuis facta eſt, lux mundi iluxit, vitamque & incorruptionem attulit: qui
vnum Deum in tribus personis inconfusè diuifis, nempe in Patri, & Filo, & Spiritu ſancti
docuit venerari, cūm ipſe aliqui vnu increare Trinitatis existens, ſimul cum patre ſan-
ctoque ſpiritu ſempiternum, ſine principio, ſiuſdemq; ſubſtantiae ſit. Hunc verū Deum pre-
dicamus, hanc puram & irreprehensibilem fidem annūciamus, pro hac omnia pati parati
ſumus, nō ignē, nō gladiū, nō immanem ferarū agrestium feritatem, neq; hanc nunc à vobis
tormentorū faciem excogitatam pertimescimus. Hanc igitur fortissimi ac ſapientissimi Senis
animi fortitudinem Tyranni admirati, eidem rurſus eiſi que certaminis ſociis discipulis mi-
ninas ſpirantes & inſiantes dixerunt: Itane Regum noſtrorū & principum iuſſa, decretaque
à vobis contemnunt, & honor Deorū noſtrorum in ſuperabilitum & potestas despiciunt? At
diuſi ſacerdos martyrum acie, cūm ob verborum, tum operum excellentiam antefignanus,
audientiū rurſus respondit: Faceſſat Regis ac principum omnis impietas, & edictum Deo
contrarium, & vſtri dij qui nec coolum nec terram fecerunt, vt imbecilles, vt vani, vt verē
abominabiles perent, indigni de quibus verba ſiant: dæmonia enim ſunt, & figuræ caco-
donis conſilio efficiunt, & artificioſa manuum hominum opera. Similes igitur illis ſiant ſurdī,
caci, ſenſus expertes, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Nos enim verū rerum
omnium Deum opificem, curatorem, & vitæ principem agnoscimus, & ipſum ſolum vene-
ramur ac prædicamus, ſperme in ipſum ponimus, & pro ipſo mori libenter parati ſumus,
nōque tanquam ſacras victimas & hoſtias reputamus, & properantes ad hanc iugulationē,
valde gloriamur, vt qui nos denū ſuſtrecturos, melioremque ac beatiorē, perpetuoq; dura-
tur hereditatē cōſecuturos certò creditus, atque adeo incorruptis coroniſ decoratiū i-
ri. Vos verò rurſus, quoquot in ipſum nō creditis, ſed diuinitatē eius, regnumq; verū ſempiter-
num, & fine carens propellētes, ministros eius interficitis, ſempiterno igni, & immiedicabili-

bus perpetuisque suppliciis traditos intuebimur. Ad hæc flagitiosissimi, & ab omni pietate alienissimi persecutores perturbati, ira plena ac indignatione, freneticeq; dentibus, enibus eductis, sanctissimo Dei præconi iugulum promptè præbenti diuinum sacratissimumq; caput, ac deinde capita duorum viæ, cursus, ac certaminum, non minus quam prædicationis sciorum, amputauerunt: dum ipsi ad cursum martyrij ac postremi finis certam ceruices proptè prouiciæt, enibsq; ita alacriter protéderentes anteuertere alter alteri festinarent, vt non à dñe & sacro institutore suo in hac mortali & spinas producente vita omnino relinquenter, sed, vt dux ac præceptor eorum, ad muneratorem Deum breuiter cum eo simul commigrarent: Vt quemadmodum vna in certaminibus laborabant, eadem etiam coronas & præmia laboris participes simul acciperent. Quo enim pauci qui probè à pueris instruti, multis qui ac variis exercitati laborios certaminibus, diuino Christi ipsius amore flagabant, quibus omnibus, nec corpori nec animo parere didicerant, vt ipso solo vero ligno vitæ fruerentur, non doctoris & præceptoris sui promptitudinem ad martyrij certamen imitarentur? Sicut enim fortissimus exercitus Imperator, qui seipso primus exponat, commilitonibus animos addit, dum bellicum canere præcipit, & hostium exercitus obvius primus efficitur. Sic diuinorum peritissimus senex, grauitate ac maturitate senectutem allegatus, ad beatissimam pro Christo cædem primus exiliens, coronas victoriae prætulit, & dulcissimos filios ad subsequendum, ac eandem beatissimam morte libenter eligendam præparauit. Quis igitur eum, qui septuaginta annos natus Apostolicis cursum confecerit, seruatorem Christi prædicauerit, verbi salutaris nobiliter & incorruptam semetem in terris rationis participibus seminarit, copiosam spicam messuerit, & fructus apprimè nobiles & honoratos in horreis sacris reposuerit, dignè admirari posset? Quis eum qui hucusque temporis Euangelico ritu strenuè gesserit, ac inter tyrannos Christum oppugnantes, ac populum leonibus ac lupis oppoltis ferociorem, victoriæ retulerit, sati pro dignitate laudaret? Quæ lingua ad eius virtutes, rectè facta, & certamina celebranda sufficeret? Quæ quidem tribus terræ administrare sunt, celorum ordines beata prædauerunt, Christus Rex omnium, & præmiorum distributio approbavit, & præconiis quibus victores ornari solent, coronisque illustribus, tam rectè munus Christianum exequutum, ac decertantem coronauit.

* Anima Dionsii
suum coronam stipata
Angelorum, ad cor
Iesum culmina se
nolauit.

* Defunct non
nulla.

* Ecce quomodo
ex sanctorum mes
moribus illorumque
generabilibus se
palbris ciuitates
sanctificantur.
8. Ecce quomodo
ex sanctorum mes
moribus illorumque
generabilibus se
palbris ciuitates
sanctificantur.

secretione fundatus, vestrisque erga Deum benignis precibus ignem è cœlo deducentibus fundatus, quæ quinquagenarios, & centuriones, ac millenarios impios cum Barbaricis illorū exercitibus abflumant. Salutaris portus propositus es, suscipiens eos qui ex vitæ huius tēpestate secedunt: & pratum particeps fenus ac rationis, quod omnigenam circumiacentem temeritatem, tanquam horrus ille qui erat in Eden, arceat. In hac tuum sanctissimum templū erectum est, quod omne singulari benignitate fidelibus refrigerium præstat, ac quibuslibet ipsius alimentis oppofitam mensam implet, quæ animas faciat, flore compellit, atq; incorruptam vitam elargitur. Es igitur Parens diuino & sublimi altari impositus inter eos qui tecum coronati sunt medius aſſistens, benignum Iesum verum Deum, summumq; ſacerdotem, coronatorem, & omnis benignitatis autorem, viuens mundo propitium reddens, quem dilexisti, quem prædictasti, per quem capite truncatus coronam digne retulisti, nunc eos qui in sacram, ac venerandam hanc tuam 9 celebratrem & oportatissimam memoriam celebres conuentus agunt, laudantes, ac martyriū præmio dignissimum honorantes, aſpiceret, amplexari, atque iis bene precati, ac benignum Deum propitium reddere, & precibus compellare velis, te, maxime ac diuinissime Praeful, martyriū illustrissime, obſecramus, vt à molestia vitæ quæ nos circumstat, liberare: tyrannidem, quæ in nos graffatur, collere: meo rem, quo obſci fumus, repellere: tranquillitatem ac profundam requietem, & statum perturbatione vacuum. Ecclesiis impertiri dignetur: vt pace constituta, & vna diuinæ religionis concordia, & patritate confiliū dominante, verus & summus ille pastor, & princeps pacis Christus ab omnibus vnanimiter glorificetur. Quem decet omnis gloria, & honor, & imperium cum eius patre, qui principio caret, euādem substantia, & ſpiritu sancto benigno vitæ que datore, nunc, & ſemper, & in perpetuas ſeculorum aeternitates. Amen.

⁹ Vide num ero
tiquis Ecclesiis
mos fuerit in san
ctorū ſefficitatis
bus ſolennes con
uentus apud corū
Ecclesiæ agere.
Vide nū ſancti in
celo pro nobis ſa
rent. Vide nū an
tiqui patres ſan
tos inuocarent,
ne ob id illempant
obtenebant ne
cessaria Deli inno
cationem.

VITA DIONYSI AREOPAGITÆ,

per Suidam ſcripta, & per Albertum Linum Cleri-
cum Veronensem interpretata.

Dionysius Areopagita, Athenianus Episcopus fuit, vir excellentissimus, exterisque disciplinis eruditissimus, à Paulo ad Christianam religionem institutus. Quod verò ad exterrinæ disciplinarum ſtudia attinet, quæ Athenis vigebant, doctrina omnes anteibat. Nā singularum propemodū quæ ab eis coluntur, ſectorum, magnam habuit cognitionem. Hic Paulum Apofolū Athenis concionantem, Christumq; & resurrectionē Gracis audacter, libereq; euangelizantem audiuīt, quomq; Pauli prædicatione perfeata Christianam fidem obſliterunt, quia ambo ſe manciparet, amplius follet, ab ipso etiam Episcopus vbi præficitur. Initio itaque Imperij Tiberij Cesaris, quo quidē tempore & ipſe florente erat atrox, in Aegyptum nauigauit, cum ſapiētibus eius regionis congregandi cupidus. Erat autem vna cum eo & Apollophanes ille ſophista, quen Polemon Laodicensis Aristidis preceptor Smyrnae perpetuò audiuīt. Quum igitur Chilus Dominus ſupplicio crucis afficeretur, erant ambo Heliopoli, quæ eft in Aegypto. Ac fanè Eclypſi Solis non ſecundum naturam facta (neque enim coniunctionis tēpus erat) Apollophanus ſophista hæc ad beatum Dionysium dixisse ferunt: O bone Dionysii, Diuinayū viciſſitudines rerum ſunt. Commemorat autem hæc omnia ipse Dionysius in epiftola quæ ad Polycarpum magnum Smyrnæ Episcopum ſcripsit (conuictis enim Dionysium ob Christianam ab eo religionē ſuceptam Apollophanes confeſtabatur) & ait: Tu autem affirmas Apollophanum ſophistam in me maledicta coniicare, parricidamq; appellare, quippe qui Græcorū doctrinis contra Græcos vtar non p̄. At nos verius aduerſus illū poſtemus dicere, Græcos diuinis contra diuinā nefarie vti, diuinum cultum per Dei ſapiētiam conates exterminate: & paulo pōst, Verum & ipſe Apollophanes diuinis contra diuinā vtritū non p̄. Nā rerum cognitione, quæ ab ipſo dicitur philosophia, atque à diuino Paulo Dei ſapiētia nūcupatur, veros philosophos ad autorē tū ipſarū rerum, tum earum cognitionis oportuit adductos. Et pōſt pauca: Debebat Apollophanes quom si sapiens, considerare, nullū ex corporibus celeſtibus ordinem & motum proprii variare, & mutare vnguam aliter potuisse, nū, eum qui & autor fuit vt eſter, quiq; ipum continet, ad hoc momentum habuifet, qui vt ſacre testatur literæ, omnia facit & trāſfert. Et Rursus pōt pauca: Dic autem illi, Quid de Eclypſi, quæ dum Salvator noster ageretur in crucem, facta eſt? Nam cum ambo Heliopoli tūc vna eſſeremus, admirabiliter Lunam cum Sole congreſiōnem ſpectabamus (neque enim congreſionis tempus era) Rursumque ipſam Lunam ab hora nona vltore ad vesp̄eram ſupernaturāliter ad diametrum Solis in aduerſa colli parte oppolitam. Infup̄er autem & hoc illi reduc in memoriam. Non enim eum later, quod ipſam Lunam cum Sole congreſionem ab Oriente incipientem vidimus, atque vltore ad finem corporis ſolaris, quoad ſcilicet illud nobis totum obscurasse, progreſſam, dēinde regreſſam. Ac rius non ex eadem parte & congreſionem

sionem & repugnationem fieri conspeximus, sed ex contraria per diametrum. Adeo multa eo tempore lupa natura facta sunt, taliq; Christo omnium autori possibilia, qui facit magna & mirabilia, quorum non est numerus. Hec illi dico, si tibi fas est, & si potest Apollophanes redargue, praelertim aduersum me qui tecum vna tunc aderam, & simul vidi, atque expendi omnia, simulq; supra modum sum admiratus. Cæterum & Apollophanes nescio quo spiritu tunc cœpit vaticinari, haecque ad me, velut qui ea quæ tunc fierent coniectaret, dixit: Diuinorum vicisitudines rerum sunt. Hec magnus Dionysius (vt epistolæ breuitas cerebat) ad diuinum Polycarpum scriptit. Porro eius sapientiam & eloquentiam stylus præstantissimus librorum ab ipso conscriptorum planè demonstrat. Siquidem & exterrarum quæ vocantur disciplinarum, & diuinarum, nostrarumque peritissimum fuit. Nam si ad suorum verborum splendorem, sententiarumque profunditatem respicias, non humanae nature, sed cuiusdam immortalis, diuinæq; virtutis haec esse futurum existimaueris. Opera autem ab eo conscripta haec sunt: Ad Timotheum Episcopum, ad ipsum Pauli discipulum de diuinis nominibus libri duodecim. De unitate & discrete Theologia. Quæ sit orationis virtus, & de beato Hierotheo. De reuerentia, & conscriptione theologica. De bono, Luce, Pulchro, Amore, Ecclasi, Zelo. Et quoddam malum neque est aliquid, neque ex ijs quæ sunt, neque inter subtletias est. De ente, in quo & de exemplaribus, de vita, de sapientia, lenitudo, veritate, fide. De virtute, iustitia, salute, redemptione. De magno & parvo, eodem, altero, simili, & dissimili, statu, motu, & æqualitate. De omnipotente, antiquo dierum, in quo & de seculo, & temporibus. Et quid sibi vult ipsum esse. De sancto sanctorum, Rege regum, & Domino dominorum, & Deo Deorum. Alius liber ad eundem Timotheum de ecclesiastica Hierarchia quindecim continens capita. Alius item ad eundem de cælesti Hierarchia continens & ipse capita quindecim. Nec non aliud de mystica Theologia quinque distinctus capitibus. Feruntur autem & eius epistolæ ad Gaium cultorem quatuor, ad Dorotheum ministrum vna; ad Sosipatrum sacerdotem vna; ad Polycarpum Smyrnæ Episcopum vna; ad Demophilum Cultorem vna; ad Iohannem Theologum Apostolum & Evangelistam vna. Scindunt est autem quosdam ex philosophis externis, & Proculim imprimis, beati Dionysij speculationibus saepius vlos fuile, inquit etiam illudemmet ipsis verbis. Ex quo suplicari licet, veteres philosophi Athenis florentes quum eius opera, de quibus ipse ad Timotheum scribens mentionem facit, pro suis vspersant, ea occultasse, quod diuinæ eius doctrinae autores ipsi viderentur. Prouecta igitur iam & decrepita ætate Dionysius spiritus martyrio pro Christo columbariatur, Traiano Cæsare imperante, quo etiam tempore diuinus Ignatius immortalitas strenue usque ad finem pro Christi fide certando est adeptus. Laudationem in magnum Dionysium scriptit Michael Syngelius Hierosolymitanus, in qua dicit: Quæcumque autem per traditionem non scriptam, aut ex scripto accepimus, venimus vobis audiendi cupidis exposituri. Talis igitur ab antiquo tempore à patre filio traditus sermone ad nos peruenit; magna enim hunc Dionysium salutiferæ passionis tempore, quando sol in meridie obscuratus est, rei uirtute magnopere obstupescerent, atque vitra humanae cognitionis fines progreßum, quum id quod acciderat perpendisset, dixisse: Ignotus patitur Deus, per quem hoc vniuersum oppletum est tenebris & commotum. Et confessum notato tempore, in quo prodigium hoc longe lateque per vniuersum patens orbem factum fuerat, apud se ipsum seruabar, quid inde portenderetur expectans.

Vides quod huiusmodi libri sunt
Dionysii Areopagitæ, contra fictiones
sanctorum nonnullorum
delyramæta.

^a Ecco quomodo
infancia Dei Ecclesie
fuit duplice
traditiones sed
propter, videlicet, &
non scriptæ, &
utramque sancti patris
veteres diles
gentilissime obser
marunt.

ALOYSIVS LIPOMANVS EPISCOPVS VERONENSIS

Lectori optimo.

Mini sœpe inter grauissimos viros me præsente, motu fuisse questionem, quum Dionysius Areopagita, qui à beato Paulo Apostolo ad Christi fidem conuersus est, Athenarum postea præsul, etiam Parisiensis Ecclesia Episcopus fuerit: & nunc sub Domitiano, an sub Traiano Imperatore passionis sue agonen consummatu. Nec quærendi ratio deesse videbatur. Metaphrastes enim hic noster, & Michael Singelius, qui profusus eius gesta describunt, Athenarum primum, deinde Porisiorum Episcopum cum faciunt: Sed Ado Treverensis Episcopus, & Suidas Græcus autor, nullam de secundo episcopatu mentionem habent. Præterea idem Singelius, Ado & Suidas, cum sub Traiano: Metaphrastes vero sub Domitiano consummatum afferunt: Quæ de re cum ego quædoque (vt fieri solet) meam rogarer dicere sententiam, eundem prioris,

& secunda quoque Ecclesia Presulē fuisse, me credere liberè professus sum. Quid enim si hoc Ado & Suidas nō dicant, cūm duo alij præclarí viri id constanter affirment? Studierunt illi breuitati, nec omnia quæ hi recensuerunt, illi commemoraverunt, vt per te ipse videre posse. Potuit ergo esse Parisinus quoque Episcopus: et si illi hoc omnino rateretur. Mittit tot celebria miracula, tot insignes picturas, quas nos Lutetia proprijs oculis insperavimus, quæ hac de re manifestam nobis fidem conciliant, vt contrarium afferere in partibus illi piaculum esset maximum. Sub Traiano autem principe eum Christo hostiam fuit. Etum non dubitamus: præualeat enim vni triu singularium virorum testimonium. Verum hec Imperatorum variatio, vt paulo ante dicebamus, non multum permouere debet Letitoris animum. Cum enim Domitianus & Traianus non plus forte, quam xx. annos inter se distent, & sanctus ipse erat sub Domitiano multa pro Christi nomine pertulerit, nō dubitauit Metaphrastes Domitianum suæ persecutions autorem nominare. Habet ergo mean de præstantissimo Christi martyre sententiā. Vtinam autem tu, ego, & quicunque Christi nomina dedimus, Dionysij fidem, pietatem, doctrinam, zelumq; imitari possumus, qui tam ei quæ in oriente, quam ei quæ in occidente sita est, ecclesiæ datus est in speculū, & exemplum præclarissimum. Propterea etiā quatuor in locis illi hucusq; apud nostras has lucubrationes descriptum inuenies. Vale, & conatus hos nostros precibus tuis soue.

MARTYRIVM SANCTI MARTYRIS

Dionysij Areopagitæ.

Per Simeonem Metaphrasten.



LIM quidem fides sita erat in figuris, & enigmatibus, & nube umbræ III. Octo:
recta erat lux veritatis. Postquam autem nostræ salutis magnum peracutum
fuit mysterium, & qui fixis sigillatim corda nostra, sua benignitatis in
nos misericordia, citra peccatum natus est sicut nos: & alia subiit, quæ sunt
humanæ imbecillitatis, vt ego primam reciperem nobilitatem: & postre-
mò condemnatus fuit morte crucis: & ne dicam singula, sunt enim mul-
ta intermedia œconomia carnis suscepimus mysteria: hinc accepit corpo-
reus aduentus: incipit clara manifestatio veritatis: & in celum ascendit meus Christus, & ad
sedem paternam reuertitur: & qui ex ipso procedit, spiritu dimittit Discipulos, ut essent du-
ces Gentium infidelium. Per quem beatus quoq; Paulus ex umbrâ deductus fuit ad verita-
tem. Tunc, tunc is zelo Christi percitus, quemadmodum ipse captus fuit ad pietatem, ita eis
orbem terræ ad se studebat attrahere, & Christo per fidem coniungere. Et vt ea omittantur,
quæ ab ipso Amphipoli facta sunt, & in Thessaliam, & in oībus locis in quibus eius sermo, per
inde ac quædam sagena, multos venatus est ad pietatem, eorum solùm meminero, quæ Athe-
nis facta sunt, per quæ ab Apostolo ipso magnus quoq; captus fuit Dionysius: qui patriam
quidem claram, & parentes claros consecutus, ad magnam perueni gloriam. Nam iusti qui-
dem erant, si vlli ex Atheniensibus, ne dicā soli: ita vt iustitia insigne illis esset, æqui amicis,
manueti hospitibus, benigni in familiares, & vera bonitas erat eis bonitas, non ostentatio,
quæ habet inprobabilitatem magna ex parte insidiantem: inquit qui dama apertus animæ fœtus, &
character interna affectionis. Postquam autem fuit Paulus Athenis, & congressus cum Epis-
copis, & Stoicis, qui Pythagoræ dogmata festabant, inflabat operi, nempe vt eos abdu-
ceret à dogmatibus impietatis, & traduceret ad pietatem, & euerteret templâ simulachrum,
& persuaderet Atheniensibus fore, vt resurgeret in ultimo die iudicij, & darent peccas eorum
quæ fecissent, iij. vt qui essent alijs affecti supersticiosus, & in multis diuisi essent opiniones,
aggregebatur eis sublannare, vocantes eū annunciatore nouorū quorundam demoniorum.
Ne autem ab eis appeteretur sola sublannatione, sed molestū etiā aliquid sustineret, dans ra-
tionem eorum, quæ ab ipso predicabantur, apprehendentes eum duxerit in Areopagum, qui
tunc quidem erat locus cogregationis: & Athenarum erat adhuc iudicium. Nam etiā tunc
Romani in omnes obtinenter imperium, Athenenses tamen, & Lacedæmonios sui iuris
dimiserant. Cum eum ergo adduxissent in illorum conspectum, qui & propter sedium alti-
midinem, & quæ evanescunt, sapientiam, se magnifice circumspiciebant: & simul eorum quæ
hebant auditores, & iudices præsidebant, quorum unus etiam erat Dionysius, cuius & in
discendo, & in iudicando præcipue erant partes: Quenam est hec noua, quæ à te dicitur
¹ Ecce locu, bone
labor, de quo tibi
supra in Epistola
quinti Tomi men-
tionem fecimus, &
etiam per Synodis
ocumenicas. Flos
reducunt ad ductum,
a quo manifeste o-
stenditur Patres
quod domus Græcos
& præcipue rete-
re tenuisse cū La-
tina & cælestia, spiri-
tu sanguinum etiā a
filo procedere.

doctrina, Paulo dixerunt, sapientiaq; & ingeniosa decreta; & quis est Iesu Deus & homo; & in ligno virgine dator; & iudeus a quo in ius vocatur quilibet redditurus rationem? Quodam enim noua, & aliena defers ad aures nostras. Volumus ergo scire, quid haec sibi volunt; & quid tendunt. Ille autem res eorum primum extollens, & laudans; nre influetis, & alienis verbis irritantur (iram enim, ait ille, auerterit se submitte responso) Viri, inquit, Atheniensis, per omnia quasi superstitiones vos video. Transiens enim, & apicentis ea quae colitis, inueni etiam aram, in qua inscriptum erat, Ignoto Deo. Quem ergo ignorantes colitis, eum annuncio vobis; si eum forte contra tueritis, & inuenieritis; eti non sit longe ab unoquoque vestrum. In ipso enim vivimus, & mouemus; & sumus. Haec cum illi audiissent, quoniam grauibus sententis plena erat oratio, tanquam sono tonitru eslement obstupescit, elingues, & muci euaserant. Cum autem vix tandem dixissent: Audiemus te postridie: eum dimiserunt iudicio. Ereditur ergo Paulus, non inanib; as, ut vñgo dicitur, manibus, sed secum accepto, qui eum sequeretur, praeside, & clavis sophistarum principi, hoc magno, in quam Dionyfio. De quo tanquam quispiam victor Olympicus, aut dux exercitus lue lingua erexit trophy, & hunc fructum collegit ex oratione, quam habuit ad Atheniensis. Iis enim, quae de Iesu dicebantur a præcone veritatis, cum a se prius vnam in tempore passionis, innovationem libi ipsi, explicuissest luminarium, & hanc humanam despexisset sapientiam, sectatur verbum veritatis, & adiungit Apolto: & regenerationis lauacro consummatus, fit simul discipulus, & prece Christi, qui est primas doctor veritatis. Et cum primas fidei exercitationes, & disciplinas à beato perceperit Hierotheo, & in verbo, & in vita ab eo docetur, & Spiritus S, cōmunionem ab eo confequitur. Deinde affectiones in corde suo disponens, philosophatur veritatem: querit cum veritate, de anima, de corpore, ac de substantia rerum gerendarum; mortificat omnia membra sua, que sunt super terram, carni multas leges constitutus ad obedientiam spiritui; docet aures auctoritate que diuina, & que sunt de Deo audienda: iis autem que sunt extra ea, diuinum metum inexorabilem adhibet ianitorem, & totum oculum traducit ad veritatem contemplandam. Quod aut ad linguam pertinet, eti non in iis in quibus oporebat, olim edicta fuerat, philosophice tamen, & Atticè, multaq; cum diligentia erudit erat. Itaque brevi Dionyfius (6 miraculum) superat omnes qui praecesserant: & cum potestarem non sufficiat, nec rapaciter, sed per gradus transiit inferiores, & pulchre pasci didicisit, ad superiora mox peruenit, & pacientem postea cū experientia: & cum modestè parere didicisit, imperat modestias: & cū docuisset cum veritate, obfiscetque omnes boni ordinis partes, tandem ei mandato Athenarum pontificatu, clavis praesidet Ecclesie, ostenditque suum generofum animatum, & pugnat pro grege: expellitque bestias, & eius quod morbo laborat, curam gerit, & quod longe est remotum, reducit: & vt semel dicam, sicut eius magister omnibus sit omnia. Cum sic aut docuisset, & de Trinitatis diuinitate differuissest, tractat de supernis virtutibus. Cum vero ad tantam peruenisset gratiam, vt quando Dicitur quod ex patrem pars, quod Deum suscepit, corporis & emigravit spiritus, simul adeisset cum Apostolis, qui per spiritum, & nubem ad hanc sacram accesserant sepulturam, non amplius existimauit ostendere vna ciuitatem, nempe Athenis circumscribere tales opes gratiae: sed volens multiplicare talentum, & sequi sui magistri vestigia, relatis Athenis, & terra, & mari multa paulus grazia, nec tamen ab eis retardatus, sed supernarum rerum contemplatione inferis omnibus superatis, ad regiam urbem peruenit Romanam, & accedit quidem ad Clementem, qui tunc sedē tenebat apostolicam, quique a magno Petro fuerat edictus, & cui ab illo fuerat credita fides. Adeum ergo accedit Dionyfius, & cū ei suum exposuisset Euangelium, & opus sacri ministerii, cijt qui est illud moribus & sententia, communicassest, ipse eum adhortatur, vt transeat ad partes Occidentales. Cum ex iis ergo qui cum sequebantur ministris per vicos & ciuitates alios alibi distribuisset, & salutare Dei Euangeliū iusserit praedicare, ipseq; Rusticum & Eleutherium, illum quidem christmate sacerdotij, huc autem, nempe Eleutherium, honestatum diaconatu, accepisset adiutores, non secus ac magnus Apostolus Syluanum & Timotheum, & ad Gallos venisset Occidentales, non solum verbis doctrinæ, sed etiam signorum operis fungebatur munere Apostolatus, medium apparenis iis qui in unaquaque ciuitate conueniebant, & de pieitate verba faciens sine intermissione, & inducens auditores ad agnitionem eius qui ipso creauit. Cum sic ergo veritatis verbum praedicaretur, & diuina quidem fides confirmaretur, amoueretur autem omnis fraus demonum, cū quendam ex iis qui cum eo versabantur, inclytum, inquam, Lucianum, qui etiam præsbyterij dignitate erat ornatus (eum enim sequebantur multi ex iis qui virtute amplectebantur: simile enim, ut dicitur, simili dilectatur) misit ad ciuitatem insule Belbecensis praedicaturum pietate: ipse vero simul eū Rustico & Eleutherio ingressus interior Gallia, cū hoc responsum habuisset ab Angelio, venit in ciuitatem, quae dicitur Parisi, vt cū in ea verbum seminaliter pietatis, & redi-

² Ecce verum effe
traditione dñe qd
mus, pntes, apolo
stols per piniū,
ex quib; adducto
intervisse sepulu
re saeculo Dc^e geo
nicis.

trastat de supernis virtutibus. Cum vero ad tantam peruenisset gratiam, vt quando Dicitur quod ex patrem pars, quod Deum suscepit, corporis & emigravit spiritus, simul adeisset cum Apostolis, qui per spiritum, & nubem ad hanc sacram accesserant sepulturam, non amplius existimauit ostendere vna ciuitatem, nempe Athenis circumscribere tales opes gratiae: sed volens multiplicare talentum, & sequi sui magistri vestigia, relatis Athenis, & terra, & mari multa paulus grazia, nec tamen ab eis retardatus, sed supernarum rerum contemplatione inferis omnibus superatis, ad regiam urbem peruenit Romanam, & accedit quidem ad Clementem, qui tunc sedē tenebat apostolicam, quique a magno Petro fuerat edictus, & cui ab illo fuerat credita fides. Adeum ergo accedit Dionyfius, & cū ei suum exposuisset Euangelium, & opus sacri ministerii, cijt qui est illud moribus & sententia, communicassest, ipse eum adhortatur, vt transeat ad partes Occidentales. Cum ex iis ergo qui cum sequebantur ministris per vicos & ciuitates alios alibi distribuisset, & salutare Dei Euangeliū iusserit praedicare, ipseq; Rusticum & Eleutherium, illum quidem christmate sacerdotij, huc autem, nempe Eleutherium, honestatum diaconatu, accepisset adiutores, non secus ac magnus Apostolus Syluanum & Timotheum, & ad Gallos venisset Occidentales, non solum verbis doctrinæ, sed etiam signorum operis fungebatur munere Apostolatus, medium apparenis iis qui in unaquaque ciuitate conueniebant, & de pieitate verba faciens sine intermissione, & inducens auditores ad agnitionem eius qui ipso creauit. Cum sic ergo veritatis verbum praedicaretur, & diuina quidem fides confirmaretur, amoueretur autem omnis fraus demonum, cū quendam ex iis qui cum eo versabantur, inclytum, inquam, Lucianum, qui etiam præsbyterij dignitate erat ornatus (eum enim sequebantur multi ex iis qui virtute amplectebantur: simile enim, ut dicitur, simili dilectatur) misit ad ciuitatem insule Belbecensis praedicaturum pietate: ipse vero

mitus

mitus esset corona martyrij, cum fiducia sisteretur coram Deo Agonotheta, quod quidem est sumnum eorum quae deliderantur. Cum ergo venisset ad hanc Parisorum ciuitatem, & eam inuenisset plenam incredulitatem: quæ eorum quidem, quæ in ipsa erant pulchritudine, & excellitia ciuitatibus magnis erat longe inferior, impietate aut adeo erat omnibus superior, vt ne posset quidem cum ea conserui, vndeque ab immanibus occupata habitatoribus, & tanquam vallo aliquo valde munita illorum crudelitate, & eam opponens, tanquam aliquod aliud praesidium. Adde quod cum omnium fructuum esset fertilissima, & abundaret maxima rerum omnium copia, quæ suos magis incitabat ad vita. Cum in hanc ergo sic affectam venisset ciuitatem, obibat perscrutans, si quem locum aptum inteniret ad quietem. Quod autem quarebat confectus, pro viribus statim templi habuit; & vt qui in regione aliena esset hospes & aduena, & multis haberet aduersarios propter diversitatem opinionis, excitat oratorium & templum, quod plane erat salus animarum! Nam cum maximâ priori multitudinem in eo congregasset, & pueros sacrificatores Deo exhibuisset, sanctum gregem, vt semel dicat, templum efficit: cuius ipse erat pastor non mercenarius, quemlibet qui errabat incredulitate, veritatis fistula ad fidem reuocans, & eos qui errore agrotabant, curans salutaribus medicamentis scripturarū: eos autem qui iam erant contriti, doctrina alligans, & ad veram dicens sanitatem. Sed vt certa nobis via procedat oratio, hoc quoque eius admirabile, vt ex illius epistolis scripsi potest, narrabo. Dionyfius erant quidem alii quoque ministri, vnu aut ex iis erat etiam Demophilus, qui cuius erat Atheniensis, habitusq; & vita monachus. Monachum 3 Nota ex hoc lo
autem ei imposuerant puræ, & sacris initiantes manus Dionyfij: apud quod hoc ipse prius co monachatu non
ministerio functus erat, vt præfet ianuus templi. Is cū aliquando vidisset suum præbyste, esse novitū institu
rum, quandam impium, atq; peccatorem ad penitentiam conuersum, illiq; procideat emi
sericorditer excepsisse, calcibus quidem reuenerenter accedente, peccatorumq; remedia vere. finū: nā erat etiā
eundem quarentem altans extrubauit, ac contra disciplinæ ordine reiecit: Sacerdotē aut opti
mū non veritas est lacerare coniuncti, miserabile eum dicens, qui impium iustificasset. Ac tā.
Dionyfisi tempore, qui iusti Apostolos
dem: Exi, inquiens Sacerdoti, cum similibus tuis, contra fas orme irrupti in adytā, & sancta
rum Synchrotonos,

sanctorū prophanare ausus est. Cæterū Pontifici Dionyfio, tanquam magnū quid efficeret
ad virtutē, describit quod factū fuerat, susq; deq; iactans, in illa audaci epistola, q; Deum vltus
effet, quodq; sancta, cū violanda essent, summa cura ac diligenter seruauit, atq; illibata custo
diuit. Quid ergo ille? Num, vt vulgas solet, fuit animo perturbatus: aut reputatus est vel parū
quid omnino mutatus de ea bonitate, que ei coaluerat? Hoc minimè dici potest. Neq; enim
facto vltus est eum qui peccauerat: sed factō, & sermone salutari erudit, qui simil ad virtutē,
& omnem moderationē informat & componit, illam scribens epistolā, & exemplum
manuscrutinis Aaron, David, & alios adducens: Cuius vt omittam alia ad boni exhortationē,
meminero certe visionis, quam ēi narrat, vt quæ sancto Carpo apparuit. Sic aut se habet
ad verbū. Cū aliquando in Cretā venisset, me sanctus hospitio exceptit Carpus, vir, si vili
lus alius, propter maximā mentis puritatē ad Dei contemplationē aptissimus. Is nunquā ag
grederetur sanctam mysteriorum, & celebretionē, nisi in precibus, quæ illam præcedunt et
prius appareret sacra & benenola visio. Ipsu... igitur (vt referebat) infidelis quispiā aliquando
molesta affectit: Molestia aut erat, quod ille quendam ex Ecclesiis traduxisset ad impietatem.
Cumq; eius celebrat, quam vulgus Hilarius vocat, dies ageretur, qui debuerat benignus
vt vlt bonum decet, pro vltq; precari: & Dei Salvatoris accepto auxilio, alterum quide
conuertere, alterum autem bonitate vincere, & non cessare eos admonere per totam vitam
donec penitentia tempus superesset, & sic ipso ad diuinam deducere cognitionem, vt iam
tandem & quæ illis erant ambigua & obscura patescerent, & ab eis quæ præter rationem
audacter admiserant, reliquæ cere legitima feueritate cogerentur: is nescio quo pacto (cum intra
sermetipsum id ante paſſū non esset) tunc vehementer indignationem, atque amaritudi
nem imbiberat animo. Et sic quidem affectus obdormivit: erat enim vespere. Circa vlt
median noctem, quo tempore consueuerat ipse semper apud s; ad diuinos hymnos & vigi
late: expurgiscitur quidem, & surgit, cū somnis pari quietos, & crebrō interruptos, nec
absq; perturbatione cepisset: stans igitur ad diuinam p̄ce, & colloquitionem non sati inten
tione, jure religiose angebat animo, & agre serebat, dicens, non esse iuslū si viuant impii hoīiū:
nes, qui vias Domini rectas peruerunt: & propertera Deum rogabat, vt aliquo fulgere ambo
rum omnino vitam eriperet citra villam misericordiā. Hæc autem cū dixisset, vilum est sibi
aiebat, repente vide domū, in qua stabat, prius motā, tum domū ē testo mediā in duas par
tes diuina, & quandam ante se ingentis furninis rogū, eumq; (videbatur enim deinceps sub
dio esse locū) ē celo ad se vsq; deferri. Cœlū aut ipsum patere aperte conspiciebat, eiusque
cardini Iesum insidere, innumerabilibus humanae speciei ei assistentibus Angelis. Et hæc
quidē vidisse, cum supernè asperceret, & se esse admiratum memorabat. Vbi vlt ad inferiora
desce

² Ecce nocturnas
hymnos, & vigi
lias in ecclœsianis
temporaneis illa
perageret.

delexit obtutus; ipsum quoq; solum instar vasti ac tenebrosi cuiusdam profundi, discissum se vidisse aiebat: atque illos viros, quibus male erat precatus, ante se ad os illius profunde voraginis stare trementes & miserabiles, ut qui mox à pedum suorum instabilitate mergendi viderentur. Infernè aut serpentes è voragine prorepere cernebat, & circa illorum infelicium pedes ita infestas ac nutantes, aliquando quidem in globum colligi, & ingrauari vñà atq; petrahere: aliquando verò dentibus, & caudis, ore, gutture, linguis, ac toto corporis motu vim immensi paucis incutere, vt qui modis omnibus deorsum illos precipitare molirentur. Fuisse autem & viros quosdam in medio, qui miseros simul aggrediebantur, vñà exagitantes, trudentes, atq; pulsantes. Videbantur aut illi iam esse casui, partim quidem iniuti, partim aut sua sponte, cùm à malo sensim & cogenerent simul, & inducerentur. Dicebat verò Carpis, se, dum dñs dorsum asperceret, fuisse laetatum, atq; superiora neglexisse, grauter & indigni ferentem, quod nondum illi cecidisset. Et cum saepius eo desideret ferre impetu, illoq; & ipse niteretur impellere, semperq; fructu moliretur, ægerrimè tulisse, & eos esse execrati. Cum ecce vix tandem revocatis ad superna lumenib; vidit cœlū, sicuti & prius aspicerat: Iesum autem eius quod siebat, misertum è supercelesti suo throno surrexisse: & cum ad eos vñq; descendisset, clementissimè eis manum porrexisse: Angelolq; simul opem ferentes aliunde alium tenuisse viros. Tandem verò Iesum ipsum sibi dicente audiret, iam ne deinceps percutie, sum enim paratus sapienter rufum pati pro gloriis hominibus. Et hoc est mihi gratiū, modo homines in futurū peccata abominentur. Sed vide, an tibi vtile sit, hanc istius profundi, & cum serpentibus mansione, Dei ac bonorū clementiumq; Angelorū praefere confortio. Haec sunt quæ ego audira, vera esse credo. Dionysius itaq; in rebus omnibus erat adeò mitis, misericors, & ab ira alienus, vt quod altior euadet factis, eò se magis modestia demitteret, regula factus omnibus ad virtutem, & lucerna ad deducendum ad id quod est melius. Quocirca nec eam abscondi sub modo siuit, q; est solus autor omnium, sed in alto ponit per virtutē: & fama protinus peruadens cernebatur in ore omnium, in omnibus omnes vincere Dionysium. Porro autem omnes ad eum confluabant, non solum populares & forenses, sed qui erant eruditū, & insignes: & qui prius laborabant infania, & feris crudelius lacerabant Ecclesiam, ad illum viri venientes, & admirabilem illam, & diuinam linguam audientes, cordis sui molliebant duritiam, & ad veram & primam lucem accedebant per baptismū, quod magis erant inflammati ad vitium, eò feruentiores ostendentes Christianismū: & ad summum, nihil tam erat in ore omnium, quam Dionysius. Cum ergo haec fama sic peruaderet, doctrina autem dilataretur, & fides confirmaretur euidentius, res ad se uissimum delata est Domitianum, vel ut magis proprie dicam, Dæmonianum, qui contra Deum locutus fuit iniquitatem in superbia, & contemptione, & manum Deo inimicam extulit aduersus fidem Christianorum. Hic ergo quid machinatur? vel potius quid docetur à patre suo Satana? Omnes quidem qui que Christiani sentiunt, despiciere. Dionysium autem solum de medio tollere, hoc sciens, quod si eum solum viscer, omnibus fuerit superior: si minus, omnīs fore Domitiano fortiores. Postquam autem haec mente agitaller, eum excitat et aduersus Martyrem, & furoris querens mediamentum, nullum alius inuenit præter eius mortem. Cum itaque omnes, q; eius Imperio parebant, congregasset, eosq; afflupassisset, qui erant ei amentia similes, mitis ad querendum Martyrem: et si ei quidem, inquit, persuaseritis, vt ad nostram traducatur religionem, hoc est quod desiderio: cumque eum accepereis vobis, in reuertimini. Sin autem adhuc permanferit in impia religione, eum morte condonate. Illi autem cum haec audiissent ab Imperatore, & furore accenderentur, qui in eis habebat, & ad res gerendas acres videri vellent ei qui miserat, postquam venerunt in Galliam, tanquam feræ quædam irruunt: & cum omnem quæ circum circa sita erat, conturbassent religionem, corrumperunt simpliciores, vt docerent, vbiā beatus Dionysius versaretur. Postquam autem audiuerunt eum verfarī in ciuitate Pariforum, illuc veniunt. Deinde percontantes de rebus Christianorum, inueniunt fidei doctrinam esse dispersam per totam ciuitatem, de miraculis Martyris sunt certiores, quod omnes scilicet qui male se haberent, curasset, & ideo incedulorum ad eum confluxisse cateruam, & se adiunxisse vero Dei cultui: & quod omnis Gallia, quæ multis prius grauibus vitiis feruerat, & factis, quinetiam subiecta erat cultui simulachrorum, collum suum ex his subtrahit doctrina Dionysij subiunxit iugō Christi. Cum ergo haec & multa alia facta esse, ad eorū venisserit cognitionem, & Christi gregem augeri, & suos deos vidissent habitos despectui, & sua mysteria contemni, & inclinatis esse impietatem, magis accenduntur, & rogan̄ vbiā habitat, qui eorum erat autor: & repente in beatum irruentes Dionysium, eum simul ligant cum iis qui cum ipso erant in ore diuinam adhuc habentem doctrinam, & præsident, rabiem, & furorem spirantes ad examinationem. Inreditur ergo vir generosus simul cum Rustico, & Eleutherio, mente firma ac stabili, & li-

bero animo, perinde ac si vocaretur ad festum, non ad certamen. Arroganter igitur & asperè, vt eum perterrefaccerent statim, in principio, ei dicunt: Tu es, o excrandus caput, qui nostros deos nihili facis, & contendis de medio nostram tollere religionem? Responde ergo quod sit tuum genus, quæ te tulerit pæria, & quod tuum studium, ille autem amore in Christum addente animum, & faciente eum cœnfidentiorem: Ego quidem, inquit, & vos vt & geniū, & patriam omittam in presentia, me Christi serum esse confiteor, & eum solum, & patrem qui caret principio, & coeterum eius Edō spiritum. Aufugi aut à vestro errore, validissimus (in meo enim Christo habeo fiduciam) strorum deoū oppugnator, Christianorumq; ad virtutē exhortator promptissimus. Ad haec facite, si quid est vobis imperatum. Videntes aut maleuli sancti constantiam cum prudentia, omniumq; iram mutant in adulacionem, & Ne tuam, o Dionysi, dicunt, canicem affecte, contumelia, noq; chāros sodales morti acerbæ tradideris: pare recte confluentibus, & Imperatoris potentiam per nos te rogantem reuerere persuadearis, O chare, & bone Dionysi, diis nostris sacrificare persuadearis, & eris cum tuis primis eorum qui sunt sub imperio. Ille aut: Velix, inquit, hic error est peior priore, si putetis fore, vt me aut meorum aliquem educatis. Hoc enim sciatis, quod nos non honores, non contumelias, non blanditia, non tormenta, neque aliquid aliud omnino separabit à Christo. Deinceps ergo cum non possent persuadere deposita persona, & simulatione, cum ira magis effervescat, è cœdrea furiosè, & mente quodammodo emota surrexisse: A vobis, o amentes (Dionysi dicunt & iis qui cum ipso erant) dij contemnunt: & Imperator irritetur: & artibus magicis, perinde ac miraculis, eos q; eius parent Imperio, ab eo abducitis, & ad vestras partes traducitis: Sancti aut. Similes eis sunt, qui ipsos colunt: eis una voce dixerunt: Nos aut non magicis artibus, vt dicitis, sed Dei nostri, & viuifici eius spiritus invocatione & operatione, cœcis vñsum, mutis sermonem, claudis ingressum, & daemoniales praebemus curationem. Quorum ne sibi quidem possunt vestri dij quicquam præbere, vt qui sint ligna, & lapides. Os enim habent & non loquuntur: oculos & non vident: aures & non audiunt. Vnum hoc solium vobis efficiunt: ascendunt igitur qui nunquam defuerint. Aduersus haec cum non possent Tyranni contradicere, toruè & insanè eos aspicientes, strictis gladiis se parant ad egem: & cùm, tanquam signo dato, eos eduxissent extra ciuitatem viarios, ducunt ad quoddam cacumen, & tradunt lictoribus, vt eos interficiant. Interea autem petunt laneti tempus precandi, & 4 slectunt genua. Tunc lacrosanctus Christi Martyr Dionysius, sublati in cœlum oculis: Domine Deus omnipotens, fili, inquit, vñgenite, & Sancte spiritus, Sancta Trinitas principio carens, & in quam non cadit diuilio, fulcipe seruorū tuorum in pace amicos, quoniam propter te morte affiscimur. Et cum sancti Amē, acclamasset, conuersus ad lictores: Facite, inquit, quod fuit vobis imperatum. Illi aut primum quidē beati Dionysij: deinde Rustici & Eleutherij caput arripuit. Sed nec in hoc quidem o Dionysi, is qui propter nos passus est, fuit oblitus eius, qui propter ipsum moritur: sed miraculosa ostendit in amputatione. Etenim cœci, iuñ caput, tanquam aliquod præmiū Martyr suis acceptisset manibus, traxit ad locumquecumque. Feriebat ergo ipse caput in manibus, tanquam aliquod trophyum, a diuina omni portatus gratiaq; prius dimisit, quād mulier diuina quadam omnino occurrens prouidentia, in illius manibus depositat, veluti quendam thesaurum. Facebant aut neglecta sanctorum Martyrum veneranda corpora, feris & aliis ad edendum exposita, & nec iusta quidem sepultura consecuta. Lictores autem ne haec tenus quidem irasci desierunt: sed etiam in ipsas huius reliquias, statuens eas in maria profundis proiecere, ne vel inanimatae efficerent miracula, & ideo attraherent multos ad agnationem. Quod etiam, vt eis vñsum erat factum est, nisi hoc malum consilium ad effectu deduci Deus prohibueret. Nam cum sensuē eorum consilium ea q; preciosum Martyris caput acceperat, cui nomen erat Catulla, mente suam communicas fidelibus, vt Deo grata et acceptam. Et cum splendidam & lautam apparasset mensam, lictores accipit conuiuo. Interim verò dum iū conuiuū inibant apud mulierem, quidam ex fidelibus accipiunt Martyrū reliquias, & eas abscondunt. Deinde finito conuiuū, cum eam rem deprehendissent lictores, ira valde erant perciti: sed feruorem iræ sedarunt munera: & vehementer furorem dissoluit mulier ⁵ Vide miracula pecunia. Cū illi autē recessissent, in quaçam domo depositi Catulla Martyrum reliquias facta ad reliquias tertio mensis Octobris ⁵ miraculis affixa, proficiuntibus, perinde ac aliquo fonte pulchri & sanctorum, suauiter manante. Non multum temporis intercessit, & conuenientes Christiani templum gloriosis excitant victoribus, & in ipso eorum ⁶ pretiosas deponunt reliquias. Ad gloriam Dei patris, & Domini nostri Iesu Christi. Quem decet honor & adoratio, nunc & semper, & in secula seculorum.

⁴ Oratur a fano
etis cum genuflexo
xione, & elevatio
ne oculorum in
cœlum.

AMEN.

⁵ Vide miracula
pecunia.
⁶ Miraculis affixa
proficiuntibus,
tertiō mensis Octobris
in quaçam domo
depositi Catulla
Martyrum reliquias
facta ad reliquias
sanctorum.

⁵ Note confrat
templum in bono
ren Martyrum, in
quo pretiose eoru
deponuntur reliquias.

